BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 E
4

Digitized by Google

TRACTATVS DE SIMONIA GENERE, MENTALI, CONVENTIONALI, AC REALI.

BARTHOLOMAEO VGOLINO,
Iuriſconſulto, ex Monte Scutulo diœceſis Ariminenſis,
ac Barbiani Archipresbytero Autore.

Ad forum Conſcientiæ, Pontificium, ac Ciuile Perutilis.

Nunc primum in lucem editus.

AD CLEMENTEM VIII. PONT. MAX.

CVM PRIVILEGIO.



De Licentia Superiorum.
VENETIIS MDXCIX.
Apud Hæredem Hieronymi Scotti.

Collegij SS. Blasij, et Caroli. Romæ.

CLEMENTI OCTAVO
PONT. MAX.

SVPERIORIBVS annis, Beatiſsime Pater, Tractatum De cenſuris eccleſiaſticis à me in lucem editum, tuoq; nomini dicatum Romæ tibi obtuli. Nunc Tractatum De ſimonia eo ipſo tempore à me abſolutum, quo nobiliſsimam, celeberrimamq; Ferrariæ Vrbem, eiusq; ditionem Romanæ Eccleſiæ diuino conſilio, tua ſingulari prudentia, Petri tui fratris filij, Cardinalis ampliſsimi ductu recuperaſti, offero. Id quod à me ob has rationes factum ſcito. Et quòd ea de re in ipſo agitur, ſimonia ſcilicet, quam ipſe, vt expurgatam auaritiæ ſordibus Eccleſiam Dei habeas, plurimùm ſemper odiſti (non enim dignitatum inſignibus à te hi decorantur, qui pretio, ambituq; quodam ad eas aditum ſibi parant, verùm, qui illuſtri cùm probitatis morum fama, tum virtutum magno ſplendore tibi probantur) Et quod, ex quo huc aduenisti, cùm oſculari tuos ſanctiſsimos pedes vehementer & ipſe optarem, vacuus ſecundum præceptum Domini accedere ad te nollebam. Addo demum, vt tanti beneficij, quo vniuerſi nos de hac Romandiola affecti modò à te ſumus, grati animi nonnullam ſignificationem darem. Quo enim animo, Beatiſsime Pater, ſuperioribus diebus nos fuiſſe exiſtimas, qui Barbianum incolimus, in medijs armis poſitos? Quo timore, dum vtriuſque exercitus iam parati ſtrepitum audiebamus, concuſſos? In qua demum deſperatione quaſi quadam, non fortunarum modò, ſed propemodum corporis, animæq; ſalutis conſtitutos? Quare, cùm tam ſubito è tãta ſolicitudine, è tanto metu, è tantisq; periculis nulla hominum clade, nulla ſanguinis effuſione, nulla ferè vel fortunarum iactura facta tuo ſummo conſilio, ingenti ſolertia, pariq; pietate liberati viuamus, in tuto res noſtræ ſint, tranquilla pace fruamur: iure merito, quò, vt dixi, grati animi ſignificationem aliquam darem, munus hoc, quodcunque eſt, tibi dicatum obtuli. Hilari animo ergo ipſum accipies, ac, ſi uita mihi contigerit, maiora, grauioràque poſthac expectabis. Barbiani.

Idibus Octobris M D XCVIII.

Sanctitatis veſtræ,

& eius præſtantiſſimarum virtutum ſtudioſiſſimus.

Bartholomæus Vgolinus.

Procœmium ad Lectorem.

IN lucem edidi hucuſque humaniſſime Lector Commentarios de Sacramentis,nec non Tractatum de cenſuris Eccl. nunc in lucem edo Tractatum de Simonia locupletiſſimum,quem literarum ſtudioſis non ingratum fore confido. Nam,erſi extant rei huius doctiſſimorum virorum monimenta quāplurima, ipſa tamen partim nimis anguſtè,nimisque conciſè rem hanc complectuntur; partim,quę latius,atque vberius,nimis obſcurè,nimiſque confusè cōſcripta leguntur.Ego autem,vt materiam hanc non minus abſolu ram,quàm dilucidam haberemus, pro uiribus elaboraui . Nam ecce primùm,quòd ſimonia ſub ſe quaſi ſpecies quaſdam continet, ſimoniam conuentionalem ſcilicet,& non conuentionalem, mentalem communiter dictam; & conuentionalis itidem duas quodāmodo ſpecies,vel gradus potius ſub ſe habet,quarum altera conuentionalis ſimpliciter,altera realis dicitur; ob eam rem generatim de ſimonia prius, deinceps ſigillatim de ſingulis eius ſpeciebus egi: ſicut enim priori ratione,in quibus conueniant,facillimè dignoſcitur,ita poſteriori,quomodo inter ſeſe differant,optimè habetur. Præterea,quòd ſimonia,& contractus quidam,& delictum eſt,naturam eius reſpectu habito ad vtrunque explicaui. Poſtremò, quò ordinatim res ageretur,quòque rei tractatio illuſtrior redderetur,quoniam cuiuſque contractus,delictique cauſæ quatuor ſunt,efficiens, effectus,materia,atque forma, ob eam rem eas cauſas hic accuratè,ſeparatimque contemplatus primum de ſimoniam committentibus, ſecundo loco de effectibus ipſius,tertiò de materia,poſtremò de forma, ſimulque de accidentibus, quæ ab ipſis cauſis emanant,egi; ac quæſtiones ſuo quaſque loco diſputatas poſui,propoſita in initio cuiuſque ſpeciei Tabula,qua dictus ordo oculis cerni ſubito poſſit. Verùm,quòd mea ſcripta doctiſſimo cuique probatiſſima eſſe cupio,vt in publicum tutò prodeant, ob eā rem cum pluribus doctiſſimis viris ipſa contuli.Vt enim mittam me cum Ioāne Baptiſta, itē que cum Ioanne Matthęo amantiſſimis fratribus,de quæſtionibus difficillimis ſæpius egiſſe,quorum iudicium,quòd fratres mihi ſunt,fideliſſimum;quòd ille in vtroque iure verſatiſſimus,hic in philoſophia,veriſſimum duco,Reuerendus admodum Magiſter Vincentius Arrigonius Theologus celeberrimus,ac generalis Venetiarum Inquiſitor prudētiſſimus eo,quo valet ingenio,ea accurata diligentia,quæ omnibus nota,non ex officio tantùm,ſed ſumma, qua prædictus eſt bonitate, ſcripta hęc rimatus libentiſſimè admiſit,& vt in lucem ederentur,ſua autoritate comprobauit. Ad hoc etiā,vt ea legit, me cohortatus eſt Illuſtris,ac admodū Reuerendus Ioannes Mozanega Iuriſcō.ætate noſtra nulli ſecundus, ac Prothonotarius Apoſtolicus,cuius animi integritatem teſtantur celeberrimę Italiæ Vrbes, in quibus multos annos ſumma cum laude ius dixit;teſtantur Venetię,vbi eius virtutum celebri fama ductus Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Patriarcha Priolus,,idemque Cardinalis ampliſſimus ſibi Vicariū ad tantos populos gubernandos aſciuit.At quid dicam de Clariſſimo Laurētio Maſſa,qui à ſecretis Sereniſſimi Venetiarum Senatus eſt?Huius plane ſummam grauitatem animi ne plus, an ingentem in omni ſcientiarum genere doctrinam admirer,ignoro. Nouerat eum per bellè Pius IIII.Pont.Max.nouerat,inquam, quem Cardinalatus dignitate decorare,voluit,niſi ipſe qui à ſecretis eiuſdem Senatus erat,dignitatem repudiaſſet ampliſſimam, & patriis Legibus,quæ ipſius animi modeſtia eſt,obtemperare maluiſſet.Vnum hoc ego dicam, quę ipſi probantur,, doctiſſimo cuique probatiſſima eſſe poſſe.,Non prætéribo Baldumantonium Pennam à Sancto Angelo in vado I.V.D.ac publicum eloquentię Venetijs profeſſorem,de cuius eximio ingenio, ſingularibuſque animi dotibus melius eſt ſilere,quàm pauca dicere.Hi ergo quoque ad ſcripta,quæ typis mandantur, inſpicienda propoſiti,vt in lucem hæc ederentur,commēdarunt.Quare,cum à tot,tantiſque viris labores hoſce meos non improbari animaduerterem, in lucem vt prodirent curaui. Id quod eo libentius feci,quoniam in Imolenſi Diœceſi, vbi viuo,Perilluſtris, ac Reuerendiſſimi Alexandri Muſotti eius Eccleſiæ Antiſtitis ſumma prudentia; miraque in grege ipſi credito gubernando vigilantia,ſingulis menſibus de caſibus ad forum conſcientiæ pertinentibus à Clericis diſputatur. Quare & ad hanc functionem Tractatum hunc non inutilem fore confido.Benigno vultu igitur humaniſſime lector hoſce labores meos accipies, ac propediē Tractatum de Bulla Cœnæ Domini, qui iam ſub prælo eſt,expectabis. Vale.

INDEX
EORVM QVAE IN HOC OPERE NOTATV DIGNA
IN PRIMIS SVNT.

A

ABBATES benedici pretio vid. in verb. Benedicendi.
Abſoluens ab excommunicatione, aliaue cenſura, ab aliaue delicto, ſi ob pœnam aliquid ab ipſo exigatur, ſimoniam non committit, cap. 9. §. 9. num. 2. pag. 43.
Abſoluens ab alijs delictis index eccleſiaſticus, & pœna nomine pecuniam exigens, ſimoniam non committit cap. eod num. 4. ead. pag.
Abſoluens in foro pœnitentiæ pecuniam pœnæ nomine exigere etiam poteſt eod. num. 5. p. ead.
Abſolutio excommunicationis ob ſimoniam commiſſam in curia pro obtinenda iuſtitia, vel gratia Romano Pontif. reſeruata eſt cap. 21 §. 1. nu. 9. p. 80.
Abſolutio excommunicationis ipſo iure lata contra conferentē ordines per ſimoniam realem, Romano Pon. reſeruata eſt cap. 3. num. 3. p. 236.
Abſolutio excommunicationis, & ſuſpenſionis lata in recipientes ordines per ſimoniam realem à quo tribuatur. cap. 4. num. 4. p. 242.
Acceptum ob ſimoniam commiſſam in Romana curia pro gratia, iuſtitiaue obtinenda inter pauperes diſtribuendum eſt, cap. 21. §. 1. num. 10. p. 80.
Acolytatus ordo quid ſit cap. 43. §. 4. nu. 1. p. 141.
Acolytatus ordinis functiones quænam ſint eod. nume. 2. pag. ead.
Acolytatus functionibus exercendis quando ſimonia committatur cap. eod. nu. 3. p. 142.
Acta, ſeu facta à ſimoniaco, non tamen ſimoniace an valeant cap. 15. nu. 1. p. 61.
Actiua, & paſſiua voce priuatus eſt clericus regularis, qui per ſimoniam realem ordinem ſuſcepit, & quæ priuatio hac ſit actiua, & paſſiua vocis cap. 4. §. 1. nume. 4. pag. 241.
Acquiſitio ſpiritualium vid. in ver. ſpiritualium.
Accuſatus, & infamatus de ſimonia, ſi clericus eſt, ſuſpendi interim poteſt, atque ei prohiberi, ne diuina faciat, cap. 18. num. 2. pag. 66.
Accuſatus, inquiſitusue de ſimonia, & non infamatus de nec cauſa agitur, ſuſpendi ab officio interim non poteſt eod. num. 4. pag. 67.
Accuſare de ſimonia omnes poſſunt, qui ad alia crimina accuſanda admittuntur, cap. 32. §. 3. nu. 1. p. 112.
Accuſare de ſimonia poſſunt, & qui alias non admittuntur, eod. §. 3. num. 2. ead. p.
Accuſare volenti matrimonium eſſe illegitimum, an ſi quid detur, ne id faciat, ſimonia committatur, cap. 45. §. 5. num. 2. p. 161.
Aduocatus in cauſa ſpirituali an ſimoniam committat, ſi pecuniam accipiat, cap. 53. §. 2. num. 1. pag. 182.
Adulatio quid ſit vid. in verb. Laudes.
Aeconomi, Syndiciue munus an ſine ſimonia vitio emi, vendiue poſſit, cap. 48. §. 7. nu. 3. p. 170.
Aeconomus quid ſit, & quod eius officium, eod. nume. 4. pag. 171.
A fidelium conſortio eijci debet ſimoniacus realis in beneficio, qui ſæpius ſimoniam commiſiſſe conuincitur, ca. 6. §. 8. num. 3. pag. 257.
Alimentorum gratia vid. in verb. Suſtentationis.
Altaris conſecratio vid. in verb. Conſecrationes.
Altare onus habens vid. in verb. Capella.
Amicabilis compoſitio vbi interuenit in ſpiritualibus, ſimonia non committitur. cap. 29. §. 3. nu. 1. pa. 105.
Amicitiam vt ſibi alicuius conciliet beneficium conferens, an ſimoniam committat, cap. 58. §. 7. numero 1. pag. 200.
Amicitia ſibi concilianda gratia an ſimoniam committat, ſi quis ad eius preces beneficium cuipiam conferat vid. in verb. Gratia.
Adminiſtrator eccleſiæ vt quis fiat vid. in verb. legatus vt quis fiat.
Anathemate obligati ſunt, qui contra Bullam de datis, & promiſſis veniunt, cap. 21. §. 1. nu. 11. p. 80
Annexa ſpiritualibus materia ſimoniæ ſunt, cap. 34. numero 1. pag. 117
Annexa ſpiritualibus quid ſint, eod. num. 2. ead. p.
Annexa ſpiritualibus vnde dicta ſint, eod. num. 3. ead. p.
Annexa ſpiritualibus cur inſtituta ſint, eod. nu. 4. ead. p.
Annexa ſpiritualibus quot ſint, eod. nu. 5. ead. p.
Annexa ſpiritualibus antecedenter quæ ſint eod. numer. 6. ead. p.
Annexa ſpiritualibus conſequenter quænam ſint, eodem num. 7. p. 118
Annexa ſpiritualibus a quo inſtituta eod. nu. 8. p. ead.
Annexa ſpiritualibus ab eccleſia inſtituta ſunt autoritate diuinitus ipſi tradita, eod. §. 1. nu. 1. p. ead.
Annexa ſpiritualibus qua ratione ipſis inſeruiant, cap. 34. §. 1. num. 4. p. 119
Appellatio non admittitur à ſententia contra ſimoniacū lata, cap. 32. num. 4. p. 109.
Aqua baptiſmi etiam benedicta emi poteſt, quatenus aqua eſt, ſine ſimonia vitio, cap. 6. nu. 4. p. 22
Aqua benedicta aſperſi in itinere à religioſis peregrini, & tranſeuntes ſimoniam non committunt, ſi quid offerant, cap. 9. §. 2. nu. 8. p. 35.
Aqua benedicta ædes ſacerdotibus aſpergentibus, benedi-

gentibusue, ſi quid tribuatur, ſimonia nõ committitur. eod. nu. 9. p. ead.

Aqua benedicta alienari poteſt ſine ſimonia vitio, ſi ratione materiæ, & non conſecrationis aliẽetur. ca. 10. num. 2. p. 50.

Aqua benedicta, & ſal benedictũ, nec non oleum, & chriſma itidem benedicta, quæ ad baptiſmum adminiſtrandum adhibentur, materia circa quam ſimonia ſunt, id eſt in ipſis ſimonia committi poteſt. cap. 37. §. 2. num. 1. pag. 124.

Aqua, & ſal benedicta ſi vendantur reſpectu habito ad ipſam benedictionem, ſimonia committitur. eod. num. 2. ead. pag.

Aqua, & ſal benedicta ſi vendantur reſpectu habito ad ipſorum ſubſtantiam, non autem ad benedictionem, ſimonia non committitur. eod. nu. 3. p. 125.

Aqua vid. in verb. Benedictiones.

Arbitrio iudicis puniri debent offendentes Bullam de datis, & promiſſis. c. 21. §. 2. nu. 6 p. 81.

Auditores Cameræ Apoſtolicæ ab Eccleſia inſtituti ſunt cap. 3. §. 4. nu. 9. p. 7.

Auditoratum Cameræ Apoſtolicæ, & Clericatus etiam cameræ eiuſdem emens, an ſimoniam committat. c. 48. §. 6. nu. 3. pag. 170.

Aucupis operas præſtans vid. in verb. Medici operas.

Auxilium præſtans. vid. in verb. Conſilium.

B

BAPTISMI adipiſcendi gratia extra mortis periculum pecunia dari non debet cap. 6. nu. 5. p. 23.

Baptiſmi character cõfertur, eſto per ſimoniam conferatur. eod. nu. 6 p. ead.

Baptiſmum conferre ſi quis nolit, niſi ſibi iuretur pretij nomine aliquid dari, an iurare tũc nobis liceat. eod. nu. 8. ead. pag.

Baptiſmo adminiſtrato ſi quid tribuatur baptizanti, ſimonia non committitur. c. 9. §. 2. nu. 2. p. 35.

Baptiſmus, & confirmatio per ſimoniam adminiſtrata valent. c. 12. §. 1. nu. 1. p. 58.

Baptiſmi, & confirmationis gratia an conferatur, vbi per ſimoniam ea ſacramenta collata ſunt. eod. nu. 2. ead. p.

Baptiſmus eſt materia propria circa quam ſimonia, id eſt circa quem ſimonia committi poteſt. cap. 37. nu. 1. pag. 123.

Baptiſmi adminiſtrandi gratia ſi quid pretij nomine promittatur, exigatur, detur ve ſimonia committitur. eod. nu. 2. ead. p.

Baptiſmus dum confertur, ſi quid ſponte offeratur, licite, & ſine ſimonia recipi poteſt. eod. nu. 3. p. 124

Baptiſmum ſe adminiſtraturum alicui promittens, ſi ipſe baptiſmum ei conferat, an ſimoniam committat. c. 57. §. 1. nu. 3. p. 191

Baptiſmus vt infanti morituro tribuatur, pretij nomine nihil dari debet c. 6. nu. 5. p. 23.

Baptizandus qui rationis vſum habet, vel in articulo mortis conſtitutus ſit, pretium pro baptiſmo dare non debet. c. 6. nu. 3. p. 22

Benedictiones, & conſecrationes factæ per ſimoniam an valeant. c. 14. nu. 2. p. 60

Benedicere dona Dei ſacerdotij functio eſt. cap. 44. nu. 2. pag. 147

Benedictionis genera duo ſunt, & quæ. eod. §. 3. num. 1. pag. 152

Benedictionibus, quæ res ſacræ conſtituantur, & quæ nõ. eod. nu. 2. ead. p.

Benedictionum gratia, quæ à ſacerdote fiunt, ſi quid pretij nomine exigatur, ſimonia committitur. eod. num. 3. pag. 153.

Benedictæ res, ſi quatenus tales vendantur, ſimonia committitur. eod. nu. 4. ead. p.

Benedicendi res gratia, id eſt vt quis benedicere res poſſit, ſi pretio licentiam emat, ſimoniam committit. eod. nu. 5. ead. p.

Benedicendi Abbates gratia, vel moniales ſi quid exigatur, ſimonia committitur. c. 45. §. 1. nu. 3. p. 155

Benedictio ſponſi, & ſponſæ quibus tribuatur. ca. 46. §. 4. nu. 1. p. 160

Benedictio ſponſi, & ſponſæ à proprio Parocho tribui debet. eod. nu. 2. p. ead.

Benedicens alienos ſponſos ſine licentia Parochi, in quam pœnam incidat. eod. nu. 3. p. ead.

Benedictio ſponſi, & ſponſæ quo tempore fiat. eod. num. 5. ead. pag.

Benedicendi ſponſos cauſa ſi pecuniam quis accipiat, ſimoniam committit, quæ regula, quouſque pateat, declaratur. eod. nu. 6. ead. p.

Benedicendi ſponſus licentiam tribuens pecunia acceptæ an ſimoniam committat. eod. nu. 7. p. 161.

Benedictiones aquæ baptiſmi, campanæ, cœmiterij, crucis, ædium, candelarum, & huiuſmodi ab Eccleſia inſtitutæ ſunt. c. 3. §. 3. nu. 2. p. 4

Beneficium ſimoniace habẽs an admoneri ab id ſciente debeat, cum ipſe id ignoret. c. 8. §. 1. nu. 4. p. 29

Beneficium eccl. ſi conferatur alicui, vt doceat pueros, an ſimonia committatur. c. 10. §. 3. nu. 4. p. 54

Beneficium curam animarum habens, ſi cui hac conditione, & pacto conferatur, vt diuina faciat, ſacramentaque ibi adminiſtret, ſimonia non committitur, cap. 11. num. 2. p. 55.

Beneficia plura curam animarum habentia, quod quis retinere non poteſt, ob eam rem ſimonia non committitur, ſi beneficium tale cuipiam hac conditione conferatur, vt ſi quod habet ſimile, illud renunciet, eod. numero 4. p. 56.

Beneficio priuari, & adminiſtratione officij ſimoniacus poteſt, vbi ciuiliter agitur, cap. 19. num. 1. p. 73

Beneficijs, quæ antea quis legitime obtinebat, committẽs ſimoniam confidentialem, ipſo iure priuatus eſt, cap. 22. §. 4. num. 4. p. 90

Beneficia eccl. locare, & conducere quando ſimonia ſit, cap. 26. num. 3 p. 95

Beneficium eccl. conferens Epiſcopus alicui, quamobrem obligatur ad diuinum officium, ſimoniam non committit, & quamobrem, cap. 44. §. 2. n. 5. p. 148

Beneficia ſimplicia, præbendas, & huiuſmodi Eccleſia inſtituit poteſtate iuriſdictionis Eccleſiaſticæ à Chriſto Domino ipſi tradita, cap. 48. nu. 4. p. 163

Beneficia eccl. tam maiora, quàm minora, ſi pretio interueniente conferantur, ſimonia committitur, eod. §. 1. num. 1. p. 164

Beneficia eccl. multis modis conferuntur, cap. 3. §. 4. num. 4. pag. 6

Beneficia eccl. vt pure, nulloque pacto interueniente conferantur, eccleſia inſtituit eod. nu. 5. ead. p.
Beneficium, in quo quis penſionem habet, ſi conferendū cuiquam curet hac conditione, vt penſionem redimat, ſimoniam committit, cap. 8. §. 3. num. 2. p. 31.
Beneficium conferens cuipiam pacto interueniente, vt is, cui eſt collatum, conſanguineis conferentis ſubueniat, ſimoniam committit, cap. 59. nu. 3. p. 203
Beneficij eccl. collatio per ſimoniam conuentionalem facta, an valeat cap. 2. n. 2. p. 221
Beneficium eccl. per ſimoniam conuentionalem collatum, an in foro conſcientiæ retineri poſſit, & quid in foro exteriori, eod. num. 3. p. 222
Beneficium eccl. per ſimoniam realem conferens ipſo facto excommunicatus eſt, quæ regula quouſque pateat, declaratur, cap. 5. nu. 1. p. 246
Beneficium eccl. per ſimoniam realem accipiens ipſo facto excommunicatus eſt, cap. 6. nu. 1. p. 246
Beneficij eccl. collatio, per ſimoniam realem commiſſam ab eo, cui confertur, nulla eſt, quæ regula quouſque pateat, declaratur, eod. nu. 2. p. 247
Beneficij eccl. collatio nulla eſt, vbi ab alio ſimonia realis commiſſa eſt, ſciente, & non contradicente eo, cui collatio facta eſt eod. nu. 3. p. ead.
Beneficium eccl. quod quis per ſimoniam realem adeptus eſt, retinere non poteſt, ſed dimittere ipſum debet eod. §. 1. num. 1. p. 148
Beneficium eccl. per ſimoniam acquirens ipſo facto ſuſpēſus non eſt, eod. §. 5. nu. 1. p. 252
Beneficium per ſimoniam acquirens irregularis non fit, eod. nu. 2. pag. 253
Beneficium eccl. per ſimoniam realem commiſſam ab alio, ignorante eo, cui collatum eſt, retineri non poteſt, cap. 7. §. 1. nu. 1. p. 260
Beneficij eccl. collatio per ſimoniam realem ab alio factū, eo prohibente, cui beneficium confertur, valet, & retineri beneficium poteſt, cap. 7. §. 3. nu. 1. p. 262
Beneficij eccl. collatio valet, & retineri poteſt, vbi ſimonia realis commiſſa eſt ab alio in fraudem, & odium eius, cui collatio facta eſt, cap. 7. §. 3. nu. 2. p. 263
Beneficium eccle. quod quis adeptus eſt pecunia tributa, an retinere poſſit, eſto ei collatum eſſet, quamuis pecuniam non tribuiſſet eod. §. 4. nu. 1. p. 263
Beneficium eccl. collatum alicui alio pecuniam dante, an retineri poſſit, ſi collatores illud ipſi cōtuliſſent, quamuis pecunia data non eſſet, eod. nu. 2. ead. p.
Beneficium conferens benemeritis, vt exoneret ſe ab obligatione antidorali an ſimoniam committat, cap. 58. §. 4. num. 1. p. 197.
Beneficij collatio vid. in verb. Collatio beneficij.
Beneficia à quo inſtituta vid. in verb. Beneficia ſupra.
Beneficia conferentes ad preces alicuius potentis viri ſimoniam non committunt, cap. 58. §. 7. nu. 1. p. 199
Benemeritis beneficium conferens, vt exoneret ſe ab obligatione antidorali an ſimoniam committat eod. §. 4. nume. 1. p. 197
Benemeritis ſi beneficium conferatur, an ſimonia committatur, ſi id fiat, quo antidoralis obligatio tollatur, eod. num. 1. & 2. p. ead. cum ſequent. Et quid ſi ob mercedem promiſſam eod. §. 4. & 5. Et ibi traecetur.
Bulla Iulij Secundi refertur in cap. 23
Bulla Pij Quinti refertur, quæ ſubornantes punit, cap. 4. §. 6. num. 8. pag. 21
Bulla Gregorij de datis, & promiſſis pro gratia, vel iuſtitia, refertur. c. 21. nu. 1. p. 75
Bulla Pij Quarti de confidentiali ſimonia refertur. c. 22. nu. 1. p. 82.
Bulla Pij Quinti de confidentiali ſimonia refertur. eod. nu. 2. p. ead.
Bulla, & literarum beneficij cauſa ſi quid detur auctoritate Romani Pont. ſimonia non committitur. c. 48. §. 1. nu. 5. p. 164
Bulla Sixti Quinti an locum habeat in ſimonia tantum reali. c. 3. §. 1. nu. 6. p. 237
Bulla Sixti Quinti contra ſimoniacos refertur. eod. nu. 7. ead. pag.

C

CALICES conſecrati alienari poſſunt ſine ſimoniæ vitio, ſi ratione materiæ, & non conſecrationis alienentur. ca. 10. nu. 2. pag. 50
Calicis conſecrandi gratia ſi quid exigatur, ſimonia committitur. c. 45. §. 1. nu. 6. p. 155
Calix conſecratus ſi detur pro altero calice conſecrato, aliaue re conſecrata mobili, an ſimonia committatur. c. 55. §. 1. nu. 2. p. 187.
Calicis conſecratio vid. in verb. Conſecrationes.
Calices quomodo vendantur laicis vid. in verb. Laicis.
Campanæ benedictæ alienari poſſunt ſine ſimoniæ vitio, ſi ratione materiæ, & non benedictionis alienentur. cap. 10. nu. 2. p. 50
Campanas pulſantes an exigere quicquam poſſint. c. 44. §. 2. nu. 16. p. 151
Campana vid. in verb. Benedictiones.
Cancellariæ eccleſiaſt. obuentiones etiam vendi poſſunt. c. 10. §. 2. nu. 8. p. 52
Candelæ vid. in verb. Benedictiones.
Canonica portio ex relictis eccleſiæ non parochiali à moriente licite exigitur ab eccleſia parochiali. ca. 9. §. 7. nu. 5. p. 40.
Canonicum recipere hac conditione, vt ei prębēda tribuatur, ſimoniacum non eſt, c. 11. nu. 5. p. 56
Cantores ſine ſimonię vitio operam ſuam vendunt, quam adhibent ad miſſas, & diuina officia celebranda. c. 10. §. 4. nu. 2. p. 54
Capellani, qui paciſcuntur, ut habeant, vnde ſe ſuſtentent, ſimoniam non committunt. c. 9. nu. 5. p. 32
Capellani ſimoniam non committunt, ſi paciſcantur, vt aliquid ipſis detur, propterea quod obligant ſe ad moram trahendam alicubi ad diuina facienda, ca. 9. §. 1. nu. 2. pag. 34
Capella conſecratę alienari poſſunt ſine ſimonię vitio, ſi ratione materię, & non conſecrationis alienentur. ca. 10. nu. 2. p. 50
Capella, ſeu altare habentia hoc onus, vt qui ea obtinnerit, tot miſſas in hebdomadam celebret, ſi cui conferantur hac conditione, vt ea onera ſubeat, ſimonia non cōmittitur. c. 11. nu. 6. p. 56
Cathedraticum, quia Epiſcopo debetur, ob eam rem ſi de quantitate eius conuentio fiat, ſimonia non committitur. c. 11. nu. 3. p. ead.
Catechiſmi, exorciſmi, officia diuina tam viuorum, quam mortuorum

mortuorum, miſſæ partes quædam ab Eccleſia inſtitutæ ſunt. c. 3. §. 3. nu. 2 p. 4.
Catechiſmi an materia ſimoniæ ſint. vid. in verb. Exorciſmi.
Cardinales ſimoniam committere poſſunt. c. 2. nu. 2. p. 2
Cardinales, & alij Eccleſiæ antiſtites ſimoniam confidentialem committentes ipſo iure ingreſſu Eccleſiæ priuati ſunt. c. 22. §. 4. nu. 6. p. 90.
Cauſæ quænam ſint, pro quibus habendis ſimonia ſi committatur, in pœnas Bullæ de datis, & promiſſis pro iuſtitia, vel gratia quis incidit, c. 21. nu. 3. p. 76
Cæmiterium benedictum alienari poteſt ſine ſimoniæ vitio, ſi ratione materię, & non benedictionis alienetur. c. 10. nu. 2. p. 50.
Cæmiterium vid. in verb. Benedictiones.
Cæmiterium à ſimoniaco conſecratum vid. in verb. Eccleſia.
Cerei benedicti alienari poſſunt ſine ſimoniæ vitio, ſi ratione materiæ, & non benedictionis alienentur. ca. 10. nu. 2. p. 50
Chriſma quot modis ſumitur, c. 37. §. 3. nu. 1. p. 125
Chriſma ex balſamo, & oleo factum, & ab Epiſcopo benedictum reſpectu habito ad eius conſecrationem vendi non poteſt, eod. nu. 2. p. ead.
Chriſma reſpectu habito ad eius materiam an vendi poſſit. eod. nu. 3. ead. p.
Chriſmate ſacerdos vngens baptizatum pro vnctione nihil recipere poteſt. eod. nu. 4. p. 126
Chriſtianus quatenus eſt talis ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt. c. 38. nu. 3. p. 127
Chirographum, quo quidpiam debitum probatur, creditor reſtituens debitori, quo beneficium eccleſ. ei conferat, ſimoniam conuentionalem committit. cap. 1. num. 4. pag. 220.
Chirographum, quo promiſſio centum aureorum continetur facta hac conditione alicui, ſi beneficium ei renunciet, tradens poſt renunciationem ipſi factam, an ſimoniam inducat. c. 11. nu. 3. p. 270.
Ciuiliter an agatur contra ſimoniacum vid. in verb. Criminaliter.
Clerici ſimoniam committere poſſunt. c. 2. nu. 1. p. 2
Clerici cameræ Apoſtolicæ ab Eccleſia inſtituti ſunt. c. 3. §. 4. nu. 8. p. 7.
Clerici, qui inuitantur aliquo ad funus, aut ad anniuerſaria, aut proceſſiones, aliaue diuina officia, paciſci poſſunt ſine ſimoniæ vitio, vt aliquid ipſis detur. c. 9. §. 1. nu. 4. p. 34.
Clerici ſeculares, ac laici ſimoniaci à ſuo Epiſcopo puniuntur. c. 32. §. 1. nu. 5. p. 110
Clericus inſeruiens ſacerdoti miſſæ ſacrum facienti, an ſimoniam committat, ſi de pretio conueniat. ca. 43. §. 4. nu. 4. p. 142.
Clerici inuitati ad diuina facienda ſimoniam non committunt, ſi paciſcantur, vt ad victum neceſſaria ipſis præſtentur. c. 9. nu. 6. p. 32
Cognatio ſpiritualis, quæ naſcatur ex baptiſmo, & confirmatione inter eum, qui baptizatur, vel confirmatur, & baptizantem, vel confirmantem, & patrem, & matrem baptizati, vel confirmati, & inter ipſum leuantē in baptiſmo, vel chriſmate & leuatum, & patrem, & matrem leuati. c. 37. §. 4. nu. 2 p. 126.
Cognationem ſpiritualem vt quis contrahat ſecum, ſi pretium ei præſtet, ſimonia committitur. c. 37. §. 4. nu. 3. pag. 126
Collatione facta alicui de aliquo beneficio, ſi deinceps quæpiam detur grati animi ſignificandi gratia, nullo pacto interueniente, ſimonia non committitur. c. 9. §. 2. num. 10. p. 35
Collationes beneficiorum, regreſſus, fructuum, penſionumque reſeruationes per ſimoniam confidentialem factę, ipſo iure nullæ ſunt. c. 22. §. 4. nu. 2. p. 89.
Collatio beneficij nulla eſt, eſto non eodem tempore ſimonia adimpleta ſit, & realis facta, ſed deinceps. c. 6. §. 3. nu. 1. p. 250
Collatio beneficij ob promiſſionem pecuniæ factā, quæ poſt multum temporis data eſt, ab initio nulla eſt, & ſic nullitas retrotrahitur. eod. nu. 2. p. ead.
Collatio beneficij facta ob promiſſionem pecuniæ, quæ nōdum data eſt, pendet quouſque detur, & neque interim valet, neque non valet. eod. nu. 3. ead. p.
Collatio beneficij eccl. ac dignitatis per ſimoniam ab alio commiſſam, eo, cui confertur, inſcio, facta valet. c. 7. nu. 1. p. 259
Commemoratio officiorum an ſimoniam inducat. c. 58. §. 1. nu. 1. p. 159.
Competitori ſuo ad beneficium, ſeu concurrenti qui pecuniam tribuit, ſeu promittit penſionem, ne concurrat, ſimoniam committit. c. 8. §. 2. nu. 5. p. 30
Concionatores paciſci poſſunt dum eunt ad concionandum alicubi, vt ſibi dentur, quæ ad ſe ſuſtentandū pertinent. c. 9. nu. 6. p. 32
Concionatores paciſcentes, vt aliquid ipſis detur, propterea quod obligant ſe ad moram trahendam alicubi ob concionem ſimoniam non committunt. eod. §. 2. nu. 3. pag. 34
Concionis habendę gratia ſi quid exigatur, an ſimonia ſit. c. 44. §. 2. nu. 19. p. 151
Concionator ſimoniam committit, ſi concionando quid ſpirituale docet ob pretium. c. 10. §. 3. nu. 3. p. 53
Concurrentes ad beneficia ſimoniam non committunt. ca. 9. nu. 3. p. 32
Concurſus ſi hodie ad beneficia eccl. vacantia, & ſi iniuria afficiatur aliquis competitorum, appellare poteſt. c. 48. §. 3. nu. 2. p. 167
Concurrens cum aliquo ad beneficium, ſi competitori promittat penſionem, ſi beneficium habuerit, modo exceptionem veram, vt irregularitatem non obijciat, ſimoniam committit, ſicut etiam ſi quid aliud ei promittit, ne concurrat. c. 9. §. 8. nu. 2. p. 41
Conditione, modoue adiecto, vbi ſpiritualia conferuntur, ſimonia committitur. c. 8. §. 3. nu. 1. p. 31
Conducentes oblationes eccleſiarum, vid. in verb. Laici.
Confeſſi ſi quid ſacerdotibus tribuant, ſimoniam non committunt. c. 9. nu. 4. §. 2. p. 35
Confeſſionem huius audiens ſacerdos libentius, quā illius, ob id, quod ab illo pecuniam, & non ab hoc expectat, an ſimoniam committat. c. 40. §. 4. nu. 1. p. 132
Conferēs beneficium de ſe benemeritis, vt exoneret ſe ab obligatione antidorali, an ſimoniam committat. c. 58. §. 4. nu. 1. p. 197
Confirmatio per ſimoniam collata valet, vid. in verb. Baptiſmus.
Cōfirmatio eſt materia ſimoniæ, ideſt circa quam ſimonia committi poteſt. c. 38. nu. 1. p. 127

Confirmationis

Confirmationis conferendæ gratia nihil recipi pretij nomine poteſt ſine vitio ſimoniæ.eod,nu.2.ead.p.

Confirmari electus ad aliquam eccl.dignitatem,beneficiũ ue debet.c.48 §.4.nu.1.p.168

Confirmatio electi ad aliquam eccl.dignitatem,vel beneficium ſimoniaca eſt,ſi pecunia interueniente fiat.cap.48.§.4.nu.2.p.168

Conſecrationes Eccleſiæ,altaris,calicis,patenæ,& huiuſmodi ab Eccleſia inſtituta ſunt.c.3.§.3 nu.2.p.4

Conſecrationis eccleſiæ gratia procuratio ſine ſimoniæ vitio exigitur.c.9.§.7.nu.4.p.40

Conſecrationes,& benedictiones,quę in eccleſia fiunt,partim ab Epiſcopis,partim à ſacerdotibus fiunt,& quænam hæ ſint.c.14.nu.1.p.60

Conſecrationes,ac benedictiones verſantur partim circa perſonas,partim circa res,quæ aut ad diuina,mißæque ſacrum faciendæ pertinent,aut ad ſacramenta,& quæ hæ ſint.c.45.nu.3.p.154

Conſecrationum,& benedictionũ gratia ſi Epiſcopus pretij nomine quid exigat,ſimoniam committit.c.45.§.1.nu.1.p.155

Conſecrationis Epiſcoporum gratia ſi quid pretij nomine Epiſcopus recipiat,ſimoniam committit . eod. num.2.ead.pag.

Conſecrationis eccleſiæ gratia ſi quid recipiatur, quando ſimonia committatur.eod.nu.4.ead.p.

Conſecrationis altaris gratia ſi quid exigatur,ſimonia cõmittitur.eod.nu.5.ead.p.

Conſecrata,ac benedicta ab Epiſcopis ſi vendantur reſpectu habito ad conſecrationem,benedictionemue, ſimonia committitur.eod.§.2.nu.1.p.156

Conſecrata,benedictaue ab Epiſcopis ſimonia nõ committitur,ſi vendantur reſpectu habito ad materiam,& nõ ad conſecrationem.eod.nu.2.ead.p.

Conſecratio,benedictione per ſimoniam facta an valeant.eod.nu.3.ead.p.

Conſecrandi licentia ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt.eod.§.3.nu.1.ead.p.

Conſecrationes vid.in verb.Benedictiones.

Conſanguineo ſi ob conſanguinitatem ſpirituale conferatur,conferendumue curetur,an ſimonia committatur, vel ſaltem peccetur.c.58.§.3.nu.1.p.196.cum ſeq.

Conſentiens vt quis pecuniam tribuat pro ſe,quo ſpiritualia conſequatur,ſimoniam committit. c.7.§.1.num.1.pag.26

Conſilium,auxilium,fauoremue præſtans ad ſimoniam,an ſimoniacus ſit,& qua pœna puniatur.c.8.nu.4.p.266

Conſuetudine laudabili ſi quid dari cõſueuit in ſpiritualiũ adminiſtratione,licite datur,ac recipitur, quæ regula, quouſque pateat declaratur.c.9.§.10.nu.1.p.44

Conſuetum prandium, pecuniaue aliqua ex conſuetudine laudabili dari ſolita licite peti poſſunt. eod.num.2.ead.pag.

Conſuetudinem laudabilem improbans, quæ in ſpiritualiũ adminiſtratione,prandium, pecuniaue clericis datur, reprehendendus eſt.eod.nu.3.p.ead.

Conſuetudine ſi inductum ſit,vt parochis aliquid detur in adminiſtratione ſacramentorum,& ſpiritualium,licite peti poteſt,eſto ad ſpiritualia adminiſtranda ex officio obligati ſint.eod.n.7.p.45

Conſuetudo laudabilis quænam ſit quoad rem hanc.c.9.§.10.nu.8 p.45

Conſuetudo laudabilis infra quod tempus inducatur.eod.nu.9.p.46

Conſuetudo re dubia an laudabilis exiſtimetur.eod.num.10.ead.p.

Conſuetudine debitũ ſi exigi egre poteſt poſt adminiſtrationem ſpiritualium, an ſine ſimonia id exigi antea poſſit.eod.nu.11.p.46

Conſuetudo offerendi ſe ſtatim cum patina, ſeu lance ijs, qui Euchariſtiam ſumpſerunt,laudabilis non eſt.c.39.nu.5.p.129

Conſuetudine vbi dari quid conſueuit,peti illud poteſt & à parocho.c.9.nu.7.in fi.p.33

Conſilium,auxilium,fauoremque præſtantes ad iuſtitiam, gratiamue impetrandam pretio interueniente,excommunicati ſunt.c.21.§.1.nu.7.p.80

Contradicens,ac prohibens,ne pecuniam quis tribuat,quo ipſe ſpiritualia conſequatur,ſimoniacus non eſt,quamuis deinceps pecunia detur.c.7.§.1.nu.3.p.26

Contractibus nõ gratuitis omnibus ſimonia committitur.c.23.nu.5.p.94

Contractus non gratuiti quinam ſint,quibus ſimonia committitur.eod.nu.6.ead.p.

Contractibus innominatis ſimonia committitur.c.30.nu.1.p.107

Contractus innominati in ſpiritualibus locum non habẽt.eod.nu.2.ead.p.

Corpus,& ſanguinem Chriſti Domini conficere, Deoque in miſſa offerre ſacerdotij functio eſt.cap.44.num.2.pag.144

Corporis pœna ſimoniacus realis in beneficio affici etiam poteſt,vbi ſæpius ſimoniam commiſiſſe conuincitur.c.6.§.8.nu.1.p.256

Corporalia alienari poſſunt ſine ſimoniæ vitio, ſi ratione materiæ,& non conſecrationis alienentur.c.10.nu.2.pag.50

Criminaliter,ciuiliterque an agatur contra ſimoniacum.c.32.§.2.nu.1.p.111

Criminaliter,ciuiliterque quando contra ſimoniacum agi dicatur.eod nu.2.p.111

Criminoſi accuſare de ſimonia poſſunt. cap.32.§.3.nu.3.pag.112

Criminoſi,ideſt,qui in crimine perſeuerant ad ſimoniam probandam admittuntur.eod.§.4.nu.3.p.113

Crucem deferens in funeribus mortuorum, vel in proceſſionibus alijs an ſimoniam committat, ſi pecuniam exigat.c.44.§.2.nu.15.p.151

Creditor remittens debitum, quo beneficium ei conferat, an ſimoniam committat,vid.in verb. Chirographum.

Curiales inſeruientes Cardinalibus,& alijs huiuſmodi in primis,quo in gratiam ab ipſis recipiantur, ſperantes ſecundo loco ſe penſionem aliquam,beneficiumue eccl.conſecuturos,ſimoniam non committunt.ca.9.§.5.nu.3.pag.37

Curiæ nomine quid comprehendatur, quod ad Bullam de datis,& promiſſis pro gratia,vel iuſtitia pertinet.cap.21.nu.2.p.76

Curantes ſibi mandatum dari ad iuſtitiam,gratiamue impetrandam pretio interueniente,pactioneue,excommunicati ſunt.c.21.§.1.nu.4.p.79

DANS

D

DANS aliquid, vt ſpirituale quid faciat, ſimoniam committit c.30 nu.3.p.107.
Dans aliquid, vt ſpirituale detur, ſimoniam committit eod.nu.6.p.ead.
Dans quidpiam Epiſcopo ne quem eligat, ordines ve ei conferat, ſimoniam committit.c.42.§.3.nu.4.p.136
Dantes, & promittentes aliquid hodie pro ſpiritualibus habendis, non in premis dant, vt ſpiritualia emant, vel quod emi poſſe exiſtiment.c.4.nu 4.p.226
Datum, acceptumque pro gratia, iuſtitiaque obtinenda in Romana Curia nullo pacto interueniente, an ſimoniam inducat, quæ per Bullam Gregorij puniatur.ca.21.nu.4.p.78
Datum poſt ſpirituale collatum ei, qui ſpirituale contulit, an ſimoniam inducat.c.6.§.9.nu 3.p.258
Debitum pro ſpiritualium adminiſtratione ſi non præſtetur, apud quem iudicem peti poſſit, & qua actione.c.9.§.10.nu.12.p.47
Debitum, quod re vera non adeſt, remittens quis Epiſcopo hac adiecta conditione, vt epiſcopus beneficiũ ipſi conferat, beneficio collato, an ſimoniam realem commiſerit.c.11.nu.2.p.269
Debiti remiſſio vid.in verb. Remiſſio.
Decimæ licite, & ſine ſimoniæ vitio exiguntur ab ijs, quibus ſacramenta adminiſtrantur.c.9.§.7.nu.2.p.40
Decimarum fructus à clericis collecti ſine ſimoniæ vitio vendi poſſunt.c.10.§.2.nu.1.p.51
Decimarum fructus laicis locari poſſunt, eod.nu.2.pag.ead.
Decimas colligendi ius vendi non poteſt.cap.49 §.3.nu.2.p.174
Decimas colligendi ius ſpirituale eſt, & quamobrem.cap.49.§.3.nu.3.p.174
Decimas colligendi ius vendens ſimoniam committit.eo.nu.4.p.175
Decimarum fructus vendi, locarique poſſunt. eod.num.6.ead.p.
Definitio ſimoniæ communiter tradita an bona ſit.c.60.§.1.nu.3.p.205
Definitio ſimoniæ quatenus contractus quidam eſt, quid ſit eod.num.1.p.205.
Definitio ſimoniæ, quatenus delictum quoddam eſt, quid ſit eod.nu.2.ead.p.
Definitio ſimoniæ Mentalis quid ſit cap.3.§.1.numer.1.pag 217.
Definitio ſimoniæ conuentionalis quid ſit cap.1.in princ.pag.220
Definitio ſimoniæ Realis quid ſit, cap.1.nume.1.p.230
Degradationis faciendæ gratia an ſine ſimoniæ vitio recipi quicquam poſſit, cap.42.nu.2.p.134
Degradari ſimoniacus realis in beneficio poteſt, vbi ſæpius ſimoniam commiſiſſe conuincitur, cap.6.7.8.numer.2 pag.256
Depoſitio eſt pœna, qua ſimoniaci puniri poſſunt, cap.18.§.1.num.1 pag.68
Depoſitio quid ſit, & quotuplex eod.num.2.pag.ead.
Depoſitio an fiat in quocunque ſpirituali ſimonia commiſſa ſit eod.num.4.ead.p.
Depoſitio an fiat eius, qui ſimoniam commiſit, vel ciuiliter, vel criminaliter de ſimonia contra ipſum agatur, eodem num.5 pag.69
Depoſitionis pœna non afficitur, qui per tranſactionem ſimoniam committit cap.29.§.2.nu 3.p.105
Deponi per ſimoniam quinam poſſint. cap.18.§.1.nu.3.pag.68
Deponi non poteſt, qui per tranſactionem ſimoniam committit.eod nu.6.p.69
Diaconatus ordo quid ſit.c.43 §.6.nu.1.p.143
Diaconatus functiones quænam ſint.eod.nu.2.p.ead.
Diaconatus functionibus exercendis quando ſimonia committatur.eod.nu.3.p.144
Dicantes opus aliquod Romano Pont. inferioribúe Eccleſiæ Antiſtiti, quo beneuolentiam in primis eorum ſibi concilient, in gratiamúe ab ipſis recipiantur, ſperantes ſecundo loco dignitatem aliquam Eccleſiæ conſecuturos ſimoniam non committunt.c.9.§.5.nu.5.p.37
Dimiſſoria litera vid.in verb. Litera.
Diſpẽſatio an requiratur in actis factis à ſimoniaco.c.16.nu.3 p.62
Diſpenſatio quid ſit.c.52 nu.1.p.179
Diſpenſare ad iuriſdictionem pertinet.eod.nu.2.ead.p.
Diſpenſatio ad iudices eccl. & prælatos Eccl.pertinet.eo.nu.3 ead.p.
Diſpenſandi gratia, ſi pecunia exigatur, ſimonia committitur.eod.nu 4.ead.p.
Diſpenſatio vbi in Romana curia fit, an ſimonia committatur, ex quo ſemper quid temporale præſtatur, vt in diſpenſationibus conſanguinitatis, affinitatiſúe, & in votis, & in iureiurando, & in irregularitate.c.52.nu.5.pag.179
Diſpenſare Romanus Pont.poteſt in quocunque inhabili ob ſimoniam realem ad ordinem, & beneficium. c.4 §.3.nu.1.p.244
Diſpenſare cum ſimoniaco reali in ordine, ideſt cum eo, qui pro ordine habendo, aut ipſe pecuniam dedit, aut alius, eo ſciente, & ratum habente, ſolus Romanus Pont.poteſt.eod.nu.2.ead.p.
Diſpenſare cum ſimoniaco reali occulto in ordine Epiſcopus poteſt.c.4.§.3.nu.3.p.245
Diſpenſare cum eo, qui ſimoniacus realis quidem non eſt, ſed tamen ordinem per ſimoniam ſuſcepit, quia ſcilicet alius eo ignorante, & ratum non habente pecuniã dedit, Epiſcopus poteſt.eod nu.4.ead.p.
Diſpenſare cum ſimoniaco reali occulto poteſt Epiſcopus eſto cum ipſo ſimonia commiſſa ſit quoad irregularitatem.eod.nu.5 ead p.
Diſpenſatio cum irregulari quid operetur. eod.nu.6.ead.pag.
Diſpenſare cum ſimoniaco, qui per ſimoniam realem beneficium eccleſi. adeptus eſt, vt illud retineat, Romanus Pont.tantùm poteſt cap.6.§.7.num.1.p.255
Diſpenſare cum ſimoniaco, qui beneficium per ſimoniã realem adeptus eſt, vt alia beneficia habeat, Romanus Põtif.tantùm poteſt eod.nu.2.p.256
Diſpenſare cum eo ad beneficium, ſeu dignitatem eccl. quæ ipſi per ſimoniam realem ab alio commiſſam eo ignorante, & ratum non habente collata ſunt, quis poſſit cap.7.§.1.num.3.pag.260
Diſtributiones, quæ fiunt in Eccleſiis inter eos, qui diuinis officijs interſunt, quamobrem inſtitutæ ſint, cap.9.§.4.num.2.pag.36

Diſtributiones vt habeat, quæ ijs dantur, qui in Eccleſia diuinis interſunt, & ea faciunt, ſecundo loco ad eccleſiam vadens, in primis autem propter Deum, ſimoniam non committit eod. §. 5. nu. 4. p. 38

Diſtributiones, quæ fiunt in eccleſia, quam quis per ſimoniam realem adeptus eſt, an ad ipſum quoque pertineãt cap. 7. §. 2. nu. 3. p. 261

Diuina officia quænam ſint. c. 44. §. 2. nu. 1. p. 148

Diuinorum officiorum recitandorum gratia ſi pecuniam quis exigat, ſimoniam committit. eod. nu. 5. p. ead.

Doctrinam chriſtianam pretio docens ſimoniam non committit. c. 10. §. 3. nu. 3. p. 54

Domus benedicta. vid. in verb. Benedictiones.

Donans ſimpliciter, ac pure clerico propter Deum ſimoniam non committit, eſto ipſum drinceps roget, vt pro ſe ad Deum preces fundat. c. 9. §. 3. nu. 1. p. 35

Donatum quando quid dicatur, vt ſimoniam non interueniſſe exiſtimetur, eod. nu. 2. p. 36

Donans aliquid Epiſcopo, quo eius beneuolentiam ſibi cõparet in primis ſperans drinceps beneficium eccle. aliquod ab eo habiturum, ſimoniam non committit. eod. §. 5. nu. 4. p. 37

Donata mutuo inter compatres ſimoniam non inducunt, c. 37. §. 4. nu. 4. p. 127

Donata à patrinis ſuis filijs ſpiritualibus, poſteaquam de fonte baptiſmatis eos leuarunt, vel in confirmatione ſuſceperunt, ſimoniam non inducunt. eod. nu. 5. ead. p.

Dotis datione matrimonium ſimoniacum non redditur. c. 46. §. 1. nu. 2. p. 158

Dotem præbens ſenex iuueni, obſcuris parentibus natus mulieri honeſtis parentibus nata, deformis pulchra, bigamus virgini, quo ipſi nubat, an ſimoniam committat, c. 46. §. 2. nu. 1. p. 159

E

Eccleſiaſtica beneficia, ac tituli ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis inſtituta ſunt. c. 3. §. 4. nu. 1. & 2. p. 5

Eccleſiæ conſecratæ alienari poßunt ſine ſimoniæ vitio, ſi ratione materiæ, & non cõſecrationis alienentur. c. 10. nu. 2. p. 50

Eccleſiæ, cœmiteriumque a ſimoniaco conſecrata an polluta ſint. c. 14. n. 3. p. 60

Eccleſia quot modis pollui contingat. c. 14. n. 3. p. 60

Eccleſiæ conſecratio vid. in verb. Conſecrationes.

Electiones, & nominationes, præſentationes, literæ expectatiuæ, & huiuſmodi in fauorem alicuius renunciari non poſſunt. c. 28. §. 4. nu. 1. p. 103

Electio quid ſit. c. 48. §. 2. nu. 1. p. 165

Electio ſi pecunia interueniente fiat, ſimoniaca eſt. eod. n. 5. ead. p.

Electoribus dans quidpiam, ne repugnent electioni, ſimoniam committit. eod. nu. 6. ead. p.

Electoribus dãs aliquid, vt eligant eum in Pontificem Romanum, ſimoniam committit. eod. nu. 8. p. 166

Electio facta de Romano Pont. per ſimoniam an valeat. eod. nu. 9. ead. p.

Eligatur vt idoneus, pecuniam tribuens, an ſimoniam cõmittat. eod. nu. 10. p. 167

Eligendi, poſtulandi, nominandique ius ad beneficia, dignitateſque eccl. ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt. cap. 49. §. 1. nu. 1. p. 171

Eleemoſynas præbens, nec non ieiunia, & preces faciens, vt æternam vitam conſequatur, an ſimoniam committat. c. 57. §. 3. n. 1. p. 192

Emptione, venditioneque an ſimonia tãtum committatur. c. 23. nu. 4. p. 93

Emptione, venditioneque ſpiritualium ſimonia committitur, c. 25. nu. 1. p. 94

Emptione, venditioneque ſpiritualium ſimonia committitur, vbi pretiũ in pecunia numerata tribuitur, vel promittitur, eſto emptionis, venditioniſque nulla mentio fiat, eod. nu. 2. ead. p.

Epiſcopi ſimoniam committere poſſunt non ſolum eã, quæ de iure diuino prohibita eſt, verum etiam & eam, quæ iure poſitiuo, c. 2. nu. 3. p. 2

Epiſcopi beneficia conferentes hoc pacto, vt diuina adminiſtrentur, quæ beneficia illa poſtulant, ſimoniam non committunt. c. 9. nu. 2. p. 32

Epiſcopi promittentes famulis tantum in ſingulos annos, quouſque eis beneficium conferãt, an ſimoniam committant. eod. §. 6. nu. 7. p. 39

Epiſcopi ſimoniam committentes pro iuſtitia, gratiaque obtinenda, Bullamque de datis, & promiſſis offendẽtes excommunicati ſunt. c. 21. §. 1. nu. 3. p. 79

Epiſcopatus ordo quid ſit. c. 45. nu. 1. p. 154

Epiſcopatus functiones, ac munera quænam ſint. eod. nu. 2. ead. pag.

Epiſcopatus functiones verſantur circa hæc, ſcilicet ordines, confirmationem, conſecrationes, verbi Dei prædicationem, nec non iuriſdictionem Eccleſ. eod. num. 4. pag. 155

Epiſcopus beneficium conferens fructuum partem ex conuentione retinere ſibi non poteſt, nec itidem penſionẽ. c. 48. §. 1. nu. 2. p. 164

Epiſcopus ſine ſimoniæ vitio iuriſdictionem, quam habet, neque totam, neque partem vendere poteſt, vt ius uiſitandi, cenſuræ ferendæ, ab ipſis abſoluendi, & alia huiuſmodi agendi. c. 49. nu. 2. p. 171

Epiſcopus ei beneficium conferens, qui multos annos ei in ſeruiuit, an ſimoniam committat, cap. 56. §. 2. num. 1. pag. 190

Epiſcopi, & alij ordinum collatores recipientes quicquam etiam ſponte oblatum pro prima tonſuræ collatione, pro literis dimiſſorijs, teſtimonialibuſue, item pro ſigillo, aliaue cauſa, ipſo facto excommunicati ſunt. c. 3. nu. 2. p. 235

Epiſtolam legens, ſeu recitans, et cantans, dum miſſa ſacrũ fit, ſimoniam committit, ſi pretio ductus id facit. c. 43. §. 5. nu. 4. p. 142

Epiſtolam vt cantet quis, ſi pecuniam præſtet, cum ad ſe id pertineret, ſimoniam committit. eod. nu. 5. p. 143

Epiſtolam vt cantet, ſi pecuniam præſtet, ſimoniam committit. eod. nu. 6. ead. p.

Eucharistiam ſumentes, ſi poſt eius ſuſceptionem aliquid offerunt, ſimoniam non committunt. ca. 9. §. 2. num. 3. pag. 35.

Euchariſtia conficitur etiam a ſimoniaco. c. 12. §. 2. num. 1. p. 58

Euchariſtia ſuſcipitur à ſimoniaco. eo. n. 2. p. ea.

Euchariſtia à ſimoniaco, & non minus à malo, quam a bono ſacerdote conficitur. c. 13 n. 2. p. 59

Euchariſtia eſt materia ſimoniæ circa quam, ideſt ſacramentum

mentum circa quod ſimonia committi poteſt.c.39.nu.1.pag.128

Eucbariſtia conficienda gratia pretij nomine nihil exigi debet, alioquin ſimonia committitur. cap. 39. num. 2. pag.128

Eucbariſtia adminiſtranda gratia pretij nomine nihil exigi debet.eod.n.3.p.ead.

Eucbariſtiam ſumentes ſi quid offerant vltro, licite recipitur.c.eod.nu.4.p.129

Examinatores eorum, qui ad ordines admittendi ſunt, ſimoniam committunt, ſi pretio ducti id muneris obeãt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur. c.42.§.3.nu.1.p.135

Examinari debet is, qui ad ordines admittendus eſt, eod. nu.2.ead.p.

Examinatores referentes ordinandum eſſe dignum, vt ad ordines admittatur, cum indignus ſit, ſimoniam committunt, ſi pretio ducti id faciant, ſicuti è contrario, ſi dignum indignum referant.eod.n.3.p.136

Examen, ſeu inquiſitio fit de vita, ſcientia, & ætate eorũ, quibus dignitates, ac beneficia eccl.conferuntur.c.48. §.3.nu.1.p.167

Examinatoribus eorum, qui ad beneficia, & dignitates eccleſiaſticas concurrunt, ſeu ea competũt, ſi quid detur, quo ipſis ſuffragentur in beneficio acquirendo, ſimonia committitur.eod.nu. 3.ead.p.

Examinatoribus pecuniam tribuens competitor beneficij, quo antea ipſum edoceat ea, de quibus interrogandus eſt, ſimoniam committit.eod.nu.4.p.168

Examinandus ad beneficium ſi quid tribuat amicis examinatorum, qui eum ipſis commendet, ſimoniam committit.eod.nu.5.ead.p.

Examinandus tribuens aliquid alicui, qui non eſt examinator, vt eum exerceat in eis, de quibus in examine inquiri ſolet, ſimoniam non committit, eſto contingat edoceri aliquid eorum, de quibus interrogabitur.eod.n.6. ead.pag.

Examinatores ad beneficia, & examinandi, ſi in eo munere ſimoniam committant, quibus pœnis afficiantur.eod. nu.7.ead.p.

Examinandus tribuens pecuniam, ne competitores admittantur, vel ipſis competitoribus, ne ſecum concurrant, ſimoniam committit.c.48.§.3.nu.5.p.168

Excommunicati ſunt ipſo iure, qui per ſimoniam iuſtitiã, gratiamùe obtinere nituntur, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.c.21.§.1.nu.1 p.79

Excommunicatus an de ſimonia accuſare poſſit.c.32.§.3. nu.4.p.112

Excommunicati an admittantur ad teſtimonium contra ſimoniacum.eod.§.4.nu.12.p.114

Excommunicatos, notorios, denunciatosue, ne diuinis interſint, excludere Hoſtiarij munus eſt. c.43.§.1.nu.2. pag.138

Excommunicatus iniuſte an poſſit dare quidplam, vt abſoluatur ſine vitio ſimoniæ.c.44.§.1.nu.5.p.146

Excommunicatio, qua obligatur, qui beneficium, ordinemùe eccl.per ſimoniam realem contulit, accipitue, ſi ſtatim ſimonia adimpleta non fuit, ſed poſt multum tẽporis, an obliget.c.6.§.4.nu.1.p.251. Secundo eſto obliget, an ab initio collationis beneficij, ordiniſùe, an vero poſteaquam ab vtroque fuit adimpleta.eod.c.& §. nu. 2.ead.pa.Tertio, an interim pendeat, quouſque adimpleatur, eod.nu.3.ead.p. Quarto, an ſi alter eorum interim diuina exempli gratia miſſæ ſacrum celebrauit irregularis fiat, ſi deinceps adimpleatur ſimonia, et realis fiat, & hoc tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ.eod.nu.4.ead.p. Quinto, quid ſi interim, antequam realis ſimonia facta eſt, alter eorum beneficiũ adeptus ſit legitime, an collatio valeat, & retinere illud poſſit, ſi deinceps ſimonia executioni ab vtroque mãdata ſit, & realis facta.eod.nu.5.p.252

Excommunicatione non obligatur qui beneficium, ordinẽùe recipit, per ſimoniam realem ab alio commiſſam eo ignorante, & ratum non habente.c.7.§ 5.nu.3.p.265

Executionem ordinis non habere quid ſignificet, cap. 12. nu.6 p.58

Exequiæ mortuorum ſi fiant, ſimonia committitur, ſi pro ipſis pecunia pretij nomine exigatur, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.c.44.§.2 nu.7.p.149

Exorciſmi, catechiſmique materia ſimoniæ ſunt, id eſt in ipſis ſimonia committi poteſt.c.37.§.1.nu.1.p.124

Exorciſmi, & catechiſmi ab Eccleſia inſtituti ſunt.cap. 37.§.1.nu.2.p.124

Exorciſmos catechiſmosque adhibendi gratia nihil pretij nomine peti poteſt, alioquin ſimonia committitur.eod. nu.3 ead.p.

Exorciſtatus ordo quid ſit.c.43.§.3.nu.1.p.141

Exorciſtatus ordinis functiones quænam ſint.eod.num.2. pag.142

Exorciſtatus functionibus exercendis quando ſimonia cõmittatur.eod.nu.3.ead.p.

Exorciſta quando ſimoniam committat exorcizando. eo. nu.4.ead.p.

Extrema vnctio per ſimoniam recepta non valet.ca.17. §.1.nu.4.p.64

Extrema vnctio quid ſit.c.41.nu.1.p.133

Extremæ vnctionis miniſter, & materia, quæ ſint, & quibus conferatur.eod.nu.2.ead.p.

Extrema vnctio eſt materia propria circa quam ſimonia eod.nu.3.ead.p.

Extremæ vnctionis adminiſtrandæ gratia nihil pretij nomine dari debet, alioquin ſimonia committitur. eod.n. 4.ead.p.

F

FAciens aliquid, vt ſpirituale quid fiat, ſimoniam committit.c.30.n.4.p.107

Faciens aliquid, vt ſpirituale detur, ſimoniã committit.eod.n.5.ead.p.

Facta, operas, & obſequia temporalia pro ſpiritualibus præſtans ſimoniam committit. ca.56.nu. 1.p.188

Factis ſimonia realis introducitur.c.11.n.4.p.270

Familiares Curiæ qui dicantur.c.21.§.1.nu.2.p.79

Familiaribus Epiſcopi dans aliquid, quo ei faueant ad beneficium, ordinemque conſequẽdum, ſimoniam committit.c.42.§.6.n.2.p.137

Fauorem præſtans, &c.vid.in verb.Conſilium.

Fideles, & chriſtianos, qui diuina dum fiunt, perturbant, excludere Hoſtiarij munus eſt.c.43.§.1.n.2.p.138

Fidelitatem præſtans clericus, vel Epiſcopus ſuperiori, vbi beneficium eccl.ab eo accipit, ſimoniam non committit.c.56.§.1.n.2.p.189

Fidelitatis

Fidelitatis iuſiurandum pro ſpiritualibus cur præſtetur, non autem homagium.c.56.§.1.n.3.p.190

Fingentes ſe dediſſe pramium muneraue ijs, qui gratia valent apud eos, ad quos pertinet gratiam, eruſtitiamque facere, excommunicati ſunt. cap.21 §.1. nume.6. pag.80

Forma acquirendi titulos, ac beneficia ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis inſtituta eſt.cap.3.§.4.num.5.pagin.6

Forma neceſſaria ſimoniæ quanam ſit.cap.61.num.1.pagin.205

Forma non neceſſaria ſimoniæ quanam ſit.eod.num.2.pagin.ead.

Forma ſimoniæ mentalis quanam ſit. cap.4 nume.1.pagin.218

Forma ſimoniæ conuentionalis in ſpecie quanam ſit.ca.4.nu.1.p.225

Forma ſimoniæ realis quanam ſit. cap.1 1.n.1.p.269

Fructus percepti ex rebus Eccleſiæ ſine ſimoniæ vitio licitè venduntur.c.10.§.1.n.4.p.50

Fructus percepti a beneficijs per ſimoniam confidentialem collatis, reſtituendi ſunt. cap.22.§.4.num.3.pagin.90

Fructus extantes perceptos ex beneficio eccle. quod quis per ſimoniam realem adeptus eſt, reſtituere tenetur.c.6.§.2 n.1 p.249

Fructus percepti ex beneficio eccleſ. quod quis per ſimoniam realem adeptus eſt, reſtitui debent etiam conſumpti.eod.num.2.ead pag. Item reſtitui debent ab eodem, eſto percepti non ſint, ſed percipi tamen potuerunt.eo.nu.3.ead.p.

Fructus percepti à ſimoniaco reali in beneficio, qui non reſtituendi ſint.eod.n.5.ead.p.

Fructus percepti à ſimoniaco reali ex beneficio cui reſtituendi ſint.eod.n.5.ead.p.

Fructus percepti ab eo, qui beneficium eccl. per ſimoniam realem ab alio commiſſam eo ignorante, nec ratum habente, poſtquam nouit ſimoniam commiſſam, reſtitui debent, qua regula, quouſque pateat, declaratur.ca.7.§.2.nu.1.p.261

Fructus beneficij, quod quis adeptus eſt per ſimoniam realem ab alio commiſſam eo ignorante, nec ratum habente, ad quem pertineant, antequam ſimoniam cõmiſſam ſciat c.7.§ 2.n.4.p.262

Fructus reſtituendi vbi ſunt a ſimoniaco reali, cui reſtituendi.eod.n 5.ead.p.

Functiones ordinum materia propria circa quam ſimoniæ ſunt, id eſt ſunt actiones, circa quas ſimonia cõmitti poteſt.c.43.n.1.p.137

Functionibus ordinum obeundis pretij nomine nihil recipi debet, alioquin ſimonia committitur.eo.n.2.p.138

Fundi, ædesque Eccleſiæ ſi vendantur, ſimonia non cõmittitur.c.10.§.1.n.2.p.50

Furioſus, mente captus nec ſimoniam committere nõ poteſt ita vt puniatur, c.8.n.2 p.28

Furioſi pecuniam accipiens, id eſt à furioſo pro ſpiritualibus, ſimoniam committit.eod.n.3.ead.p.

G

GIEZI. *ſimoniacus lepra percuſſus.cap.17.§.2.nu.2.p.65*

Gratia, virtutes, ſeptem dona Spiritus ſancti, ſeptẽ ſacramenta, iuriſdictio eccleſiaſtica à Deo, & Chriſto Domino ſunt.c.3.§.2.n.1.p.3

Gratia diuina ab eo amittitur, qui ſimoniam committit.c.17.§.1.n.1.p.64

Gratia gratum faciens, & dona Spiritus ſancti ſunt ſpiritualia, circa quæ ſimonia committi poteſt.ca.35.num.1.p.119

Gratia gratum faciens, & Dona Spiritusſancti vendi nec de facto poſſunt, eod.n.2.ead.p.

Gratum ſe futurum promittens ſimoniam nõ committit, & memorem apud Deum.c.57 n.2.p.191

Gratia, & amicitia alicuius ſibi cõcilianda gratia ſi quis ad eius preces beneficium cuipiam cõferat, an ſimoniã committeat.c.58.§.6.n.1.p.198

Gratia in Romana Curia per ſimoniam habita nulla eſt, vid.in verb.Nulla eſt.

H

Habitus monialis tributio ſimoniaca an valeat.c.4.§.2.n.2.p.16

Hæredes, et legatarij obligari poſſunt, ut miſſas, officiaue diuina facienda curent.c.31.nu.2.p.108

Hæretici an de ſimonia accuſare poſſint.cap.32.§.3.num.5.p.112

Hæreticus punitus, vid.in verb.Punitus.

Homines ſimoniam committere poſſunt.

Homagium præſtans alicui, quo beneficium ei conferat, ſimoniam committit.c.56.§.1.n.1.p.189

Horas canonicas qui recitare teneantur. cap.44.§.2.n.3.p.148

Hoſtias non conſecratas ſi ſacerdos emat, an recuperare pretium ab ijs poſſit, quibus conſecratas præbet.c.39.nu.7.p.129

Hoſtiariatus ordo quid ſit.c.43.§.1.n.1.p.138

Hoſtiarij munus eſt eccleſiæ, & eorũ, qui in eccleſia ſunt, curam gerere.eod.n.2.ead.p.

Hoſtiarius ſimoniam committit, ſi pro ordinis ſui functionibus qua talis eſt, pretium accipit, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.eod.n.3.p.139

Hoſtiarius pecuniam accipiens propterea quod in aliqua eccleſia ſuum munus exercet, quãdo ſimoniam non committat.eod.n.4 p.ead.

I

Ianitori Epiſcopi dans aliquid, quo facilẽ aditum ad Epiſcopum habeat, an ſimoniã cõmittat.c.42.§.6.n.1.p.137

Ignorans prohibitum eſſe pro re ſpirituali pecuniam dari, an ſimoniam committat pecuniam dando.c.8.§.1.n.1.p.28

Ignorans prohibitum eſſe pro re ſpirituali pecuniam dari, an puniri poſſit, pecuniam dando.eod. numer.2.pag.ead.

Ignorans prohibitum eſſe pro re ſpirituali pecuniam dari, pecuniam dando, acquiſitum, receptumue ea ratione an retinere poſſit.eod.n.3 ead.p.

Ignoranti facta collatio beneficij per ſimoniam ab alio cõmiſſam an valeat.vid.in verb.Collatio beneficij.

Immobilis rec pretij nomine ſi detur pro ſpiritnalibuſ ſimonia committitur.c.55.n.4.p.186

Immobilis res ſpiritualis ſi detur pro altera re immobili ſpirituali,an ſimonia committatur.eod.§.1.num.4.pagin.187

Impeditus vi,ne ad concurſum beneficij eat, ſimoniam nō committit,ſi quidpiam praſtat,vt dimittatur.ca.9.§.8.nu.3.p.41

Impeditus ne ſacramenta,ſpiritualiaue adminiſtret, aut recipiat, an ſimoniam committat ſi pecuniam praſtet, quo impedimentum ceſſet, cap.46.numero 2.pagin.161

Imperatorec ſimoniam committere poſſunt. cap.5.nu.1.pag.21

Impenſa facta ab actore in citando,& admonendo quempiam,antequam excommunicetur reus,licite petnatur ante abſolutionem.c.9.§.9.n.6.p.43

Indulgentia quid ſint.c.51.n.1.p.177

Indulgentia ex quibus ſint.eod.n.2.p.ead.

Indulgentia quid operentur.eod.n.3.p.ead.

Indulgentia à quo concedantur.eod.n.4.ead.p.

Indulgentias concedere iuriſdictionis eſt. eod.nu.5.pag.ead.

Indulgentia ſi pecunia concedantur,ac vendantur, ſimonia committitur.eod.n.6.p.178

Indulgentia vbi conceduntur vt, qui eleemoſynas erogauerint in aliquam piam cauſam,exempli gratia in ædificationem eccleſiæ,monaſterij, in pauperec aliquoc, in bellum contra Turcas,ſimonia non committitur. eod.nu.7.ead.p.

Indulgentia an concedi poſſint ab inferiore hac conditione adiecta, vt quid fiat.c.51.n.7.p.178

Infamia notari ſimoniacus poteſt.cap.18.§.2.num.1.pagin.69

Infamia quid ſit,eod.n.2.ead.p.

Infamia quotuplex eod.n.3.ead.p.

Infamia canonica quanam ſit,eod.n.4.p.ead.

Infamia facti quanam ſit.eod.n.5.p.70.

Infamia iuris quanam ſit.eod.n.6.p.ead.

Infamia,qua ſimoniacus afficitur,quanam ſit. eod.nu.7.ead.p.

Infamia an ipſo iure,vel ſententia ſimoniacus afficiatur. eod.n.8.p.ead.

Infamia an afficiatur ſimoniacus tam dans,quam accipiēs eod.n.9.p.71

Infamia an ſimoniacus afficiatur vbicunque, & in quocunque ſpirituali ſimonia commiſſa ſit.eod.nu.10.ead.pag.

Infamia an inferatur in ſimoniacum ciuiliter, criminaliterùe agatur.eo.n.11.ead.p.

Infamia iuris à quo tollatur.eod.n.12.ead.p.

Infamec perpetuo ſunt ipſo iure,qui ſimoniam in Romana Curia committunt pro iuſtitia, vel gratia obtinenda. c.21.§.2.n.4.p.80

Infante in articulo mortis conſtituto,ſi non adeſt, qui eū baptizare velit ſine pretio,an liceat pecuniam dari,& qua ratione.c.6.n.7.p.27

Infelices caſus ſimoniacos ſequi aliquando ſolent.c.17.§.2.nu.1.p.65

Infideles, & qui omnino credere nolunt ab eccleſia expellere Hoſtiarij munus eſt.cap.43.§.1 numero 2.pagin.138

Infideles ſimoniam committere poſſunt. cap.6.num.1.pagin.22

Infidelec,ſi chriſtiani fieri velint, & nemo baptizare ipſoc velit niſi pretio dato,an ſine ſimonia ipſum dare poſſint,eod.n.2.ead.p.

Infidelec emi poſſunt,vt fiant chriſtiani.eod.§.1.nume.2.pag.25

Infidelibus an pecuniam dare liceat, vt baptiſmum ſuſcipiant,vid.in verb.Paganis.

Ingreſſus monaſterij gratia,ideſt pro ingreſſu monaſterij, & vt quis in religionem recipiatur,an quicquam dari, recipiùe ſine ſimonia vitio poſſit.cap.4.§.1.num.1.pagin.12

Ingreſſus monaſterij gratia pretij nomine nihil dari poteſt,quin ſimonia committatur. eodem numero 4. pagin.13

Ingreſſus monaſterij gratia an victus nomine conueniri poſſit,vt aliquid detur,præſertim, vbi monaſterium tenues facultates habet.eod.n.5.p.15

Ingreſſus monaſterij gratia pretij nomine nihil dari poteſt ſine ſimonia vitio,vel ob paupertatem detur, vel conſuetudo adſit,vel in pium locum vertatur.c.4.§.1.nu.4 p.14

Ingreſſus monaſterij gratia ſi quid detur,cui reſtituendū. c.2.§.1.n.4.p.232

Ingrediens monaſterium,ſi quid ſponte, pureùe offerat monaſterio,ſimoniam non committit. cap.4.§.1.nu.5.pag.14

Inhabilec ad beneficia,et officia,quibus priuati ſunt,item & ad alia conſequenda ſunt committentes ſimoniā in Romana curia pro gratia,vel iuſtitia obtinenda. c.21.§.2.nu.5.p.81

Inhabilis ſimoniacus confidentialis ipſo iure fit ad beneficia in poſterum acquirenda. cap.22.§.4.num.5.pag.9

Inhabilis quis efficitur ad beneficium eccl.quod per ſimoniam realem adeptus eſt tam iure antiquo,quam nouo. c.6.§.6.n.1.p.253

Inhabilis fit ad alia beneficia obtinenda, qui per ſimoniā realem beneficium eccleſ.adeptus eſt. eod.num.2.pagin.255

Inhabilis non fit ſimoniacus in beneficio ad ea beneficia, quæ ante ſimoniam realem cōmiſſam legitime obtinuit. c.6.§.6.n.3.p.ead.

In habilis ad dignitatem an inhabilis fit ad beneficia, & è contrario.c.6.§.6.n.4.p.255

Intentione an ſimonia committatur nulla alia re æſtimabili interueniente,& eſto committatur,an pœnis ſimoniacorum puniatur.c.58.§.1.n.1.p.195

In habilis quis eſt ad illud beneficium,quod per ſimoniam realem ab alio commiſſam ipſi id ignoranti collatū eſt. c.7.§.1.n.2.p.260

Inimici,& conſpiratores non admittuntur teſtes ad ſimoniam probandam contra ſuum inimicum. c.32.§.4.nu.5.p.114

Iniuſte excommunicatus ſi pecuniam præſtet, vt abſoluatur,an ſimoniam committat. cap.50.num.7.pagin.176

Inſeruiens Epiſcopo,vt eius beneuolentiam in primis ſibi conciliet,ſecundo loco ſperans beneficium eccle.ab ipſo ſibi collatum iri,ſimoniam non committit.ca.9.§.5.nu.2 p.37

Inſeruiens

Index in Bartholomæi Vgolini.

Inſeruiens Eccleſiæ alicui in primis propter Deum, licet deinceps ſperet in ea aut præbendam, aut vicariam, aut altare ſibi collatum iri, ſimoniam non committit. ca. 9. §. 6. nu. 2 p. 38

Inſtituto aliquo hærede ſi duxerit aliquam vxorem, an inſtitutio valeat, & ſimoniaca ſit. cap. 46. §. 1. num. 3. pag. 158

Inſtrumento promittens, vid. in verb. Promittens.

Intentione, & animo dans aliquid, quo ſpirituale, vt beneficium eccl. conſequatur, an præſumatur ſimoniam committere, & quæ. c. 4. n. 2. p. 218

Interdictos, idest eos, quibus in eccleſiam ingreſſus interdictus eſt, excludere Hoſtiarij munus eſt. c. 43. §. 1. nu. 2. p. 138

Inuitatus aliquo ad miſſam celebrandam, ſi in primis eo vadit propter Deum, ſecundo loco propter pecuniarium commodum, ſimoniam non committit, eſto alias non iuiſſet, nec miſſam celebraſſet. cap. 9. §. 6. nume. 3. pag. 38

In vſuris, lenocinijs, alijsque delictis cuiplam inſeruiens pro ſpiritualibus ſimoniam committit. cap. 56. num. 4. pag. 188

Irregularis efficitur, qui per ſimoniam realem ordines ſuſcipit. c. 4. §. 2. n. 1. p. 243

Irregularitas orta à ſimonia reali commiſſa in ordine impedit functiones ordinum ſuſceptorum. c. 4. §. 2. n. 2. p. 243. Item impedit ſuſceptionem aliorum ordinum. eo. nu. 3. p. ead. Tertio acquiſitionem beneficiorum eccl. & etiam penſionum. eod. n. 4 p. ead.

Irregularitas non priuat beneficijs eccl. quæ quis ante ipſam adeptus eſt. c. 4. §. 2. n. 5. p. 244

Irregularis, vbi quis eſt per celebrationem factam in excommunicatione quis cum eo diſpenſet. cap. 4 §. 3. nu. 7. p. 245

Iudas an ſimoniam commiſſit Chriſtum vendendo. ca. 39. nu. 8. p. 129

Iudas ſimoniacus laqueo mortuus. cap. 17. §. 2. nume. 4. pap. 65

Index eccle. de ſimoniæ crimine cognoſcit. ca. 32. §. 1. nu. 1. pag. 110

Index eccl. duplex eſt. c. 32. §. 1. n. 2. p. 110

Index fori conſcientiæ quinam ſit, qui à peccato ſimoniæ abſoluat. eod. n. 3. ead. p.

Index fori contentioſi, qui de crimine ſimoniæ cognoſcit, quinam ſit, vbi ſimonia ſimplex eſt. eod. n. 4. ead. p.

Index eccl. quinam cognoſcat de ſimonia, vbi hæreſim coniunctam habet. eod. n. 8. p. 111

Index an ſimoniam committat, vbi quem liberat à pœna delicti recipiendo pecuniam. c. 50. n. 5. p. 176

Index ſecularis pecuniam exigens pro exercenda iuriſdictione ſeculari ſimoniam non committit. cap. 52. nu. 6. pag. 180

Index eccl. iudicium ſuum vendens ſimoniam committit. c. 53. n. 1. p. 180

Index eccl. ſi iuriſdictionem exerceat ſuper re temporali, & pecuniam accipiat ſimoniam committit. c. 53. num. 3. p. 181

Iudex ordinarius, delegatusuè Eccleſiæ, vt quis fiat, vid. in verb. Legatus vt quis.

Iudicis autoritate pro bono pacis, ſi quid tēporale detur, vbi lis eſt de beneficio, ſimonia non committitur. c. 19. §. 3. n. 2. p. 106

Iura percipiendi fructus beneficiorum, & dignitatum eccle. ſine ſimoniæ vitio vendi non poſſunt. c. 49. §. 3. nu. 1. p. 174

Iure quod cautum eſt, vt in ſpiritualium adminiſtratione præſtetur ſine ſimonia exigitur. cap. 9. §. 7. num. 1. pagin. 40

Iure poſitiuo tantum vbi in aliquo ſimonia committitur, Romani Pon. autoritate intercedente illud ſi fiat, ſimonia non committitur. c. 10. §. 5. n. 1 p. 57

Iura non amittit, quæ quis habet in beneficio, eſto ſimonia committatur, modo ipſo ignorante commiſſa ſit. ca. 7. §. 5. n. 3. p. 265

Iuriſdictionis eccleſ. obuentiones, ſeu fructus ſine ſimoniæ vitio vendi poſſunt. c. 10 §. 2. n. 7. p. 52

Iuriſdictio temporalis, ac ſecularis ſine ſimoniæ vitio vēdi poteſt. eod. §. 5. n. 1. p. 55

Iuriſdictio eccl. fori exterioris ſi ematur, an emptio valeat. c. 16. n. 1. p. 62

Iuriſdictionem eccl. locare, & conducere, quando ſimonia ſit. c. 25. n. 5. p. 95

Iuriſdictio eccl. quid ſit, c. 47. n. 1. p. 162

Iuriſdictio eccl. quotuplex ſit. eod. n. 2. p. ead.

Iuriſdictio eccleſ. eſt materia circa quam ſimoniæ, idest circa quam ſimonia committi poteſt. eod. nume. 3. ead. pag.

Iuriſdictionis eccl. poteſtate à Chriſto Domino ipſi traditæ Eccleſia leges tulit, ac fert. c. 48. n. 1. p. 163

Iuriſdictionem eccl. Eccleſia diuiſit in titulos maiores, & minores. eod. n. 2. ead. p.

Iuriſdictionem eccl. cōmittens alicui pecunia interueniente ſimoniam committit. eod. §. 6. n. 2. p. 169

Iuriſdictio eccl. nec ordinaria, nec delegata ſine ſimoniæ vitio vendi poteſt. c. 49. n. 1. p. 171

Ius percipiendi emolumenta quædam ab habentibus titulos, ac beneficia ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis inſtitutum eſt, c. 3 §. 4 n. 3 p. 6

Iuſiurandum an detur ad ſupplendam probationem ſimoniæ. c. 32. §. 4. n. 9. pa. 14

Ius patronatus Eccleſia inuenit poteſtate iuriſdictionis Eccleſiaſticæ à Chriſto domino ipſi traditæ. ca. 48. nu. 5. p. 163

Ius patronatus vendens an in excommunicationem incidat. c. 49. §. 2. n. 8. p. 174

Ius patronatus per ſimoniam realem conferens in excommunicationem non incidit. c. 5. n. 4. p. 246

Iuſtitia in Romana Curia per ſimoniam habita nulla eſt, vid. in verb. Nulla.

L

LAbor, ſeu opera, quæ adhibetur ad ſacramēta conficienda, adminiſtrandaque quando materia ſimoniæ ſint, idest in ipſis ſimonia committatur. c. 36. §. 2. n. 1. p. 120

Laici chriſtiani ſimoniam cōmittere poſſunt c. 5. nu. 1. p. 21

Laici ad laudabiles conſuetudines ſeruandas in ſpiritualium adminiſtratione cogi poſſunt, cap. 9. §. 10. nu. 3. pag. 44

Laicus ſi calices ſacri vendantur, qua rōne vendi debeant. c. 10. n. 4. p. 50

Laici conducentes oblationes eccleſiarum an ex altari, & huiuſmodi alijs locis ſumere ipſimet poſſint. eod. §. 2. nu. 6. p. 51
Laici an clericos de ſimonia accuſare poſſint. c. 32. §. 3. nu. 6. p. 112
Laudes, & adulationes, ſeu aſſentationes quid ſint, quatenus ad rem noſtram pertinet. cap. 60. numer. 1. pagin. 204.
Laudes, & adulationes quotuplices ſint. eod. num. 2. ead. pag.
Laudans ſimpliciter, & commendans quempiam, quo beneficium eccl. ſpiritualeùe aliud conſequatur, ſimoniam non committit, quę regula, quouſque pateat, declaratur eod. n. 3. ead. p.
Laudans quempiam, quo beneficium eccleſ. ab eo conſequatur, ſpiritualeùe aliud ſimoniam non committit, ſi laudes illę adiunctum commodum aliquod habent pecunia æſtimabile, vel damni euitationem. eod. num. 4. ead. p.
Lectoratus ordo quid ſit. c. 43. §. 2. n. 1. p. 139
Lectoratus functiones quænam ſint. eod. n. 2. p. ead.
Lectoratus ordini initiatus functiones ſuas exercens quãdo ſimoniam committat. eod. n. 3. p. 140
Legati ſedis Apoſtolicæ ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis inſtituti ſunt. c. 3. §. 4. n. 7. p. 7
Legatum factum monaſterio hac conditione, vt tot puellas in monaſterium recipiat, an valeat. cap. 31. nume. 3. p. 108
Legatus vt quis fiat, viſitator, adminiſtratorùe eccleſiæ, vicarius diœceſis alicuius, ac demum iudex ordinarius, delegatusùe Eccleſiæ, ſimonia committitur, ſi pecunia præſtetur. c. 48. §. 6. n. 1. p. 169
Legata relicta, vid. in verb. Relicta.
Legatarij vid. in verb. Heredes.
Liberi ſimoniam committere poſſunt. cap. 5. nume. 1. pagin. 21
Libri continentes res ſacras, ac ſpiritualia an ſi vendantur, ſimonia committatur. cap. 37. §. 1. numero 4. pagin. 124
Licentiam eundi ad literarum ſtudia, ſi Epiſcopus concedere nolit, niſi pecunia interueniente, an ſimoniam cõmittat. c. 10. §. 3. n. 5. p. 54
Licentia concedenda gratia, vt quis in ſua parochia ſacramenta adminiſtret, ſi pretij nomine quicquam exigatur, ſimonia committitur. cap. 36. §. 3. numer. 1. pagin. 122
Licentiam concedens parochus ſacerdoti, vt ſacramentum pœnitentiæ in ſua parochia adminiſtret pecunia interueniente, ſimoniam committit. eod. numer. 2. ead. pag.
Licentiam concedens alicui in ſua parochia, vt baptiſmum conferat, ſponſos benedicat, functionesque alias exerceat pretio accepto, ſimoniam committit. eod. nu. 3. ead. p.
Licentia data alicui, vt in ſua parochia ſacramenta adminiſtret reſeruatis ſibi emolumentis, quæ dari conſueuerunt in diuinis illis adminiſtrandis, an ſimonia committatur. eod. n. 4. ead. p.
Licentiam ſi petat parochianus à ſuo parocho confitendi alteri ſua peccata, an ſimonia committatur, ſi parochus eam dare nolit, niſi pecunia tributa. eod. nume. 6. pag. 123
Literas dimiſſorias habendi gratia à ſuo Epiſcopo, quo ab alio Epiſcopo ordines quis ſuſcipiat, ſi pecuniam præſtet, ſimoniam committit. cap. 42. §. 1. nume. 1. pagin. 134
Locans res immobiles eccleſiæ vltra triennium ſimoniam non committit. c. 10. §. 1. n. 3. p. 50
Locatione, & conductione ſpiritualium ſimonia committitur. c. 26. n. 1. p. 95
Locare, & conducere vaſa ſacra, & veſtes ſacras quando ſimonia ſit. eod. n. 2. ead. p.
Locare munera Eccleſiæ, vid. in verb. Munera.
Locare operas ad diuina officia an ſimonia ſit, vid. in ver. Operas ſuas.
Locus religioſus an ſine ſimoniæ uitio emi poſſit pro ſepultura. c. 44. §. 2. n. 11. p. 150

M

Magiſtratus iuriſdictionem eccl. habentes ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis inſtituti ſunt. c. 3. § 4. n. 6. p. 7
Magiſter concedens licentiam diſcipulis pecunia interueniente, vt tali die non legatur, quo diuinis rebus operam dare poſſiat, an ſimonia committatur. c. 10. §. 3. n. 6. p. 54
Magiſtratus, ac iudices Eccleſiæ fecit poteſtate iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. c. 48. n. 7. p. 163
Magiſtri chori officium ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt. eod. §. 7. n. 2. p. 170
Mandans, vt quis pro ſe ſpiritualia emat, & ſic pecuniã pro re ſpirituali, eiùe annexa tribuat, ſimoniam committit. c. 7. §. 1. n. 1. p. 26
Maritus ſimoniam non committit tribuens aliquid vxori, quo permittat eum ingredi religionem. ca. 6. §. 1. nu. 4. p. 25.
Materia ſimoniæ alia communis, alia propria eſt. c. 24. nu. 1. p. 93
Materia ſimoniæ Communis duplex eſt. eod. n. 2. p. ead.
Materia ſimoniæ communis quatenus conuentionis rationem habet, eſt contractus. eod. n. 3. ead. p.
Materia ſimoniæ quatenus crimen, eſt delictum. ca. 32. nu. 1. p. 109
Materia ſimoniæ realis vid. in verb. Simonia.
Matrimonium contractum per ſimoniam valet. ca. 12. §. 3. nu. 1. p. 59
Matrimonium contractum præſente parocho excommunicato, denunciato, notorioùe valet. eod. n. 2. ead. p.
Matrimonium eſt ſacramentum, circa quod ſimonia committi poteſt. c. 45. n. 1. p. 157
Matrimonium quid ſit, quatenus ſacramentum nouę legis eſt. eod. n. 2. ead. p.
Matrimonium ſimoniacum quando ſit, ideſt quando contingat circa ipſum ſimoniam committi. eod. nu. 3. ead. pag.
Matrimonium contrahentes an ſimoniam committant, ſi pretio ducti id faciant. eod. §. 1. n. 1. ead. p.
Matrimonium vt inter aliquos contrahatur, ſi pretium quis velit, vt id elaboret, an ſimonia committatur. eod. §. 3. n. 1. p. 159
Matrimonium, aliudùe ſacramentum impedienti de facto ſi pecunia tribuatur, ut ab impedimento ceſſet, an ſimonia committatur. c. 46. §. 5. n. 2. p. 161

Medici.

Medici, Venatoris, aucupis ue, operas praſtans pro ſpiritualibus ſimoniam committit. cap. 56. nume. 3. pagin. 188
Meretrices accuſare de ſimonia poſſunt. cap. 32 §. 3. nu. 3. p. 112
Metu ne damnum patiatur ſpiritualia conferent an ſimoniam committat. cap. 58. § 7. num. 1. p. 200. & ca. 59. nu. 1. & 2.
Miſſa celebranda gratia pretij nomine nihil exigi poteſt, qua regula declaratur. c. 44. §. 1. n. 1. p. 145
Miſſam primam, qua noua dicitur, celebrans an ſimoniam committat præbendo deoſculandas manus, vt lucrum capiat. eod. n. 2. ead. p.
Miſſa celebrandæ licentiam petens, an ſimoniam committat, ſi pecuniam præſtet. eod. n. 3. p. 146
Miſſam celebrare ſacerdos non potens, quia eſt excommunicatus ſuſpenſus, interdictus ue, an ſimoniam committat, ſi pecuniam præſtet, vt abſoluatur. eod. nu. 4 ead. pag.
Miſſæ celebrandæ gratia quantum detur, ſi ſacerdos interrogetur, quid reſpondeat. eod. n. 9. p. 146
Miſſa vid. in verb. Sacerdoti.
Mobilis res pretij nomine ſi pro ſpiritualibus detur ſimonia committitur. c. 55. n. 3. p. 186
Mobilis res ſpiritualis, ſi pro altera re mobili ſpirituali detur, an ſimonia committatur. eod. §. 1. num. 1. ead. pag.
Mobilis res conſecrata, ſi pro re immobili ſpirituali detur an ſimonia committatur. eod. n. 3. p. 183
Modi varij acquirendi titulos, ac beneficia ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis inſtituti ſunt. cap. 3. §. 4. nu. 4. p. 6
Modos, & formam, quibus habeantur beneficia ſimplicia, præbendæ, ius patronatus, & huiuſmodi Eccleſia poteſtate iuriſdictionis Eccleſiaſtica præſcripſit. cap. 48. n. 6. p. 163
Monaci, ſeu regulares quibus pœnis afficiuntur, ſi ſimoniã committunt in ijs, quæ religionis propria non ſunt. ca. 4. §. 6. n. 1. p. 21
Monaci, ac regulares ſimoniaci a quibus puniantur. c. 32. §. 1. n. 7. p. 111
Monaſterio eijci quis debet, in quod per ſimoniam receptus eſt, & in arctius transferri. cap. 4. §. 4. num. 1. pag. 18
Monaſterium per ſimoniam ingreſſus deponi poteſt, ſi per accuſationem id conſtet. eod n. 2. p. 19
Monaſterium ingreſſus excommunicatus eſt, ſi quid ante, vel poſt per ſimoniam tribuat. eod. num. 3. ead. pag.
Monaſterium ſimoniacum cum monialibus corruit. c. 17. §. 2. nu. 5. p. 65
Moniales ſimoniam committere poſſunt. cap. 4. num. 3. pag. 12
Moniales recipientes in monaſterium ſi pro victus gratia paciſcantur de dote ſimoniam non committunt. eo. §. 5. n. 6. p. 20
Moniales ſimoniam committentes ab Epiſcopo loci puniri poſſunt. c. 32. § 1. n. 6. p. 111
Moniales priuilegium habent, vt paciſci poſſint, cum ingreſſuris monaſterium de dotibus ad victum ipſarum pertinentibus. cap. 4. §. 1. num. 6. pa. 15. in fine, & §. 5. nu. 6. p. 20
Mortifere peccat ſimoniam committens, quæ regula, quouſque pateat, declaratur. c. 17. n. 1 p. 63
Mortuum deferentes an ſimoniã committant, ſi ob id pretium velint. c. 44 §. 2. n. 17. p. 151
Mulieres ſimoniam committere poſſunt. cap. 5. nu. 1. pag. 21
Mulieres accuſare de ſimonia poſſunt. cap. 32 §. 3. nu. 3. p. 112
Mulierem poſt partum in eccleſiam, vt introducat ſimoniam committit ſacerdos, ſi pecuniam ob id exigat. ca. 46 § 5. nu. 1. p. 161
Munera, & functiones eccl. locare, & conducere quando ſimonia ſit. c. 26. n. 4. p. 95
Mutuam præbens pecuniam Epiſcopo, quo eius amicitiam ſibi concilìet, ſimoniam non committit, eſto ſperet ab ipſo ſibi beneficium conferri. cap. 9. §. 5 nu. 2. pag. 37
Mutuam pecuniam præbens ei, qui beneficium ſibi renunciare vult, vel cum quo vult beneficium permutare, an ſimoniam committat. cap. 9. §. 2. num. 2. p. 37

N

NOminatio quid ſit. c. 48. §. 2. n. 3. p. 165
Nominandi ius vid. in verb. Eligendi.
Nominatio pretio facta, vid. in verb. Poſtulatio.
Non denunciantes, qui ſimoniam committunt in Romana Curia pro gratia, vel iuſtitia obtinenda ipſo facto excommunicati ſunt. cap. 21. §. 1. num. 8. pag. 80
Notarij ſimoniam committunt pro literis teſtimonialibus ordinum, ſi quid exigant, quæ regula quouſque pateat, declaratur. c. 42. §. 4. n. 1. p. 136
Notarij pro literis teſtimonialibus ordinum accipere aliquid poſſunt, ſi conſuetudo non adſit, vt gratis dentur, & merces aliqua ipſis conſtituta non ſit, hoc autem eſt decima pars vnius auri. eod. n. 2. ead. p.
Notarius ſimoniam committit, ſi ob id plus pro inſtrumẽto recipit, propterea quod eſt inſtrumentum ordinum, vel plus recipit pro inſtrumento ordinis maioris, quã minoris. eod. n. 3. ead. p.
Nulla eſt gratia, iuſtitia ue per ſimoniam commiſſam in Romana Curia impetrata. c. 21. §. 2. n. 1. p. 80

O

OBlationes factæ in Eccleſia alienari, vendique poſſunt. c. 10. §. 2. n. 3. p. 51
Oblationes factæ in eccleſia locari poſſunt. eo. nu. 4. ead. p.
Obligatio antidoralis in pactum deducta, an ſimoniam inducat. c. 11. n. 8. p. 56
Obligatio antidoralis quanam ſit. cap. 58. §. 4. num. 2. pagin. 197
Obſequia ſpiritualia præſtans alicui, quo eccleſiaſticum beneficium ei conferat, ſimoniam committit. c. 57. nu. 1. p. 190

Obſequia ſpiritualia præſtãs, vel ſpiritualia ipſa pro ſacramentis, ac ſpiritualibus, an ſimoniam committat. eod. §. 1. n. 1. p. 191

Obſequia præſtans pro ſpiritualibus, vid. in verb. Fæſta.

Officia ſacriſtæ, & Oeconomi ab Eccleſia inſtituta ſunt. c. 3. §. 4. n. 11. p. 7

Officia eccl. emens, vt auditoratum Cameræ, Clericatum-ne, quæ per acquiſitionem Cardinalatus vacant, an ſimoniam committat, qui hoc animo emit, vt Cardinalatum conſequatur. c. 9. §. 6. n. 8. p. 40

Officia diuina quænam ſint. c. 13. n. 1. p. 59

Officia omnia per ſimoniam facta valent. eod. nu. 4. ead. pag.

Officia quædam Eccleſia inuenit poteſtate iuriſdictionis Eccleſiaſticæ à Chriſto Domino ipſi tradita. ca. 48. nu. 9. p. 163

Olei cauſa, quo oleo extrema vnctio fit, ſi quid detur, an ſimonia committatur. c. 4. n. 5. p. 133

Operas ſuas ad diuina facienda locare, & conducere quãdo ſimonia ſit. c. 26. n. 6. p. 95

Orationes, ac preces, quæ in miſſa feruntur, valent etiam à malo ſacerdote factæ, eſto magis proſint, quæ à bono, & qua ratione. c. 13. n. 3. p. 59

Orationes, ac diuinas preces effundere ſacerdotij functio eſt. c. 44. n. 2. p. 144

Oratio, vid. in verb. Preces.

Ordo per ſimoniam collatus tenet, eſto ipſius executio nõ detur. c. 12. n. 5. p. 58

Ordinis poteſtas quid ſit. c. 34. §. 1. n. 3. p. 119

Ordo materia propria circa quam ſimoniæ eſt, ideſt ſacramentum circa quod ſimonia committi poteſt. c. 42. nu. 1. p. 133

Ordinis conferendi gratia nihil pretij nomine dari, recipique poteſt. eod. n. 2. ead. p.

Ordines alterius Epiſcopi ſubiecto conferre Epiſcopus non poteſt ſine proprij ordinarij licentia. eod. §. 1. nu. 2. p. 134

Ordinem ſacrum ſuſcepturus, nec habens beneficium, nec patrimonium vnde viuat, ſimoniam committit, ſi cum Epiſcopo conueniat, & ei promittat ſe nihil ab eo pro ſe ſuſtentando petiturum, ſi ei ordines conferat. eod. §. 2. n. 1. p. ead.

Ordinem ſacrum conferens ei, qui nec beneficium habet, nec patrimonium vnde viuat, ad eum ſuſtentandum obligatur. eod. n. 2. ead. p.

Ordines tam de ſententia Theologorum, quam de ſententia Iurispontificij interpretum quot ſint. c. 43. nu. 3. p. 138

Ordines ſi quis conſequatur precibus adhibitis, an ſimonia committatur. c. 58. §. 8. n. 7. p. 202

Ordines per ſimoniam realem conferentes ipſo facto excõmunicati ſunt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur c. 3. n. 1. p. 235

Ordinem per ſimoniam realem conferens à collatione quorumcunque ordinum, & primæ etiam tonſuræ ſuſpenſus eſt. c. 3. §. 1. n. 1. p. 236

Ordinem per ſimoniam realem conferens ipſo iure ab executione omnium munerum pontificalium ſuſpenſus eſt. eod. n. 2. ead. p.

Ordinem per ſimoniam realem conferens ab ingreſſu eccleſiæ impeditus eſt. eod. n. 3. ead. p.

Ordinem per ſimoniam realem conferens arbitraria pœna puniri poteſt. eod. n. 4. p. 237

Ordines per ſimoniam realem accipiẽs ipſo iure excommunicatus eſt: quæ regula, quouſque pateat, declaratur. ca. 4. n. 1. p. 240

Ordinum collatores recipientes aliquid in collatione ordinum excommunicati ſunt, vid. in verb. Epiſcopi, & alij &c.

Organa, tibias, ductiles, nec non corneas pulſantes, vbi diuina officia celebrantur, ſimoniam non committunt, ſi pro huiuſmodi operis pretium velint. ca. 10. §. 4. nu. 3. pag. 54

P

PACE oblata à parochis de more feſtis quibuſdam diebus ſi quid tunc offeratur, ſimonia nõ committitur. c. 9. §. 2. n. 7. p. 35

Pacis conciliandæ gratia an dare quicquã liceat in ſpiritualibus. c. 9. §. 8. n. 8 p. 42

Pacis gratia, ſi quid detur, vid. in verb. Iudicis autoritate.

Pactum de dando, faciendoùe id, quod res ſpiritualis, quæ traditur, aut natura, aut iure poſtulat, ſimoniam non inducit. c. 11. n. 1. p. 55

Pactum in collatione beneficij an interuenire debeat, vid. in verb. Beneficium.

Paganis, & alijs infidelibus an pecuniam dare liceat, vt baptiſmum ſuſcipiant. c. 6. §. 1. n. 1. p. 23

Panis benedictus alienari poteſt ſine ſimoniæ vitio, ſi ratione materiæ, & non benedictionis alienetur. cap. 10. nu. 2. p. 50

Panis, vinum, frumentum, ſuculi, carnes, caſeus, agni, pulli gallinatij, fabæ, & huiuſmodi alia eccleſiis oblata vendi poſſunt, ac locari ſine ſimoniæ vitio. eod. §. 2. nu. 5. pag. 51

Papa vid. in verb. Romanus Pont.

Parochus tribuens ſacerdoti pecuniam, quo eum adiuuet in parochia adminiſtranda, ſimoniam non committit. c. 36. §. 3. n. 5. p. 122

Parochus non deferens Epiſcopo ob pecuniam parochianum, qui ſtatis temporibus pœnitentiæ ſacramentum, Euchariſtiamùe non ſuſcipit, ſimoniam committit. ca. 40. §. 3. n. 1. p. 131

Parochi, qui mutuas operas in miſſis, & alijs diuinis officijs ſibi præſtant, an ſimoniam committant. c. 57. §. 1. nu. 2. p. 191

Parochi non habentes vnde viuant, à parochianis ali debent. c. 9. n. 7. p. 33

Parochianus licentiam petens, vid. in verb. Licentiam.

Parentes aliquid promittentes ſuis filijs, quo libentius ad Eccleſiam eant ad diuina audienda, vel vt confiteantur, ſimoniam non committunt. cap. 9. §. 2. num. 4. pagin. 36

Patena conſecratio vid. in verb. Conſecrationes.

Patriarchæ ſimoniam committere poſſunt. cap. 2. nu. 2. pag. 2.

Patrini ſolum interueniunt in baptiſmo, & confirmatione. c. 37. §. 4. n. 1. p. 126

Patronus præſentans quem ad eccleſiam ſimoniam non cõmittit, ſi præſentãs cum præſentato cõueniat, vt poſtea quã habuerit eccleſiã, ſi ipſe ad inopiã peruenerit, ei opem

opem ferat.c.11.nu.5.p.56
Patres vid.in verb. Parentes.
Pauperibus quicquã dando, quo excitentur ad preces fundendas ad Deum pro dante, ſimonia non committitur. c.9.§.4.n.3.p.36
Pauper petens eleemoſynam ab aliquo has, vel illas preces pro ipſo ad Deum ſe facturum pollicens, an ſimoniã committat.c.43.§.2.n.4.p.140
Peccatum ſimoniæ eſt grauius alijs.c.7.n.2.p.63
Peccatum non committit, qui ad concurſum beneficij vadit.c.58.§.8 n.2.p.201
Peccatum non committit, qui à patronis præſentatur ad beneficium, vel eligitur, modo dignus ſit.c.58.§.8.nu.3.pag.ead.
Peccatum non committit, qui beneficium, dignitatemque eccleſ. ordinemue acquirit per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante, & ratum non habente.ca.7.§.5.nu.1.p.265
Pecunia data pro ingreſſu monaſterij in vtilitatem eius monaſterij vertenda eſt, in cuius iniuriam eſt data.c.4.§.5.nu.1.p.19
Pecunia numerata pretij nomine pro ſpiritualibus ſi detur, ſimonia committitur.c.55.n.2.p.185
Pecuniam datam ab aliquo, vt beneficium mihi conferatur, ſi pietate ductus, amicitiaque reſtituam ei, qui dedit, an ſimoniam committam. cap.7.§.2.num.2.in fin. pag.27
Pœnæ ab Eccleſia inſtitutæ ſunt.c.3.§.4.n.13.p.7
Pœnæ nomine ſi quid exigatur in ſpiritualium adminiſtratione ſimonia non committitur, cap.9.§.9.num.1.pag.43
Pœna arbitraria ſimoniacus puniri poteſt.ca.18.§.3.nu.1.p.72
Pœna arbitraria quamobrem, & quando ſimoniacus puniatur.eod.n.2 p.73
Pœna propoſita in Bulla de datis, & promiſſis an in foro conſcientiæ locum habeant.c.21.§.3.nu.1.p.81
Pœnæ, quibus ſimonia confidentialis punitur, quæ ſint.c.22.§ 4.n.1.p.89
Pœna eius, qui per ſimoniam Romanus Pont.electus eſt.c.23.n.1.p.91
Pœna eorum, qui aliquem in Pont.Rom.elegerunt per ſimoniam.eod.n.2.p.92
Pœna eorum, qui mediatores fuerunt, vt quis per ſimoniam in Romanum Pontif.eligeretur.eod.num.3.ead.pag.
Pœna eorum, qui viuo Romano Pont.papatum ambiũt.eod.nu.4.ead.p.
Pœnas quaſdam Eccleſia, poteſtate iuriſdictionis Eccleſiaſtica à Chriſto Domino ipſi tradita, præſcripſit, ac ſtatuit.c.48.n.8.p.164
Pœna quid ſit.c.50.n.1.p.175
Pœnarum genera quot ſint.eod.n.2.ead.p.
Pœna quibus bonis nos priuent.eod n.3.ead.p.
Pœnam ſi inferat iudex pecunia ductus ſimoniam committit.eod n.4.ead.p.
Pœnæ nomine iudex quidpiam exigens ſimoniam non cõmittit.eod.n.6.p.176
Pœnas iure poſitiuo in ſimoniacos illatas euadit, qui cũ Romano Pontif.ſimoniam committeret.cap.3.§.7.pagin.11
Pœna exterior, ſeu fori exterioris eccleſiaſtici culpas mẽte conceptas non afficit.c.2 n.3.p.212
Pœna exterior eccl.an afficiat culpas mente conceptas, ſi extrinſecus ſigno aliquo culpæ expreſſæ ſint.eod.nu.4.ead.p.
Pœna nulla certa contra ſimoniam conuentionalem præſcripta eſt.eod.§.3.n.1.p.214
Pœna arbitraria cõuentionalis ſimoniacus puniri poteſt, c.2.§.3.n.2.p.224
Pœna a lege illata in conſcientiæ foro non debetur ante iudicis ſententiam, & quomodo accipiendum hoc ſit.c.6.§.1.n.2.p.248
Pœna corporis an affici poſſit ſimoniacus, vid.in uerb.Corporis.
Pœnitentia ſacramentum per ſimoniam acceptum nõ valet.c.17.§.1.n.3.p.64
Pœnitentia ſacramentum quid ſit.c.40.n.1.p.129
Pœnitentiæ miniſter quinam ſit.eod.n 2.ead.p.
Pœnitentiæ materia tam remota, quam proxima quænam ſit.eod.n.3.ead p.
Pœnitentiæ ſacramentum eſt materia circa quã ſimoniæ.eod.n.4.ead.p.
Pœnitentiæ ſacramenti adminiſtrandæ gratia pretij nomine nihil recipi debet, alioquin ſimonia committitur eod.nu.5.ead.p.
Pœnitentiæ ſacramentum in articulo mortis conſtituto ſi parochus adminiſtrare nolit, niſi pretio dato, an potius ſine ſacramento huiuſmodi mori quis debeat, quã pretium dare.eod.§.1.n.1.p.130
Penſio quid ſit.c.28.§.3.n.3.p.102
Penſio quot modis concedatur.eo.n.4.ea.p.
Penſio eſt materia ſimoniæ.eo.n.5.ea.p.
Penſionibus ipſis quando ſimonia committatur.eod.nu.6.p.103
Penſiones an redimi poſſint.eo.n.7.ea.p.
Penſionibus in ipſis vbi ſimonia committitur, quæ pœna inferatur.eo.n.8.ea p.
Penſionarij ad recitandum officium Beatæ Mariæ Virginis tenentur.c.44 § 2.n.4.p.148
Penſiones reſeruare ſibi Romanus Pont.poteſt in beneficiorum collationibus.c.48 §.1.n.4.p.164
Penſionem per ſimoniam realem conferens in excommunicationem non incidit.c.5.n.3.p.246
Permutatio beneficiorum ſimoniaca non eſt, vbi autoritate ſuperioris fit cap.1.§.1.nu.4 p.57
Permutatione aliquanda ſimonia committitur cap.27.numero 1.pag.96
Permutatione rei ſpiritualis cum temporali ſimonia committitur eod.nu.2.ead.p.
Permutatio beneficiorum eccl fieri poteſt eod.numer.3.ead.pag.
Permutatione beneficiorum ſimonia committitur, ſi abſque ſuperioris autoritate permutatio fiat cap.27.§.1.num.1.p.96
Permutatione beneficiorum ſimonia committitur, ſi ob maiorem dignitatem, iuriſdictionemque vnius beneficij pecunia detur ab eo, qui illud accipit eod. numer.2.pag.97
Permutans beneficium pinguius cum tenui, ſimoniam cõmittit, ſi penſionem ſibi retineat ſine autoritate Romani Pont.eod.nu.3.ead.p.
Permutans beneficium cum penſione, quæ pro titulo non eſt, ſimoniam committit eodem numero 4.ead.pa.

Permutans ius ad rem, quod habet ad beneficium cũ alio ſimili ſimoniam committit.eod.n.5.ead.p.
Permut ans beneficium non ob neceſſitat em,vtilitatemùe Eccleſia peccat.eod.n.6.p.98
Permutatnri beneficia an ſine ſuperioris autoritate tractare de permutatione queant.c.27.§.2.nu.1.p.98
Permutari præter beneficia an res aliæ ſacræ ſine ſimonia poſſint.c.27.§.4.nu.1.p.100
Perſonarum aliæ veræ aliæ fictæ ſunt,& quæ fictæ dicantur.c.1.n.4.p.1
Petens beneficium ſi idoneus ſit, an ſimoniam committat,ſi ob zelum Dei id non faciat.cap.58.§.8.num.5.pag.201
Petens beneficium animarum curam habens in primis ob Zelum Dei ſimoniam non committit. eod.nu.6.p.201
Poſſeſſionem dignitatis,beneficijque eccle.ſibi collati per ſe quis ingreai non poteſt.c.48.§.5.nu.1.p.169
Poſſeſſionem dignitatis,beneficijque eccle. ſibi collati, vt conſequatur,in eamque mittatur, pretij nomine nihil tribuere quis poteſt,alioquin ſimoniam committit.eo.nu.2.ead.p.
Poſtulatio quid ſit.c.48.§.2.n.2.p.165
Poſtulatio,nominatio,& præſentatio pretio facta ſimoniaca ſunt.eod.n.7.p.166
Poſtulandi ius vid.in verb.Eligendi.
Poteſtas à Deo Eccleſiæ tradita duplex eſt.c.34.§.1.nu.2.p.119
Preces multiplicis generis ſunt,quæ pro ſpiritualibus habendis fiunt.c.58.nu.4.p.194
Preces, vbi ſimpliciter adhibentur pro ſpiritualibus habendis,an ſimonia committatur.eod.§.1. num. 1.ead.pag.
Preces an ſimoniam inducant factæ pro indigno.eod.§.2.nu.1.p.195
Preces an ſimoniam inducant factæ pro conſanguineo.eo.§.3.nu.1.p.196
Preces an ſimoniam inducant factæ pro benemeritis.ca.58.§.5.nu.1.p.198
Preces an ſimoniam inducant factæ pro potẽtia alicuius, & metu.eod.§.7.nu.1.p.199
Preces adhibens pro ſe,vt beneficium eccl. conſequatur, an ſimoniam committat.eod.§.8.n.1.p.200
Preces adhibens pro ſe,quo beneficium ſimplex, penſionemùe accipiat,ſimoniam non committit, modo dignus ſit,& egeat,alias peccat.eo.§.8.n.4.p.201
Preces ſimplices quænam ſint.c.59.n.1.p.203
Precibus non ſimplicibus ſi ſpiritualia quis conſequatur, ſimoniam committit.eod.n.2.ead.p.
Præmia ſpiritualia promiſſa ijs, qui de Eccleſia benemerentur,minus ſimoniam inducunt.c.9.§.4.n.4.p.36.
Præmia pueris proponens,qui doctrinam chriſtianã melius memoriter recitauerint,an ſimoniacus ſit. c.9.§.4.nu.1.p.37
Præſentans quem ad titulum ſui beneficij, vel patrimonij, quo ordinibus initietur promiſſionem ab eo recipiens,quod nihil ab eo petet, ſimoniam committit.ca.42.§.2.n.3.p.135
Præſentans quem pecunia ad ordines ſimoniam committit.eod.§.3.n.5.p.136
Præſentatio quid ſit.c.48.§.2.n.4.p.165
Præſentatio pretio facta,vid.in verb.Poſtulatio.
Præſentandi ius vendi non poteſt ſine ſimoniæ vitio,quæ regula,quouſque pateat declaratur. c.49.§.2.num.1.pag.172
Præſentandi ius eſt annexum ſpirituali,& qua ratione.eod.nu.2.p.ead.
Præſentandi ius contractibus non gratuitis alienari non poteſt ſine ſimoniæ vitio.eod.n.3.ead.p.
Præſentandi ius non poteſt adiudicari vni ex hæredibus, non cedi creditoribus,non pro dote, non pro pignore, neque locari.eo.n.4.ea.p.
Præſentandi ius in feudum concedi non poteſt.eod. num.5.p.173
Præſentandi ius,ſi vniuerſitas,in qua eſt,alienatur,tranſit cum ea:id quod declaratur,quatenus pateat.eod.n.6.ead.p.
Præſentandi ius,ſi cum vniuerſitate vendatur, ſimonia committitur.c.eod.n.7.p ead.
Præſumitur ſimoniam committi,ſi & tribuẽs ſpiritualia, & eadem accipiens inter ſe conueniant,vt aliquid detur,accipiaturque.c.8.§.2.n.2.p.29
Præſumitur ſimoniã committi ſi ſpiritualia adminiſtrant, non alias ea adminiſtrare velit,niſi pecunia, aliquidùe aliud ei tribuatur.eod.n.3.ead.p.
Præſumitur ſimoniam committi,ſi idem adminiſtrans ſpiritualia non expreſſe quicquam exigat pro adminiſtratione, ſed difficultates aliquas inyciat, vel moretur tantum quouſque ei aliquid detur.eod.num.4.pagin.30.
Præſumitur ſimoniam committi ex parte pecuniam dantis ſi quid det,quo ij,quibus dat; aut ei faueant, aut ne ei aduerſentur.eod.n.5.ead.p.
Præſumatur nec ne ſimonia, vbi quis ſimpliciter dat aliquid,& non apparet de animo dantis.cap.8.§.2.num.6.p.30
Præſumptione vna probata,an ſimonia confidentialis probata ſit.c.22.§.3.n.2.p.89
Pretium pro ſpiritualibus acceptum aliquando acquiritur.c.12.n.2.p.57
Pretium,quo interueniente pro ſpiritualibus ſimonia cõmittitur,quid ſit.c.54.n.1.p.184
Pretium,quo interueniente pro ſpiritualibus ſimonia cõmittitur,quotuplex ſit.eod.n.2.ead.p.
Pretium, quo interueniente pro ſpiritualibus ſimonia committitur, quantum eſſe debeat. eod.§.1.num.1.ead.p.
Pretium pro ſpirituali datum,vel minimum ſit, an ſimoniam inducat.eod.n.2.ead.p.
Pretium datum pro re ſpirituali,vbi minimum eſt,an excommunicationem inducat, ſi realis ſimonia in beneficio,ordineue ſit.eod.n.3.p.185
Pretium,quo interueniente ſimonia committitur, quale eſſe poſſit.eod.n.4.ead.p.
Pretij nomine pro ſpirituali ius ſi quid temporale detur, ſimonia committitur.c.55.n.1.p.186
Pretium acceptum pro beneficio tradito retineri non poteſt ab eo,qui illud accepit de communi iure ſcripto.c.2.§.1.n.1.p.231
Pretium temporale pro ſpirituali datum in foro fori de iure ſcripto reſtituendum non eſt ei,qui illud dedit eodem iure.eod.n.2.ead.p.
Pretium acceptum pro conferendo beneficio ei eccleſiæ dandum eſt,in cuius iniuriam fuit datum communi iure.eod.n.3.p.232

Principa-

Principaliter quando aliquid dari, fieriúe dicatur cap. 9.§.6.nu.6.p.39

Priuati ipſo iure ſunt beneficijs eccl. quæ habebant, qui pro iuſtitia, gratiaué habenda in Romana Curia ſimoniam committunt cap.21.§.2.n.2.p.80

Priuati ipſo iure ſunt officijs eccl. quæ habẽt ipſo facto, nec non ſecularibus, qui ſimoniam in Romana Curia committunt pro iuſtitia, gratiaué habenda eod.num. 3.pag.ead.

Primitias, oblationeſque colligendi ius vendi ſine ſimoniæ vitio non poteſt cap.49.§.3.nu.5.p.174

Probatio ſimoniæ per ſigna fieri poteſt, & quæ ſigna cap.32.§.2.nu.11.p.114

Proceſſionibus ſi vt interſint monaci, eos mittat prior, an exigere quicquam poſſit ſine ſimoniæ vitio cap.44.§.2.num.13.pag.150

Procuratores, qui curant, vt literæ beneficiorum expediantur, ſimoniam non committunt, ſi quid accipiunt cap.9.§.1.nu.6.p.34.

Procuratoris, Aduocati, conſiliarijque operas præſtans pro ſpiritualibus ſimoniam non committit cap.56.n.2. pag.188

Profeſſio ſimoniaca facta in aliqua religione an valeat, cap.4.§.2.num.3.pag.16

Promiſſio facta à priore monaſterij de recipiendo quempiam in monaſterium, ſi prius didicerit, quæ ad receptionem poſtulantur, vel ab Epiſcopo de conferendo alicui ordinem, ſi didicerit ea, quæ ad ordinem pertinent, ſimoniaca non eſt cap.11.nu.7.p.56

Promiſſio facta alicui, ſi curauerit, vt aliqua ſibi nubat, ſimoniaca non eſt cap.46.§.3.num.2.pag.160

Promittens beneficium alicui, ſi voces ei præbeat, ad præſentandum quem ad eccleſiam, ſimoniam committit, c.57.§.3.num.2.p.193

Promittens inſtrumento publico quis alicui centum, quò beneficium eccl. ei conferat, non habens animum emendi beneficium, nec præſtandi illa centum, an ſimoniam committat cap.4.nu.2.p.225. Et an peccet eod.nume. 3.pag.226

Proxeneta in ſimonia committenda, an vt teſtis admittatur ad eam probandam cap.32.§.4.nu.4.p.113

Proxeneta quid ſit, & vnde dicatur cap.8.numero 1.pagin.266

Proxeneta ſimoniam committit, & punitur eod. num. 2. ead.pag.

Proxeneta qua pœna puniatur eod.num.3. ead.p.

Punitus ſimoniacus hæreticus, quatenus hæreticus, an etquatenus ſimoniacus eſt puniri poſſit cap.32.§.1.nu.9.pag.111

R

RATAM habens ſolutionem factam pecuniæ quamobrem ſpiritualia cõſecutus eſt, an ſimoniam committat, cap.7.§.2.num. 1.pag.27

Ratam habens ſolutionem factam ab aliquo quamobrem beneficium adeptus eſt, an retinere illud poſſit eod.nu.2.ead.pag.

Rationis vſum qui non habet, ſimoniam committere non poteſt, ita vt puniatur cap.8 nu.1.p.28

Receptio ſimoniaca in monaſterium an valeat cap.4.§.2.num.1.pag.16

Receptio in monaſterium pacto interueniente, vt pro alimentis quidpiam detur, ſimoniaca non eſt, ſi Pontificis autoritate id fiat cap.11.§.1.n.3.p.57

Recipere ſpiritualia, ac ſacramenta a ſimoniaco an poſſimus, cap.4.nu.3.p.241

Regularis per ſimoniam realem ordinem accipiens actiua, & paſſiua voce priuatus eſt cap.4.§.6.n.2.p.21

Regularis ſimoniam committens in ſpiritualibus, quæ religionis ſunt, quibus pœnis afficiatur eod.num.3.ead.p.

Regularis minorum S. Franciſci de obſeruantia ſimoniam committens in electionibus Generalis miniſtri, aut prouincialis ſubornando quem ipſo facto excommunicatus eſt, voce actiua, & paſſiua perpetuò caret eod.numero 4.p.ead.

Regularis extra religionem quorumuis fauorem procurans, vt officium obtineat, excommunicatus eſt, actiua, & paſſiua voce priuatus, & carceri per menſem mancipari debet, modò tamen fauore vſus ſit eod. numer.7. ead.pag.

Regularis clericus actiua, & paſſiua voce priuatus eſt, ſi per ſimoniam realem ordinem ſuſcipit, cap.4.§.1.num. 4.pag.243.

Regula de triennali poſſeſſore quænam ſit cap.6.§.9.nu.2. pag.257

Religiones ab eccleſia inſtitutę ſunt cap.3.§.4.n.12.p.7.

Religionis an poſitiuo iure inſtitutæ ſint, c.4.§.1.num.2. pag.13

Religioſi multis modis dicuntur, ca.4.n.1.p.12

Religioſi ſimoniam committere poſſunt eod.n.2.ead.p.

Religioſi ſimoniam committunt, ſi pecuniam tribuãt, quo ordinis functionem exerceant eod.§.3.n.1.p.17

Religioſi pecuniam offerentes, vt præſententur Epiſcopo, quò ad ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrandum eos admittat, ſimoniam committunt eod.n.2.eid.pag.

Religioſi an ſimoniam committant, ſi vt opulentum locũ habeant, vbi concionentur, pecuniam tribuunt eod.numero p.ead.

Religioſi ſimoniam committunt, ſi pecuniam præſtẽt, quò capellaniam habeant eod.nu.4.ead.p.

Religioſus ſimoniam committit, qui pecuniam tribuit, vt fiat Generalis, Prouincialis, viſitator, Prior, Abbas ue, eod.n.5.ead.p.

Religioſi eligentes ad generalatum, prioratum, aliamué dignitatem eccl. monachum pecunia corrupti, ſimoniam committunt eod.nu.6.p.18

Religioſi an ſimoniam committant, ſi pecuniam præſtent, quò habeant officia, quæ in Monaſterijs ſunt, ſed ſunt facti eo.num.7.ead.pag.

Religioſi pecuniam recipientes, vt in monaſterium quẽ recipiant, ſuſpendi ab officio debent c.4.§.5.n.2.p.19

Religioſi pecuniam recipientes, vt in monaſterium quẽ recipiant, expelli debent ab eo monaſterio eod.n.3.p.20

Religioſi pecuniam recipiontes, vt in monaſterium quẽ recipiant accuſati de hoc, deponi debent eod.n.4.ead.pa.

Religioſi pecuniam recipientes, vt in monaſterium quẽ recipiant, excommunicati ſunt, eod.n.5.ead.p.

Religiones Eccleſia poteſtate iuriſdictionis eccleſiaſticæ approbauit cap.48.n.10.p.164

Religionem aliquam inſtituens, ſeu collegium aliquod religioſorum, confirmari debet cap.48.§.4.n.4.p.168

Relicta legata, hæreditateſque eccleſijs, vt miſſa, diuinaque alia

que alia officia ſiant, an valeant, ſimoniam de iaducant, cap. 31. nu. 1. p. 108

Reliquiæ ſanctorum ſine ſimoniæ vitio vendi nequeunt, c. 38 nu. 4. p. 127

Reliquia licite redimuntur ab ijs, qui eas contemnunt eo. nu. 5. pag. 128

Reliquiæ praponi non debent fidelibus cauſa lucri eod. numero 6. ead. pag.

Reliquias ſacras deferentes an ſimoniam committant, ſi mercedem velint, & quid de deferente Sanctiſſimum Chriſti corpus c. 44. § 2. nu. 18 p. 151

Remiſſio ac debiti pro re ſpirituali ſimonia committitur, c. 25. nu n. 3. p. 94

Remiſſio facta alicuius debiti pro re ſpirituali ſimoniam, inducit cap. 55. nu. 5. p. 186

Reannciatio beneficij in fauorem alicuius facta, vel retenta ſibi penſione ſimoniaca non eſt, ſi autoritate Romani Pont. fiat cap. 11. §. 1. nu. 2. p 57

Renũcians beneficium alicui, vt quod ipſe habet, alteri renunciet, ſimoniam committit, cap. 27. §. 1. nu. 7. p. 98

Renunciatione rei ſpiritualis ſimonia aliquando committitur cap. 28. nu. 1 p. 100

Renunciatio beneficij eccl. quid ſit eod. n. 2. ead. p.

Renunciatio beneficij eccl. quotuplex ſit eod. n. 3. ead. p.

Renuncians, ſeu reſignans beneficium ob pecuniam ſimoniam committit eod. §. 1. nu. 1. ead p.

Renuncians beneficium ſimoniace, an ipſo iure priuatus eo ſit, vbi renunciatio eſt nulla ca. 28. §. 2. nu. 2. p. 101

Renuncians ſimoniace beneficium, eſto renunciatio nulla ſit, tamen in pœnas ſimoniæ incidit eod. n. 3. ead. p.

Renunciatio facta in fauorem alterius Romani Pontificis autoritate ſimoniaca non eſt c. 28. §. 2. n. 4. ead. p. 101

Renunciatio facta in fauorem alterius in manu Legati de latere ſimoniaca eſt eod. n. 5. ead. p.

Renuncians beneficium in fauorem alicuius retenta ſibi pẽſione ſimoniam non committit, ſi autoritate Romani Pont. id fiat eod. §. 3. nu. 2. p. 102

Renuncians beneficium in fauorem alicuius retenta ſibi pẽſione ſimoniam committit eod. nu. 1. p. 102

Renuncians alicui hæreditatem, legatum, patrimoniumue ſuum, quò beneficium eccl. filio renunciet, ſimoniam cõmittit, cap. 30 nu. 7. p. 107

Reſignatio, ſeu renunciatio beneficij in fauorem alicuius facta ſimoniaca eſt cap. 28. §. 2. nu. 1. p. 100

Reſignans beneficium per ſimoniam realem non amittit titulum cap. 6. §. 10. nu. 1. p. 259

Reſtitui an debeat temporale acceptum pro ſpirituali promiſſo in ſimonia conuentionali, c. 2. §. 2. n. 1. p. 223

Reſtitui debet, quod datum eſt iudici, vt inique iudicet, ſi iudex non inique iudicauit eod. n. 2. ead. p.

Reſtituere quis non tenetur acquiſitum per ſimoniã mentalem c. 2. nu. 1. & ſeq. p. 112

Reſtitutio pretij ſpiritualium cui facienda de conſuetudine c. 2. §. 1. nu. 7. p. 234

Reſtitutio pretij ſpiritualium cui facienda in foro conſciẽtia. c. 2 §. 1. nu. 8. p. ead.

Retrotractio nullitatis collati beneficij quid operetur in caſu propoſito cap. 6 §. 3 nu. 4 p. 250

Romanus Pont. in collatione beneficiorum portionem fructuum, quæ annata dicitur, retinere ſibi poteſt cap. 48. § 1. num. 3 p. 164

Romanum Pon. ſimoniam committere veriſimile non eſt, cap. 3. num. 1. p. 2

Romani Pont. ſimoniam plurimum deteſtantur, & eã cõmitentes grauiſſimis pœnis afficiunt eod. n. 2. ead. p.

Romanus Pont. ſimoniam committere põt eod. §. 1. nu. 1. ead. pag.

Romanus Pont. Chriſti Domini immediatus, ac generalis Vicarius eſt eod.

Romanus Pont. vendens ſpiritualia à Deo data, iaſtitutaùe ſimoniam committit eod. §. 2. nu. 3. p. 4

Romanus Pont. in ſimonia de iure diuino prohibita diſpẽſare non poteſt eod.

Romanus Pont. an ſimoniam committere poſſit in ſpiritualibus, quæ ab eccleſia inſtituta ſunt virtute poteſtatis ordinis traditæ ſibi eod. §. 3. nu. 3. p. 4

Romanus Pont Conſecrationes, & benedictiones ſi vẽdat ſimoniam committit eod n. 3. p. 5

Romanus Pont. imponere decimas, & alia onera eccleſijs poteſt eod. §. 5. nu. 1. p. 9

Romanus Pont. an ſimoniam committat beneficia eccl. uẽdendo, c. 3. §. 5 nu. 1. p. 7

Romanus Pont. an ſimoniam committat vendendo magiſtratus, & dignitates eccl. eod. n. 2. p. 9

Romanus Pont. an ſimoniam committat permittendo permutationes beneficiorum, ac reſignationes retenta penſione eod. n 3. ead. p.

Romanus Pont. an ſimoniam committat eccl. officia vendendo eod nu. 4. ead. p.

Romanus Pont. vbi ſimoniam committit, ibi peccat eod. §. 6. nu. 1. p. 10

Romanus Pont. ſimoniam committens in pœnas à poſitiuo iure illatas in ſimoniacos non incidit eod. n. 2. ea. p.

Romanus Pont. in pœnas baſea, ab aliõue illatas non incidit eod. n. 3. ead. p.

Romani Pont. electio ſimoniaca quib. pœnis afficiatur vid Bullam Iulij Secundi cap. 23. p. 91

S

SAcerdotes obligati ad diuina facienda pro ſuſtentatione paciſci non poſſunt cap. 9. num. 7. pa. 33

Sacerdoti pecuniam tribuens, ſi dicat ei tot miſſas celebres pro meis, an ſimoniam cõmittat cap. 9. §. 3. nu. 3. p. 36

Sacerdos pœnitentiã imponens, vt miſſas aliquas celebrandas curet, an ſimoniam committat, ſi onus hoc ſibi imponendum curet, quo eleemoſynam illam habeat cap. 4. §. 5. num. 1. p. 132

Sacerdotium quid ſit cap. 44. nu. 1. p. 144

Sacerdotij functiones ſunt hæ Corpus, & ſanguinem Chriſti Domini conficere, Deoque in miſſa offerre, ſacramẽta, Confirmatione, atque ordine exceptis adminiſtrandi poteſtatẽ habere: orationes, ac diuinas preces effundere, Benedicere dona Dei eod. nu. 2. p. ead.

Sacerdotes euntes ad diuina officia, eſto non paciſcantur, vt quid ſibi detur, petere tamen poſſunt cap. 9. §. 1. nume. 1. pag. 34

Sacerdotes obligare non debent pœnitentes ad reſtitutionem eorum, quæ per ſimoniam mentalem adepti ſunt c. 2. num. 8. pag. 214

Sacramenta, & ſpiritualia alia ab ordine, & beneficio ſi quis precibus acquirit, an ſimoniam committat ca. 58. §. 8.

§. 8.num. 8.p.202
Sacramenta omnia per ſimoniam adminiſtrata valent, cap.12.nu.4.p.57
Sacramentum recipiens per ſimoniam eius gratiam non conſequitur, quæ regula, quouſque pateat, declaratur c. 17.§. 1.nu, 2.p,64
Sacramenta alia recipere ſine peccato non poteſt quis per ſimoniam, niſi pœniteat ſimoniaci peccati eo.n.5.ea. p.
Sacramenta nouæ legis ſimoniæ materia circa quam ſunt, cap.36.nu.1.p.120
Sacramenta nouæ legis ſine ſimoniæ vitio vendi nequeũt, quæ regula, quouſq; pateat, declaratur c.36.n.2.p.120
Sacramentalia materia circa quam ſimonia ſunt eod. §.1. num.1.ead.
Sacrilegium committit alienans res Eccleſiæ, vbi ad id facultatem non habet c.10.n.4.p.50
Sacriſtę officium ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt, ca. 48.§.7.nu.5.p.171
Sal benedictum vid.in verb. Aqua
Scientiæ an vendi poſſint ca.10.§.3.nu.1.p.52
Scientiam ſi doceatur prætio interueniente, an ſimonia cõmittatur eod.nu.2.ead.p.
Scientias, & artes ſi quis doceat pecunia accepta, ſimonia non committitur, ca.33.nu.3.p.116
Sciens ſuum prælatum ſimoniacum eſſe, an ſuſcipere ab eo ordines debeat, ſi id prælatus ei præcipiat c.15.n.3.p.61
Sciens ſimoniam realem in ordine, beneficioue commiſſam eſſe, in virtute Sanctę obedientiæ patefacere eam tenetur ſub pœna mortiferi peccati, à quo abſolui non põt, niſi à Romano Pont.c.9.n.1.p.267
Sententia ſuper re ſpirituali lata per ſimoniam an valeat. cap.16.n.2.p.62
Sententiam ut pro ſe ferat iudex eccl. pecuniam tribuens, ſimoniam committit.c.53.n.2.p.180
Septem horarum canonicarum præces quænam ſint c.44. §.2.nu.2.p.148
Sepulturas plures habens eccleſia an quicquã exigere poſſit ab ijs, qui ſepeliri in ipſis volunt ca.44.§.2. nu. 10. pag.149
Sepulturæ nomine, id eſt pro loco, in quo quis ſepelitur, ſi quid pretij nomine exigatur, an ſimonia committatur, eod.nu.8.p.ead.
Sepeliri in alio loco à ſua parochia volens, ſi parocho quid præſtet, an ſimonia committatur ca.46.§.4.n.7.p.161
Sepulturæ gratia ſi quid datum eſt, cui reſtituendum c.2. §.1.nu.5.p.233
Sæpius quando quis ſimoniam commiſiſſe dicatur cap. 6. §.8.nu.4.p.257
Serui accuſare de ſimonia poſſunt c.32.§.3.n.3.p.112
Serui ſimoniam committere poſſunt c.5.n.1.p.21
Serui emi poſſunt, vt fiant chriſtiani c.6.§.1.n.3.p.25
Seruientes Epiſcopis, alijſue eccleſię præſidibus, quo in primis beneficium eccl. ipſis conferatur, ad illud dimittendum non obligatur, modò nullum pactum interuenerit ca.2. nu.7.p.214
Seruiens in aliqua re pro ſpirituali an ſimoniam committat vid.in verb.In vſuris.
Seruiens vid.in verb.Inſeruiens.
Simon Magus damnatus c.17.§.2.n.3.p.65
Simonia quid ſit cap, 1.nu.1.p.1
Simonia contractus, & delictum eſt eo.n.3.ead.p.
Simonia iure diuino, ac naturali prohibita eſt cap. 3.§.1. nu.2.p.3
Simonia alia eſt prohibita, quia eſt ſimonia, alia eſt ſimonia, quia eſt prohibita eod.§.2.n.2.p.3
Simonia an committatur in Romana Curia eod.§.8. num. 1.pag.11
Simonia an hæreſis ſit cap.20.nu.1.p.74
Simonia hæreſis eſt, ſeu hæreſim coniunctã habet, vbi ſpiritualia emens, vendenſue credit venalia eſſe, & tẽporali prætio æſtimari poſſe eod.n.2.ead.p.
Simonia hæreſim coniunctam non habet, vbi quis ſolum habendi auiditate ſpiritualia emit, aut vendit lucri faciẽdi gratia eod, nu. 3.ead.p.
Simonia cur aliquando hæreſis, & ſimoniaci cur hæretici in iure nominentur eod.nu.4.ead.p.
Simoniæ pœna, vbi hæreſim coniunctam habet, eadem eſt, quæ hæreticus afficitur c.20.n.5.p.75
Simoniam committentes cum Romano Pont. in caſibus, in quibus & Romanus Pont. ſimoniam committit, quò minus peccet, Romanus Pont. efficere non poteſt c.3.§.7. num.1.p.10
Simoniam committens cum Romano Pontif. in caſibus, vbi & ipſe ſimoniam committit, liberari poteſt, ne in pœnas iuris poſitiui incidat c.3.§ 7.n.2.p.11
Simoniam committens cum Romano Ponti. in prædicto caſu, an tacito à pęnis iuris poſitiui in ſimoniacos illatis immunis factus cenſeatur eo.n.3.ead.p.
Simoniam committit, qui omnibus monacis de aliqua vniuerſitate pecuniam tribuit, vel quò in monaſterium recipiatur, vel in canonicum, vel ad eccleſiam aliquã prę ſentetur cap.7.nu.2.p.25
Simoniam vt quis committat propoſitum emendi, vendendiue ſpirituale, eiue annexa, habere debet capit.8.§.2. num.1.p.29
Simonia non committitur, ſi quid detur etiam ex pacto pro obligatione, qua quis ſe obligat ad morandum alicubi, aut ad eundum aliquò, vt ibi diuina faciet, ſpiritualiaque adminiſtret, aut pro ſuis damnis, & intereſſe capi. 9.§.1.nu.1.p.33
Simoniam committens etiam in re leui grauiter peccat, c. 17.nu.3.p.63
Simoniam committens quando non peccet eo.n.4.p.64
Simoniam committens apud Deum non meretur ſi quid boni operis ab eo fiat, niſi eum peccati pœnituerit eo.§. 1.nu.6.p.65
Simonia quæ requiratur, quò in pœnas Bullæ de datis, & promiſſis quis incidat, c.21.n.4.p.77
Simonia confidentialis quid ſit c.23.§.1.n.1.p.86
Simonia confidentialis in beneficijs eccl. locum tantũ habet eod.nu.2.ead.p.
Simonia confidentialis fit tantum, vbi pactum aut tacitũ, aut expreſſum interuenit eo.nu.3.ead.p.
Simonia confidentialis tunc committitur, vbi conuenitur vt beneficium ei reſignetur, qui illud conferendum curauit, contulitue, aut cui ipſe voluerit eod.nu. 7.p.87
ſimonia confidentialis committitur, ſi reſignans beneficiũ reſeruat penſionem, fructus, eorumue partem alteri eo. num.8.ead.p.
ſimonia confidentialis vnde ortum habuerit, & ob quas cauſas introducta ſit eod.§.2.n.1.ead.p.
ſimonia confidentialis vnde dicta eo.n.2.p.88
ſimonia confidentialis quando interueniſſe præſumatur e. §.3.n.1.p.88

ſimonia

Simonia confidentialis qua ratione a ſimplici differat c.§.5.nu.2.p.90
Simoniæ confidentialis cognitio ad quem ſpectet c.§.5.nume.1.ead.p.
Simoniam confidentialem non cõmittit, qui beneficium in fauorem alicuius renunciat hac intentione in mente totã tum retenta, vt illud poſtea renunciet in fauorem ſui amici c.22.§.1.n.4.p.86
Simoniam confidentialem non committit, qui libere in manu ordinarij beneficium renunciat propoſito in mente retento, vt fratri conferatur eod.n.5.ead.p.
Simoniam confidentialem non committit, qui beneficium alicui conferendum curat, ſperans illud idem ſibi renunciaturum iri ab eodem eod.nu.6.ead.p.
Simoniam confidentialem committentes excommunicati ſunt cap.22.§.4.n.7.p.90
Simonia, quamobrem in permutatione non committatur c.27.§.3.nu.1.p.99
Simonia publicum crimen eſt c.32.n.2.p.109
Simonia æquiparatur crimini læſæ maieſtatis eo.n.3.e.p.
Simonia committitur, ſi pecunia ſacerdoti detur, ne alicui ſacramentum pœnitentiæ adminiſtret c.40.§.2.nume.1.pag.130
Simonia propria an ſit prædicta c.40.§.2.n.2.p.131
Simoniam an committat ſacerdos, qui libentius huc, quã illuc ad diuina facienda vadit, propterea quòd ibi plus datur, quam alibi, & quid etiam de concionatore, qui ob eandem rationem ad opulentum magis locum, quàm tenuem vadit ad concionandum eo.§.4.n.2.p.132
Simoniam non committit, qui ordinem conferẽti pecuniã tribuit, ne per ſimoniam ordinem conferat ca.42.§.5.nu.1.p.137
Simonia committitur in vno facto, vel ab vno tantùm, vel ab omnibus c.8.§.2.nu.1.p.29
Simonia in dubio commiſſa non præſumitur, ca.8.§.2.nu.6.in fin.p.31
Simonia mentalis cur ad reſtitutionem non obligat, ſicut vſura mentalis cap.2.n.6.p.213
Simonia iure diuino prohibita rarò hodie committitur, quoniam quis pretium dando, dat, vt moueat ipſum dãtem ad ſpirituale præſtandum, non autem, vt pretium rei ſpiritualis ca.58.§.2.n.1.p.196
Simonia quid ſit, quatenus contractus quidam eſt ca.59.§.1.nu.1.p.205
Simonia quid ſit, quatenus delictum quoddam eſt eod.nu.2.ead.p.
Simonia an in veteri lege hæbreorum committi potuerit cap.61.nu.1.p.206
Simonia an in veteri lege unquam commiſſa fuerit eod.n.2.ead.p.
Simonia an hodie apud hæbreos committi poſſit, & quid de alijs gentibus eod.nu.3.ead.p.
Simoniam qui primus commiſit in veteri lege eod.nume.4.ead.p.
Simoniam qui in nouo teſtamento prius commiſſerit. eod.num.5.ead p.
Simonia cur emptio, venditioque ſpiritualium dicta eſt magis, quam alio nomine eod.n.6.ead.p.
Simoniæ ſpecies quot ſint eod.§.1.nu.1.p.207
Simonia conuentionalis quid ſit eod.n.2.p.ead.
Simonia realis an ſpecies ſimoniæ propriè ſit eo.n.3.ea.p.
Simonia alia eſt prohibita à iure diuino alia à iure poſitiuo eod.n.4.p.208
Simonia varijs modis committitur reſpectu habito ad diuerſa eod.§.2.n.1.ead.p.
Simonia hæreſis aliquando dicitur, item rabies, peſtis, crimen, labes eod.nu.2.ead.p.
Simoniæ ſpecies duæ & quæ c.1.nu.1.p.210
Simonia mentalis committitur tam ab eccleſiaſticis perſonis, quam a ſecularibus eod.n.2.ead.p.
Simonia mentalis committitur, vbi expreſſe pactum non interuenit eod.n.3.p.ead.
Simonia mentalis vnde dicta eſt eod.n.4.ead.p.
ſimonia mentalis, vt committatur, requiritur vt nec tacitum pactum, conuentioue interueniat eod.§.1.n.1.p.e.
ſimonia mentalis an committatur, vbi nihil omnino datũ, acceptumue eſt eod.n.2.p.211
ſimonia mentali peccatum committitur, eſto nihil omnino datum, acceptumue ſit eod.n.3.ead.p.
ſimonia mentali peccatum ſimoniæ committitur, eſto nihil omnino datum, acceptumue ſit eod.n.4.ead.p.
ſimonia mentalis nullo modo executioni mandata nõ ſubijcitur pœnis iuris poſitiui, ideſt ſimoniacus mentalis non punitur pœnis iure poſitiuo inſtitutis eo.n.5.ea.p.
ſimonia mentalis materia eadem eſt, quæ ſimoniæ conuentionalis, ac realis cap.3.nu.1.p.216
ſimonia mentalis an committatur circa ea, quæ ſimoniaca ſunt, quia prohibita eod.n.2.ead.p.
Simonia mentalis quid ſit c.3.§.1.nu.1.p.217
Simonia mentalis quotuplex ſit eod.n.2.ead.p.
Simonia conuentionalis tam à perſonis eccl. quam ſecularibus committi poteſt.c.1.nu.1.p.220
Simonia conuentionalis, vt committatur neceſſariò requiritur, vt conuentio, ſeu pactio interueniat e.n.2.p.ead.
Simonia conuentionalis committitur conuentione tacita inte recedente eod.nu.3.ead.p.
Simonia conuentionalis vt committatur neceſſariò requiritur executioni mandata ſit ab vtroque contrahentiũ cap.1.§.1.nu.1.p.221
Simonia conuentionalis in ſpecie quid ſit cap.3. numer.1.pag.224
Simonia conuentionalis duplex eſt, & quæ unaquaque c.5.num.1.p.227
Simonia hæc an conuentionalis, realiſue ſit, vbi ex parte eius adimpleta eſt, qui ſpirituale promiſſit eod. num.2.pag.228
Simonia Realis quid ſit cap.1.n.1.p.230
Simonia Realis vt committatur ab vtroque contrahentium executioni ſaltem ex parte mandata eſſe debet eo.num.2.ead.p.
Simonia commiſſa in electionem an confirmationẽ vitiet, & quid è contrario c.6.nu.4.p.247
Simoniæ realis materia quænam ſit c.10.n.1.p.267
Simonia realis quid ſit eod.n.2.p.268
Simonia realis quando ex toto, aut ex parte adimpleta ſit, & dicatur eod.n.3.p.ead.
Simoniam realem eſſe, vbi ab vtroque aut ex toto, aut ex parte adimpleta ſit, vbi probetur eod.n.4.p.269
Simonia quid ſit vid.in verb.Definitio.
Simoniacus realis in ordine, ſi in ordinibus miniſtrare præſumpſerit, ipſo facto omnibus dignitatibus, officijs, & beneficijs eccl. priuatus eſt cap.4.§.1.nu.2.p.245. Item inhabilis, & incapax ad prædicta, & alia ſimilia, diſſimiliaque efficitur eod.n.3.p.eod.

Simoniacus ad æternos ignes damnatur, niſi eum ſimoniæ pœniteat, cap. 17. §. 3. nu. 1. p. 65

Simoniaci mentales nulla pœna poſitiuo iure impoſita in foro conſcientiæ puniuntur cap. 2. §. 1. nu. 2. p. 215

Simoniaci mentales in pœnas ipſo iure in ſimoniacos illatas, nec in foro exteriori incidunt eod. n. 2. p. ead.

Simoniaci mentales nec per ſententiam à iudice in foro exteriori puniri poſſunt, vbi neque ex confeſſione ipſorũ, neque alijs coniecturis eorum ſimonia probari poteſt eod. nu. 3. p. ead.

Simoniaci non conuentionales an in foro exteriori puniri poſſint, ſi eorum ſimonia conſtet, vel ipſorum confeſſione, vel coniecturis, ſeu præſumptionibus eod. numer. 4. pag. ead.

Simoniacus in beneficio, eſto per triennium pacificè illud poſſederit, tamen regula de triennali poſſeſſore non adiuuatur, quod dictum, quouſque pateat, declaratur c. 6. §. 9. num. 1. p. 257

Simoniacus realis in beneficio, qui ſæpius ſimoniam commiſiſſe conuincitur, à fidelium cõſortio eijci debet vid. in verb. A fidelium.

Simulans pietatem, iactitanſùe ſe peritum eſſe, quò beneficium conſequatur, ſimoniam non committit cap. 4. numero 5. p. 226

Societates, exempli gratia Sanctiſſimi corporis Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis, an ſimoniam committant, ſi pecuniã exigant, propterea quòd mortuum aſſociatæ ſunt cap. 4. §. 2. n. 14. p. 151

Socius in ſimonia committenda, an ad eãdem probandam admittatur contra ſocium cap. 32. §. 4. nu. 6. p. 14

Species ſimoniæ vid. in verb ſimoniæ ſpecies.

Spiritualia pecunia æſtimari nequeunt ca. 3 §. 1. nu. 3. p. 3

Spiritualia, in quibus ſimonia committitur, à Deo data, inſtitutaùe quænam ſint eod. §. 2 n. 1. ead. p.

Spiritualia ordinis poteſtate ab eccleſia inſtituta duplicis generis ſunt eod. §. 3. nu. 1. p. 4

Spiritualia ab Eccleſia ordinis poteſtate conſecratione, & benedictione fiunt, & etiam inſtitutione, & quæ ſint hæc eod. nu. 2. ead. p.

Spiritualitas vbi conſiſtat in religionis ingreſſu, quamobrem pretij nomine aliquid dando ſimonia committitur cap. 4. §. 1. nu. 3. p. 13

Spiritualia purè, nullaque adiecta conditione, modoùe conferri debent c. 8. §. 3. nu. 2. p. 31

Spiritualia venerandi gratia in ipſorum adminiſtratione, collationeùe, ſi quid offeratur, ſimonia non committitur cap. 9. §. 2. nu. 1. p. 35

Spiritualia adminiſtrans, diuinaque officia obiens in primis, ac principaliter ob Deum, & vt ipſorum ratio poſtulat, ſecundo loco autem ſperans pecuniarium cõmodum, ſimoniam non committit eod. §. 6. n. 1. p. 38

Spiritualia, quæ magna ex parte temporalia ſunt, ſi ex ea parte alienentur, qua temporalia ſunt, ſimonia non cõmittitur cap. 10. n. 1. p. 50

Spirituale temporale annexum ſpirituali non temporali licitè, & ſine ſimoniæ vitio venditur cap. 10. §. 4. num. 1. pag. 54

Spiritualia per ſimoniam acquiruntur cap. 12. nu. 1. p. 57

Spiritualia per ſimoniam collata valent eod. n. 3. ead. p.

Spiritualia ſunt materia propria circa quam ſimonia ca. 33. nu. 1. p. 116

Spiritualia, circa quæ ſimonia committitur, quid ſint eod. num. 2. ead. p.

Spiritualia, circa quæ ſimonia cõmittitur, vnde dicta ſint eod. §. 1. nu. 2. ead. p.

Spiritualia à Deo, et à Chriſto Domino data, inſtitutaùe quænam ſint eod. §. 2. nu. 1. p. 117

Spiritualia quamobrem ſine ſimoniæ vitio vendi nequeũt cap. 53. §. 3. nu. 1. p. 183

Spiritualium, temporaliumque acquiſitio per ſimoniã mẽtalem facta valet cap. 2. nu. 1. p. 212

Spiritualium, temporaliumque acquiſitio per ſimoniã mẽtalem tam ex parte ementis ſpirituale, quàm ex parte vendentis, retineri poteſt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur eod. n. 2. ead. pag.

Spiritualia per ſimoniam conuentionalem collata acquiruntur. cap. 2. nu. 1. p. 221

Spiritualia per ſimoniam realem collata acquiruntur, quæ regula, quouſque pateat, declaratur cap. 2. num. 1. p. 231

Spiritualium gratia ſi quid detur, cui reſtituendum ca. 2. §. 1. num. 6. p. 234

Spiritualia quæcunque per ſimoniam realem conferent in excommunicationem nõ incidit, modò nec ordo, nec beneficium eccl. ſit cap. 5. nu. 5. p. 245

Sponſi per matrimonium contractum per verba de præſenti tribuentes Parocho aliquid ſimoniam non committunt cap. 9. §. 2. n. 5. p. 35

Sponſionem faciens quis cum Epiſcopo, quod ſuo filio beneficium non conferet, ſimoniam committit, ſi beneficium conferatur cap. 1. n. 5. p. 220

Spoliatus beneficio, quod per ſimoniam adeptus eſt, ad ipſum recuperandum ſpolio agere non poteſt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur ca. 6. §. 10. n. 1. p. 258

Statutum valet, quo cautum eſt, vt excommunicatus decem libras pro quolibet menſe præſtet, quouſque in excommunicatione perſeuerauerit cap. 9. §. 9. nu. 3. p. 43

Statutum laicorum laudabilem conſuetudinem in ſpiritualium adminiſtratione inductam tollere non poteſt eod. §. 10. nu. 4. p. 45

Statuto laicorum impediri non poteſt, quò minus oblationes Eccleſiæ fieri conſuetæ non fiant eod. n. 5. ead. p.

Statuto ſi caueatur, vt in ſpiritualibus adminiſtrandis, cõferendisùe quid detur, an valeat eod. §. 11. n. 1. p. 47

Statutum laudabile quodnam ſit eod. n. 2. p. 48

Statutum valet, ut qui in canonicum recipitur, tantum det in vtilitatem aut monaſterij, aut hoſpitalis, aut eccleſiæ, aut alterius pij loci c. 9. §. 11. nu. 3. p. 49

Statutum valet, vt qui beneficium, præbendamùe talẽ habuerit, tot miſſas, tot ùe alia diuina officia faciat in hebdomadam eod. n. 4. ead p.

Statutum, quo cautum eſt, vt pro ſingulis miſſis tantũ detur an valeat, & ſimoniam inducat cap. 44. §. 1. num. 6. pag. 147

Statutum, quo cautum eſt, vt pro miſſa dicenda vltra quãdam ſummam nihil prætereà detur, an valeat cap. 44 §. 1. nu. 7. p. 147

Statutum an valeat, ne pro miſſis vltra quandam ſummã detur eod. n. 8. ead. p.

Statutum an valeat, vt qui in tali eccleſia ſepeliri vult tantum præſtet, & ob id an ſimoniam inducat cap. 44 §. 2. nu. 9. p. 149

Subdiaconatus ordo quid ſit cap. 43. §. 5. n. 1. p. 142

Subdiaconatus functiones quænam ſint eod. n. 2. ead. p.

ſub-

Subdiacoaatus functionibus exercendis quando ſimonia committatur eod.nu.3.ead.p.

Subornatus in electionibus Generalis, aut Proniacialis minorum S. Franciſci de obſernantia, item is, pro quo ſubornatio facta eſt, ipſo facta excommunicatus eſt,& voce actiua,& paſſiua perpetuò caret cap.4.§.6.num. 5.pag.21

Subornatio licita non punitur eod.n.6.p.ead.

Suſtentationis gratia ſi quid detur, accipiaturue in ſpiritualium admiaiſtratione, ſimonia noa committitur ca. 9.num.1.p.51

Suſtentationis gratia vt quid detur paciſci poteſt, qui ſpiritualia adminiſtraturus eſt eod.n.4.p 32

Suſcipiens ordinem à ſimoniaco non tamen ſimoniacè, an executionem ordinis ſuſcepti babeat c.15.n.1.p.61

Suſpenſus, interdictusque, propterea quod ordines per ſimoniam realem coatulit, ab adminiſtratione ſuæ eccleſiæ ſuſpeaſus eſt,& à perceptione fructuum omnium beneficiorum, quæ babet,& etiam irregularis, ſi contra interdictum, ſuſpenſionemque veniat cap.3.§.1.nume. 5.pag.237

Suſpenſi ob ſimoniam commiſſam in ordine pro declaratis babentur,& ab omni ſpe,& facultate aſcendēdi ad ſuperiores ordines ſuſpenſi ſunt cap.4.n.5.p.243

Suſpenſus, quia per ſimoniam ordinem ſuſcepit, ſi in ordinibus miniſtrare præſumit, irregularis efficitur eod §. 1.num.1.ead p.

Syndicus quid ſit,& quę eius munera cap.48.§.7.nume. 5.p.171

T

TEmporale quid faciens, danſue alicui in primis, ac principaliter ob quemuis alium finem, quam ob ſpiritualia conſequenda, ſimoniam non committit, eſto deinceps ſpiritualia ſpiret cap.9.§.5.nu.1.p.37

Temporalia annexa ſpiritualibus ſi vendantur, ſimonia non committitur c.10.§.1.n.2.p.50

Temporalium alienatione pecunia accepta, an ſimonia aliquando committatur cap.33.nu.4.p.116

Theologiam ſi doceatur prætio interueniente, an ſimonia committatur c.10 §.3.n.3.p.53

Torqueri an poſſit accuſatus de ſimonia cap.32.§.4.num. 10.pag.114

Terræ cæmiterij nomine an quicquam ab eo exigi poſſit, qui ſepeliri ibi vult c.44.§.2.nu.12.p.150

Teſtes ſingulares an probent in ſimonia confidentiali ca. 22.§.3.nu.3.p.89

Teſtes admittuntur ad ſimoniæ crimen probandum, qui ad alia crimina admittuntur cap.32.§.4.n.1.p.113

Teſtes ad ſimoniæ crimen probandum admittuntur, qui alias paſſim non admittuntur ad quæuis crimina probanda ca.32.§.4.n.2.p.113

Teſtis vnus an ſimoniam probet c.32.§.4.n.7 p.114

Teſtis cum fama an ſimoniam probet eod.n.8.ead p.

Teſtes criminoſi an admittantur contra ſimoniacos,& cōtra quemcunque,& quacunque ratione agatur,& admiſſi an plenè probent eod.§.5.n.1.2 & 3.p.115

Teſti ſi pecunia detur, quò pro ſe teſtimonium ferat, ſimonia committitur, quæ regula, quouſque pateat, declaratur ca.53.§.1.nu.1.p.181

Teſti ſi pecunia detur, vt veritatem proferat, ſimonia tātum committitur ab ipſo teſte eod.n.2.p.182

Timore ſi beneficium quis conferat, an ſimoniam committat c.58.§.7.n.1.p.199

Timore ſpiritualia conferens, ne damnum patiatur, an ſimoniam committat eod.num.1.p.200.& ca.59.nu.1. & 2.ead.p.

Titulis maioribus,& minoribus Eccleſia poteſtate iuriſdictionis eccl. emolumenta aſſignauit cap.48.nume.3. pag.163

Tituli eccleſiarum multiplicis generis ſunt cap.3.§.4.nu. 2.pag.6

Traditio rei facta in continenti poſt ſpirituale datum an ſimoniam inducat c.55.n.6.p.186

Tranſactione facta de re ſpirituali ſimonia aliquando cōmittitur c.29.nu.1.p.104

Tranſactio quid ſit cap.29 n.2.p.104

Tranſactio ſimoniæ ſpeciem babet, ſi cum de titulo beneficij lis eſt, temporali dato tranſactio fiat cap.29.§.1. num.1.ead.pa.

Tranſactio ſimoniæ ſpeciem babet, ſi fiat ab ijs, quorum vterque aſſerit ſe ad aliquam eccl. dignitatem ius babere per concurſum eod.n.2.ead.p.

Tranſactio ſpeciem ſimoniæ babet, ſi lite orta de iure patronatus, ſeu de iure præſentandi inter aliquos alter tēporali accepto alteri ius ſuum cedat eod.n.3.ead.p.

Tranſactio fieri non poteſt ſuper ſubiectione ſpirituali e. num.4.ead.p.

Tranſactione ſimonia qua ratione committatur. cap.29. §.2.num.1.p.105

Tranſactione an ſimonia propriè committatur eod. num. 2.ead.p.

Tranſactione ſimonia non committitur, vbi non de titulo beneficij, ſed de proprietate litigatur eod.§.3. numero 3.pag.106

Tranſactione, qua ſpirituale pro ſpirituali datur, ſimonia non committitur eod.n.4.ead.p.

V

VEndentes exules, inimicoſue ſuis inimicis ſimoniam non committunt cap.39.num.9. pag.129

Venatoris operas præſtans vid. in verb. Medici.

Venditio vid. in verb. Emptio.

Verba vulgaria communia, quibus quis ſe, ſuaque offert alicui communiter, ſimoniam non inducunt capi. 9.§. 8.nu.5.p.42

Verba, quæ munera à lingua dicuntur, quod ad ſimoniam pertinet, quid ſint c.58.n.1.p.193

Verba, quę pro ſpiritualibus babendis fiunt, duplicis generis ſunt eod.n.1.ead.p.

Verba, quæ pro ſpiritualibus conſequendis fiunt, partim ſunt preces, partim ſunt laudes,& adulationes eodem num.3.p.ead.

Veſtes ſacræ alienari poſſunt ſine ſimoniæ vitio, ſi ratione materiæ,& non conſecrationis alienentur cap.10. num.2.p.50

Veſtimenta benedicendi gratiâ ſi quid exigatur, ſimonia committitur c.45.§.1.nu.7.p.155

Vexationis tollendæ cauſa in iure ſpirituali, ſi quid detur,

tur, ſimonia non committitur cap.45.§.1.nu.7.p.155

Vexationis tollendæ cauſa in iure ſpirituali quærendo ſi quiſpiam quid tribuat, ſimoniam committit, vbi iuſtè vexatur eod.nu 2.ead.p.

Vexationis tollendæ cauſa in iure ſpirituali quærendo ſi quiſpiam quid tribuat, ſimoniam committit, vbi iniuſtè vexatur, & de facto eod.n.3.ead.p

Vexationis tollendæ gratia in iure ſpirituali dubio, ideſt, vbi de iure ſuo certus quis non eſt, ſi quid tribuat, ſimoniam committit eod.nu.4.ead.p.

Vexationis tollendæ gratia pro ſpirituali nondum plenè acquiſito, ſi quiſpiam quid tribuat, ſimoniam committit eod.nu.5.ead.p.

Vexationis tollendæ gratia pro iure quæſito, ſed amiſſo recuperando, ſi quiſpiam quid tribuat, ſimoniam committit eod.nu.6.p.42

Vexationis tollendæ gratia iuſte facienda pro iure quæſito pleno conſeruando, ſi quiſpiam quid tribuit, ſimoniā committit eod.nu.7 p.42

Vicarij Epiſcoporum, & aliæ huiuſmodi dignitates ab eccleſia inſtitutæ ſunt c.3.§ 4.nu.10.p.7

Vicarij Epiſcoporum paciſci poſſunt, vt aliquid ipſis detur, propterea quod obligant ſe ad moram trahendam alicubi, eſto iuriſdictionem ſpiritualem exercere debeant cap.9.§.1.n.5.p.34

Vicarius conduci poteſt ad ſpiritualia adminiſtranda ſine ſimonia vitio c. 45.§.3.nu.2.p.156

Vicario tribuens aliquid, vt aliciat eum, vt de duobus beneficijs pinguius ipſi præſtet, ſimoniam committit cap.9.§ 8.nu.6.p.42

Vicarius diœceſis vt quis fiat vid.in verb.legatus vt quis fiat.

Viri ſimoniam committere poſſunt cap.5.n 1.p.21

Viſentes loca ſacra, ac ſanctorum reliquias venerantes, ſi quid offerant, ſimoniam non committunt cap.9.§.2.nu.6.p.35

Viſitationis eccleſiæ gratia procuratio ſine ſimonia vitio exigitur à viſitatore c.9.§.7.nu.3.p.40

Viſitator vt quis fiat vid.in verb.Legatus vt quis fiat.

Vniuerſitates ſimoniam committere poſſunt c.7.n.1.p.25

Vniuerſitas ſimoniam non committit, eſto omnes de vniuerſitate illam committant, ſi communi conſilio nō committatur eod.nu.3.ead.p.

Vniuerſitas vbi ſimoniam committit, an ſinguli ex ea puniantur eod.nu.4.p.26

Voces præſentandi vendi non poſſunt ſine vitio ſimoniæ cap.49.§.2.n.8.p.173

Vouens ſe facturum aliquid, ſi valetudinem recuperet, an ſimoniam committat c.57.§.2.n.1.p.192

Vox actiua, & paſſiua quid ſit vid.in verb.Actiua.

Vſuram non committit, qui in primis vt proximum iuuet, mutuam pecuniam præbet, eſto ſecūdo loco commodum aliquod ſperet cap.9.§.6.nu.5.p.38

Vſura mentalis ad reſtitutionem obligat.c.2.n.5.p.219

Gli Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Illuſtriſſimo conſiglio di X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Riformatori del Studio di Padoua per relatione delli tre à ciò deputati, cio è del Reuerendo Padre Inquiſitore, Del Circ. ſecretario del Senato Lorenzo Maſſa, & di D. Baldo Antonio Penna Dottor, lettor publico, che nel Trattato de Simonia del Reuerendo D. Bartholomeo vgolino non vi è coſa contra le leggi, & è degno di ſtampa, concedeno licentia, che poſſi eſſer ſtampato in queſta Città, Dat: die 3. Auguſti. 1598.

D. Gaſparo Venier
D. Lunardo Mocenigo } Capi del Illuſtriſſimo conſiglio di X.
D. Zuanne Corner

Illuſtriſſimi Conſi. X. Secretarius Leonardus Ottobonus.

1598 à 5. Octobr. Regiſtrato in Libro

Antonius Lauredanus Officij Con. Blaſph. Coad.

Tabula Simoniæ Generalis.

Simoniæ cognitio habetur cognitis ipſius &

- Cauſis, quarum alia dicitur
  - Efficiẽs, homines c.1. ſcilicet.
    - Clerici c.2. & 3. Religioſi c.4. Laici chriſtiani c.5. Infideles c. 6. Vniuerſitates c.7.
      - Neceſſario ineſſe debent I. Vt rationis vſum habeãt II. Sciãt id non licere III. Propoſitum habeant vendendi, emendi've ſpiritualia cap.8. vbi non adſunt ſimonia non committitur in multis caſibus c.9. & duob ſeq.
  - Finis, ſeu effectus, quorum alij ſũt; quatenus eſt
    - Cõtractus quorũ alius, eſt reſpectu habito ad
      - Ementem, Spiritualium acquiſitio c.12. cum 4. ſeq.
      - Alienantem, Pretij acquiſitio c.eod.
    - Delictum, quorũ alij ſũt de iure
      - Diuino, quorũ alij habẽtur in uita
        - Hac, quorũ alij,
          - Per ſe I. Mortiferum peccatum, II. Gratiæ priuatio c.17.
          - Per accidens Infelices caſus §.2.eod.
        - Alia, Ad æternos ignes damnatio §.3.eod.
      - Humano, Pœnæ, quarũ aliæ ſũt
        - Cões ſimoniæ cuicunque, & in hoc caſu aut agitur
          - Criminaliter I. ſi accuſatus, & infamatus, ſuſpenſio. II. ſi conuictus, Depoſitio. III. Infamia IIII. Arbitraria pœna c.18.
          - Ciuiliter, Beneficij priuatio c.19.
        - Propriæ, quarũ aliæ ſunt rõne
          - Qualitatis ſimoniæ, quia hæreſim hẽt, Pœnæ, quæ in hæreticos c.20
          - Loci, quia in Rom. Cur. commiſſa eſt, Pœnæ plures c.21.
          - Modi, quia confidentialis eſt ca. 22. pœnæ plures.
          - Rei, quia commiſſa eſt in electione Romani Pont. cap.23. pœnæ plures.
  - Materia, cuius alia eſt,
    - Cõis, cuius alia eſt, quatenus eſt
      - Cõtractus, ſ. Non gratuitus contractus, vt emptio, locatio, Permutatio, Renũciatio, Tranſactio, Innominati cõtractus c.24. cũ 7. ſeq.
      - Crimen, Delictum eccleſiaſticum, Publicum, cuius Accuſatio & probatio cuilibet conuenit cap.32.
    - Propria, cuius alia eſt
      - Circa quam, ſpirituale, & ſpirituali annexum c.33. cum 21. ſequent.
      - Ex qua Pretiũ, cuius aliud dicitũ
        - A manu c.54. cum ſeq.
        - Ab obſequio c.56. cum ſeq.
        - A lingua c.58. cum ſeq.
  - Forma, cuius alia eſt
    - Neceſſaria, Actus, quibus committitur.
    - Non neceſſaria, Modi varij, quibus committitur
    - } cap. 61.
- Accidentibus earum cauſarum, quorum alij
  - Ab efficiente Qui primus ſimoniam commiſſit
  - A Fine Vacat
  - A Materia Diuiſio
  - A Forma Modus, quo cõmittitur, & Nomen, quo nominatur.
  - } cap. 62.

BARTHOLOMAEI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO DIOECESIS ARIMINENSIS, IVRISCONSVLTI,

Ac Barbiani Archipresbyteri.

DE SIMONIA GENERE TABVLA PRIMA.

De hominibus, ac perſonis ſimoniam committentibus, id eſt de efficiente cauſa ſimoniæ. Cap. I.

S V M M A.

1 *Simonia quid ſit.*
2 *Homines ſimoniam committere poſſunt.*
3 *Simonia & contractus, & delictum eſt.*
4 *Perſonarum aliæ veræ, aliæ fictæ ſunt, & quę fictæ dicantur.*

1 QVONIAM de ſimonia mihi agẽdum propoſui, † quæ eſt uoluntas emendi, vel uendendi ſpirituale, uel ſpirituali annexũ, ut inquiunt S.Th.2.2.q.100.ar.1. quem ſequitur Archiep. Flo. in 2.p.Sum.Tit.1.c.5.§.1. & Syl.ĩ uer.Simon.q.1.& Gl.Sum.1.q.1.& Abb.in Rub. de ſimo.& Mar.Soc.Sen.ibid.ac denique uniuerſi diuinarum rerum ſcriptores, necnon Põtificii Iuris interpretes, ut ait Syl.ibid.eſto rõne alia ipſam deſcripſerim, ut infra uidebimus, iõ, ut eius cognitionem perfectiorem, ac dilucidiorem habeamus, ꝙ ſimonia genus quoddam eſt (habet enim ſub ſe ſimoniam conuentionalem, & nõ cõuentionalem, quæ mẽtalis nominatur) prius de ſimonia genere; deinceps de ſingulis eius ſpecieb. agamus: hac.n.ratione (prętér quãquod breuitati conſuletur) generatim agendo de ſimonia, in quib. ſpecies eius conueniant, apparebit, ſpeciatim uerò, quib. eædem differant, facilius diiudicabitur. Verum, ꝙ cognitio eius habetur cognitis ipſius principijs, & cauſis, necnon accidentib. quę ab ipſis cauſis emanãt, ob eam rem, quinã ſimoniam committant, qui effectus ſimonię ſint, circa quæ ſimonia committatur, & qua ratione, id eſt eius cauſas efficiẽtem, finem, materiã, atq; formam, ac denique accidentia ipſarũ cauſarum, ſed prius efficientem cauſam, contemplemur.

2 Efficiens cauſa prima ſimonię igitur † ſunt ipſimet homines, ac perſonę, quæ ſimoniam com-
3 mittunt. Id quod hinc probatur, † nam ſimonia, ut uidebimus, & delicti, & contractus ſpeciem habet: ergo, quacunque rõne ipſam conſideremus, eam committentes efficiens cauſa ſimonię ſunt: nam in contractib. efficiens cauſa ipſorũ ipſimet contrahentes ſunt, & in delictis delictum ipſum committentes, ex quo nec finis, nec materia, nec forma ſunt, Hinc & teſtamentum facientes teſtamenti cauſa efficiens dicũtur, arg. C. qui teſt. fac. poſſ. & cenſuras ferentes, necnon ſacramenta adminiſtrantes eorũ efficiens cã nominantur, ut habetur in Tract. meo De cenſuris Tab.1.c.1.& in Commentario de ſacramentis Tab.1.ca.1. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus, qui etenim rem quampiam facit, eius efficiens cauſa proprie dicitur. Perſonæ igitur, quæ ſimoniam committunt, eiuſdem efficiens cauſa dicuntur.

4 Verum, † quòd perſonarũ aliæ ueræ, aliæ fictæ ſunt (pſonas ueras appello ſingulares homines, ut Titium Socratem, fictas aũt hominũ uniuerſitates, Collegia, atq; Capitula, hęc enim perſonæ fictę dicuntur, ut ait Abb. in c. dilectus filius. nu. 11. uerſ. Ad primum dicendũ de ſim. & ibi quoque Feli. n. 8 uerſ. Vnde Pet. de Anch. & idẽ Feli. in c. eam te in uerſ. Actus cõſiſtens, n. 34. ibi cõſidera primum de reſcr. & ut tradidit Bar. in l. aut facta, §. non nunquam uerſ. Quid dicemus, ff. de pę.) Item perſonę ueræ partim baptiſmum ſuſceperunt, ſcilicet chriſtiani, partim non, ut Iudæi, Turcę, & huiuſmodi, de quib. in C. & extra de iudę. Ac demũ pſonæ, quæ baptiſmum ſuſceperũt, partim perſonę eccleſiaſticæ, partim laicæ ſunt, ut habetur in c. duo ſunt genera chriſtianorum. 12.q.1. ideo, ut ordinatim rem agamus, an omnes ſimoniam committant, contemplemur.

Et primò de Clericis
Secundò de Religioſis
Tertiò de laicis chriſtianis
Quartò de Infidelibus
Quintò de vniuerſitatibus. Poſtremò de iis, q̃ ineſſe ipſis debent ad ſimoniam committẽdam. Iam igitur rem aggrediamur, id quod in ſequenti capite præſtabimus.

De Clericis, an ſimoniam committere poſſint. Cap. II.

S V M M A.

1 *Clerici ſimoniam committere poſſunt.*
2 *Cardinales, Patriarchæ ſimoniam cõmittere poſſunt.*
3 *Epiſcopi, & etiam alij inferiores Eccleſiæ Antiſtites ſimoniam committere poſſunt, non ſolum eam, quę iure diuino prohibita eſt, verumetiam & eam, quę iure poſitiuo.*

QVAESTIO nobis primò explicãda hæc propoſita eſt, an clerici ſimoniam committant, quam ut explicatam magis habeamus, hæc contemplabimur. Primum generatim

an clerici ſimoniam committant, ideſt queſtio-
nem propoſitam,& qua ratione. Deinde quid de
Romano Pontifice. His enim explicatis , rei hu-
ius cognitionem habebimus.

1 Quoad primam quæſtionem igitur† cõcludo
clericos uniuerſos ſimoniam committere poſſe.
Id quod probatur primò iuribus,ſcilicet c. 1.& c.
cum in eccleſię,& c.cũ ſit Romana,& c.cũ eſſent,
& tot.ferè tit.de ſim.& extraua. cum deteſtabile
eod.quibus iuribus ſimoniam à clericis commit
ti apertiſſimè probatur;nam,ut reliqua iura mit
tam,in cit.extrauag.cùm deteſtabile, Romanus
Pontifex Innouat pęnas omnes contra ſimonia-
cos iam latas cuiuſcunque gradus ipſi ſimoniaci
ſint,ſtatus,ordinis,conditionis,uel præ-minētię,
2 †etiam ſi Cardinalatus,Patriarchali,Epiſcopali,
uel alia quauis Eccleſiaſtica dignitate ꝑfulgeāt:
ſi ergo dignitatibus huiuſmodi præditi,qui inter
clericos primarium locum obtinent à Romano
Pontifice,Simoniam committunt, multo magis
inferiores clerici eo uitio obuolui poſſunt. Secũ-
do loco id probatur etiam ratione, nam ſimonia
committitur emptione,& uẽditione ſpiritualiũ,
ut in antecedenti capite uidimus,& iure diuino,
humanoq; prohibetur,ut infra uidebimus;at cle
rici,& emere,& uendere poſſunt(non enim ,ipſis
id prohibitum eſt arg.l.ab ea parte,ff.de proba.)
& iuri diuino omnes ſubiecti ſunt;iuri,uero poſi
tiuo uniuerſi,Romano Pontifice excepto, ut ha-
betur in c.1.& in c.fi.de conſti.iũct. c. propoſuit
de conceſſ.præb.ergo & clerici ſimoniam cõmit
3 tere poſſunt.†Hinc Epiſcopos nõ ſolum ſimoniã
committere in iis,quæ prohibita ſunt , quia ſunt
ſimoniaca,uerumetiam & in iis, quæ ſimoniaca,
quia prohibita,pluribus id probauit Guliel.Re-
doan.in Tract.de ſimonia.p. 1.ca. 24. Poſtremò
uniuerſi homines ſimoniam cõmittere poſſunt,
ut infra probabimus,& ut habetur in cit. extrau.
cum deteſtabile,ibi Cuiuſcũque ſtatus,& ut ſen-
ſit Io.Tabien.de ſim.nu.6.uerſ.Quinto ; ergo &
clerici arg.c.ſi Romanorum di. 19.& l.Iulianus,
ff.de le. 3. Ex his omnibus igitur concludo cleri-
cos omnes,quacunque dignitate prędIti ſint , ſi-
moniam committere poſſe. Idque aut ſacramen
tis adminiſtrandis ut in c.cum in Eccleſiæ de ſi-
mon.aut diuinis officiis obeundis,ut in c.ſua no
bis,& in c.ad noſtram,& in c.ad Apoſtolicã eod.
aut recipiendis ordinibus,beneficijſue, aut cõfe
rendis,aut acquirendis,ut habetur in tot.fere tit.
de ſimon.Sed de quæſtione hac ſatis;ad alteram,
an ſcilicet Romanus Pontifex ſimoniam cõmit-
tere poſſit,tranſeamus.

De Romano Pontifice,an ſimoniam committere poſſit, Cap. III.

S V M M A.

1 *Romanos Pontifices ſimoniam committere uerisſimile non eſt.*
2 *Romani Pontifices ſimoniam plurimum deteſtãtur, & eam committentes grauiſſimis pœnis afficiunt.*

SECVNDA quæſtio eſt,an Romanus Pontif.
ſimoniam committat:quam quæſtionem,ꝙ
confusè DD.pertractarũt,ob eam rem, quo eius
non abſolutam minus,quàm dilucidã cognitio-
nem habeamus,de ipſa hæc cõtemplabimur. Pri
mum,an de Romano Pontifice hoc exiſtimandũ
ſit;deinde,an poſſit ſimoniam committere , ter-
tiò,eſto poſſit,in quib.eam cõmittat, quartò,an
in pęnas in ſimoniacos illatas incidat,ubi ſimo-
niam committit;quintò,quid de iis,qui cum ip-
ſo ſimoniam committunt,an tunc pęnas ſimonia
corum euadant;poſtremò , an in Romana curia
ſimoniæ locus ſit,his enim quęſtionibus explica
tis,explicatam rem hanc habebimus, iam igitur
quæſtionem primam aggrediamur.

1 Quoad primam quęſtionem igitur† breuiter
concludo exiſtimandum non eſſe Romanos Põ
tifices ſimoniam committere,nec grauiſſimi hu
ius delicti infamiæ notam ipſis inurendam eſſe,
2 †Et hoc ob eam potiſſimum rõnem, ꝙ ipſimet ſi
moniam ſemper grauiter deteſtati ſunt , & , qui
eam committunt,grauiſſimis pęnis affecerũt, ut
habetur in tot.tit.de ſim.& in Extrauag.cum de
teſtabile,& tot.tit.eo.& in prima q.t.cum ſeq.&
in pluribus aliis Bullis,quæ in hoc opere referũ-
tur,& declarantur,ergo ueriſimile non eſt,quod
ipſi tot pœnis,ac conſtitutionib.perſequuti ſunt,
hos ſimoniam committere uelle. Id quod ſenſit
quoq; Iul Clar li. 5.recept.ſen.in §.ſimonia uer.
Item quartò:nam ibi ait Summos Pontifices ſem
per ſolere in ſuis Bullis,& conſtitutionibus,hoc
crimen execrari,idem Guliel.Redoan. de ſimo.
p.1.c.20.nu. 8 & per totum,ubi de his multa. Ac
plane quid eſt cauſæ,quamobrem ad hoc crimẽ
committendum ipſi adducantur? Non enim ip-
ſis opes deſunt,quas requirant , non dignitates,
quas optent. Cõcludo igitur in hac re Romanos
Põtifices ne ſuſpectos quidẽ haberi de crimine
hoc debere:ſed iam qõnem hanc aggrediamur.

S V M M A.

1 *Romanus Pontifex ſimoniam committere poteſt.*
2 *Simonia iure diuino, ac naturali probibita eſt.*
3 *Spiritualia pecunia æſtimari nequeunt.*

§. I.

1 SAltera quæſtio eſt,†an Romanus Pont.ſimo-
niam committere poſſit. In qua quęſtione ui
debatur dicendum ab eo ſimoniã nõ cõmit
ti,quandoquidem liberã adminiſtrationem ſpi-
ritualium,& plenitudinẽ poteſtatis habet,ut ha-
betur in c.decreto,& in c.qui ſe ſcit 2.q.6.& in c.
ad honorem de aut.& uſu pall.& in Clem.1.in fi
ne ut lit.pend. Idque iure merito,Chriſti.n.Do-
mini,ac Dei immediatus, ac generalis Vicarius
eſt,ut dicitur in c.1. de homici.li.6. & in Clem.
unic.de iur.iur.& pertinent huc,quæ dixit,S.Th.
in 3.p.q.8.art.6.& Syl.in uerb. Papa, ergo ſimo-
niam committere poſſe non uidetur.

Atqui contrariam opinionẽ ſequi debemus,ſ.&
Papam ſimoniam committere poſſe. Primò,qa
DD.cõiter hoc inquiũt S.Th.2.2.q.100.art. 1.in
reſp.ad 7.arg. Ad ſeptimum dicendum,ait enim
ibi,quod Papa poteſt incurrere uitium ſimoniæ,
ſicut & quilibet alius homo , peccatum enim

tanto

tanto in aliqua perſona eſt grauius,'quãto maiorem obtinet locum,quãuis enim res eccleſię ſint eius,ut principalis diſpenſatoris,non tamē ſunt eius,ut domini,& poſſeſſoris,& ideo,ſi reciperet pro aliqua re ſpirituali pecuniã de reditibus Eccl.alicuius,non caret uitio ſimonię. Et ſimiliter etiam poſſet ſimoniam committere recipiendo pecuniam ab aliquo laico non de bonis ecc.Hęc ibi S.Th.ex quibus manifeſto conſtat Papam et uitium ſimoniæ committere poſſe,atque ſic not. ibi Caiet.ac ſequitur,ſicut etiam Archiep.Flo.in 2.p.Sum.tit.1.c.5.§.2.& Ang.in ſum.in uerb. Simonia,5.n.6.uerſ.Verum auctoritas Papę,& Tabien.eo.n.6.verſ.Quintò,Syl.eod.n.4.uer. Quartò,q̃ritur,idem ſenſit Abb.in c.extirpandæ,§.qui uero nu.53.& nu.ſeq.in repet.de pręb. & in c.1. nu.6.de ſim.& ibi quoque Fel.n.4.ubi opinionē hanc ut communem tenendam ait,& Mar.Soci. Sen.nu.17.& Zabar.& Borgas.de Irreg.& diſpēſ. p.6.tit.de ſimonia .n.13.cum multis ſequ.uerſi. Quæro itaque primũ,& Alfonſus Aluarez in Theſauro Chriſtianę religionis in tit.De pēſ.c.61.& Nauar.in Man.c.23.nu.108.uerſ Ad undecimã, & conſ.56.n.4.de ſim.li.5.& Viu.in ſua Syl.opi. 724.nu.3.& ſeq.& Coua.in reg.peccatum p.2.§. 8.nu.8.uerſ.Ex eadem;communis denique DD. ſententia hęc eſt,& communiter recepta cũ à diuinarum rerum ſcriptoribus,tum à iuris Pontificii interpretibus,ut teſtatur Syl.eod.nu. 4. uerſ.

2 Quartò quæritur.†Poſtremò id probatur etiam rationib.nam ſimonia prohibita eſt, & iure diui

3 no,& naturali†Iure naturali, quoniam res ſpiritualis,in qua ſimonia propriè committitur,pecunia æſtimari non poteſt,ut habetur in Act. Apoſ. c.8.ibi enim S.Petrus Simoni Mago uolenti ſpiritualia hæc pretio emere, æternam mortem his uerbis interminatus eſt,Pecunia tua tecum ſit in perditionem,quoniam donũ Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.Ex quibus manifeſtò conſtat ſpiritualia huiuſmodi emi non poſſe,ſunt enim ipſa dona Dei:ex quo igitur natura ęſtimari pecunia nequeũt,meritò naturali iure alienari pretio nequeunt,& eodem prohibentur.Addo id etiam ꝓbari,quoniam homines domini horum nõ ſunt, ſed Deus,ergo. Iure diuino etiã eadem ratione ſpiritualia hęc uendi non poſſunt,quoniam Chriſtus Dominus id uetuit apud S.Matt.c.10.Gratis accepiſtis,inquit enim ibi hac de re agẽs,gratis date,atque ſic dixit S.Th.2.2.ead.q.10.art.1. in reſp.& Naua.in Man.c.23.n.99.uerſ.Dixi gratis dãdum,& communiter DD. Ex quo igitur & diuino,& naturali iure ſpiritualia hęc pretio emi nequeunt,ſed ſimoniam committunt ea uendentes,atque ementes,nec Romanus Pontifex ſpiritualia hæc uendere poterit,quin ſimoniam committat,atque idcirco grauiter peccet;nam iuri diuino, ac naturali Romanus Pontifex ſubiectus itidem eſt,ut ait Abb.in c.1.nu.7.uerſ. Et idē dicit in Papa de conſt.& Feli.n.30.uerſ.Fallit quartò,ibi. Niſi lex poſitiua haberet in ſe quandã rationem diuinam,uel naturalem,& nu.41.uer.lexta declaratio,& Nauar.in Man.c.23.n.108.uerſ. Secundò quod Papa,& Archiep.Flor.eod.§.2.& Viu.in ſua Syl.opi.724.nu.4.& Coua.in reg.Peccatum,2.p.§.8.nu.8.uerſ. Ex eadem D. Thomæ, ubi & à Theologis, & Canoniſtis communiter receptum hoc eſſe teſtatur.

Nec obſtat in initio quæſtionis propoſita ratio;nam,& ſi uiriſſimum eſt Romanum Pont.plenitudinem poteſtatis habere,& Chriſti Domini Vicarium immediatum,& generalem eſſe,nõ tamen ſpiritualium rerum dominus eſt,ſed principalis diſpēſator,ut inquit S.Th.2.2.in reſp. ad 7. arg.ergo ſecundum legē eius,cuius Vicarius eſt, diſpēſare ſpiritualia debet;at Chriſti Domini lege cautum eſt,ut gratis diſtribuãtur, iuxta illud, quod habetur apud S.Matthęum c.10.Gratis accepiſtis,gratis date,ob eam rem pretio ea alienare non poteſt,nec debet,arg.c.ſuper literis in fi. de reſcr.Poſtremò Chriſtus Dominus nõ uenit, ut ſolueret legē,ſed ut adimpleret,ut dixit apud S.Matt.c.5.at ſpiritualia hæc,pretio, ac pecunia æſtimari nequeunt,& ob id nec pretio alienari, ergo nec Romanus Pont.ſine ſimoniæ uitio alienare ea poteſt.Quare,ex his omnibus manifeſtò concluditur Romanum Pon.quoque ſimoniam committere poſſe;& de quęſtione hac ſatis, iam tertiam aggrediamur,ſcilicet in quibus ſpiritualibus ſimoniam committat.

S V M M A.

1 *Spiritualia,in quibus ſimonia committitur,à Deo data,inſtitutaue quęnam ſint.*

2 *Simonia alia eſt prohibita,quia eſt ſimonia,alia eſt ſimonia,quia eſt prohibita.*

3 *Romanus Pont.vendens ſpiritualia à Deo data, inſtitutaue ſimoniam committit.*

§. II.

§. Tertia quęſtio eſt,in quibus ſpiritualib.Romanus Pontifex ſimoniam committat. Verum,quòd ſpiritualia hæc partim a Deo data,inſtitutaue ſunt;partim ab eccleſia auctoritate ipſi diuinitus tradita;ob eam rem, ut ordinatim hoc agamus,primùm,quę à Deo data, inſtitutaue ſint,ponemus;deinde,quãdo in ipſis Romanus Pontifex ſimoniam committat; tertiò,q̃ ſpiritualia ab eccleſia inſtituta ſint,ac demũ,quãdo in ipſis à Romano Pont.ſimonia committatē.

1 Quoad primum igitur†ſciendũ eſt à Deo hęc eſſe,gratiã,uirtutes,ſeptem dona ſpiritus ſancti, necnon ſeptē ſacramenta inſtituta,& iuriſdictionem eccleſiaſticam,ut dixit Naua.in Man.c.23. nu.99.uer.Ex qua definitione,& ut probauimus infra in cap.De Materia circa quam.

Secundò ſciendum hæc uendi prohibita eſſe, quoniam ſimoniaca ſunt:nã ſimonia duplex eſt,

2 †alia prohibita,quia eſt ſimonia, ſcilicet prædicta,alia ſimonia,quia eſt prohibita, cuiuſmodi, quędam ſunt,quæ ab eccleſia inſtituta, ut inquit Gl.in c.ex par.p.1.in uer.Dimittere de off.dele. & ſequiē eam ibi Abb.ac DD.item & Gl. in c.cũ pridem in uerb.Illicite de pact.& Gloſſ.in capit. ſaluator in uerb.& iudicem 1.q.3.& Syl.in uerb. Simonia nu.3.uerſ.Tertiò quęritur,& Nauarr.in

Man.cap.23.nu. 100.uerſ.Secundò,& Burgas in Tract.de Irregul.& diſp.p.6.cap.De ſimonia,nu. 10.cum ſeq.& Clar.lib.5.recept.ſent.§. ſimonia uerſ.Quæro etiam,nunquid Papa,& Guliel. Redoan.1.p.de ſimonia cap.2.nu.7.Hæc igitur uendi nequeunt,quoniam ſimoniaca ſunt,ideſt iure diuino,ac naturali uendi prohibita,ut DD.communiter interpretantur.His præmiſſis, iam regulam ponamus.

3 Romanus Pontifex igitur uendens prędicta † ſimoniam committit,ita DD. communiter ſentiunt Mar.Soci.Sen.in c.1.n.15.cum multis ſeq. de ſimon.Anan.in Rubr.eod.qui opinionē hanc communem teſtatur, & Clar. eod, & Burgas.in eod. Tract.& tit.nu.16.cum ſeq.ubi alios quamplures idem ſentiētes refert,& Alphos. Aluarez. in Theſauro Chriſtianæ religionis cap.61.n.21. uerſ.Et an Summus Pontifex,& Nauar. in Man. cap.23.nu.108.uerſ.Ad undecimum,& conſ.56. de Sim.li.5.& Iacob.de Graff.li.2.deciſ.caſ.conſc.cap.95.nu.14. uerſ.Differunt tamen iſta duo. idem ſenſit Crauet.conſi.122.num.12.tom.1.& 2.nam ait in ſimonia de iure diuino prohibita diſpenſare non poſſe Romanum Ponti.Id quod & ratione probatur:nam prædicta uendi iure naturali, ac diuino prohibita ſunt, gratis enim ea nobis Deus elargitur,& ob id gratis ea diſtribui uoluit:Præterea pretio æſtimari nequeūt, ut hęc omnia vidimus in proxima quęſtione, at iuri diuino,ac naturali Romanus etiam Pon.ſubiectus eſt,ut ſupra probauimus, ergo contrafaciens ſimoniæ crimen committit: ſed de his hactenus, iam de ſpiritualibus agamus,quæ ab eccleſia auctoritate ipſi diuinitus tradita inſtituta ſunt,quę quoniam duplicis generis ſunt,partim à poteſtate ordinis,partim a poteſtate iuriſdictionis proficiſcentia,ut ſenſit Nauar.in Man.cap.23. num. 99.uerſ. vel ab Eccleſia poteſtate ſupernaturali ſibi data,ideo prius, quæ ab ordinis poteſtate ſunt,deinceps reliqua,explicemus.

S V M M A.

1 *Spiritualia ordinis poteſtate ab eccleſia inſtituta,duplicis generis ſunt.*

2 *Spiritualia ab eccleſia ordinis poteſtate conſecratione & benedictione ſiunt, & etiam inſtitutione, & quæ ſint hæc.*

3 *Romanus Pont.an ſimoniam committere poſſit in ſpiritualibus, quę ab eccleſia inſtituta ſunt virtute poteſtatis ordinis ſibi traditę.*

§. III.

Propoſuimus nobis proxime explicandū,an Romanus Pont. in iis ſpiritualibus cōmittere ſimoniam poſſit, quæ ab Eccleſia inſtituta ſunt. Verum,quod ſciri id facile non poteſt, niſi prius,quęnam hæc ſint,explicemus,& duplicis generis ſunt,partim à poteſtate ordinis, partim a poteſtate iuriſdictionis,ob eam rem de ſingulis agamus,& primo de iis,quæ poteſtate ordinis ipſi diuinitus tradita Eccleſia inſtituit.

1 Ordinis poteſtate igitur † Eccleſia duo ſpiritualium genera inſtituit.Alterum rei qualitatis mutatione,ſcilicet mutādo qualitatem rei, ſpiritualem ſcilicet eam reddendo,& ob id ſimoniæ materiam,quæ ſpiritualis antea non erat,& hoc duo
2 bus modis † conſecratione,& benedictione.Cōſecratione,cuiuſmodi ſunt Eccleſiæ cōſecratę,arę, ſeu altaria,calices,patenę,corporalia,& aqua itidē baptiſmi cōſecrata. Benedictione uero, ut ueſtes ad diuina facienda benedictæ,campanæ,cęmiteria cruces, aqua benedicta,ad aſpergendos Chriſti fideles,nec non ędes, item candelę benedictę,oliuæ,& cineres benedicti, & in primis chriſma,& oleum,quæ ab Epiſcopo in die Iouis Sancto benedicuntur.Hæc igitur ſunt, quæ ab eccleſia rei qualitate mutata,ſpiritualia facta ſunt, ante conſecrationem enim alienari ſimpliciter poterant,at conſecrata,benedictaue non ſimpliciter,quandoquidem quatenus talia ſunt,alienari nequeunt,ut uidebimus.Ab eccleſia uero hæc facta eſſe ſpiritualia hinc conuincitur,quod à Chriſto Domino talia facta non leguntur, & ab eccleſia quotidie fiunt,atque ſic dixit Dom.Sot.de iuſti.& iur.li.9.q.5.art.2.uerſ.Aliquando autē grauior,ibi Nihilo ſecius medio modo. Quod itidē ordinis poteſtate ſpiritualia hæc fiāt tradidit Gl. communiter recep.in c.tranſmiſſam de elect. & habetur in c.1.§.Ad præsbyterū & §. Ad epiſcopum d.25.Hoc igitur primum ſpiritualiū genus eſt,quę ab eccleſia inſtituta ſunt,quę ex ſpirituali,& temporali mixta ſunt,& plus tēporalis, quā ſpiritualis habent.

Alterum genus ſpiritualium ab eccleſia ordinis poteſtate factū eſt,id quod eccleſia ſua inſtitutione,& inuentione fecit,huius gñris ſunt exorciſmi,& catechiſmi,ut dixit Nauar.in Man.c.23. n.99.uerſ.Dixi uel ab eccleſia,ibi exorciſmus, & Berarducius in ſua Corona Confeſſor.in Trac.de ſimonia nu.4.Item miſſę partes tam antecedentes,quam conſequentes conſecrationem,ipſa cōſecratione,euangelio,& oratione dominica exceptis.Item diuina alia officia tam uiuorum,quam mortuorum, & ob id ſeptem horarum preces tā Chriſti Domini,quàm Beatiſſimę Virginis, nec non ſeptem pſalmi pœnitentiales, & graduales, ac denique preces omnes, quę ab eccleſia uario modo fiunt.Item conſecrationes,& benedictiones rerum,quas antea diximus,hæc enim omnia ob rationes in antecedenti cōcluſione allatas ab Eccleſia inuenta,& ſtatuta ſunt,ordinis poteſtate ipſi diuinitus tradita,cum antea non eſſent.Et hæc plus ſpiritualitatis,ut ita dicam, quàm temporalitatis habent,ſolum enim temporale in ipſis eſt labor,qui dum fiunt,adhibetur. Hæc igitur duo genera ſunt ſpiritualium, quæ ab eccleſia ordinis poteſtate inſtituta,& inuenta ſunt, & pertinent huc,quæ diximus in fine ca.29.§. 3.

His pręmiſſis,iam uideamus an Romanus Pōtifex ſimoniam in his committere poſſit,& quoniam duo genera ſunt horum ſpiritualium,ob eā rem prius de priori genere,deinceps de poſteriori agamus.

3 Pro regula igitur habebimus † ſimoniam committi ab ipſo poſſe, ſi pretio alienet prædicta reſpe

ℓa reſpe

cta reſpectu habito ad id, quod in ipſis ſpirituale eſt, ut dixit Nauar. in Man. cap. 23. num. 99. in fine uerſic. Et quamuis: nam ibi diuiſionem ſpiritualium faciens hanc, ſcilicet ſpiritualium alia pura eſſe ab omni rei temporalis mixtione, ut gratia, & dona Spiritus Sancti; alia mixta ex ſpirituali, & temporali: ſed hęc partim plus ſpiritualis, quàm temporalis habere, ut ſacramenta; partim è contrario plus temporalis, ut calix ſacratus, & ornamenta ſacra, diuiſionem inquam hãc faciens, ſubiungit ſpiritualia, quęcunque ſint, uẽdi ipſa non poſſe, quoad ipſam partem ſpiritualem. Si ergo Eccleſię conſecratæ, item altaria, & calices, & patenæ, & alia denique huiuſmodi conſecrata reſpectu habito ad conſecrationem uendantur, uel ob id pluris, ſimonia & à Romano Pont. hic committetur, atque ſic aſſeruit Domi. Sot. eod. uerſic. ibi, Secunda aſſertio; nam ait ibi ſi hæc uendantur pluris ob conſecrationem eſſe ſimoniam contra ius diuinum, & naturale, quod utrunque prohibet uendi, quod non eſt pretio æſtimabile, ut predictæ conſecrationes, ergo & Romanus Pont. ſimoniam committit, ex quo & naturali, & diuino iuri ſubiectus eſt. Idem in caſibus propoſitis dixit eod. art. verſic. Ad ſecundum argumẽtum. ibi, quin etiam ſi templa. Nec repugnat, ſi dicatur ab Eccleſia inſtituta eſſe, atque idcirco eſſe iuris poſitiui, cui Romanus Pontif. ſubiectus non eſt, ut habetur in capit. propoſuit de conceſſ. præbend. nam, ex quo ſpiritualia hæc facta ſunt, & à poteſtate ordinis profecta, uẽdi ſine ſimonię uitio nequeunt, ſicut nec etiam Sanctiſſima Euchariſtia, ſeu Hoſtia Conſecrata, quę ui ordinis ſacerdotii ſpiritualis effecta eſt, ſcilicet Sanctiſſimum Chriſti corpus, & ſanguis, ut habetur apud Trid. Synod. Seſſ. 13. capit. 4. de Sanctiſs. Euchariſtię ſacramento. Et de hoc primo genere ſpiritualium hactenus.

Quoad alterum uero genus ſpiritualium, quoniam ſpiritualis plus habent, quam temporalis, ob eam rem ſine ſimoniæ uitio uendi nec ipſa poſſunt. Non igitur ob conſecrationes Epiſcoporum faciendas, uel eccleſiæ, uel altaris, uel calicis, patenæue. Non ob benedictiones quarumcunque rerum, non ob quæcunque diuina officia obeunda, præceſue fundendas, non ob aliquẽ exorcizandum, catechizandumue, id eſt pro huiuſmodi actibus ſine ſimoniæ uitio pretii nomine quicquam recipi poteſt, atque ſic dixit Sot. eod. art. uerſi. Quin etiam ſi templa: nam ibi ait Papam ſimoniacum fore, ſi templa, uaſa, ueſtimenta ſacra pretio conſecraret. Ex his iam habemus, quando Summus Pontifex in iis, quæ ordinis poteſtate ab Eccleſia inſtituta ſunt, ſimoniam cõmittat; iam ad ea, quę iuriſdictionis poteſtate eadem Ecleſia inſtituit, tranſeamus.

S V M M A.

1 *Ab eccleſia poteſtate iuriſdictionis hæc instituta ſunt.*
2 *Eccleſiaſtica beneficia, ac tituli.*
3 *Ius percipiendi emolumenta quædam ab habentibus eos titulos, ac beneficia.*
4 *Modi varij ea acquirendi.*
5 *Forma ea acquirendi.*
6 *Magiſtratus iuriſdictionem eccleſiaſticã habentes.*
7 *Legati Sedis Apoſtolicæ.*
8 *Clerici Cameræ Apoſtolicæ.*
9 *Auditor Cameræ Apoſtolicæ.*
10 *Vicarij Epiſcoporum, & alia huiuſmodi dignitates.*
11 *Officia Sacriſtæ, & Oeconomi.*
12 *Religiones, & alia huiuſmodi.*
13 *Pœna.*

§. IIII.

§. Poteſtate iuriſdictionis uero traditæ ipſi à Chriſto Domino Eccleſia ſpiritualia hæc
1 inſtituit. † Primò parochias, & eccleſiarum titulos. Nam Dionyſius Primus Romanus Pont. ne quis alterius Parochię terminos inuaderet, ſingulis eccleſias diſtribuit, & ſic eccleſiarum titulos inſtituit, ut habetur in ca. 1. 13. q. 1. Eccleſias ſingulas, dicitur enim ibi, ſingulis presbyteris dedimus, parochias, & cœmiteria eis diuiſimus, & unicuique ius proprium habere ſtatuimus: ita uidelicet, ut nullus alterius parochiæ terminos, aut ius inuadat, ſit unus quiſque terminis ſuis contentus, & taliter Eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, ut ante tribunal æterni iudicis ex omnibus ſibi commiſſis, rationem reddat, & non iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus recipiat. Hęc ibi Dionyſius, ex quibus manifeſto conſtat eccleſiarum diuiſionem factam, & quamobrem facta fuerit. Diuiſionem hanc quoque ab hoc Romano Pont. factam refert Platin. in uita ipſius Dionyſii in principio. Idem quoq; Nauar. in cap. placuit, num. 3. de pœnit. d. 6. & in Tractatu de ſpol. clericorum. §. 12. uerſi Tertiò. & Paul Fuſch. de uiſit. & regimin. eccl. cap. 2. nu. 1. lib. 2. etenim ante eam diuiſionem omnibus ſacerdotibus in primitiua Eccleſia licebat diuino iure pœnitentes omnes confeſſos abſoluere, ut de communi DD. ſententia teſtatur Nauarr. ibid. & pertinet huc, quod dixit Trid. Synod. ſeſſ. 23. cap. 15. de reform. fuit autem Dionyſius hic anno Domini 260. Idem confirmauit Vrbanus Secundus in eod ca. placuit, fortaſſe, ut ait Naua. ibid. quod conſtitutio illa Dionyſi recepta non eſſet. Caliſtus autem Secundus Diœceſes, & Epiſcopatus conſtituit, ut habetur in c. nullus, 9. q. 2. & apertius in c. 1. d. 21. Omnes, dicitur enim ibi, ſiue patriarchæ cuiuſlibet apicem, ſiue metropoles primatus, aut Epiſcopatuũ cathedras, uel eccleſiarum, ſiue cuiuſcunque ordinis dignitatẽ inſtituit Romana Eccleſia. Hęc ibi. Idem no. Na
2 uar. in eod c. placuit, nu. 4. † Tituli ergo eccleſiarum à iure poſitiuo ſunt, & ab eccleſia poteſtate ipſi diuinitus tradita inſtituti, ut ſenſit gl. in c. cum pridem in uerb. Illicite, quam ibi ſic declarat, ac not. Abb. nu. 10. de pact. & Guliel. Redoã. in Tract. de Simonia 3. p. ca. 8. & Ioã. de Anan. in c. 1. uerſ. Et dicit hic D. Abb. Excipio tamen ſemper Romanam Eccleſiam, ut habetur in cit. cap. omnis d. 22.

Hi autem tituli multiplicis generis ſunt:nam partim iuriſdictionem eccleſiaſticam tam fori contentioſi,quàm fori pœnitentię habent,cuiuſmodi ſunt Patriarchatus,Archiepiſcopatus,Epiſcopatus,qui enim eccleſias huiuſmodi habent, non ſolum fori pœnitentiæ iuriſdictionem exercent,uerumetiam & fori contentioſi, ut habetur in tot.tit.de off.ordin.in antiq.& 6.& in c.uenerabilibus de ſent.excomm.lib.6.cum ſimil.Partim fori pœnitentiæ iuriſdictionem tantum exercēt, cuiuſmodi eccleſiæ reliquę parochiales ſunt, & animarum curam habentes, ut habetur in ca. omnis.de penit. Partim nullam iuriſdictionem habent,ſed ſolum ad diuina officia celebranda obligant,& ius percipiendi fructus tribuunt,cuiuſmodi ſunt canonicatus,capellæ,altaria, beneficia ſimplicia,& penſiones etiam quædam, de quibus Rebuff.in Prax.benefi.in tit.ſeculare beneficium quotuplex nu.12.cum ſequ.Addo ego, & monaſteria.

3 Secundò † Eccleſia eiuſdem iuriſdictionis auctoritate,eiſdem titulis ius percipiēdi emolumenta tribuit,ut habetur in c.uidētes, 12.q.1.uiden.omnino,& ob id etiam decimas, de quibus in tot.tit.de decim.Item oblationes, de quibus in c.quia ſacerdotes.cum duobus ſeq.10.q.1.Itē. præbendarum fructus,& alia huiuſmodi,de quibus habetur in tit.de pręben.& in c.1. de ſepult. vel mobilia,uel immobilia ſint. Idque iure merito,non enim ſpiritualia ſine temporalibus eſſe diutius poſſunt,ut ſenſit Paſchalis Papa in cap.ſi quis obiecerit 1.q.3.& facit c.de multa de pręb. & cap.fin.de reſcript,atque ſic aſſernit Nauar.in Tractatu de ſpol.cler.§.14. num.6.uerſi.Tertiò, quod Petrus,& Dom.Sot.de iuſt.& iur.lib.10.q. 4.ar.3.uerſ.& Vrbanus,ubi originē huius refert.

4 Tertiò eccleſia quoque inſtituit,† ut beneficia hęc vno ex quatuor modis quis acquireret. Aut per electionem,vt habetur in tot.tit.de elec. quæ confirmationem ſæpius poſtulat,ſicut etiam per poſtulationem, necnon per nominationem, quę quid ſint,declaranit Rebuff. in ſua Prax.benefi.in tit.de electione, & de nominatione egit pluribus in c.poſtulaſtis in Glo.1.nu.78.de cler. excom.miu.& bis modis ad eccleſias cathedrales ſæpius peruenitur. Aut per pręſentationē: Pręſentatio autem eſt oblatio alicuius perſonæ ſacta Epiſcopo,uel ei,ad quem inſtitutio beneficij pertinet,ab eo,qui aut eccleſiam conſtruxit, aut dotem dedit,inter alia enim iura,quæ patronus cōſequitur,hoc habet,ut ad eam eccleſiam uacantem,quem uult idoneū,offerre poſſit,qui ab Epiſcopo inſtituatur,ut habetur in tot.tit.de iur. patron.iunct.tit.de inſti. Aut per collationem, quæ ab eo fit,qui liberam beneficij conferendi ſacultatem habet,cuiuſmòdi Epiſcopi Archiepiſcopi, & Patriarchæ in ſuis diœceſibus ſunt, ut habetur in c.2.& in c.ex parte.cum ſeq.de conceſſ. pręb. & in c.ordinarii.de off.ordin.lib.6.& in c.omnes baſilicæ.16.q.7.& Rebuff.in ead.Prax.in tit. De collatione. Aut per prouiſionem, quod facit hodie Romanus Pōtifex in eccleſiis cathedralibus, ipſis enim vacantibus de paſtore ipſis ſæpius proſpicit.

5 Quartò inſtituit etiam Eccleſia † vt beneficia hæc,& ſpiritualia pure conferantur,id eſt nullo pacto,nulla conditione,nulloque modo intercedente,ut habetur in c.fin.de pact. Pactiones factę à vobis,ut audiuimus,pro quibuſdā ſpiritualibus obtinendis,dicitur enim ibi,cū in huiuſmodi omnis pactio,omniſque conuentio debet omnino ceſſare,nullius penitus ſunt momenti. Hæc ibi,ſi ergo ceſſare hæc debent,ergo beneficia pure tribuenda ſunt,idem habetur in c. cum pridē, & in c.accepimus,& in c.ſeq.eod.& in c.quā pio. 1.q.2.& in c.in electionibus.de elect.lib.6.& no. Abb.in tit.c.fin.de pact.in principio,uerſi. Not. quatuor regulas,& Rebuff.in Prax.benefi. in tit. de collatione in cap. Requiſita ad collationem bonam num.2.& Quintil.Mandos.in Tract.de ſignat.grat.in tit.De diſpēſatione cum ſimoniaco uerſi.& in tantum:purè igitur beneficia conferenda ſunt. Quòd autem ab eccleſia inſtitutum hoc ſit,ſenſit hoc Nauar.in Man.cap.23.nu.100.uerſ. Secundò;nam ibi declarans,quænam ſimoniaca ſint,quia prohibita,ait eſſe uoluntatem faciendi collationes,renunciationes,uel recipiendi eas factas cum conditionibus,modis,uel pactis in aliis licitis,& etiam in his,niſi ab eccleſia prohiberentur,ita Nauar.ibid.ex quibus colligitur pro certo ab eccleſia prohibitum eſſe,ne pactionibus,ac conditionibus beneficia diſtribuantur,ob uerba illa, Et etiam in his,niſi ab eccleſia prohiberent. Non eſt igitur,quod hac de re dubitemus.

Quod tamen uerum eſt,& intelligitur de pactis,cōditionibus,& modis,quę ſicut alibi, ita & hic licita eſſent, niſi ab eccleſia prohiberentur, ut dixit Nauar.ibid.Nam pacta quædam,& conditiones partim nec in profanis licita ſunt, ut de re turpi,ſicut habetur in l.generaliter,ff.de uerb. oblig.& ut dixit Gloſſ.magiſtr.in ca.fin. de pact. Partim in aliis negociis licita,ſed non hic in ſpiritualibus,ut pretii datio,etſi enim profana pretio æſtimantur,non tamen ſpiritualia,idque diuino,naturalique iure prohibitum eſt,ut ſupra concluſimus:nam,&ſi pactorum hęc genera,& poſitiuo iure prohibentur,in primis tamen diuino iure prohibita ſunt. Partim ſunt pacta,& conditiones,quę & de ſpiritualibus fieri poſſent,niſi eccleſia prohibuiſſet,de quibus nunc agimus. Hęc autem ſunt renunciationes beneficiorū in alterius fauorem factę,nam iure poſitiuo hęc prohibentur,& ſimonia committitur,ſi fiant,ut dixit Glo. communiter recept. in c.ex parte 1.de off.deleg. & Nauar.in Man.cap.23.num.107.uerſic.Ad decimam,& tamen,ubi Romani Pontificis auctoritate fiunt,pro legitimis habentur,& ſimonię crimen uitatur:id quod non fieret,ſi diuino iure prohiberentur:nam & Romanus Pontifex in hoc caſu ſimoniam committit, ut ſupra concluſimus, ubi ergo quis beneficium in alterius fauorem renunciat, ſimoniam nō committit Romani Pont. auctoritate intercedente:idque merito, nō enim hic emptio, uenditioque intercedit, nec etiam

proprie

proprie ullum pretium. Item in hoc genere pen-
ſiones ſunt, quas ſibi in fauorem alicuius renun-
cians reſeruat: nam neque hæ reſeruari poſſunt ſi
ne Romani Pont. auctoritate, ſecus autem ipſa in
tercedente, quandoquidem iure poſitiuo prohi-
bitum eſt, & non diuino, ut penſione retenta, be-
neficia reſignentur, ita Dom. Sot. de iuſtit. & iur.
lib. 9. q. 7. art. 2. uerſic. Ad quæſtionem, ibi eſt au
tem ſimonia: namque nihil emitur, & uenditur e-
tiam hic, ſed ius quoddam retinetur in beneficii
fructibus, quod renunciatur, per ſe igitur ſimo-
niam non eſſet, niſi eccleſia id prohibuiſſet. Ter-
tiò in hoc genere quoque permutationes benefi-
ciorum habentur: nam, ſi permutare uolentes per
ſe id faciant, ſimoniam committunt, ut dixit Na
uar. in Man. cap. 23. num. 100. uerſicu. Tertiaque
permutatio, quam tamen ſimoniam euadunt, ſi
de ſuperioris auctoritate permutent, id enim per
mittitur, ut habetur in tit. de permut. & in Clem.
eo. & hoc etiam diuino iure prohibitum non eſt
(auctoritas ſuperioris enim non prodeſſet, ut ui-
dimus) ſed poſitiuo iure: nam pretiũ hic tempo-
rale non interuenit, ſed rei ſpiritualis cum alia
eiuſdem naturæ permutatio, quod diuino iure ꝓ
hibitum non eſt, ſed ſolum, ubi temporale datur
pro ſpirituali, ut habetur in Act. apoſt. ca. 8. & hęc
notanda ſunt, quoniam non paſſim ſic explicata
inueniuntur.

Ex his patet diuiſiones beneficiorum, ſeu titu
lorum nil aliud eſſe, quam diuiſionem iuriſdi-
ctionis eccleſiaſticę exercendæ, & iuris diuina of
ficia celebrandi. Item diuiſionem percipiẽdi ob-
lationes, & fructus ex rebus oblatis a Chriſti fide
libus ipſi Deo. Tertiò diuerſum ius eſſe diuina fa
cere, & ſacramenta adminiſtrare à iure percipien
di fructus huiuſmodi, ut per ſe patet, & ob id ſe-
parari poſſe.

6 Quintò † Magiſtratus quoque quoſdam in-
ſtituit, & dignitates, quæ iuriſdictionem eccle-
7 ſiaſticam habent † cuiuſmodi ſunt Apoſtolicę
ſedis Legati, de quibus habetur in tit. de off. lega.
8 in antiq. & lib. 6. † Clerici Camerę Apoſtoli-
cę: nam & hi uſum clauium habent, & excommu
nicant, ſuſpendunt, & interdicunt, & abſoluunt,
ut dixit Borgas. in Tracta. de Irregul. & diſpenſa.
9 in titu. de ſimonia, num. 52. † Item Apoſtolicæ
Cameræ Auditor, de quorum omnium functioni
bus non nulla egit Vant. in Tract. de Nullitate, in
titu. De Nullit. ex defect. iuriſdictionis delegatę.
Poſtremò & alię dignitates, quæ & ordinis, & iu-
10 riſdictionis eccleſiaſticę poteſtatem habent † ut
Vicarii epiſcoporum, iudices tum ordinarii, tum
delegati, ut habetur in tit. de off. uica. lib. 6. & in
tit. de off. ordin. & de off. delegat. in antiq.

11 Sextò † officia quędam, quæ rerum eccleſia-
ſticarum adminiſtrationem habent, ſpiritualia
facta ſunt prohibitione: nam ab Eccleſia prohibi
tum eſt, ne ſine ſimoniæ uitio alienentur, cuiuſ-
modi officium eſt Sacriſtę, Oeconomi, & cuſto-
dis, de quibus in titu. de off. Sacriſt. & de off. cuſt.
non enim diuino iure, ſed poſitiuo prohibitum
eſt, ne ſine ſimonię uitio alienẽtur, ut habetur in
c. ſaluator, 1. q. 3.

12 Septimò † Religiones itidem quorumcun-
que ordinum ab Eccleſia inſtitutæ ſunt, & in ſpi-
ritualium numero poſitæ, ut dixit Gulie. Redoã.
in Tract. de ſimon. p. 1. cap. 2. num. 9. & cap. 4. nu.
5. uerſic. Quædam ſunt ſpiritualia, ante ius Ponti
ficium enim monaſteria non erant, & ob id nec
ingreſſus in eadem, ut ibid. ait Redoan. & ut ui-
debimus infra, ubi, an religioſi ſimoniam com-
13 mittant, contemplabimur. † Poſtremò & pœ-
nas, de quibus omnibus egimus infra ca. 43. His
propoſitis, an Romanus Pontifex in ipſis ſimo-
niam committat, contemplemur, id quod in ſe-
quenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Romanus Pontifex an ſimoniam committat benefi-
cia eccleſiaſtica uendendo.*

2 *Romanus Pontifex an ſimoniam committat uenden
do magiſtratus, & dignitates eccleſiaſticas.*

3 *Romanus Pontifex an ſimoniam committat permit
tendo permutationes beneficiorum, ac reſignationes
retenta penſione.*

4 *Romanus Pontifex an ſimoniam committat eccleſia-
ſtica officia uendendo.*

§. V.

SPropoſuimus nobis explicandum, an Roma
nus Pontifex ſimoniam committat in iis,
quæ eccleſia auctoritate ſibi diuinitus tradi-
ta iuriſdictionis inſtituit, ſi ea pretio interuenien
te alienet. Verum quo id dilucidius fiat, omiſſis
aliis omnibus, tria tantum hic contemplabimur,
de quibus in primis dubitari ſolet. Primum, an
Romanus Pont. eccleſiaſticum beheficium uen-
dendo ſimoniam committat. Deinde quid iuris,
ſi eadem ratione, magiſtratus, aliaſque dignita-
tes alienet. Poſtremò quid de officiis itidem ec-
cleſiaſticis.

1 Quoad primam quæſtionem igitur † an Ro-
manus Pontifex ſimoniam committat beneficiũ
eccleſiaſticum uendendo, tres DD. ſentẽtię ſunt,
quarum prima eſt canoniſtarum, qui communi-
ter inquiunt, ut teſtatur Felin. in c. ex parte 1. de
off. delega. ubi quæſtio hæc diſputatur, Romanũ
Pontificem ſimoniam hic nõ committere. & hoc
ob eam rationem, quoniã ſimonia in beneficiis
eſt ſimonia, per conſtitutiones eccleſię prohibi-
ta, quibus conſtitutionibus Romanus Pont. non
ſubiicitur, ut habetur in c. propoſuit. de conceſſ.
pręben. Ad hanc rationem reſponderi facile po-
teſt ex pręmiſſis: nam, etſi uerum eſt ius recipien
di fructus de rebus eccleſię prohibitum eſſe poſi
tiuo iure, ne alienetur, tamen ius exercendę iuriſ
dictionis eccleſiaſticæ, & diuina faciendi, quod
conſequitur eum, qui beneficium habet, diuino
iure prohibitum eſſe, ne pretio interueniente alie
netur, ex quo ab ordine poteſtas illa proficiſci-
tur, ut ſupra vidimus, atque ob id ſimpliciter opi
nio hæc uera non eſt.

Altera fuit opinio communis Theologorum,
ut ait

vt ait Nauar.in Man.c.23.nu.108.verſ.Septima, quod ex his,& aſſerit Caiet.in Tract. Nono de ſimonia q.1.qui exiſtimarũt Romanum Pont.beneficia ratione hac alienando ſimoniam ſemper committere.Probatur autẽ, leuioribus omiſſis, primo hac ratione, beneficium eccleſiaſticũ eſt ius ſpirituale arg.c.dilecto verſ. Procurator tuus de præben.at ſpiritualia non ſolum à Deo inſtituta, verum etiam & ab Eccleſia auctoritate ipſi diuinitus tradita vendi nequeunt,vt ſupra concluſimus:ergo neque beneficia. Hæc ratio ſimpliciter vera non eſt;nam, ſi beneficium Eccleſiaſticum dicamus eſſe ius illud adminiſtrandi ſacramẽta, & diuina faciendi,horum ſentẽtia veriſſima eſt; poteſtas enim illa ab ordine proficiſcitur,vt proxime diximus,& ob id ea vt a Deo data, vẽdi nõ poteſt.Si vero pro beneficio eccleſiaſtico accipiamus ius illud percipiendi fructus ex rebus Deo oblatis,quòd ius hoc, etſi operãtibus in Eccleſia debetur arg.c.de multa de præben.& ca.fi.de reſcrip.lib.6.non tamen ſpirituale ius, ſed temporale eſt,neque tale,quin ſecundum ſe à priori iure ſeparari poſsit,& ob id etiam alienari: ratione hac igitur horum opinio non nititur.Secundo ꝓbatur horum opinio hac ratione,quoniam beneficia ſunt annexa iuri ſpirituali clericali à Deo inſtituto,ideſt,qui habet beneficium, habet etiam ius diuina faciendi, & clericorum munera exercendi: ergò, ſi vendatur beneficium, & ius illud exercendi clericorum munera venditum intelligetur, vt habetur in c. ſi quis obiecerit 1.q.3.ibi enim Paſchalis Papa volens eorum malitiam cõuincere,qui cum emerent beneficia, & conſecrationes,aſſerebant ſe non ſimoniam ob id cõmittere,quoniam non conſecrationes, ſed res ipſas emebant,inquit hoc eſſe deſipere;nam cum corporalis Eccleſia,aut Epiſcopus,aut Abbas,aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo proficiat,ſicut nec anima ſine corpore corporaliter viuit;quiſquis horum alter vendit,ſine quo nec alterum prouenit,neutrum inuenditum derelinquit; hæc ibi Paſchalis. Si ergo vẽdito beneficio, & ius clericale illud venditum intelligitur, quod ne vẽdatur, diuino iure prohibitum eſt: ergo beneficiũ vendi non poteſt.Hæc ratio,quæ potiſſimum pro hac ſententia redditur,non tamen ipſam omnino probat;nam,etſi verum eſt eum,cui beneficium aliquod confertur, conſequi etiam facultatem ibi diuina faciendi,& ob id connexa eſſe,nõ tamen conſequitur,quin beneficium, ex qua parte tẽporale eſt,& reſpectu habito ad bona temporalia quin,inquam,ſeparari à Rom.Pont.& alienari non poſſit;nam quid magis coniunctum, & connexum, quam calix cum ſua conſecratione? & tamen alterum ſine altero,ideſt materia ipſius vendi poteſt,non autem conſecratio? Nec obſtat cit.c.ſi quis obiecerit,nã præſumptione illud verum eſt,ſcilicet eum,qui beneficium emit,præſumi,atque exiſtimari, & ius illud diuinum exercẽdi emere;non autem veritate, quæ vbi contraria præſumptioni eſt,eam tollit,arg.ca.tua de ſponſ. atque ita Nauar.reſpondit ibi nu.108. verſ. Nono.Poſtremo pro hac ſententia ſic argumentantur,ius patronatus vendi non poteſt, vt habetur in c.quia clerici de iur.patron. item nec ius decimarum,vt habetur in c.altare 1.q.3. ergo minus beneficium vendi poteſt, quod magis ſpirituale eſt,quam prædicta. Hæc ratio etiam mihi non ſatisfacit;nam,quod per præſentationem peruenitur ad facultatem exercendi diuina,ob eam rem vendi non poteſt;at beneficium non eſt ſpirituale, quod vendi nequeat reſpectu habito ad temporalia bona ipſius. Ex his igitur concluſio hæc comprobari nõ videtur. Tertia fuit opinio Abb. in c.extirpandæ §.qui vero de præben.qui ſic diſtinguebat.Aut beneficium,quod vẽditur,annexam animarum curam habet; & in hoc caſu cenſuit beneficium vendi non poſſe; nam ius clericale venditum videretur, quod diuino iure prohibitum eſt.Aut animarum curã non habet, & hoc ſecus.Ad primam partem diuiſionis huius ſupra reſponſum eſt,ad ſecundam reſpondetur ſimpliciter verum hoc non eſſe;nam,etſi curam animarum huiuſmodi beneficia quis habens nõ acquirit,ius tamen diuina faciendi cõſequitur,ſeu obligatur. Hæc igitur ſunt,quæ in primis à DD.tradita ſunt.Quid igitur concludendũ? Ego has opiniones inter ſe ſic conciliandas cenſeo.

Aut Romanus Pont.beneficiũ vendens in animo habet vendere ius illud diuina faciendi, & ſacramenta adminiſtrandi,& ſic exercendi clericale munus in eo beneficio,& parochia, (quod nullo modo exiſtimandum eſt, vt in initio dixi,) Et in hoc caſu ſine dubitatione ſimoniam committit;nam ſicut ſeparatim ius illud ab ordine proficiſcẽs,& a iuriſdictione Eccleſiaſtica, quæ à Deo data ſunt,ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt,ita neque cum bonis temporalibus; ſicut nec etiam calix,& alia res conſecrata quoad conſecrationẽ; & in hoc caſu opinio Theologorũ veriſſima eſt, & amplexanda,nec non prima pars diuiſionis ipſius Abb.

Aut Romanus Pontif.beneficium vendens in animo habet vendere tantum ius percipiẽdi fructus temporales, & temporalia ipſa alicuius beneficij,non autẽ ius illud clericalis muneris exercendi; & in hoc caſu id ſine dubitatione poſſe cõcludo. Primum, quia hoc ius ſpirituale non eſt, eſto incorporale ſit,ergo alienari ſine ſimoniæ vitio poteſt; nam in ſpiritualibus tantum ſimonia committitur,vt vidimus.Secundo,quoniã & hac ratione calices conſecrati,corporalia, & alia huiuſmodi vendi poſſunt habito reſpectu ad materiam ipſorum,non autem ad conſecrationem,vt DD.communiter concludunt, & vſus obſeruat, vt teſtatur Naua.eod.verſ.Nono,verſ.Tum quia omnes confitentur:ergo & beneficiũ vendi à Romano Pont.poterit reſpectu habito ad temporalia:nam cum diuerſa ratio reddi hic nequeat; ergo nec diuerſum ius ſtatui deber,arg.c.cum dilecta de confirm.vtil.vel inutil.& l.illud.ff. ad leg. aquil. Poſtremo facit, quoniam nemo inficiatur Romanum Pontificem poſſe ex iuſta cauſa donare,vendere, & permutare aliquam rem Eccleſiæ

pro

pro alia re alicuius Eccleſię, imo etiam & laici intercedente Pont. authoritate, vt habetur in tot. titu. de permut. ergo, ex quo vendere aliud poteſt, quoniam temporale & vnius beneficij temporalia vendere poterit, arg. l. quæ de tota. ff. de rei vēdi. Addo ius hoc percipiēdi temporalia, & ius diuina faciendi diuerſa eſſe inter ſe, & ſeparari etiā poſſe, vt præmiſſimus, ergo non eſt abſurdum tēporale vendi poſſe, non autem ſpirituale. Hac igitur ratione Romanum Ponti. beneficia vendere poſſe cenſeo. Ac in conferendis beneficijs reſeruare ſibi penſiones, & alicui bello pio, alijsve neceſsitatibus Apoſtolicæ ſedis, ſicut etiam annatas vacantium beneficiorum. Hac eadem ratione permutationes rerum eccleſiaſticarū permittere. Item aliquando beneficia diuidere, & reditus eorum augere, & diminuire, vt dixit Nauar. eod. ca. nu. 108. verſ. Octauo infertur. Ex quibus colligitur Romanum Pont. alienationem beneficiorum permittere ſolum quoad temporalia, & fructus, penſionesq; ex temporalibus conſtituere, & ob temporalia, non autem ſpiritualia, & in hoc caſu locum habebit opinio Canoniſtarum, & Abb. in ſecunda parte ſuæ diuiſionis. Nec alia ratione credo Romanos Pōt. vnquam beneficia alienaſſe, quamuis cęperint aliquid nō venditionis vi, huiuſmodiue cōtractuū, ſed alijs iuſtis cauſis ob vtilitatem, neceſſitatēue ſedis Apoſtolicæ, vel ob alias pias cauſas. Ratione igitur hac ꝓpoſitas DD. ſententias inter ſe ſic conciliandas cenſeo, ſaluo ſemper S. Rom. Eccl. iudicio.

Tituli beneficiorum ergo reſpectu habito ad ius adminiſtrandi ordines, iuriſdictionemq; eccleſiaſticam exercendi a Roma. Pont. vendi non poſſunt, ſed ſolum reſpectu habito ad bona temporalia ipſorum. Imo poſteaq̄ collata ſunt, quòd ſupremam iuriſdictionem in ipſis habet, vt habetur in c. 2. de præben. libr. 6. imponere ipſis decimas, & alia huiuſmodi onera poteſt ob Eccleſiæ vtilitatem, vt pote ad gerendum bellum contra turchas, & chriſtianæ religionis hoſtes, & ad ſubueniēdū alijs neceſſitatibus Eccleſiæ. Quæ duo inferiores antiſtites nō poſſunt; nam quoad priora, collationes, inſtitutionesq; pure, & ſine conditione fieri debent, arg. c. fi. de pact. quoad poſteriora, ideſt poſt collationes, inſtitutionesque factas nihil oneris imponere poſſunt, niſi quod iure permiſſum ipſis eſt, arg. ca. conquerente de offic. ordin.

2 Ex quæſtionis huius ſolutione † alterius ſolutio habetur, an alienatio magiſtratuū, & dignitatum, quæ Eccleſia inſtituit, precio facta a Roma. Pont. ſimoniaca ſit, ideſt an Romanus Pontif. ſimoniam committat; nā, ſi reſpectu habito ad poteſtatem, iuriſdictionemq; eccleſiaſticam, quam dignitates illę, ac magiſtratus habent, vendātur, ſimonia committitur: ſicut enim eccleſiaſtica iuriſdictio per ſę ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt, ex quo ſpiritualis, & a Chriſto Domino ſuæ Eccleſiæ eſt data; ita nec cum alijs. Si vero vendātur reſpectu habito ad emolumenta, & fructus, q̄ ex ipſis dignitatibus, & magiſtratibus quis conſequitur, in quam partem alienationes huiuſmodi ſine dubitatione a Chriſti Domini Vicario fieri accipiendum eſt, ſimonia ab eo non committitur, ex quo non ſpirituale, ſed temporale vendit. Alienationes igitur auditoratus Cameræ, necnō clericatus, item eiuſdem cameræ Apoſtolicæ, & aliarum huiuſmodi dignitatum, quæ à Romano Pont. fiunt pecunia data, ſimoniacæ, nullo modo ęſtimandæ ſunt, & pertinent huc, quæ habentur in additionibus ad Platinam in vita Clementis VII. vbi dignitates huiuſmodi ratione hac collatæ referuntur Vrbe capta Duce Borbonio.

3 Multo minus † in permutationibus, reſignationibusue beneficiorum permittendis Romanus Pontif. ſimoniam committit, vel in fauorem alterius reſignentur, vel retenta penſione. Tum quod permutatio beneficiorum, & ſpiritualium inter ſe nō diuino iure prohibita eſt (eo enim tātum cauetur, ne ſpiritualia pro temporalium precio dentur, iuxta illud Apoſto. apud act. apoſt. c. 8. Tua pecunia tecum ſit in perditionem, qui exiſtimaſti ſpiritum ſanctum pecunia poſſideri) ſed poſitiuo iure, eo enim cautum eſt, vt ſpiritualia, & idcirco eccleſiaſtica beneficia nulla cōuentione, pactioneue intercedente, verum pure, ac ſimpliciter conferantur, vt habetur in ca. cum pridē, & in c. fi. de pact. & in c. tua nos de ſimon. & in c. quā pio 1. q. 3. at poſitiuo iuri ſubiectus ipſe non eſt, vt dicitur in c. pen. de conceſſ. præben. ergo, ſi contra facit, ſimoniam non committit. Tū quòd retentio penſionis, ſeu reſeruatio non loco precij ob collationem fit, ſed ſuo iure Romanus Ponti. id facit, quandoquidem in huiuſmodi eccleſiaſticis bonis pleniſſimam poteſtatem habet, ac diſpenſationem, ſeu diſtributionem, vt perbelle id docuit Thom. Campeg. in Tract. de Annat. inſti. & defenſ. nu. 11. cū ſeq. & diximus ſupra hoc capite §. 1. in initio. Ex his omnib. ergo colligitur ſimoniam hac ratione à Romano Pont. non cōmitti. Et de hoc ſecundo ſatis.

4 Quoad tertiam quæſtionem, † an ſcilicet Romanus Pontif. alienando propoſita officia, ſimoniam itidem committat; quoniam ea officia verſantur in adminiſtrandis temporalibus rebus eccleſiaſticis, & ſpiritualia ſunt iure poſitiuo tātū; eo enim cautum eſt, ne alienentur in ca. ſaluator 1. q. 3. & neque ordinis, neque iuriſdictionis Eccleſiaſticæ functiones habent, ſed temporalium adminiſtrationem tantum, ob eam rem neq; hic ſimoniam committet, ſi pecunia data hæc alienauerit, atq; ſic ſenſit Archiep. Flor. in 2. par. Sum. tit. 1. c. 5. §. 2. verſ. Quod autem dicitur in Papā, & Ioan. Tabien. in verb. Simonia nu. 6. verſ. Quinto, ibi, quod autem dicitur. Eſſet & de religionibus, & de pœnis hic agendum, verum, quod infra oportunioribus locis agentur, ob eam rem conſulto ipſa hic prætermus. Ex his iam conſtat, quod in initio explicandum nobis propoſuimus, an in ijs ſpiritualibus Romanus Pont. ſimoniam committat, quæ Eccleſia authoritate iuriſdictionis ſibi diuinitus traditæ inſtituit; iam ad alias quæſtiones transeamus.

SVMMA.

1 *Romanus Pont, vbi ſimoniam committit, ibi peccat.*
2 *Romanus Pont. ſimoniam committens in pœnas à poſitiuo iure illatas in ſimoniacos non incidit.*
3 *Romanus Pont. in pœnas haſce, ab alioùe illatas non incidit,*

§. VI.

§. Vidimus hucuſque in quibus caſibus Romanus Pont. ſimoniam committere poſſit; modo videamus, an in pœnas contra ſimoniacos illatas incidat ſimoniam committens: hæc enim quarta quęſtio eſt, quam nobis diſoluendã propoſuimus. Petrus de Palud. quem refert, ac ſequitur Syl. in verb. Simonia nu. 4. verſ. Quarto q̃ritur, ibi Limitat etiam, & Tataret. lib. 4. d. 25. q. 1. verſ. Petr. de Palud. quærit, aiunt Romanũ Põtif. in his caſibus, in quibus ſimoniam committit, peccare, ſed pœnas iuris in ſimoniacos illatas ipſum euadere: eundem refert, ac ſequitur Ioan. Tab. eod. nu. 6. verſ. Quinto, ibi & Pet. de Palud. & Borgas. in Tract. de Irregul. & diſpenſ. in Tit. de ſimonia. p. 6. nu. 13. verſ. Quæro itaq; primo, & nu. 19. & Nauar. in Man. c. 23. nu. 108. verſ. Ad vndecimum. Quid igitur cõcludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo.

1 Aut quærimus, † an Romanus Põt. in caſibus, in quibus ſimoniam committit, peccet, & pecca ti pœna obligetur, & in hoc caſu cit. auctores eũdem peccare ſentiũt: idque merito, iuri enim diuino nõ obtemperat, quo cautum eſt, vt ſpiritualia bæc gratis dentur: item nec iuri naturali obedit, quibus iuribus Romanus Pont. ſubiectus et eſt, vt probauimus in antecedenti §. ergo & peccati pœna obligabitur.

2 Aut quærimus, † an Romanus Põt. in caſibus, in quibus ſimoniam committit, eſto diuino iure prohibita ſit, in pœnas a iure poſitiuo illatas, incidat: & in hoc caſu cõcludendum eſt ipſum in eas non incidere. Nã primo id cit. auctores inquiunt proxime, & Abb. in c. 1. in fine de ſimon. id ſentit, & Mar. Soc Sen. ibid. nu. 28. verſ. Vltima pars concluſionis, & Fel. nu. 4. eod. & Archiep. Flor. in 2. p. Sum. tit. 1. cap. 5. §. 2. verſ. Quod autem dicitur, & Nauar. in Man. c. 23. nu. 108. verſ. Quinto infertur, & Viu. in ſua Syl. opin. 724. num. 4. verſ. Et quia Papa, ibi Bene tamẽ verum eſt, & Domi. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. ar. 2. prope finẽ verſ. Et pari modo, ſi ſacerdotium in reſp. ad 2. argu. Secundo id probatur etiam ratione, quoniam pęnæ huiuſmodi in ſimoniacos illatę, iuris poſitiui ſunt, vt colligitur ex tit. de ſimon. & ab extrauag. cum deteſtabile eod. at iuri poſitiuo Romanus Pont. ſubiectus non eſt, vt dicitur in c. propoſuit de conceſſ. præb. ſed præeſt: ergo eius pœnis obligari non poteſt arg. ca. cum inferior de maior. &
3 obed. cum ſimil. cit. ibi a Gloſſ. † Poſtremo facit, quoniam pœnæ in ſimoniacos illatę aut a ſeipſo, aut ab aliu Romano Põt. aut ab alio inferiori impoſitę ſunt, ergo neque ratione hac ipſis obligari poteſt. Non ſuis pęnis, quoniam ſe ipſum ſuis ſtatutis obligare nemo poteſt, vt id pluribus probauimus in Tract. de Cenſuris Tab. 1. ca. 2. §. Alius ab eo, vbi Romanum Ponti. ſe ipſum excommunicare, cenſuraue alia irretire non poſſe de communi DD. ſententia concluſimus. Non pœnis ab alio Romano Põti. impoſitis, quoniam par in parem iuriſdictionem, & imperium non habet, vt habetur in l. nam magiſtratus, & ibi not. Gloſſ. ff. de arbit. & in l. filiumfam. §. 1. de manumiſſ. uin. & in L. ille, a quo §. tempeſtiuum. ff. ad trebel. & in c. innotuit, vbi Abb. ac DD. not. de elect. cum ſimil. cit. a me in eod. §. nu. 18. vbi & aduerſaria quædam diſſoluimus. Multominus ab inferiorũ ſtatutis obligari poterit, arg. ca. pen. de maior. & obed. & ibi not. Gloſſ. Abb. Inn. ac DD. & in c. inferior, & ibi Gloſſ. d. 21. cũ ſimil. cit. a me in eod. §. alius ab eo nu. 12. Ex quo igitur nec a ſuperiore, quem non habet, nec a ſe, nec a pari, minus ab inferiori obligari poteſt, nec pœnis eorundem obligabitur, eſto ſimoniam committat. Ab hac igitur communi ſententia diſcedendum nõ eſt: ſed iam quęſtionem quintam aggrediamur.

SVMMA.

1 *Simoniam committẽs cum Romano Pont. in caſibus, in quibus & Romanus Pont. ſimoniam committit, quo minus peccet, Romanus Pont. efficere non põt.*
2 *Simoniam committẽs cum Romano Pont. in caſibus, vbi & ipſe ſimoniam committit, liberari poteſt, ne in pœnas iuris poſitiui incidat.*
3 *Simoniam committẽs cum Romano Pont. in prædicto caſu, an tacito a pęnis iuris poſitiui in ſimoniacos illatis immunis factus cenſeatur.*

§. VII.

§. Quinta quæſtio eſt, an Romanus Pont. in caſibus, in quibus & ipſe ſimoniam committit, contrahentem ſecum poſſit a pęnis liberare. Quam quęſtionem, vt abſolutam magis habeamus, duo caſus explicãdi nobis ſunt. Primus, quando Romanus Pont. expreſſe a pœnis ipſum eximit. Alter, quando nihil dicit.

1 Quoad primum caſum igitur † ex dictis in ſuperiori. §. eius diſſolutio haberi facile poteſt. Nã quo minus peccet, atque idcirco peccati pęna in foro conſcientiæ obligetur, efficere nõ poteſt: ex quo enim ſe ipſum liberare nõ valet, minꝰ alios, arg. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. iũct. l. qui accuſare. ff. de accuſ. atque ſic dixit apertiſſime Nauar. in Man. ca. 23. nu. 108. verſ. Ad vndecimum, Ex quo infertur, ait enim ibi de Romano Pontif. agens, primo non poſſe enm liberare a peccato ſimoniæ alium vendentem, vel ementem ab ipſo rem ſpiritualem, qua parte eſt ſpiritualis; nec ſe ipſum poteſt ab ea excuſare; idem Ioan. Tabien. in verb. Simonia. nu. 6. verſ. Quinto, ibi ideo in illis non poteſt ſe, vel alium diſpenſare, & Borgas. in Tract. de Irregul. & diſpenſ. p. 6. in tit. de ſimonia nu. 16. ibi, Ideo videtur, quòd poſſit incurrere labem ſimoniæ, & Couar. in Reg. Peccatum 2. p. §. 8. num. 8. verſ. Ex eadem D. Thomę ratione,

vbi

vbi & de communi ſententia teſtatur. Excipitur tamen,vbi Romanus Pont. ſimoniam non committit;quod quãdo eſſet,ſupra declarauimus: nã in hoc caſu,ne peccet,eſficere poteſt.

Quoad vero alias pœnas à iure poſitino illatas
2 †pro certo habendum eſt eximere quem ab his Romanum Pont.poſſe; nam ſic inquiunt cit. auctores eiſdem in locis,Archiep.Flor.in 2.p.Sum. in tit.1.c.5.§.2.qui & Petr.de Palud.idem ſentiẽtem refert:& Borgas.in eod.tit.de ſimonia,num. 20.verſ.Dicit etiam idem Petr. & Nauar. eod.c. 23.nu. 108.verſ.Quinto infertur,& in conſ.56.n. 4.& 5.de ſim.lib.5.& Tabiẽ.& Syl. in cit.locis,& Tataret.li.4.d.25.q.1.verſ.Pet.de Palud.quęrit, & hoc ob rationes,quibus nec ipſum in has pęnas ĩcidere ſupra cõcluſimus;ſed de primo caſu ſatis.

3 Quoad alterum vero caſum, † vbi Romanus Pont.nihil dicit,an ementem à ſe ſpiritualia,& ſimoniam committentem à iuris poſitiui pęnis videatur eximere,variæ DD.ſentẽtiæ ſunt. Abb.in c.1.nu.9.de ſimon.in caſibus, in quibus Romanus Pont.ſimoniam cõmittit,etſi ipſum non obligari ait, contrahentem tamen cum ipſo irretiri ſentit,& ſequitur eum Mar.Soc.Sen.in c. à nobis 1.nu.19.verſ.Vtrum ludens de ſent.excom.

Atqui contrariam opinionem ſequuntur communiter DD.Palud.quem refert,ac ſequitur Syl. in verb.Simonia,nu.9.q.4.in verſ.Quantum autẽ ad contrahentes,& Ioan.Tabien.eod. nu.6.verſ. Quinto;nam ait,qui emit ſimoniace beneficium vel ordinem a Papa,pœnam iuris non incurrere, & Tataret.ibid.& Nauar.in Man.ca.23. nu.108. verſ.Sexto quòd auctoritas; nã inquit ibi Romanum Pont.eximere à pœnis ſimoniæ omnes, qui cum eo,vel cum conſenſu eius faciunt actum,qui alias eſſet ſimoniacus, eſto expreſſe ipſos nõ liberet,& Archiep.Flor.in 2.p.Sum.tit.1.c.5.§.2.ꝓpe finem,& Couar.in reg. cit. peccatum.§.8.nu. 9.vbi & alios quoſdam idem ſentientes refert. & Dom.Sot.de iuſt.&iur.lib.9.q.5.ar.2.in reſp.ad ſecund.arg.verſ.Sed hoc tamen ſupereſt dubiũ. Probatur autem primo, quia Romanus Pont. liberare quem à pœna iure poſitiuo impoſita pôt. arg.c.propoſuit de conceſſ.præb.ergo & a pœnis in ſimoniacos illatis liberari poterit: ac plane, ſi eum,qui in pœnas incidit, eximere ab ipſis poteſt,multo magis,ne incidant, id valebit,arg. ca. quemadmodum de iure iur.& l. patre furioſo.ff. de ijs,qui ſunt ſui,vel alien.iur. Hinc, etſi ad hoſtes Chriſtiani nominis arma & alia ꝓhibita deferentes tam iure communi,quam per Bullã Cęnæ Domini puniuntur,tamẽ ab Eccleſiaſticis pœnis Eccleſia,vt immunes ſint, eſſicere poteſt, ſicut etiã ſeculares principes a ſuis,vt probauimus in Tract.de Bulla Cænæ Domini. Secundo facit, quoniam Romanus Pont. ſcit contrahentem ſecum,& ſpiritualia ab ipſo ementem id facere nõ poſſe, & poſitiuo iure impediri; at vbi Princeps ſciens permittit quem actum eum facere, quem non poteſt,ſi impedimentum a iure poſitiuo eſt, diſpenſare cum ipſo cenſetur,arg.l.quidam conſulebant.ff.de re iud.& l.idem Vlpianus.ff.de excuſat.tut.ergo & hic diſpẽſare exiſtimabitur. Tertio facit,quoniam, ſi ſtatuto Epiſcopi caueatur, vt qui aleis ludit, in excommunicationem incidat;qui cum ipſo Epiſcopo ludit, eam pęnã euadit,vt de communi DD.ſentẽtia teſtatur Iacob. de Graff.c.8.nu.42.& c.5.nu.7.libr.4. deciſ.caſ. conſcien. Poſtremo facit, qnoniam de ſtylo Romanæ Curiæ ſic ſeruari teſtatur Caſſado.deciſ.2. de ſimon.quem refert,ac ſequitur Nauar.eod.c. verſ.Sexto infertur Ab hac igitur opinione diſcedendum non eſt; quæ locum habet non ſolum in ijs,quæ ſimoniaca ſunt,quia prohibita; verum ẽt & in ijs,quæ prohibita,quoniam ſimoniaca ſunt: quãuis Fel.in c.de cætero in fine de re iud.auctoritatem Papæ vitium ſimoniæ in ijs purgare tantum dixerit,quæ ſimoniaca ſunt, quoniam prohibita:nõ autem in prohibitis,quia ſimoniaca,quẽ improbat Nauar.ibid.etſi Fel.ſententia locũ habere poteſt reſpectu habito ad peccatum, & pęnam peccati,à quibus Romanum Pont.eximere quem non poſſe antea cõcluſimus in prohibitis, quia ſimoniaca,ſed de his hic non agitur, verum de pęnis a iure poſitiuo in ſimoniacos illatis. Cõcludo igitur nec contrahẽtem cum Papa, & ſimoniam committentem in pęnas iuris poſitiui incidere. Id quod locum habet, vt proxime dixi, vel ſimus in caſibus,in quibus & Rom.Pôtifex ſimoniam committere poteſt. Idem ſi de auctoritate & conſenſu Romani Pont.id fiat.

Excipitur tamen primo, vbi inſcio Romano Pont.ſimonia committeretur,vtpote dedit pecuniam alicui de familia Romani Pont.quo impetraret ſibi beneficium, vel ordinis collationem; nam quod ſimoniam committi ignorat hic Roma.Pont.& impedimentum adeſſe, ob eam rem cum illo diſpenſare non exiſtimatur,arg. cit.l.qdam conſulebant,& ibi DD.ff.de re iud.

Poſtremo excipitur, vbi quis ſpiritualia ab inferioribus Romano Pôt.emeret;in hoc enim caſu vterque ſimoniam committet,& vterque iuris poſitiui pęnis obligabitur;quandoqnidem ei iuri, Romano Pont.excepto, omnes ſubiecti ſunt, vt habetur in c.1.& c.fi.& ibi not. de conſt.atqui de quæſtione hac etiam ſatis; ad poſtremam veniamus.

S V M M A.

1 Simonia an committatur in Romana Curia.

§. VIII.

1 Poſtrema quæſtio eſt,† an in Romana Curia ſimonia committatur. Ioan. de Lignan.in c.1.de ſimon.nec Papam,nec alios in curia exiſtentes ſimoniam committere inquit,ſi Papa id ſciat,& ex certa ſciẽtia id toleret; nam nec lex Iulia de ambitu in curia Principis locum habet, ut dicitur in le.1.ff. de leg.iul. de ambit.& facit Gloſ.in c.præsbyter d.82.& Gloſ. in ca.fi. 1.q.6. Hanc opinionem ſequuntur nonnulli,vt Hoſtiẽ. quem refert Abb.in repe.c.extirpandæ.§. qui vero.nu.53.de præb.in hanc ſententiam, vt ſcilicet

in ijs

in ijs vera ſit, quæ prohibita iure poſitiuo ſunt, id eſt ſimoniaca de iure poſitiuo; idem ſentit Ioan. Tabien. in verb. Simonia. nu. 5. & Syl. eod. nu. 4. q. 4. verſ. Quantum autem ad contrahentes.

Contrariam opinionem ſequuntur nonnulli, vt ait Abb. ibi, & ex parte ſequitur etiam & ipſe. Quid igitur concludendum? Quoniam quæſtionis huius diſſolutio habetur ex ijs, quæ in hoc capite ſupra tradidimus, ob eam rem, vt dilucidior res fiat, regulam ponamus, ex qua habebimus, q̃do in Romana Curia ſimonia, nec ne committatur. Pro regula igitur habendum eſt & in Romana curia ſimoniam cõmitti poſſe; nam, ſi pro Romana Curia Pont. Maxi. accipiamus, & ipſum ſimoniam committere poſſe aliquando concluſimus; qui autem caſus ſint, ſupra explicati ſunt. Si autem accipiatur Curia pro ijs, qui in Curia morantur, multo magis ab ipſis ſimoniam committi poſſe dicendum eſt; nam non ſolum in ſimonia prohibita de iure diuino ſimoniam committunt, verum etiã & in prohibita de iure poſitiuo. Excipitur tamen primo quoad pœnas iuris poſitiui in omni ſimonia, ſi de auctoritate Romani Pont. aliquid huiuſmodi fiat, vt concluſimus ſupra proxime. Item & quoad culpam, ſi eodem auctore in ijs, in quibus diſpenſare poteſt, contrahatur, vt ex antea dictis colligitur. In his igitur duobus caſibus dictum illud verum eſt ſimoniam in Romana curia locum non habere; at quoad reliqua non, ſed iam ad alia trãſeamus.

De Religioſis, an ſimoniam committant. Ca IIII.

S V M M A.

1 *Religioſi multis modis dicuntur.*
2 *Religioſi ſimoniam committere poſſunt.*
3 *Moniales ſimoniam committere poſſunt.*

1 QVoniam hic agendum eſt, an religioſi ſimoniam committant: † & religioſi quandoq; pro omnibus Chriſtianis accipiuntur, quandoq; pro viris pijs, ac Deum timentibus, q̃doq; pro clericis, quandoq; pro profitẽtibus tria vota obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis, vt inquiunt Syl. in verb. Relig. 1. & Tabi. eod. ob eam rem de his poſtremis non hic agere admonendũ cenſuimus: hi enim proprie communi loquendi vſu religioſi dicuntur; hi de quibus egit abunde S. Thom. 2. 2. q. 185. an igitur ſimoniam committant, videamus.

2 Concludendum igitur eſt, † & pro certo habẽdum religioſos quoq; ſimoniam cõmittere poſſe: nam id & iuribus, & rationibus probatur. Iuribus in c. non ſatis, & in c. querelam, & in cap. veniens ad nos, & in c. de regularibus, & in ca. dilectus filius, & in ca. licet cum ſimil. de ſimon. Rationibus, nam ſimonia eſt crimen; at crimẽ & religioſi committere poſſunt, vt per ſe patet, ergo & hoc. Poſtremo ſimonia contrahendo committitur, vel de facto quis contrahat, vt habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. ergo & religioſi huiuſmodi committere id poterunt; nõ eſt igitur, quod hac de re dubitemus.

3 Quæ autem de religioſis diximus † eadem & de monialibus ſentimus, nam & ipſæ ſimoniam committere poſſunt, arg. c. quoniam ſimoniaca labes de ſimo. & extrauag. ſane eod. Verum, quoniã religioſi, qua tales ſunt, & ante ingreſſum religionis, & poſt ingreſſum ſimoniam committere poſſunt: ob eam rem prius de ſimonia commiſſa ante ingreſſum, ac deinceps de commiſſa poſt ingreſſum, agamus; id quod in ſequenti præſtabimus; hac enim ratione abſolutam materiæ huius cognitionem habebimus.

S V M M A.

1 *Ingreſſus monaſterij gratia, ideſt pro ingreſſu monaſterij, & vt quis in religionem recipiatur, an quicquam dari, recipiue ſine ſimoniæ vitio poſſit.*
2 *Religiones an poſitiuo iure inſtitutæ ſint.*
3 *Spiritualitas vbi cõſiſtat in religionis ingreſſu, quãobrem precij nomine aliquid dando ſimonia committitur.*
4 *Ingreſſus monaſterij gratia precij nomine nihil dari poteſt, quin ſimonia committatur.*
5 *Ingrediens monaſterium, ſi quid ſponte, pureq; offerat monaſterio, ſimoniam non committit.*
6 *Ingreſſus monaſterij cauſa, ideſt pro ingreſſu monaſterij, an victus nomine conueniri poſſit, vt aliquid detur, præſertim, vbi monaſterium tenues facultates habet.*

§. I.

1 QVæſtio, quæ nobis explicanda prius offertur, hæc eſt, † an pro ingreſſu monaſterij, & habitu concedendo, ideſt, vt quis in religionem aliquã recipiatur, quicquã dari, accipiue ſine ſimoniæ vitio poſſit. In qua quæſtione DD. varij fuerunt.

Gloſ. in c. non ſatis, recipi aliquid poſſe dixit, ſi ſponte, & ſine vlla conditione, & pura mẽte detur, & pro hoc allegat ca. tua nos de ſimo. vbi hoc expreſſum habetur, ſi pure, & ſponte quid eccleſiæ offeratur, ſimoniam non committi; ergo idẽ & hic. Hanc Glo. not. Abb. ibi nu. 6. ex qua etiam docet, vbi puella in monialem recipitur, quã rõne inſtrumentum conficiendum ſit, ne quid dando ſimonia cõmittatur, vt ſcilicet nihil ex pacto detur, ſed vel ipſa puella, vel eius pater pure, & ex pietate monaſterio aliquid offerat. Hæc Abb. ibi, quem ſequitur Mar. Soc. Sen. nu. 6. & Pau. Fuſch. de viſit. & regimin. eccl. lib. 2. c. 15. nu. 54.

Ead. Gloſſ. inquit ibi in alio caſu ſimoniã non committi, ſi quid detur, accipiatur, vbi ſcilicet monaſterium tenues facultates habet: nam tunc ſic proteſtari poſſe ait, Frater ſcias non poſſe de victu nos tibi prouidere, ſi vis religionem hanc ingredi, afferas tecum, vnde viuas. Hæc Glo. quã & hic cit. auctores ſequuntur. Idem inquit Gloſ. in c. quoniam in verb. Paupertatis eod. Verumtamen hoc eſſe inquit Abb. in eod. c. non ſatis, vbi pactum non interuenit, & in hoc caſu dictũ Inn. accipien-

accipiendum eſſe in c.tua nos de ſimon. qui con
trarium ſentire videtur, vt ait Abb.ibi. Eadē Gl.
tamē in cit.c.quoniam tutius eſſe inquit, vbi mo
naſterium de victu proſpicere nō poteſt, ne quis
ab eo recipiatur. Hæc Gloſſ.

S.Thom.vero 2.2.q.100.art.3.in reſp. ad ter-
tium argumentum, pro ingreſſu monaſterii ni-
hil quaſi precium exigi, accipiue poſſe licere ait;
ſed ſi monaſterium tenue ſit, vt tot perſonas alle
re nequeat, gratis ingreſſum concedendum ait,
& pro victu aliquid deinceps accipi poſſe, & eum
ſequitur Sylu.in verb.Simonia.q.15.verſ.Scien-
dum, & alii multi ab eo ibi citati, & Angel. eod.
4.& Tabien.eod.num.63. cum ſeq. & Nauar. in
Tract.de redit.eccl.monit.62.nu. 2. verſ. Secun-
do tamen dicimus, quamuis aſſerat ibi non plus
recipiendum eſſe eo, quod ad alendum ingreſ-
ſum ſat ſit. Hanc eandem opinionem ſequitur
Paul.Fuſch.in Tract.de viſit.& regim.eccl.lib.2.
cap.15.nu.54.

At Viu.in ſua Syl.opin.724.num.10.cum ſeq.
ſimpliciter aſſerit nec paupertatis prætextu, nec
adhibita illa cautione tradita p Gloſ.in cit.c.nō
ſatis, quicquam recipi poſſe; quandoquidem om
nis pactio, & conuentio ceſſare debet in hmōi ca
ſibus, vt habetur in c.quam pio 1.q.2.& ob hanc
etiam rationem, quoniam in monaſteria tot reci
pi debent, quot ſuſtētari eorū facultatib. queūt,
vt habetur in c.vnic.de ſtat.regul.lib.6. & vt tra-
didit Trid.Synod.ſeſſ.25.c.3.de reform.etenim
hoc factum eſt, vt Viu.ait, ne ſimonia committa-
tur, & hanc opinionem tenere inquit D. Diony-
ſium Carthuſianum.

Quid igitur concludendum? Quo abſolutam,
& explicatam magis quæſtionē hanc habeamus,
præmittenda hæc ſunt. Primum religiones quo
iure inſtitutæ ſint; alterum, ſpirituale quid in ip-
ſis ſit, quamobrem ſimonia committatur, ſi pre-
2 ciū detur, quo quis in ipſas recipiatur. † Quoad
primum igitur dico religiones ſiue virorum, ſiue
mulierum, in quibus, qui in eas ingrediūtur, tria
vota profitentur, paupertatis, obedientiæ, & caſti
tatis, a iure poſitiuo eſſe. Primum, quoniā a Deo,
Chriſtoq; Domino inſtitutæ nō ſunt; nullo enim
iure id cautum habetur, ergo ab Eccleſia auctori
tate ipſius diuinitus tradita inſtitutas eſſe dicen
dum eſt. Secundo, quoniam nulla religio huiuſ-
modi licita eſt, & recipitſ, quæ ab Eccleſia appro-
bata non ſit, vt habetur in c.fi.de relig.dom.& in
Clem.1.eod.& in Extrauag.Ioan.22.incip.Quia
mater Eccleſia; at, ſi iure diuino inſtitutæ eſſent,
Eccleſiæ probatione non egerent.arg.c.cum in-
ferior de maior.& obed.Poſtremo, quoniam re-
ligiones inſtitutæ ex cauſa etiam ab Eccleſia ex-
tinguuntur, ſicut extincta fuit a Pio V.religio fra
trum humiliatorum regulę S.Benedicti, vt habe
tur in eius Bulla incip. Quemadmodū ſolicitus
pater ab eo lata anno Domini 1570.Septimo Id.
Februar.Pont.ſui Anno Sexto. Non igitur a iure
diuino ſunt; non enim ab Eccleſia tolli poſſent ar
gu.cit.c.cum inferior, & §.ſed naturalia in Inſti.
de iur.nat.gent.& ciuil. Non eſt igitur q hac de
3 re dubitemus, & de hoc ſatis. † Quoad alterum,
quid ſpirituale, ſcilicet religiones habeāt, quam-
obrem ſimonia committitur, ſi quidpiam precij
nomine detur, quo in ipſas recipiatur, dico ſpiri-
tuale in hoc conſiſtere, quoniam, ex quo pfectio
charitatis religionis ſtatus finis eſt, vt ait S. Tho.
2.2.q.185.art.2.in reſp.verſ.Dictum eſt autem;
in ipſo enim ſtatu ſe quis exercet quo ad perfe-
ctionem charitatis perueniat, videretur, ſi pro re
ligionis ingreſſu precium tribueretur, emere qs
velle, & vendere perfectionem charitatis, & cha-
ritatem ipſam, quæ eſt Dei donum, quòd a Deo
gratis nobis datur, vt habetur in c.gratia, & in c.
qui ſtudet 1.q.1.& ob id gratis dādum, ne ſimo-
nia committatur, quādoquidem nec pretio ęſti-
mari poteſt. Addo, ſi pretio ingreſſus monaſterij
compararetur, videri poſſe nos emere facultatē
inſeruiendi Deo, & diuina faciendi, quod etiam
ſpirituale eſt, & ob id ſimonia in ipſius alienatio
ne pretio facta committeretur. His præmiſſis.
4 Primum concludo, † & pro certo pono pro in
greſſu monaſterii, receptioneque, & habitus ſeu
veſtitus monaſtici datione precii nomine nihil
dari, petiue poſſe ſine ſimoniæ vitio. Id quod pro
batur primo in ca. veniens de ſimon. nam, quòd
monaci receperant quendam in monaſterium,
& habitum monaſticum eum induerant, propte
rea quod ei triginta ſolidos promiſerat, mādat
ibi Summus Pontif. vt monaci illi puniantur; id
quod non aliunde fit, quam quòd deliquerāt: nō
enim punirentur, ſi delictum non commiſiſſent.
arg.l.ſancimus.C.de pœn.& l. Grachus.C. de a-
dult. Item ſimoniam committendo, id quod in-
dicat nobis titu.de ſimon.ſub quo canon ille ve-
niens collocatus eſt; nam leges, & canones ad ti-
tulum ſub quo ſunt, interpretari debemus arg.l.
imperator.ff.de in diem adiect. & vt dixit Iaſ. in
l.ſi filius, qui in poteſtate.n.32.ff.de lib.& poſth.
ergo pretii nomine nihil dari, recipiue poteſt p
ingreſſu monaſterii, alioquin ſimonia commit-
titur. Idem habetur in c.de regularibus, & in ca.
dilectus filius 2.& in c.quoniam eod. de ſimon.
Idem in cap.1.q.2.in principio.& in ca.nulla, &
in ca.fin.ead.& ibi quoque Gloſſ.Sum. quæ iura
ſemper loquūtur, vbi pro ingreſſu monaſterii ali
quid datur, & promittitur, & ſimoniam commit
ti ſemper inquiunt. Facit quoque Extraua.ſane,
ne in vinea Domini eod.de ſimon. Secundo id p
batur etiam ratione; nam ingreſſus monaſterii,
& monaſtici habitus ſuſceptio ſe habet ad ſpiri-
tualia, ſicut præſentatio, electio, nominatio, po-
ſtulatione ad dignitatem Eccleſiaſticam; nam, ſi
cut per hęc paratur via ad ordinis, iuriſdictionis-
que Eccleſiaſticæ, functiones exercendas: ita per
ingreſſum monaſterii, & receptionē habitus mo
naſtici præparat quis ſibi viam ad profeſſionem,
quæ eſt ſpirituale quoddam, qn̄quidem per eam
qs profitetur religionis ſtatum, q a Chriſto Do-
mino demonſtratus eſt, dum dixit; Si vis pfectus
eſſe. vade, & vende omnia quæ habes, & da pau-
peribus, & ſequere me, vt dixit Caiet.2.2.q.100.
artic.6.verſic. Mihi videtur, quòd hæc reſponſio

non valeat:at ſimonia committitur,vbi quid prę ſtatur,promittiturue,vt quis eligatur, præſentetur,nomineturue ad beneficium aliquod Eccleſiaſticum,vt habetur in c.de hoc,& in ca.cum eſſent,& in c.ex diligenti,& c.nobis,& c.pen.de ſimon.ergo ſi quid detur, promittaturue, quo in monaſterium,monachumue quis recipiatur,aut monaſticus habitus præbeatur,ſimonia committetur.Tertio facit,nam ſi precium dari poſſet pro ingreſſu monaſterij,vt quis ꝑfectæ charitatis donum conſequeretur,Deoque inſeruiret,emere videretur,vt ex præmiſſis conſtat;at donum Dei,& ſpiritualia huiuſmodi vendi non poſſunt, quin ſimonia committatur, ergo precij nomine pro ingreſſu monaſterij nihil dari,recipiue debet, atq; ſic ſenſit S.Tho.2.2.q.100.art.3.in reſp.ad 3.nã inquit ibi,Pro ingreſſu monaſterij non licere quicquam exigere,vel accipere quaſi precium, & ſequuntur eum citati antea; & Nauar. in conſ.86. de ſimo.lib.5.communem hanc etiam opinionẽ eſſe teſtatur Viu.in ſua Syl.opi.714.nu.10.& Archiep.Flor.in 2.p.Sum.Tit.1.c.5.§.18.verſ. Primo quod nulla.

Ab hac igitur concluſione diſcedendum non eſt,quæ locum habet,vel ob paupertatem preciũ pro ingreſſu monaſterij,habitune monaſtico prębendo tribuatur,nam nihilominus ſimonia committitur,vt habetur in cit.c quoniam;cum enim ibi perlatum eſſet Romano Põt.paucas ſine precio in ſorores à monialibus recipi, allegantibus, vt ſimoniam tegerent,paupertatem; pęna propoſita contra delinquentes prohibet ibi,ne id in poſterũ fiat: Quoniã ſimoniaca labes,dicitur enim ibi,adeo pleraſq; moniales infecit,vt vix aliquas ſine precio recipiant in ſorores paupertatis prætextu,volẽtes huiuſmodi vitium palleare;ne id de cætero fiat,pœnitus prohibemus,ſtatuentes,&c. Ecce hic paupertatis nomine nihil precii,quo qs in monaſterium recipiatur,peti poſſe;idque iure merito,nam ſpiritualia,quatenus talia ſunt, nec vrgẽte neceſſitate alienari poſſunt; etſi ſecus quo ad id,quod temporale habent, vt antea de calice conſecrato,& huiuſmodi concluſimus. Etenim receptio,& datio habitus, eſt ſpirituale quoddã, vel ſpirituali annexũ nam per eam fit quis perſona eccleſiaſtica, adeo vt eã percutiens in excõicationẽ incidat,vt habetur in c.religioſo,de ſen.excom.lib.6.atque ſic dixit Nauar.in eod.conſ.

Item locum habet concluſio hæc etiam ſi conſuetudo adſit,vt precii nomine aliquid detur; nã & tunc ſimonia committitur,vt habetur in c. veniens de ſimon.& ibi Gloſſ. & c.fi.1.q.3. etenim abuſus,& corruptela potius, quam laudabilis cõſuetudo hæc eſt,& dicitur in c. ſicut pro certo de ſimo.& in ead.extrauag.ſane,ne in vinea Domini;nam,ſi laudabilis conſuetudo eſſet,non precii nomine daretur.

Tertio locum habet,eſto datum, acceptumue in pium vſum vertatur; nam nihilominus ſimonia committitur, vt habetur in cit. extrauag. ſane,ne in vinea Domini, & vt nos antea id quoq; probauimus.

Quarto locum habet etiam in Romano Pont. Ne repugnat, ſi dicatur religiones poſitiuo iure inſtitutas eſſe,cui iuri Summus Ponti. ſubiectus non eſt,vt habetur in c.propoſuit de conceſſ.præben.nam & conſecrationes, & benedictiones ab eo iure ſunt,& tamen,quia ſpirituales ſunt, vendi nequeunt, cuiuſmodi ingreſſus in religione etiam eſt, ea enim ſolum iure poſitiuo inſtituta alienari poſſunt, quæ ſpiritualia inſtitutione facta nõ ſunt,ſed ſolum prohibitione,ideſt,vbi cautum eſt,vt ſimonia committatur, ſi alienẽtur precio interueniente.

Poſtremo locum habet, eſto quid parũ detur arg.cit.extrauag.ſane,ne in vinea Domini, & ca. ex diligenti eod.de ſimo.nam,eſto modicum detur,ſimonia tamen committitur, ſi precii nomine detur,ut id etiam ſuo loco probauimus.

Hæc autem,quæ diximus multo magis locum habent,vbi quis precii nomine pręſtaret,promitteretue, quo ad profeſſionem admittatur, nam per eam quis obligatur immediate ad inſeruiendum Deo in paupertate,obedientia,& caſtitate, vt habetur in ca.vnic.de vot.lib.6.& vt dixit Syluest.in verb.Religio.1.in principio. Poſtremo antecedentia ob hanc prohibentur precio comparari,ergo multo magis hæc, ꝓpter quod enim unumquodque eſt tale, & illud magis tale,argu. auth.multo magis.C.de ſacroſanc.Eccl.& l.oratio.ff.de ſponſ.

5 Secundo concludo, † & pro certo pono,ſi ſpõte,libere,pure & nulla interueniente conuentione,uel pacto, ſed mera liberalitate aliquid ab eo detur, qui in monaſterium recipitur, uel antequam in monaſterium ingrediatur, uel in ipſo ingreſſu,legitime dari, & ſine ſimoniæ uitio recipi.Et hoc ob cap.tua nos de ſimon. ubi hoc propẽmodum expreſſum habetur, ſi enim dicitur ibi,quis offerat ſuæ eccleſiæ libere,ac pure, ac deinceps roget,vt in canonicum recipiatur,Roma. Pontif.ſimoniam hunc ibi non committi hac de re conſultus reſpondit,atque ſic Gloſſ.not.in ca. non ſatis de ſimon. & eam not. ac ſequitur ibi Abb.num.6.Idem, & apertius habetur in extrauag.ſane,ne in uinea Domini.uerſic.Illa duntaxat eod.de ſimon.nam ibi,poſteaquam propoſitis grauiſſimis pœnis prohibuit, ne quid pro receptione alicuius ad obſeruantiam regularem, ideſt pro receptione in religionem recipiatur, deturue ui ſtatuti,ſeu conſuetudinis; excipit tamen,ſi quid ul ro offeratur: Illa duntaxat, ait enim ibi, quæ perſonæ ipſæ ingredientes pure, & ſponte, & plena liberalitate, omnique pactione ceſſante dare, uel offerre eccleſiis, monaſteriis, prioratibus,domibus,& locis huiuſmodi uoluerint cum gratiarum actione licite recepturi.Concluſio igitur hæc veriſſima eſt, & dubitatione caret;nam & quodcunq; ſacramentum recipiens ſimoniam non committit ſi quid ſponte, libereq; elargiatur.Cõis denique opinio hęc & tã à Theologis,quam à iuris pontificij interpretibus recepta eſt,vt teſtatur Viu.ead.q.nu.11.& Archiepi. Flor.in 2.p.Sum tit.1.c.5.§.18.in princ.

His

His duabus concluſionibus præmiſſis tanquã
6 ab omnibus,& communiter receptis, † teſtat,vt videamus,an pro victu, & alimentis eius, qui in monaſterium recipiendus eſt,pactio,conuentio uè interuenire,fieriue poſſit. In qua quæſtione, etſi DD.varij ſunt,vt ſupra vidimus, ego tamen omiſſa,quæ in hac re fit, confuſione, breuiter ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur, an diuino iure ſimonia committatur,ſi conuentio, pactio-ue interueniat,vt pro victu quid præſtetur. Et in hoc caſu ſentio nullo modo ſimoniam committi. Primo,quoniam non pro ſpirituali,ſed pro tẽporali pactio interuenit, & pro victu, vt in facto proponitur:at diuino iure ſimonia non committitur,vbi pro temporali temporale datur, vt antea vidimus,ergo neque hic. Poſtremo, qui miſſæ ſacrum,diuinaque alia officia pro quopiam ſe facturum promittit, paciſci antea poteſt, vt pro alimentis aliquid ipſi detur: ergo & hac ratione concludi debet, conueniri poſſe cum eo, qui in monaſterium recipiendus eſt, vt aliquid pro victu præſtet:non enim minus prædicta ſpiritualia ſunt,quam receptio in monaſterium, vel monachum, immo magis, & in hanc ſententiam dictũ S.Thom. accipiendum cenſeo 2.2.q.100.ar.3.in reſponſion.ad tertium,& qui eum ſequuntur, & Ang.in verb.Simonia.verſ.4.Sed tu tene,& Sylu. eod.verſ.Secundum,ibi.Et ita oportet etiam dicere in conſcientia,idem & apertius Guliel. Redoan.de Simon.p.2.vbi quæſtionem hanc diſputauit.c.29.nu.12.verſ.Sed tu tene, & nu.13.verſ. Ad capitulum.

Aut quæritur, an poſitiuo iure ſimonia committatur. Et in hoc caſu concludo ſimoniam cõmitti. Primo ob hanc potiſſimum rationem,quoniam id prohibitum habetur in cit.extrauag. Sane,ne in vinea Domini de ſimon. ibi enim prohibetur omnino, ne quid tale exigatur: eſto ſtatutum, cõſuetudoue extaret;cum enim ibi Romanus Pont.abuſus quoſdam recenſuiſſet, qui ſeruabantur,dum quiſpiam in religionem aliquam ingrederetur,reciperetúrque, eos corrigere volens ſic,inquit. Nos igitur huic morbo peſtifero cupientes congruam adhibere medelam,& alijs pœnis in talia præſumentes inflictis a iure in ſuo robore duraturis, pœnam adijcere grauiorem, vniuerſis Abbatibus,prioribus,decanis, præpoſitis,& magiſtris,necnon abbatiſſis, & prioriſſis, alijsque prælatis,quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcũque Eccleſiarum, monaſteriorum,prioratuum,domorum,& locorum quorumlibet religionum, ordinum, etiam militarium,tam exemptorum,quam non exemptorum,quocunque nomine cenſeantur,ac Capitulis,& Conuentibus,& ſingularibus perſonis eorum,tenore præſentium auctoritate apoſtolica, (quamuis ſit eis à iure inhibitum) diſtinctius inhibemus,ne tam a maribus, quam à mulieribus volentibus ingredi eorum religionem,eccleſias, monaſteria,prioratus, domus,ſeu loca in earundem perſonarum receptione,aut ante, vel poſt illam,quoſcunque paſtus,prandia,ſeu cœnas, pecunias,iocalia,aut res alias,etiam ad vſum eccleſiaſticum,ſeu quemuis pium vſum alium deputata, vel deputãda directe, vel indirecte petere,vel exigere quoquomodo præſumant;ſed eas potius cũ omnimoda pietate recipiant,ac in victu,& veſtitu ſicut alias perſonas ſuarum eccleſiarum, monaſteriorum,prioratuum,domorum,& locorum ſyncera charitate pertractent,&c Ecce hic apertiſſime prohiberi,ne quid quacunque occaſione exigatur,petaturue,ergo nec pro victu. Secundo probatur id etiam,quoniam rationes, quamobrem prohibitum eſt, ne quicquam etiã pro victu recipiatur,referuntur in cit.extrauag.verſ. Ex quibus:non enim ea eſt,quòd pro ſpirituali hæc dentur,& promittantur, quo caſu ſimonia à iure diuino prohibita committeretur, ſed primo,quia decori Eccleſiaſticæ, & immaculatæ religionis detrahitur,quippe quia videtur venalis reddi,vnde ſcandalum naſcitur. Item,quoniam plures expenſarum onere à ſacræ religionis propoſito retrotrahuntur:tertio,quoniam diuinus cultus diminuitur,ex quo pauciores in religiones ob onera ingrediuntur. Poſitiuo iure igitur ſimonia hic committitur. Tertio facit,quoniam,(vt habetur in compendio Priuilegiorum religionũ in verb. Moniales in vltim.& refert Nauar. in Man.c.27. nu.106.verſ.Quarta) Clemens VIII.conceſſit,vt moniales nullam ſimoniæ pœnam incurrant propter pacta,& conuentiones in dotibus monialiũ factas in commodum earum uictum; ergo poſitiuo iure prohibitum eſt, & ſimonia eodem iure committitur:nam, ſi eo iure pactio fieri pro alimentis,& victu poſſet, non neceſſario requireretur,nec ad id priuilegio opus eſſet; fruſtra enim petimus a Principe,quod habemus à lege l.1.ff. ad municip.de inco.ſi itidem diuino iure id uetitum eſſet,Eccleſia diſpenſare in hoc non poſſet, ut antea uidimus. Concludo igitur poſitiuo iure prohibitum eſſe, ne pro uictu,& alimentis eius, qui in monaſterium, & religionem recipiendus eſt,conueniatur,& minus ob alias cauſas. Imo, vel ad uſum pium nihil exigi ex pacto licere, & hanc concluſionem, & antecedentes uetiſſimas cenſeo, ut quæ ex medullis canonum deprom-ptæ ſint.

Excipitur tamen hodie ob priuilegium conceſſum monialibus, ut diximus proxime, nam pro dotibus ad uictum ipſarum pertinentibus ex priuilegio, quod habent, moniales paciſci poſſunt, id quod dixit Nauar. eod. uerſ. & Ioannes baptiſta Antonucius in Catecheſi Neapolitana lib.5.de ſimon.cap.12.uerſ.Tertio ſcias. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo, ſed de ſimonia,quæ ante ingreſſum monaſterij committi poteſt,hactenus,iam,quãdo committatur, ubi quis in monaſterium receptus eſt, agamus, cum prius tamen explicauerimus, an receptus in monaſterium, uel monachum per ſimoniam, ſi in ea profiteatur præſertim,& receptio, & profeſſio ualeant.

S V M M A.

1 *Receptio ſimoniaca in monaſterium an valeat.*
2 *Habitus monialis tributio ſimoniaca an valeat.*
3 *Profeſſio ſimoniaca facta in aliqua religione an valeat.*

§. II.

Quæſtio propoſita nobis explicãda proxime hæc eſt, an receptus in monaſteriũ, vel monachum ſi quid tribuat, quo ad profeſſionẽ admittatur, ꝓfeſſio ſimoniaca valeat. Abb. in ca. veniens. nu. 4. de ſimon. & Mar. Soc. Sen. & Fel. concludunt monachum per ſimoniam receptũ remanere monachum, idem Anchar. nu. 4. & Io. de Anan. Probatur autem horum ſententia, primo per c. veniens. de ſimo. nam ibi recepto quopiam in monachum per ſimoniam præcipitur, vt in alio monaſterio in habitu monaſtico ipſi Deo inſeruiat: ergo monachatus valuit. Contra inquiunt nonnulli eo iure propoſitam concluſionem nõ probari; tum quod in initio appellatur, qui in monachũ receptus erat, presbyter: tum qđ eſto præcipiatur, vt in alio monaſterio Deo inſeruiat, tamen id fit, vt pœnitentiam agat, non autem ꝙ monachus remãſerit. Hæc Ant. & qui cum ſequũtur, cuius reſponſiones mihi non probantur. Nõ prior, quandoquidem ante monacatum presbyter erat; non enim veriſimile eſt poſt ingreſſum monaſterij tã breui temporis ſpatio presbyterũ factum eſſe, cum & olim interuallum quoddam inter ſuſceptionem ordinũ intercedere deberet, vt habetur in c. 2. & ſeq. & in ca. literas veſtras, & in c. dilectus de temp. ord. Nõ poſterior; eſto. n. in alio monaſterio vt ſit, præcipiatur, quo pœnitẽtiam agat, tamẽ in habitu monaſticho, vt id fiat, additur, ergo monachus remãſit: ita inquit Abb. Quę tamen reſponſio euitari poteſt; primum, qa de profeſſione nulla mentio fit. Deinde, qm̃ presbyter, qui pecuniam dederat, vt in monaſterium reciperetur, bona fide dedit, quamobrem etiam fit, vt pecunia ei reſtituatur, vt diximus antea. Poſtremo, qm̃ ante profeſſionem multũ temporis, ſaltem anni ſpatium, intercedere debet, vt dr̃ in c. ad apoſtolicam de regu. quod temporis ſpatiũ interceſſiſſe ibi non apparet, immo etiam cõtrarium, ſ. ſtatim, atque receptus ille fuit, ipſum Romanum Pont. adiuiſſe; ex quo igitur Canon ille de profeſſione non loquitur, nec loqui ẽt poteſt, fruſtra ad quæſtionem noſtram allegatur. Vnde ſecundo citatur c. qm̃ de ſimon. nam ibi etiam iubetur, vt moniales, quę per ſimoniã receptę ſunt, ſi in alijs monaſterijs recipi nequeunt, ne damnabiliter in ſeculo vagentur, per diſpenſationem in eodẽ recipiantur, ergo tenet receptio: nam, ſi nõ tenuiſſet, damnabiliter non vagarẽtur in ſeculo; quandoquidem laicæ remanſiſſent, quibus in ſeculo vagari licet, non aũt monialibus, quæ iam ꝓfeſſæ ſunt, vt habetur in c. ſi. de reg. Hic quoq; canon mea ſententia nõ probat, tum ꝙ receptio ipſa ſimoniaca fuerat in recipiendo in ſorores, non autem ad profeſſionẽ, vt dicitur ibi in principio; tum quòd multũ temporis interceſſerat, ex quo moniales illæ fuerãt receptæ, & ob id loquitur de illis, quæ ante ſtatutũ illud Synodale ꝑ ſimoniã fuerant receptę: quare profeſſio fieri potuit ſine ſimonia. Addo loqui poſſe iura allegata, vbi receptę volebant remanere in monaſterio. Poſtremo probatr̃ ſentẽtia hæc, qm̃ ꝑ monachatũ quis Deo obligatur, ergo obligatio per ſimoniã nõ vitiatr̃: nam nec excõicatio vitiat monachatũ, vt habetr̃ in c. cum illorũ de ſen. excom. ergo nec ſimonia.

Quare contrariã opinionem nonnulli amplexati ſunt, ſ. profeſſionem nõ tenere. Et hoc ob tã rationem, qm̃ in cit. c. veniens de ſimon. præcipitur, vt pecunia reſtituatur ipſi, qui cã dedit; ergo monachatus, & profeſſio non tenuerũt; nam, ſi teneret, pecuniã habere non poſſet, ex quo propriũ haberet, quod eſt contra ſubſtantiã monacatus; nõ enim propriũ habere poſſunt monachi, vt habetur in c. cum ad monaſteriũ de ſtat. monac. & vt dixit Glo. in c. ſi. verſ. Item quid ſi dicat Profiteor de cõd. appoſit. & ſequitur Abb. ibi, & Card. Hæc tamen ratio nihil facit; nam non idcirco pecunia ei reſtituitur, vt eam propriam habeat, vbi monachus erit, ſed vt ſecum eam afferat, & eam aliud monaſterium habeat, ita DD. ibi.

Quid igitur concludendum? Ego tria contem
planda eſſe cenſeo, quo materiã hanc abſolutam
1 magis habeamus. † Primum, an receptio ipſa in
monaſterium ſimoniaca valeat. Et in hoc caſu te
neo ipſam valere; & hoc ob eam rõnem, qm̃ ſic re
cepti, coguntur renunciare eidem loco, & mona
ſterio, in quod recepti erant, vt dr̃ in c. de regula
ribus in verſ. Omnino dimittãt, & in verſ. Cogas
eos ad renunciandum de ſimon. ergo receptio il
la tenuit, quandoquidẽ renunciatio eſt iuris acq
ſiti dimiſſio arg. tot. tit. de renunc. non enim re
nunciatione opus eſſet, ſi receptio non valuiſſet,
cum priuatio non detur, vbi habitus non eſt. arg.
l. nemo poteſt videri. ff. de regu. iur. & l. decẽ, vbi
not. ff. de verb. oblig. Quoad receptionem igitur
in monaſterium teneo receptionem valere, atq;
ita indicant iura ſupra allegata; q̃uis renunciare
illud debeat, & in aliud transferri; vt antea vidi
2 mus. † Alterum eſt, an habitus tributio valeat, &
in hoc ẽt caſu idem cenſeo, ſ. valere; nam nullo iu
re probatur ſic receptum monachali habitu pri
uandum eſſe, immo iubetur, ut in habitu mona
ſtico in alio monaſterio Deo inſeruiat, vt dr̃ in ci
3 ta. c. ueniens. † Tertium eſt, an profeſſio ipſa va
leat, de qua in primis qõ eſt, & in hoc caſu teneo
etiam profeſſionem ipſam ualere. Primo, quoniã
nullo iure cautum eſt profeſſionem per ſimoniã
factã nõ ualere, ergo nec nos id dicere debemus.
arg. l. de precio. ff. de publ. in rem act. Præterea,
qm̃ ſolum iure præcipitur, ac cautum habetur, ut
per ſimoniam receptus uel in monachum, uel in
monaſterium, in aliud monaſterium transferatr̃,
ſicut in cit. c. ueniens, & in c. de regularibus & in
c. quoniam de ſimon. nullum autem uerbum de
profeſſione, ergo ſine dubitatione ualet. argu. l.
cum prætor. ff. de iud. & c. non ne de præſum. Ter
tio, quoniam vbi Eccleſia voluit actum per ſimo

niam

ſsiam non valere, id expreſſit, vt habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. nam ibi electiones, & collationes beneficiorum per realem ſimoniam factas, nullas reddit, quod de profeſſione non facit, ergo valet. Quarto, quoniam profeſſio eſt obligatio quædam, & votum, quę cum peccato eſſe poteſt, arg. c. vnic. de vot. lib. 6. iunct. c. cum illorum de ſent. excommu. etenim excommunicatus hominum communione vtẽs peccat, vt dicitur in ca. illud de cler. excomm. min. & in c. pen. de ſent. excom. & tamen receptio excommunicati in monaſterium valet, ergo & per ſimoniam facta profeſſio. Confirmatur ratio hæc, quoniam & ordo, qui non minus ſanctior eſt ipſa profeſſione ob characterem, qui cũ peccato eſſe poteſt, per ſimoniã recipitur: ergo & profeſſio emiſſa valet; ita igitur iuris eſſe cenſeo, atque concludo, atque ſic ſentit Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 8. ar. 1. in reſp. ad argumẽtum quintum. Et de hac quæſtione itidem ſatis.

S V M M A.

1 *Religioſus ſimoniam committit, ſi pecuniam tribuat, quo ordinis functionem exerceat.*

2 *Religioſus pecuniam offerens, vt præſentetur Epiſcopo, quo ad ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrandũ eum admittat, ſimoniam committit.*

3 *Religioſus an ſimoniam committat, ſi vt opulẽtum locum habeat, vbi concionetur, pecuniam tribuit.*

4 *Religioſus ſimoniam committit, ſi pecuniam præſtet, quo capellaniam habeat.*

5 *Religioſus ſimoniam committit, qui pecuniã tribuit, vt fiat Generalis, Prouincialis, Viſitator, Prior, Abbas &c.*

6 *Religioſi eligentes ad generalatum, prioratum, aliãue dignitatem eccl. monachum pecunia corruptiſi ſimoniam committunt.*

7 *Religioſi an ſimoniam committant, ſi pecuniam præſtent, quo habeant officia, quæ in monaſterijs ſunt, ſed ſunt facti.*

§. III.

Vidimus hucuſque, quãdo à religioſis ſimonia committatur ante religionis ingreſſum & receptionem; modo videamus, vbi in monaſterium quis iam receptus eſt; in quibus caſibus monachus ſimoniã committat, quo functionem aliquam ibi habeat, quam rem, vt dilucidiorem habeamus, tres caſus contemplabimur. Primum, vbi aliquid tribuitur, quo ea, quæ ordinis ſunt, conſequatur. Alterum, quo ea, quæ iuriſdictionis, vel ipſam iuriſdictionem. Poſtremum ea quæ facti potius ſunt.

1 Quoad primum igitur † concludendum eſt ſimoniam committi, ſi pro exercenda functione aliqua ordinis in monaſterio pecuniam tribuat arg. c. ad noſtram de ſimo. Mandamus, ait enim ibi Romanus Pont. quatenus ꝓ miniſterio exercendo, &c. nullatenus pecuniam exigatis. Hæc ibi: ſi ergo pro eccleſiaſtico miniſterio exercendo nihil exigi debet, alioquin ſimonia committitur, nec pro functionibus ordinis exercendis, pecunia tribui debet, ne ſimonia committatur; quandoquidem functiones hæ omnium maxime eccleſiaſticæ ſunt. Idem habetur in c. cum in eccle-

2 ſiæ, & in c. ea, quæ cum ſimil. de ſimon. † Quare, quod vt fratres cuiuſcunq; ordinis pœnitentium confeſſiones audiant, neceſſario poſtulatur, vt à ſuo Priore offerantur Epiſcopo loci, vbi monaſteriũ eſt, quo ipſi probentur ad confeſſiones audiẽdas, vt habetur in Clem. dudũ. §. ſtatuimus etiã de ſepul. & apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. c. 15. de refor. ob eam rem, ſi pecuniã tribuãt quoad munus hoc admittantur, ſimoniam committẽt. Sicut ẽt qui pecuniã tribuit, quo ad cõcionãdũ admittatur.

3 Verum † quid de eo monacho, qui vt opulentum aliquem locum habeat, vbi concionem quadrageſimæ tempore habeat, pecuniã tribuit, pollicetur ue, an hic ſimoniam committet? Ego ſentio ſimoniam hunc non cõmittere; nam pecunia non tribuitur, quo cõcionandi facultatẽ habeat, ſed vt habeat, vnde commodius viuat, & plus lucretur, quod etſi auaritiæ ſpecimen præſefert, nõ tamen ſimonia committitur: alioquin ſacerdos, qui eligit potius ire ad diuina facienda aliquo, vbi præter pecuniam, & prandium tribuitur, quã eo, vbi aut pecunia vel prandium tantum datur, ſimoniam committeret, atq; ſic ſenſit Caiet. 2. 2. q. 100. art. 3. in reſp. ad prim. verſ. Ad ſecundam; nam ait ſimoniam non eſſe, quòd prædicator aliquis libentius in loco, vbi maiorem ſcit taxatam eleemoſynam, quã alibi, prædicet; idem Guliel. Redoã. 3. p. c. 18. nu. 24. Atqui an ſimoniam monacus committit, qui impetrat a ſuo priore facultatem eundi foras ad diuina facienda, promittẽs ei aliquid ſe daturum? Sic; nã pro vſu iuriſdictionis dat, quo caſu ſimonia committitur.

4 Simoniam etiam monachus committit, † vbi monaſterium animarum curam habet, capellaniamuè, ſi quo eam conſequatur, aliquid ei promittit, vt habetur in c. nõ ſatis de ſimo. Nec prioratus, vel capellaniæ quælibet monachorum, aut clericorum, annua detractione vẽdantur. Nec ab eo, cui regimẽ ipſarum committitur, pro earum commiſſione vllum precium exigatur; vnde quis quis contra hoc decretum attentare præſumpſerit, tam ille, qui dederit; quam ille, qui receperit, vel conſenſerit, partẽ ſe cum Simone non dubitet habiturum. Hæc ibi, ex quib. patet ſimoniam cõmitti, vbi quid tribuitur, promittitur ue, quo aĩarũ curã quis habeat; ſed de ijs, quæ ordinis ſunt, hactenus; iã de ijs, q̃ iuriſdictionis ſunt, agamus.

Quoad iuriſdictionẽ igitur; hic eſt enim ſecundus caſus, quem contemplãdum nobis propoſuimus, concludo breuiter monachũ, qui vt functiones iuriſdictionis exerceat, aliquid tribuit, promittitue, ſimoniam committere, arg. tot. tit. ne ꝑlat. vic. ſuas, & c. ad noſtram de ſimon. Multo magis, qui magiſtratum aliquẽ in monaſterio iuriſdictionẽ habentem pecunia comparat, quandoquidẽ iuriſdictio illa Eccleſiaſtica ſpũalis res ẽ, & ob id ſine ſimoniæ vitio alienari nõ põt pecunia interue-

5 niente. † Qui igit, vt fiat Gñalis, vel Prouincialis,

vel Viſitator, vel Prior, vel Abbas ſui ordinis, pecuniam tribuit, ſine dubitatione ſimoniam committit; nam hi omnes iuriſdictionem Eccleſiaſticam in alios monachos, & fratres conſequuntur, arg. c. ad noſtram de appell. & c. ea, quæ de ſtatu. monac. & vt tradidit pluribus Abb. in c. cum cõtingat, nu. 21. cum multis ſeq. de for. compet. atque de prioratu ſic habetur ſpeciatim in cit. cap. non ſatis, ibi. Nec prioratus, ſcilicet ſimoniam committi, ſi precio comparetur: idem in c. 2. ver-
6 ſic. Prioratus quoque de ſtat. monac. † Immo & electores ipſi, & qui ſuffragij præſtandi poteſtatem habent, ſi pecunia corrupti hũc, illumue elegerint ſimoniam committent, arg. c. de hoc de ſimon. & c. nobis eod. Qui itidem pecuniam præſtat, vt in hoc, illoue monaſterio collocetur, ſimoniam etiam committit, id enim non poteſt, vt dicitur in c. 2. verſ. Prioratus quoque ſeu obedientiæ de ſtatu. monac. idque iure merito; nam, ſi vt quis primo in monaſterium recipiatur, ſimoniã committit, pecuniam præſtando, vt antea probauimus: multo magis, ſi receptus pecuniã præſtet arg. c. quemadmodum de iur. iur. & l. patre furioſo. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Simoniam itidem committit monacus, qui de delicto accuſatus iudicem corrumpit ſuum, quamobrem iniuſte abſoluitur arg. ca. nemo presbyterorum de ſimo. Et de iuriſdictione itidem ſatis.

7 Quoad tertium, ſcilicet † vbi agitur de iis, quę facti potius ſunt, ſic diſtinguendum cenſeo. Aut ſunt munera, quæ ſolis ſacerdotibus, & clericis committi ſolent, cuiuſmodi eſt officium magiſtri nouitiorũ quoad mores, magiſtri chori, Syndici: & in his caſibus ſimoniam committi cõcludo, ſi pecunia officia hæc comparentur; ſic enim habetur in c. ſi quis Epiſcopus 1. q. 1. & in ca. ſaluator. eod. q. 3. Aut ſunt munera, quæ & laicis cõcedi ſolent, vt officium muſice canendi, organa pulſandi, necnon campanas, item cellæ vinariæ officium, pœnoris, nec non culinæ, & huiuſmodi, & hæc officia, ſi quis pecunia compararet, ſimoniam non committet, quandoquidem nec per ſe ſpiritualia ſunt, nec perſonæ quæ ea exercẽt, ſemper clerici ſunt. Hinc videmus laicos cantores cõduci, vt ſuo cantu diuina celebrent, ſicut etiam, qui organa pulſent, & campanas. In hac igitur q̃ſtione ſic concludendum cenſeo; iam pœnas explicemus, in quas incidũt religioſi, vbi pro ingreſſu ſimoniam committunt.

S V M M A.

1 *Monaſterio eijci quis debet, in quod per ſimoniam receptus eſt, & in arctius transferri, qua duæ regulæ declarantur, quouſque pateant.*

2 *Monaſterium per ſimoniam ingreſſus deponi poteſt, ſi per accuſationem id conſtet.*

3 *Monaſterium ingreſſus excommunicatus etiam eſt, ſi quid ante, vel poſt per ſimoniam tribuat.*

§. IIII.

§ De pęnis agendum nobis propoſuimus, quibus afficiũtur, qui pro ingreſſu monaſterii ſimoniam committunt. Verum, quo rẽ hãc magis abſolutam habeamus primum de pœnis eius, qui per ſimoniam recipitur, deinceps de pęnis eius, qui recipit, agamus.

1 Primum igitur monaſterio, † in quod per pecuniam receptus quis eſt, priuari debet, vt habetur in c. veniens, & ibi not. Abb. & Mat. Soci. Sen. & in c. de regularibus, & in c. dilectus filius, & in c. quoniam de ſimon. Idque iure merito: ſcandalum enim daretur, ſi in eo monaſterio, quod precio quodammodo ſibi comparauit, viueret: vulgo enim fortaſſe diceretur monaſterium hoc venale eſt, & ob id, qui vult aditum ſibi in illud aperiri, pecuniam ſecum ferat. Ob ſcandalum igitur excludi ab eo debet arg. cit. c. de regularibus in fine. Pręterea ĩ eo peccauit, ergo eo priuari debet: ſic enim & beneficium per ſimoniam realẽ adeptus, retinere illud non poteſt, vt & habetur in Extrauag. cum deteſtabile de ſimon. Id quod locum habet, eſto, qui in monaſterium receptus eſt, ſimoniam non commiſerit, vel quia bona fide aliquid dedit exiſtimans id licere, vt in cit. c. veniens, vel alias ipſo ignorante, nec ratum deinceps habẽte: vt in cit. c. de regularibus. Poſtremo locum habet nõ ſolum in monacis, verumetiam & in monialibus, & in omnib. regularibus, vt habetur in c. quoniam de ſimon.

Excipitur tamen primo, vbi receptus ſimoniã ipſe non commiſit: nam tunc poſteaquam illud monaſterium renunciauerit, ſi abſque ſcandalo eſſe ibi poterit per diſpẽſationem, vt ibi maneat, concedi poterit. Si autem ignorantibus ipſis pecunia data fuerit, dicitur enim in cit. c. de regularibus, cogat eos ad renũciandum loco eidem, & poſtmodum in ipſum redire, ſi ibi abſque ſcãdalo potuerint remanere. Ecce hic habetur ceſſante ſcandalo, diſpenſari poſſe, vt remaneant in eo monaſterio, qui alio pecuniam præbente, in monaſterium recepti ſunt. atque ſic not. Gloſ. ibi in verb. Ignorantibus.

Item excipitur, vbi ſimoniam ipſe commiſit, & monaſterium aliud non adeſt, vbi collocetur, nam, poſteaquam renunciauerit, per diſpenſationem in priori monaſterio eſſe ei licebit, ita DD. concludunt, vt ait Abb. in ca. dilectus filius. 2. de ſimon. id quod fit, ne cum ſcandalo, & ſalutis ſuæ periculo vagetur, vt habetur in c. quoniam de ſimon. iunct. c. ſi. de regular.

Poſtremo excipitur, vbi profeſſionem nondũ emiſit, nam tunc inuitum nõ cogi ſentio ad trãsferendum ſe alio, ſi monachus eſſe nollit, non enim tunc vagatur cum ſalutis ſuæ periculo, ex quo per profeſſionem nondum obligatus eſt. Poterit igitur ad ſeculum redire. Nec repugnant iura allegata, quæ volunt, vt tales in alio monaſterio collocentur, nam locum habent, vel vbi monachi eſſe volunt, vel vbi iam profeſſi ſunt.

Secundo loco excluſus monaſterio, in quod per

ſimoniam

ſimoniam receptus erat, in arctius monaſterium transferri debet, ubi delictum commiſſum deploret, ut dicitur in cit. c. de regularibus, & in c. dilectus filius, & ibi not. Abb. ac DD. & in cit. c. quoniam. Eiuſdem tamen regulæ monaſterium eſſe debet, ut habetur in allegat. c. quoniam, & c. de regularibus in fine. Arctius autem monaſterium dicitur, ut ait Anton. quem ſequitur Felin. in cit. c. de regularibus, quod in ſolitudine collocatum eſt, id quod habetur in cit. c. de regularibus. Generatim autem Arctius monaſterium illud appellari cenſeo, ubi partius uiuitur, & diſciplina monachatus diligẽtius ſeruatur. In arctius monaſterium igitur collocari debet.

Excipitur tamen, ubi, qui receptus eſt, ſimoniam ipſe non commiſſit, ſed alius eo ignorante, nec ratum habente: nam hic in aliud monaſteriũ ſimpliciter collocabitur ad inſeruiendum Deo, ut dicitur in c. ueniens in fine, & in cit. c. de regularibus uerſ. ſi autem ignorantibus, non autẽ arctius monaſterium quæretur, ut delictum deploret, ex quo ipſe in hoc non peccauit, arg. l. ſancimus. C. de pœn. & c. 2. de conſtit.

Item excipitur, vbi per ſimoniam receptus ꝓfeſſionem non feciſſet, tunc enim, ſi monachus eſſe non uult, in arctius monaſterium detrudi, nõ poterit, ſed alia pœna arbitraria punietur.

Poſtremò excipitur, ubi monaſterium arctius non eſt, tunc enim in alio monaſterio eiuſdem ordinis, uel in eodem, ſi alius non adſit, collocabitur, ut aiunt DD. in cit c. dilectus, & ibi Abba. ac Socin. Et de hac pœna ſatis, quę tunc locũ habet, ubi per inquiſitionem de ſimonia quis conuictus eſt, ut dicitur in cit. c. dilectus filius: nam ſi per accuſationem alia pœna etiam afficietur.

Item locum habet, ob id, quod diximus, ubi ſimonia probata eſt, ſecus ergo, ſi denunciata quidem non eſſet, & iudicis ſententia non interueniſſet, nam, ex quo pęna eſt, & ad eam inurendam iudicis executio neceſſariò poſtulatur, in foro cõſciẽtiæ non obligat, ut ait Gloſſ. communiter recep. in c. fraternitas, 12. q. 2.

Poſtremò locum non habet in ſimonia mentali, ut habetur in c. fin. de ſimon. nam, ex quo pęna propoſita ab eccleſia inuritur, ſimonia uerò mentalis occulta eſt, Eccleſia de occultis non iudicat, ut dicitur in c. ſicut tuis in fine, & in c. tua, de ſimon.

1 Tertiò pœna hac afficitur, † qui per ſimoniam in monaſterium receptus eſt: nam, ſi per accuſationem cõuincatur, deponi poterit, ut dicitur in cit. c. dilectus filius innct. Gloſſ. Seueritatis, modò ipſe ſimoniam commiſerit, uel alius eo ſciente, ac ratum habente. Ergo ſecus, ubi ipſe ſimoniam non commiſit, nec alius eo ſciente, ratũue habente, arg. c. de regularibus uerſ. Si autẽ ignorantibus eod. Secus etiã ſi ordinem non habeat: nam, ex quo diſpoſitio ipſa proprie ab ordine ſit, qui ordinem non habet, ab eo deponi non poterit, ubi enim habitus, non eſt, ibi priuatio dari nõ poteſt, arg. l. decem, & ibi not. ff. de uerb. oblig.

2 Poſtrema pœna eſt, † quoniã, ſi ante receptionem, uel poſt, exigentibus proſuntuoſe, prandiũ, cœnãue, aut aliquod aliud dederit, eſto in uſum pium uertatur, tamen in excommunicationem incidit, ita habetur in extrauag. ſane, ne in uinea domini de ſimon. ergo ſecus, ſi ex benignitate, & ultro aliquid offerat, ut habetur ibi in uerſ. Illud dumtaxat, & facit cit. c. dilectus filius in fine de ſimon. Secus etiam ſi non exigãt, ſed gratioſe illud petant, exempli gratia dicẽdo Fac nobis lautum conuiuium, ut ingreſſus tui memores eſſe poſſimus, uel quid huiuſmodi: nam ſolum excommunicantur, qui quaſi debitum exigunt, per cit. extrauag. ergo aliàs ſecus, iam pœnas, in quas incidunt, qui per ſimoniam in monaſterium quem recipiunt, explicemus.

S V M M A.

1 *Pecunia data pro ingreſſu monaſterij in vtilitatem eius monaſterij vertenda eſt, in cuius iniuriam eſt data.*

2 *Religioſus, ſeu monachus pecuniam recipiens, vt in monaſterium quem recipiat, ſuſpendi ab officio debet.*

3 *Religioſus, ſeu monachus pecuniam recipiens, vt in monaſterium quem recipiat, expelli debet ab eo monaſterio.*

4 *Religioſus, ſeu monachus pecuniam recipiens, vt in monaſterium quem recipiat, accuſatus, de hoc deponi debet.*

5 *Religioſus, ſeu monachus pecuniam recipiẽs, vt in monaſterium quem recipiat, excommunicatus etiã eſt.*

6 *Moniales recipientes in monaſterium ſi pro victus gratia paciſcantur de dote ſimoniam non committunt.*

§. V.

Qui uerò pro recipiendo quem in monaſterium, monachumue pecuniam accipit, his pęnis afficitur.
1 † Primùm pecunia accepta in utilitatem eius monaſterii uertenda eſt, ad cuius iniuriam eſt data, arg. c. audiuimus de ſimo. uide tamen Tab. 4. capit. 6. ubi rem hanc pluribus egi.

2 Item hic, † qui pecuniam accepit, ſuſpendi ab officio debet, ſi per inquiſitionem contra ipſum agatur, ita dicitur in c. ueniens, de ſimo. nam ibi, cum quidam monachi pecuniam accepiſſent ꝓ recipiendo quendam in monaſterium, mandat Romanus Pont. ut ab officii executione ſuſpendantur, ergo ſuſpendi in hoc caſu ſimoniam cõmittens debet. Id quod locum habet, eſto de tẽporali dando tantum conuentum ſit, nõdum autem datum: nam ſimonia nihilominus commiſſa eſt ſpirituali tradito, ita not. Abba. ibi, nu. 2. & ſequuntur DD. Item locum habet nõ ſolum, ubi monachus ſolus tantùm ſimoniam comittit, uerum etiam, & ubi omnes uel monaſterium, modo uniuerſi pecuniam acceperint, arg. cit. c. ueniens. Immò omnes, qui de capitulo ſunt, puniri debent, eſto nihil acceperint, ſi non contradixerint: nam ita dixit Innoc. in c. 1. de iis, quæ fiunt à maior.

à malor.part.ca.& ſequitut Abb.in eo.c. ueniẽs, num.3.Hæc autem ſuſpenſio quid operetur, & à quo tollatur,ex quo non ad correctionem,ſed ad pœnam inuritur,declarauimus,in Tract.de ſuſp. cap.5.Ex his iam patet,qui repugnarunt, ne per ſimoniam reciperetur quis in monaſterium, ex quo culpa uacant puniendos nõ eſſe. Immò, qui uel ob imperitiam,uel ob negligentiam, uel ob timorem aliquem non repugnarunt, neque conſenſerunt,mitius cum ipſis agendum eſſe.

Tertiò alia arbitraria pœna puniri hic debet, & donec eam peregerit,à ſacrorum ordinũ executione ſuſpendi,ut dicitur in c.dilectus filius ſecundo,de ſimo.Et hæc pęna ſuſpenſionis differt à ſuperiori ſuſpenſione;nam hæc durat, quouſq; pęnitentiam iniuſtam peregerit, ut dicitur in eo. c.dilectus in uerſi.Et donec,& ipſa pacta ipſo iure tollitur,ut probauimus in eod.Tract.de ſuſpẽ. at ſuperior ſuſpenſio perpetua eſt, & non ſolum ab ordine,ſed ab alio officio ſuſpendit.

3 Quartò † de ſuo monaſterio expelli quoq; debet,& in aliud arctius ad agendum pœnitẽtiam detrudi,ita habetur in c.quoniã, & ibi DD.not. de ſimon.Et hæc locum habent, ubi per inquiſitionem actum eſt.

4 Quintò † ſi monachus ratione hac ſimoniam committens accuſatus ſit, & probatum crimen, tunc deponi debet,ut dicitur in c.dilectus iunc. Gloſſ.Seueritatis,atque ſic concludunt DD.communiter Imol.& Hoſt.in cit.c.quoniam,& Abb. ibid.num.5.quam ſententiam ego ut ueriſſimã ſequor, ut ſcilicet per inquiſitionem conuictus prioribus pœnis afficiatur,per accuſationem uero deponatur,nam ita habetur in cit.c. dilectus. Et ſi contrarium diceremus,canonem illum correctum eſſe dicendum eſſet,quod eſt abſurdum, ex quo nullo iure id cautum habemus,& iurium correctio uitanda eſt,arg.c.cũ expediat de elect. lib.6.& l.1.C.de inoff.dot.Et quamuis Glo.contrarium ſenſerit in cit.c.quoniam,ibi, Credo qđ hodie,ubi ait ſe credere correctum eſſe cit.c.dilectus,& ſolum monachos ſimoniam in hoc caſu committentes hac una pœna afficiendos eſſe, ut de ſuo monaſterio expellantur,& in arctius monaſterium ad agendam pœnitentiam detrudantur,ſiue per inquiſitionem,ſiue per accuſationẽ, de ſimonia conſtet;à propoſita concluſione nihilominus diſcedendum non eſt, quæ communis eſt,& ut diximus,ne cit.c.dilectus,correctum dicamus.Non igitur Gloſſ. hæc audienda eſt, ſed ſuperior ſententia amplexanda,ut ſcilicet, ſi per inquiſitionem de ſimonia cõuicti ſint, in arctius monaſterium detrudantur; ſi per accuſationem deponantur. Nec repugnat huic ſententiæ c.inquiſitionis de accuſat.ubi uel per accuſationem, uel per inquiſitionem agatur, depoſitio ſemper fit:nam.ius illud locum habet, ubi ſimonia in ordine,uel beneficio commiſſa eſt, non autem alibi,ita Inno.in cit c.dilectus,& in eo.c. quoniam, ubi Hoſtien.& Abb.idem ſentiunt,& Felin.in fine,qui opinionem hanc communem ſentit. Hæ igitur ſunt pœnæ recipientium in monaſterium aliquem per ſimoniam,quæ pęnæ per ſentẽtiam inferuntur.Quare,niſi ſententia iudicis interuenerit,nulla infertur;non enim in conſcientiæ foro pęnas à iure poſitiuo conſtitutas ſubire quis cogitur,ubi iudicis opera poſtulatur,niſi iudicis ſententia prius interueniat,ut dixit Gloſſ. communiter recept.in c.fraternitas, 12.qu. 2. & facit c.cum ſecundum leges §.fi.de hæret.lib. 6. Non etiam locum habebunt, ſi conuicti non fuerint, quamuis, ſi fuerint infamati, purgare ſe debebunt,ut dicitur in c.inſinuatum,de ſimon. Non denique locum habebũt hæ pęnæ in ſimonia mẽtali ob c.fin.de ſimon.ex quo Eccleſia de occultis non iudicat,ut dicitur in c.ſicut tuis in fine,& in c.tua nos eod.de ſimon.

5 Poſtremò † ſi monachi pro prandio aliquid ab ingreſſuris monaſteriũ petierint, uel ob aliquod aliud,ipſo iure excommunicati ſunt, ut habetur in extrauag.ſanè,ire in uinea Domini,cuius abſolutio Romano Pont.reſeruata eſt.

6 Excipiuntur tamen moniales,† nam, ut habetur in Compendio Priuileg. in uerb. Moniales, num.ultim.à Clemente Septimo conceſſum, ſeu permiſſum eſt, ut moniales nullam ſimoniæ pœnam incurrant propter pacta,& conuentiones factas de dotibus monialium pro eorum uictu, atque ſic dixit Nauar. in Man.cap 27.numer. 106. uerſi.Quarta quod Clemens Septimus,& in conſil.50.num. 3.uerſi.Non obſtat dicere de regula. lib.3.& Ioann.Baptiſt.Antonucius in Catecheſi Neapolitana lib.5.cap.12.uerſ. Tertiò ſcias hodie,atque ſic conſuetudine ſeruatur. Hoc tamen uerum eſt,ubi pro alimentis dos petitur,quod de dubia præſumitur, ſecus autem ſi pro ingreſſu, tunc enim ſimonia committeretur, & moniales punirentur:ſed de pęnis,quæ pro ingreſſu ſimoniacho inferuntur hactenus:ad pęnas tranſeamus, in quas incidũt ob ſimoniam ab ipſis monachis poſt ingreſſum commiſſam, id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Monachi,ſeu regulares quibus pœnis afficiuntur, ſi ſimoniam committunt in iis,quę religionis propria non ſunt.*

2 *Regularis per ſimoniam realem ordinem accipiens actiua,& paſſiua voce etiam priuatus eſt.*

3 *Regularis ſimoniam committens in ſpiritualib. quę religionis ſunt,quibus pęnis afficiatur.*

4 *Regularis minorum S. Franciſci de obſeruantia ſimoniam committens in electionibus aut Generalis miniſtri,aut Prouincialis quem ſubornãdo ipſo facto excommunicatus eſt,& voce actiua, & paſſiua perpetuò caret.*

5 *Subornatus in electionibus prędictis,item is,pro quo ſubornatio facta eſt,eiſdem pœnis afficiuntur,ſi ſubornantem non detulerint.*

6 *Subornatio licita non punitur.*

7 *Regularis extra religionem quorumuis fauorem procurans,vt officium obtineat, excommunicatus eſt, actiua,& paſſiua voce priuatus,& carceri per menſem*

ſem

ſem mancipari debet, modo tamen fauore vſus ſit.
3 *Bulla Pii Quinti refertur, quę ſubornantes prædi-*
ctos punit.

§. VI.

Quibus pęnis afficiuntur, qui pro ingreſſu
monaſterii aut dando, aut accipiendo, ſimo
niam committunt, uidimus, iam quibus pę
nis afficiantur monachi, ſeu regulares iam facti
ob ſimoniam commiſſam, uideamus.

1 Pro regula igitur habebimus primò,† ubi re-
gulares in ſpiritualibus communibus ſimoniam
committunt eiſdem pęnis affici, quibus alii ean-
dem ſimoniam committentes. Et hoc ob eam ra
tionem, quoniam contra ipſos ſpeciatim ferè ni-
hil cautum eſt. A communibus regulis igitur nõ
diſcedemus, arg. l. iubemus, C. de teſtam. & l. prę
2 cipimus, C. de appell. †Excipitur tamen ubi ordi
nes per ſimoniam hic regularis adeptus eſt: nam
præter communes pęnas relatas à nobis in Tab.
4. cap. 4. hac propria afficitur, quòd actiua, & paſ
ſiua uoce ipſo iure priuatus eſt, ut habetur eod.
cap. §. 1.

3 Secundò loco pro regula habebimus,† & cõ-
munibus pęnis affici regulares ſimoniachos, qui
ſimoniam committunt in officiis, quæ religionis
propria ſunt ob rationem in regula priori allatã.
4 †Excipitur tamen quoad regulares minorum, S.
Franciſci de obſeruantia, ubi quis eorum in ele-
ctionibus aut Generalis miniſtri, aut Prouincia-
lis, aut Procuratoris generalis quem ſubornauit:
nam ſubornans aut in ipſis electionibus, aut an
te eas per ſex menſes ipſo facto excommunica-
tus eſt, uel pro ſe, uel pro alio ſubornauerit, & ab-
ſolutio excommunicationis huius, articulo mor
tis excepto, Romano Pont. reſeruata eſt. Item uo
5 ce, actiua. & paſſiua perpetuo caret. †Hac eadem
pęna afficiútur ſubornatus, et is, pro quo ſuborna
tio facta eſt, ſi ſubornantem non detulerint, ut ha
betur in Bulla Pij Quinti incip. Paſtoralis. lata
anno Domini 1571. Anno Pont. ſui ſexto. Excipi
6 tur tamen,† ubi ſubornatio bona fide, & ad bonã
finem facta eſt, exempli gratia, quis perſuaſit, ut
idoneus, & religioni utilis eligeretur, atque ſic
conſuluit Nauar. conſil. 20. de ſent. excom. lib. 6.

7 Poſtremò,† qui ex eiſdem fratribus extra reli
gionem ad officium obtinendum, quorumuis fa
uorem procurauit, hic etiam excommunicatus
eſt. Actiua, & paſſiua uoce priuatus. Poſtremò
carceri per menſem mancipari debet. Excipitur
tamen, ubi qui literas huiuſmodi impetrauit, ip-
ſis, fauoreue ipſo uſus non eſt, tum quod uerba
cum effectu accipienda ſunt arg. l. 1. §. hæc autem
uerba, ff. quod quiſque iur. tum quòd ceſſat cau-
ſa finalis, quia ſcilicet non corrumpuntur electo
res, ergo & lex ceſſare debet, arg. c. cum ceſſante
de appell. atque ſic reſpondit Nauarr. hac de re
conſultus in conſi. 21. de ſent. excom. lib. 5. Hæc
autem, quæ diximus de ſubornatione, & fauore
locum habente, eſto per ſimoniam non interue-
nerit. Verùm quia uerba Bullę, quæ prædicta conti
nent, non paſſim habentur, ob eam rem ipſa huc
inſerenda curauimus. Sic ergo habetur in ea Bul
la Paſtoralis, quę loquitur tamen de electione, &
officio miniſtri Generalis, & aliorum ſuperiorũ
Ordinis minorum S. Franciſci de obſeruantia.
8 Qui uerò† in electionib. oib. dñ. ibi, uel ante
eas per ſex menſes pro ſe, uel pro alio ſubornaue
rit, excommunicationis ſententiam ipſo facto in
currat, à qua niſi à Romano Pont. pro tempore
exiſtente præterquam in mortis articulo, abſol-
ui non poſſit, ac uoce actiua, & paſſiua perpetuo
careat ſubornatus, vel alius, etiam pro quo ſubor
natio fiat, qui ſubornantem non detulerit, eandẽ
pęnam incurrere cenſeatur.

Qui autem ad officium obtinendum quorum
uis fauorem extra Religionem procurauerit, ul-
tra prædictas pęnas per menſem carceri mãcipe
tur, Hæc ibi, ex quibus propoſita habentur: ſed
de religioſis hactenus, ad laicos chriſtianos tran
ſeamus.

De laicis chriſtianis, an ſimoniam com mittant. Cap. V.

S V M M A.

1 *Laici chriſtiani ſimoniam committere poſſunt, vel ſint.*
Liberi
Serui
Viri
Mulieres
Reges
Imperatores.

1 LAICI quoque Chriſtiani† ſi-
moniam committere poſſunt,
ut habetur in c. 1. de ſimo. nam
ibi dicitur nec notarium quid
quam pro inſtrumento ordinũ
ſuſceptorum accipere debere,
ſicut nec Epiſcopus pro ma-
nuum impoſitione, at Epiſcopus contrarium fa-
ciens ſimoniam committit, ergo & notarius, er-
go & laicus: nam notarii laici ſunt, cum clerici eſ
ſe notarii nequeant, ut habetur in c. ne clerici, &
ibi not. ne clerici, uel monachi, & ut ait Rebuff.
in Prax. benefic. in titu. de miſſion. in poſſeſ. nu.
53. Idem probatur in c. cum eſſent, & in c. nemo,
& in c. ſicut tuis literis, ibi. Quamuis idem ſecun
dum ſacrorum canonum de ſimon. Poſtremò id
probatur ratione: nam delictum hoc uendendo,
& emendo ſpiritualia committitur, ergo & laici
delictum hoc committere poſſunt, cum & ipſi in
primis contractus inire queant. ſi ergo laicus,
uel quo ordinibus initietur, ſacramentumue
aliud ipſi conferatur, uel à cenſuris abſoluatur,
pecuniam præſtet, ſimoniam committet, arg. ca.
audes. de ſimon. cum ſimil. Hęc autem regula lo-
cum habet uel laici liberi, ſeruiue ſint, uel mulie
res, uiriue, uel Reges, vel Imperatores, ac demũ
in quocunque dignitatis gradu ſint, ut habetur
in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. & in c. de
hoc

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

hoc.eod.in antiqn.& in cap. quoniam eod. Sed de his hactenus:iam ad eos tranſeamus,qui Chriſti fidem baptiſmo non ſuſceperunt.

De Infidelibus,an ſimoniam committant. Cap. VI.

S V M M A.

1 *Infideles ſimoniam committere poſſunt.*
2 *Infideles,ſi chriſtiani fieri velint,& nemo baptizare ipſos velit,niſi pretio dato,an ſine ſimoniæ vitio ipſum dare poſſint.*
3 *Baptizandus,qui rationis vſum habet,vel in articulo mortis conſtitutus ſit,pretium pro baptiſmo dare non debet.*
4 *Aqua baptiſmi etiam benedicta emi poteſt,quatenus aqua eſt,ſine ſimoniæ vitio.*
5 *Baptiſmi adipiſcendi gratia extra mortis periculum pecunia dari non debet.*
6 *Baptiſmi character confertur,eſto per ſimoniam conferatur.*
7 *Infante in articulo mortis conſtituto,ſi nõ adeſt,qui eum baptizare velit ſine pretio,an liceat pecuniam dari,& qua ratione.*
8 *Baptiſmum conferre ſi quis nolit,niſi ſibi iuretur pretij nomine aliquid dari,an iurare tunc nobis liceat.*

1 INFIDELES quoque,† qui baptiſmum non ſuſceperunt, ſimoniam cõmittere poſſunt: tum quòd contractus de iure gentium ſunt,ut habetur in §. ius autem gentium in inſti.de iur.nat.gent.& ciuil.& in l ex hoc iure,ff.de iuſtit & iur. ergo & à gentib quæ Chriſtum non norunt, ſimonia cõmitti poteſt, quæ per contractus fit,ut infra ſuo loco uidebimus,tum quò l meliori conditione eſſe non debent ipſis chriſtianis,arg.c.iudęi 2.de iudę. & extrauag.dignum eod.Hinc in ueteri teſtamento. Iaſon Antiochius, qui ſacerdotium Iudęorum uendidit,delictum hoc ſimoniæ commiſiſſe dicitur in cap. ſicut eunuchus,& ibi Gloſſ.in uerb. Antiocho 1.q.1.Nec repugnat, ſi dicatur ſimoniachos in cenſuras aliquando incidere,quarum ipſi infideles capaces non ſunt:nam aliis pœnis arbitrariis afficientur,arg.c.poſtulaſti de iudeis, & ut tradidit Menoch.de arbitr.iud.li.2.centur. 5.caſ.449.Si ergo baptiſmum ſibi dari pretio curent,ſimoniam committent.

2 Verum† quid ſi baptizari quis uelit, & nemo ſit,qui eum baptizet,niſi pretio dato, an dare illud poterit? Quoad quęſtionem hanc, quam mouet Gloſſ.in c.baptizandis,1.qu. 1. & tractarunt DD.& Abb.in c.cum in eccleſiæ,de ſimon.uarię DD.ſententiæ ſunt:nam quidam, ut ait Gloſſ.in cit.c.baptizandis,ſic diſtinguunt. Aut baptizatus adultus eſt & in hoc caſu nihil pretii nomine dandum eſſe inquiũt,tum quòd, ut hic ſaluus ſit, ſola fides ei ſat eſt,quandoquidem baptiſmo flaminis baptizatur,quod aquæ baptiſmi uicem ſuſtinet,ut dicitur in c baptiſmi uicem de conſec. d.4.& c.2.de presbyter.non bapt.& in c.1.de bapt tum quòd ſe ipſum in hoc caſu baptizare poteſt.Hanc opinionem ſequitur Gloſſ. ibi, ſed rationem ſecundam improbat,ac recte, quatenus continet ſe ipſum baptizare quem poſſe:nam falſum hoc eſt,nemo enim ſeipſum baptizare põt, ſicuti hoc expreſſum,& probatum multis rationibus habetur,in c.debitum,de bapt.Aut infans eſt baptizandus,& in hoc caſu inquiunt aſſerentes,parentes ſue infantis potius baptiſmum admiſtrare huic debere(modo id ſciant,ac poſſint) quam pecuniam dare.Si uero modum,ac formã baptizandi ignorent,ratione ue alia impediãtur, quominus baptizare poſſint, potius permittendum eſſe,ut puer ſine baptiſmo moriatur, quam quicquam pretii nomine pręſtetur, concludunt. Et hanc opinionem ſequuntur Syl. & nonnulli alii ab eo cit.in uerb.Simonia,num. & uerſ.Octauò quęritur in uerſ.Tertium. Glo. uero in cit.c. baptizandis,horum ſententiam, quoad primam partem ſequitur, non autem quoad ſecundam: nam,ſi nemo ad ſit,qui baptiſmum infanti adminiſtret,ait ſe potius pecuniam daturum, quã permiſſurum,ut ſine baptiſmo moriatur,quandoquidem ſine baptiſmo ſaluus eſſe non poteſt, & hãc Gloſſ.ſequuntur in omnibus Abb.in c.cum in eccleſiæ,num.5.& Mar.Socin.Sen.num.21.uerſic. Extra Gloſſ.de ſimon.& Caietan. 2.2.q.100.art. 2.& Ange.in uerb.Simonia,num.12. uerſic. Vtrum poſſit aliquid ſine ſimonia dari presbytero pro baptiſmo,& etiam Ioan.Tabien.eod.num. 29.uerſic.Vigeſimo octauo.Ex quibus omnibus duæ opiniones colliguntur, quarum altera eorũ eſt,qui in nullo caſu pro baptiſmo ſuſcipiendo pretii nomine quicquam dandum inquiunt.Alii uerò contrarium ſentiunt in infante, ubi nemo eſt,qui baptizet. Quid igitur concludendum? Ego,ut rem dilucidiorem reddã,pręmitto prius quædam communiter à DD.recepta.

3 Quorum primum eſt, † adultum,qui rationis uſum habet,& baptizari cupit, quo baptizetur, pecuniam pręſtare non debere:nam in hoc caſu ſaluus fieri poteſt,ex quo per eum non ſtat, quominus baptiſmum ſuſcipiat,ut habetur in c.debitum,de bapt.cum ſupra citat.nam & communis cum Theologorum,tum iuris Pontificii interpretum ſententia hæc eſt, etſi nonnulli contrarium ſenſerint,ut infra dicemus.

4 Alterũ,† aquam baptiſmi, eſto benedicta ſit, emi poſſe,atque ſic dixit S.Thom.2.2.q.100.artic.2.in reſp.1.arg.quem ſequitur Ioan.Tabien. in uerb Baptiſmus,6.num.4.uerſi.Tertiò utrum aliquis,& Felin.in c.cum in Eccleſiæ de ſimon. & Guliel.Redoan.de Simon.p.3.cap.5.num.18. idque & ego ſentio, dummodo reſpectu habito ad aquam,non autem ad benedictionem uendatur,aut ematur:nam & ratione hac calix conſecratus,conſecratæque ueſtes uẽdi poſſunt,ut ſuo loco probabimus,atque ſic DD.communiter cõcludunt:ſicuti e contrario communiter ſentiunt

ſimoniam

ſimoniam committi, ſi teſpectu habito ad bene-
dictionem uendatur.

Tertium, quod præmitto eſt, ubi adiri poteſt,
qui ſine pretio baptiſmum adminiſtret, ut pote,
quia infans in mortis periculo non uerſatur, túc
pecuniam huic dandum non eſſe, etenim in boc
caſu nec ab excommunicato notorio, denuncia-
toue baptizari quis debet, eſto pecuniam nolit,
ut probauimus in Tractatu de cenſuris.

5 Quartum eſt, † quod prɇmitto, ſcilicet nihil
dandum eſſe pretii nomine, & ut baptiſmus ema
tur, eſto ſine baptiſmo puer moriatur. Et hoc ob
eam tationem, quoniam mortiferè peccatur, ut
habetur in Act. Apoſtol. cap. 8. & ut infra ſuo lo-
co probabimus, at, ut alius ſaluus ſit, & ut proxi-
mum à peccato liberem, charitas non uult, ut e-
go ſalutem meam contemnam, magis enim ſalu
tem animæ meæ, quàm proximi diligere debeo,
ut docuit S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 4. in reſp. nam &
ibi ait nos nõ debere ſubire aliquod malum pec-
cati, quod contrarietur beatitudinis participatio
ni, ut proximum à peccatis liberemus: ergo, ne
puer ſine baptiſmo pereat, baptiſmum emere nõ
debemus: quare, ſi ſacerdos uellet, vt iuraret quis
ſe pretii nomine dare, non deberet, ut infra con-
cluſimus.

6 Prɇmitto denique, † ſi nihilominus baptiſmus
pretio comparetur, & ſic ſimoniace conferatur,
modo reliqua ad ipſam conferendum neceſſaria
adhibeantur, baptiſmum conferri, & ualere, ut in
fra ſuo loco probabimus.

7 His ſic præmiſſis, † reliqua dubitatio eſt, ubi
infans in periculo mortis eſt, & non eſt, qui ſine
pretio eum baptizet, an tunc pecuniam huic da-
re poſſimus, nõ pretii baptiſmi nomine (id enim
non debere concluſimus proxime) ſed ut ille in-
ducatur ad baptiſmum conferendum, ne puer il-
le ſine baptiſmo moriatur, ac pereat: in qua quæ
ſtione breuiter concludo, pecuniã tunc dari poſ-
ſe, ut concluſit etiam Goliel. Redoan. p. 1, cap. 6.
num. 8. uerſic. Et de infante baptizando ob ne-
ceſſitatem, cuius gratia multa conceduntur, ut
ibi per eum, & 3. p. cap. 5. num. 16. ubi etiam quæ
ſtionem hanc diſputauit, & Dom. Sot. de iuſti. &
iur. lib. 9. q. 6. art. 1. in reſp. ad 1. argum. uerſi. Ad
primum igitur, ibi, tria ergo ſacerdos. Primò, qa
ex parte dantis ſimonia non eſt: nam nõ hoc ani-
mo dat, ut baptiſmum emat, ſed ut inducat mini
ſtrum ad baptiſmum conferendum, & ut auari-
tiam eius expellat: ergo ex eius parte ſimonia nõ
eſt, cum ſimonia ſit ſtudioſa uolũtas emẽdi ſpi-
rituale, ut dixi in initio. Præterea cõfirmatur hęc
cõcluſio, quoniam ſtatim atque homo natus eſt,
ius habet petendi baptiſmũ, & in eius quaſi poſ-
ſeſſione eſt, ergo ſimoniam non committit, ſi qd
tribuat, ne impediatur, quo minus baptiſmũ con
ſequatur, & ſic ut ſuam uexationem redimat, ut
dixit Sot. ibid. nam ne in iure ſuo moleſtia, quis
de facto afficiatur, eſto ſpirituale ius ſit, pecuniã
dando ſimoniam non committit, ut dicitur in c.
dilectus filius, de ſimon. quamobrem factum eſt,
ut nonnulli exiſtimarint, & adultis id hoc caſu
licere, præſertim cùm fieri poſſit, ut damnentur,
ſi attriti tantum moriantur, ita Adr. quod lib. 9.
art. 3. ad 3. & Supplen. & Gabr. 4. d. 25. q. 2. art. 2.
præpoſit. 7. & idem de ſacramẽto pœnitẽtię, quæ
opinio ꝓbabilis eſt, nec mihi diſplicet, eſto Sot.
ibid. contrarium ſenſerit. Tertio facit, quoniam
& ſi peccat, qui impellit aliquem, quo cum uſuris
pecuniam mutuam ei præſtet, ſi aliunde ſibi pro
ſpicere poteſt, tamen peccati culpam euadit, ſi
neceſſitate conſtrictus ab eo, qui alias ſine uſuris
mutuam pecuniam ei dare non uult, ſub uſuris
pecuniam accipit, ubi aliunde ſibi conſulere non
poteſt, ut not. in c. ſuper eo de uſur. & Abb. in ca.
cum in eccleſiæ, nume. 6. de ſimon. ergo idem in
caſu noſtro: ualet enim argumentum ab uſura ad
ſimoniam, & è contrario, ut dixit Bero. conſ. 207.
num. 14. uol. 3. In hac igitur quæſtione ſic cõclu-
dendum cenſerem: nam & in hanc ſententiã opi
nionem accipiendam eſſe cenſeo Caiet. Ioan. Ta
bien. Abb. Felin. Mar. Socin. Sen. & aliorum, qui
hos ſequuntur, qui huic pecuniam dandam cen-
ſuerunt, ne infans ſine baptiſmo moreretur, ete-
nim & pia opinio eſt, ut quæ ſaluti animarum cõ
ſulit, & ob id ſequenda, arg. l. ſunt perſonæ, ff. de
relig. & ſumpt. fun. & c. fin. de re iud. Et de quæ-
ſtione hac ſatis.

8 Verum, † quid ſi presbyter ille diceret iura te
daturum mihi nomine pretij tantũ alioquin no-
lo baptiſmum conferre, an tunc iurare quis de-
bet? Pro certo habendum eſt hoc animo iuran
dum non eſſe: nam ſimpliciter malum hoc eſt, qđ
nec pro totius mundi ſalute fieri debet, poteſt ta
men quis reſponſionem ad ſuam mentem accõ
modare reſpondendo ſimpliciter dabo, animo
tamen concipiens, ſcilicet propter uexationem
redimendam, ad hunc finem ſuam reſponſionẽ
accommodando, non autem ad interrogantis, at
que ſic ſenſit Sot. eod. uerſic. Ibi quapropter niſi
mens me fallit. Atqui, an licet pagano, iudæoue
pecuniam dare, ut baptiſmum ſuſcipiat? Hãc quę
ſtionem in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Paganis, & alijs infidelibus an pecuniam dare liceat
ut baptiſmum ſuſcipiant.*
2 *Infideles emi poßunt, vt fiant Chriſtiani.*
3 *Serui emi poſſunt, vt fiant chriſtiani.*
4 *Maritus ſimoniam non committit tribuens aliquid
vxori, quo permittat eum ingredi religionem.*

§. I.

1 Quæſtio nobis hæc explicanda eſt, † an pa-
ganis, aliiſque infidelibus pecunia dari poſ-
ſit, ut baptiſmum ſuſcipiant. In hac quæſtio
ne, quam diſputarunt DD. in c. cum in Eccleſiæ,
de ſimon. tres DD. ſententiæ ſunt. Quarum pri-
ma fuit eorum, qui exiſtimarunt id nõ poſſe. Pri-
mò, quoniã nec Eccleſia, quę ab aliis retinetur,
pecunia redimi poteſt, ut habetur in c. quærelã,
de ſimon. ergo nec perſonæ, quæ lege alia detinẽ
tur, redimi queunt, ut baptiſmum ſuſcipiant, ua-
let

let enim argumentum de re ad perſonas,ut DD. communiter concludunt,& Iaſ.in l. ſi domus §, in pecunia,num.16.ff.de leg. 1. Hęc ratio mihi non ſatisfacit : nam idcirco eccleſia redimi non poteſt,quoniam ſpiritualis res eſt,ut per ſe conſtat,at homo,qui baptiſmum non ſuſcepit,ſpiritualis res non eſt,ergo ex diuerſis argumentatio ducta non ualet,arg.l.Papinianus exuli,ff. de mino.etenim,etſi argumẽtum de re ad perſonas ualet,illud tamen uerum eſt,ubi in utroque caſu ratio eadem eſt,ut aſſerit Iaſ.ibid.quam hic non eſſe ex proxime dictis conſtat.Secundò pro hac opinione ratio hęc reddi poteſt,pecunia dari non debet miniſtro,ut baptiſmum conferat,ut proxime concluſimus,ergo nec,ut quis baptiſmum ſuſcipiat,dari poſſe uidetur,diſpoſitum enim in unum ex correlatiuis,locũ habet & in alio, ut tradidit Bart.in l.1.C.de cupreſſ.lib.10.& arg.l.fin. C.de ind. uid.toll.atqui ad rationem hãc etiam reſpondetur idcirco pecuniam,ut quis baptiſmũ adminiſtret,dari ei non poſſe,quoniam eſſet hoc ſacramentum emere,quod prohibitum eſt,at dare pecuniam,ut quis baptiſmum ſuſcipiat,nõ eſt ſacramentum emere,ſed allicere præmio, ut baptiſmum quis accipiat , & ob id nihil ſpirituale emitur,nec ſimonia committitur.Poſtremò allicere aliquem ad baptiſmum non eſt ſpirituale emere,ut per ſe conſtat.

Quare,cum ſententia hęc nullis rationibus nitatur,contrariam opinionem,ut aliquid dari poſſit,amplexatur Gloſſ.in c.quam pio in uerb. Interuentu,& Gloſſ.in c.pen.23.q.4.& Gloſſ. in c. dilectus, 2.in uerb.Inuitare de ſimon. Probatur autem ſententia hæc primo per cit.ca pen.nam ibi S.Auguſtin.ait quem debere proximum ſuũ beneficientia ad Deum colendum adducere,Debet homo diligere proximum ſuum ſicut ſe ipſum,ait enim ibi , ut quem potuerit hominẽ uel beneficentiæ conſolatione,&c.adducat ad colendum Deum.Ecce hic aperte habetur beneficiis, ac liberalitate , & ob id pecunia licere homines allicere,& inducere ad colendum Deum,ergo & ut baptiſmum ſuſcipiant.Secundò pro hac ſententia facit,c.quod autem ead.q.7. ibi enim quoq; S.Auguſtin.quo hęretici ad chriſtianam fidẽ reuertantur,non ſolum optat , ut propria retineãt, uerum etiam & ſua,ergo inde quoque argumentum ſumitur licere pecuniam , & aliquid aliud dare infidelibus , quo ad baptiſmum ueniant: nam,ſi licet optare,ut noſtra habeant, & dare licebit,cum id,quod optare licet,& facere id legitime poſſimus:ſicut è contrario,quod non licet, nec optare etiam eſt pmiſſum, ut habetur in Decalogo.Nec rem cupies alienam , & iuxta illud euangelii.Qui uiderit mulierem,&c. Poſtremo facit pro hac opinione,c.qui ſincere d.45.ubi iudæos non aſperis uerbis,ſed blandis ad fidem ducendos eſſe ait ibi,Romanus Pont.ergo & pecunia:nam,ſi ſimonia committeretur pecunia danda,& obſequio committeretur , cum utroque modo ſimonia committatur,argu.c. cum eſſent de ſimon.& c.Saluator,1.q.3.

His tamen non obſtantis,tertia fuit opinio diſtinguentium,& prima Abb.in cit.cap.cum in eccleſię,de ſimon.nam ipſe ſic diſtinguit . Aut nolunt uenire ad fidem huiuſmodi infideles , quoniam uerentur,ne deinceps cogantur mendicare,& oſtiatim ſibi uictum quærere,qui in Iudaiſmo,& in priori ſtatu diuites fuerunt , & in hoc caſu inquit nobis licere ipſis pecuniã dare. Aut nolunt ad fidem uenire,quoniam chriſtiani eſſe reſpuunt,& in hoc caſu pecuniam eis dandam non eſſe inquit.Hæc Abba. ibi, quem ſequitur Mar.Socin.Sen.Idem ſentit Abb.in ca. dilectus, 2.num.7.de ſimon.Hæc diſtinctio Abba.quoad primam partem mihi non diſplicet, etſi eam nõ admodum probo:nam baptiſmi ſuſceptio nõ impedit,ne ſua bona licite acquiſita retineãt, ut habetur in extrauag.dignum de iudę.Quoad ſecũdum ad propoſitum non facit:nam , etſi nolunt eſſe chriſtiani ,fortaſſe beneficiis illecti mutata uoluntate fieri uolent.

Vnde Hoſt.ſecundo loco ſic diſtinguit , ut ait Abba.in eod,cap.dilectus.Aut quis uult pecuniã ipſis dare,quo ſacramenta neceſſaria recipiãt, & id licere ait.Aut quo ſacramenta non neceſſaria, & tunc ſecus.Hæc Hoſt.quamobrem ſequitur, ſi baptiſmum ſuſcipiant,pecuniam ipſis dare poſſe,quandoquidem baptiſmus neceſſarium ſacramentũ eſt,iuxta illud Ioan.Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& ſpiritu ſancto , non poteſt introire in regnum Dei , quæ tamen diſtinctio mihi non probatur:nam,ſi ſimonia committitur hac ratione,non minus committetur in ſacramentis uolũtariis,quàm neceſſariis,cum non minus ſpiritualia ſacramenta uoluntaria ſint, ipſis ſacramentis neceſſariis,ut per ſe conſtat , & ſpiritualitatis ratione,ut ita dicam, non neceſſitatis, ſimonia committatur.

Quid igitur concludendum? Hic duo contẽplanda mihi uidentur.Primum an in hoc caſu ſimonia comittatur . Deinde, an dari quoque liceat ſine peccato.

Quoad primum igitur ſentio ſimoniã hic nõ committi.Primum,quoniam ſimonia committitur,ubi ſpirituale, ſiue annexum emitur,aut uẽditur(ſimonia enim nil aliud eſt, quam ſtudioſa uoluntas emendi,uel uendendi ſpirituale,uel ſpirituali annexum,ut diximus in capit.1.)At hic, quemcunque ſpectemus , ſpirituale nec emitur, nec uenditur:Nam,qui pecuniam tribuit, ſpirituale non emit(non enim ſpirituale eſt , in quo ſimonia committitur,mouere aliquem,ut baptiſmum ſuſcipiat,)Qui etiam pecuniam recipit ſpirituale non tribuit,nec emit etiã deinceps.Non denique,qui ſacramentum confert , nihil enim ei dari facimus , ergo nullo modo dici poteſt ſimoniam hic committi,ualet enim argumentum à partium enumeratione,arg.tot.tit.de obl.quæ ex quaſi contract.& de oblig.& quæ ex quaſi delict.in Inſtit.Poſtremò facit,quoniam, ſi ſimonia committeretur,pecuniam tribuendo alicui, ut baptiſmum ſuſciperet,& precibus ad id quem impellendo committeretur, cum & ratione hac

ſimonia

ſimonia aliquando committatur, ut habetur in c.ſalnator, 1.q.3.ar hoc abſurdum eſt, concionatores enim iudæis,& aliis infidelibus ſuadendo, ut chriſtianam fidem amplexentur, & aliis ut diuina frequententer,ſimoniam committerẽt, quod non minus abſurdum,quàm ridiculum eſt,& ob id non dicendum,argum.l.nam abſurdum, ff.de bon.libert.Concludo igitur ſimoniam hic non committi, & mirandum uidetur auctores allegatos doctrina prȩſtantes hoc non animaduertiſſe,& de hoc ſatis.

Quoad ſecundum ſic diſtinguendum cenſeo. Aut uenire ad baptiſmum ſuſcipiendum ob id tantum uolunt,quo pecuniam habeant,& conſequantur,& in hoc caſu,ſi ob hãc cauſam in primis id faciant,pecuniam ipſis dandam non eſſe cenſeo,quandoquidem rectam intentionẽ non habent, quȩ ad gratiam ſacramentorum conſequendam neceſſaria eſt,& peccant,& ob id & q peccati huius cauſa ſunt, atque idcirco pecuniã dantes:non enim facienda mala ſunt, ut eueniãt bona,etenim neminem niſi uolẽtẽ recipit Deus, ut habetur in cap.non eſt, 15.q.1.& ca.ad fidem 23.q.5. Aut in primis baptiſmum ſuſcipere uolunt,quo chriſtiani fiãt,& ſi paupertatis timore à ſuſceptione auocantur,ad quod denique ſuſcipiendum ueniũt,ex quo pecunia ipſis tribuitur, & hoc licere ſine dubitatione concludo, neutet enim hic peccat,ex quo uterque rectam intẽtionem habet,& in hanc ſententiam iura ſupra citata accipienda cenſeo,& hoc ſenſiſſe uidetur etiã Guliel.Redoan.de ſimon.p.3.cap.5. numer.23. nam,ſi ob paupertatis metum ſe abſtineant à baptiſmi ſuſceptione licite eis pecuniam offerri dixit,ſecus,ſi facerent ob id ſolùm, quo pecuniam habeant. Nec repugnat,cap.quàm pio, 1.q.2.ubi dicitur nuſquam legi diſcipulos domini,uel eorum miniſterio conuerſos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocaſſe: nam propoſitam ſententiam non tollit. Tum quòd, eſto id non fecerint,non idcirco tamen conſequtur,quin fieri potuerit,hoc enim ibi,non dicitur, Tum quod Apoſtoli pauperes erant,atque idcirco,quas elargirentur pecunias non habebant, argum.l.nemo plus iuris,ff.de regu.iur. Hinc S.Petrus Claudo ad portas eccleſiæ ſedenti dixit ipſum intuenti,quaſi pecuniam ab eo accepturus eſſet,Aurum,& argentum non eſt mihi, quod autem habeo , hoc tibi do ſurge in nomine Ieſu Chriſti Nazareni,ut habetur in Act.Apoſt. Tum quòd aliis rebus prouocabant, ut pote ualetudine tribuenda,dœmonibus expellendis, quæ non minoris pecunia æſtimanda ſunt , Tum quod,& pecuniam etiam dabant ſubminiſtrando ea,quȩ ad uictum pertinerent, ut colligitur ex eiſdem Act.Apoſtol. Tum quod & Chriſtus Dominus beneficiis homines ad ſe alliciebat iuxta illud uenite poſt me,faciam uos fieri piſcatores hominum,& alibi,ſedebitis & uos ſuper ſedem iudicantes duodecim tribus Iſrael,ut infinita ſileam, quæ idem fecit,ac contulit beneficia omnibus in hac uita. A propoſita igitur ſententia diſcedendum non cenſeo,& ſecundũ hanc diſtinctionẽ di
2 ſtinctio Abb.taceri poteſt. Pro certo tamẽ † & in
diſtincte teneri debet infideles emi poſſe,ut fiãt
3 chriſtiani: Item † ſeruos redimere , ut fiãt clerici,
ut habetur in c.generaliter,& ibi Glo.d.54. & ut
ait Maiol.de irregul.lib.5.cap.45.nu.4. Nec uir
4 † ſimoniam committit, qui quid ultra dotẽ dat
uxori,quo permittat eum in monaſterium ingredi,ita Maiol.ibidem,ſed de infidelibus ſatis, ad uniuerſitates tranſeamus.

S V M M A.

1 *Vniuerſitates ſimoniam committere poſſunt.*

2 *Simoniam committit , qui omnibus monachis de aliqua uniuerſitate pecuniam tribuit, vel quo in monaſterium recipiatur,vel in canonicum,vel ad eccleſiam aliquam præſentetur.*

3 *Vniuerſitas ſimoniam non committit, eſto omnes de vniuerſitate illam committant,ſi communi conſilio non committatur.*

4 *Vniuerſitas,vbi ſimoniam committit, an ſinguli ex ea puniantur.*

1 VNiuerſitates itidem † ſimoniam committere poſſunt,ut pote Capitulum cathedralis eccleſiæ recipiendo aliquem in canonicũ pretio dato. Itẽ Capitulum religioſorum eadem rõne quem in monachum recipiendo, nec non collegium laicorum præſentando aliquem ad aliq̃ eccleſiam. Probatur autem id ratione:nam, cum ſimonia emptione,uenditioneq; cõtrahatur , ut antea uidimus,uniuerſitates, & collegia emere, & uendere etiam poſſunt,arg.tot.tit.ff.quod cuiuſq; uniuerſ.nom.ergo & ſimoniam committere. Præterea ſimonia committitur delinquendo, ergo & ab uniuerſitate committi poteſt: nam & ipſa delinquit,ut tradidit Bar.cõmuniter recep. in l.aut facta,§.non nunquam,ff.de pœn.& Abb. in c.dilectus filius,2.de ſimo. Poſtremò id habetur in extrauag.ſane ne in uinea de ſimon. nã ibi conuentus,& Capitula ſimoniã cõmittentes puniuntur:at hȩc uniuerſitates ſunt,ergo. Non eſt
2 igitur quod hac de re dubitemus. † Quare,ſi capitulum canonicorum pretio accepto aliquem in canonicum recipiat,ſimoniã committet, ſi itidẽ monachorum capitulum in monachum quẽpiã eadem ratione,tantundem dicimus : ſi denique laicorum Collegium ad eccleſiam,in qua ius patronatus habet,quem prȩſentet pretio etiam ductum,ſimoniæ pȩnam non euadet, ut habetur in cit.extrauag.ſane,ne in uinea.

Hæc aũt,quæ diximus,locũ habent etiã in capitulis monialium:nam ſi pretium ab ipſo recipiatur pro ingreſſu monaſterii,pro certo habendum eſt,ſimoniam committi, ut ſupra abũde id probauimus,cap.4.

3 Excipitur tamen, † ubi cõicato prius conſilio id factum non eſt:nam,eſto ſinguli de uniuerſitate pretium acceperint pro re ſpirituali alienãda, tamen uniuerſitas in pȩnam ſimoniȩ non incidit cum ab uniuerſitate id factum non dicatur,quod

prius commmuni conſilio de more non deliberauerint, ut ait Bar. communiter recep. in cit. l. aut facta, §. non nunquã, n. 9. uerſi. ulterius quæro, & ſequitur Abba. in eod. cap. dilectus filius, nu. 13. uerſi. Sed iuxta prædicta, & Felin. num. 12. uerſi. Sexto in quantum, qui opinionem hanc communem teſtantur; & Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fi. q. 16. uerſi. Vlterius quæro, ibi, Sed hic aduerte. Si ergo quis, ut in monaſterium recipiatur, ſeparatim omnibus monachis pecuniam dederit, nõ capitulum, ſed monaci illi ſimoniam cõmittent, ex quo poſtulat, quo quid ab uniuerſitate factũ dicatur, ut prius cõi conſilio id deliberauerint.

4 Atqui, †ubi uniuerſitas ſimoniam committit, & punitur, an & ſinguli de uniuerſitate ſimoniã commiſiſſe dicentur, & puniri poterunt? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut ſinguli, qui de uniuerſitate ſunt, conſilium dederũt, & autores fuerunt, ut ſimonia cõmitteretur, & in hoc caſu hos ſimoniam committere cenſeo. Primum, quoniam delictum ſimoniæ proprie ſingulares perſonę committuur, improprie autem uniuerſitates: nam, ex quo ſimonia delictum eſt, & ob id dolum requirit, in uniuerſitates dolus proprie non cadit, argu. l. ſed & ex dolo, §. 1. ff. de dol. & ob id proprie ſimoniam non committunt, at in delictis, quæ non proprie ꝑ uniuerſitatẽ committuntur, ipſæ ſingulares perſonæ inprimis puniuntur, ſecundo loco autẽ uniuerſitates, ut tradidit Bar. in citat. §. non nunquam, num. 13. & ſequitur Abba. in eod. c. dilectus filius, num. 14. & Mar. Soci. Sen. ibid. in fine: eſto igitur uniuerſitas puniatur, tamen & ſinguli de vniuerſitate, qui hoc ſuaſuerunt, punientur. Poſtremo facit, quoniam ſine dubitatione ſingulares hæ perſonæ peccarunt, ergo puniri debent, eſto uniuerſitas puniatur, non enim pœna uniuerſitatis ſingulorum pœnam adimit, cum id, quod uniuerſitatis eſt, ſingulorum non ſit, argum. l. ſicut, §. 1. ff. quod cuiuſque uniuerſ. nom. Eſto igitur uniuerſitas puniatur, tamen, & ſinguli punientur, qui auctores fuerunt, ut ſimonia committeretur, atque ſic dixit Ioan. Monach. generatim in cap. fi. de pen. lib. 6. quem refert, ac ſequitur Gemin. ibid. in uerſicul. Per hoc num. 3. ibi, Sed pone, & Iul. Clar. ead. quęſt. in fine, ubi & in aliis delictis ſic uſu receptum reſtatur. Et hæc, quæ dixi locum habent in iis, qui conſenſerunt, eſto non omnes conſenſerint.

Aut quidam non conſenſerunt, neque auctores fuerunt, ut ſimonia committeretur, eſto nihilominus commiſſa ſit, propterea quod maior pars conſenſit, ut committeretur, & in hoc caſu, ex quo hi culpa uacant, pœnam, quam ſinguli cõſentientes paſſi eſſent, euadent, argum. cap. 2. de conſtitut. cum ſimil. ibi citat. & l. ſancimus, C. de pęn. pęnam ergo ſolum patientur, qua uniuerſitas afficitur. Sed de re hac ſatis. At quid de mandante? Hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Mandans, vt quis pro ſe ſpiritualia emat, & ſic pecuniam pro re ſpirituali, eiue annexa tribuat, ſimoniam committit.*

2 *Conſentiens, vt quis pecuniam tribuat pro ſe, quo ſpiritualia conſequatur, ſimoniam committit.*

3 *Contradicens, ac prohibẽs, ne pecuniam quis tribuat, quo ipſe ſpiritualia conſequatur, ſimoniachus non eſt, quamuis deinceps pecunia detur.*

§. I.

1 §. Mandans quoque †tribui pecuniam, quo rẽ ſpiritualem conſequatur, eiue annexam, ſimoniam committit, ut probatur per capit. ſicut tuis litteris, de ſimon. nam ibi excuſatur ab eius labe, qui prohibuit, ne pecunia pro ſua confirmatione daretur: ergo non excuſaretur, ſi eam dandam mandaſſet ſumpto argumento a contrario ſenſu, quod ualidiſſimum eſt, ut habetur in l. 1. & ibi communiter DD. ff. de off. eius, etenim quod operatur propoſitum in propoſito operatur oppoſitum in oppoſito, argum. l. fin. §. fi. ff. de lega. 3. Item id probatur per cap. Matthæus eod. de ſimon. nam ibi, Romanus Pont. conſulit cuidam, ut eccleſiam dimittat, propterea quod ante eius adeptionem de ſua conſcientia, & uoluntate, quamuis turbata, quidam amicus ſuus certam pecuniæ quantitatem ei dederat, qui ipſi aduerſabatur, & Gloſſ. ibi ait hunc ſimoniachum eſſe: ergo multo magis ſimoniachus dicendus eſt, & ſimoniã commiſiſſe, ubi expreſſe id mandaſſet.

Pro regula igitur habebimus mandantem pro re ſpirituali conſequenda aliquid nomine pretii dari, ſimoniachum eſſe, & ſimoniam cõmittere.

2 Hęc autem regula locum habet, † etiam, ubi quis expreſſe id non mandat, ſed tacito, ut pote, ſi patiatur, & conſentiat, ut alius pecuniam tribuat, quo ſpiritualia ipſe conſequatur, ut habetur in cit. c. Matthæus.

Item locum habet, eſto turbato animo, & non libenti pecunia ab alio tribuatur, ut habetur in cit. cap. Matthæus, & ibi not. Gloſſ. in uerb. Pancis: nam ibi ait, in eo caſu, eſto turbata mente ꝑmiſerit pecuniam ille dari, tamen ſimoniachũ eſſe, quandoquidem turbata uoluntas, ſicut etiã coacta, uoluntas eſt.

3 Excipitur, †vbi expreſſe id prohibuiſſet, & cõtradixiſſet, ne quid daretur: nam in hoc caſu, eſto detur, ſimoniachus tamen non eſt, & ſpirituale, quod conſequitur, retinere põt, ut habetur in cit. c. ſicut tuis, de ſim. & ibi Abb. ac DD. not. Sed de mandante hactenus, de ratũ habente iã agamus.

S V M M A.

1 *Ratam habens ſolutionem factam pecuniæ, quamobrẽ ſpiritualia conſecutus eſt, an ſimoniam committat.*

2 *Ratam habens ſolutionem factam ab aliquo, quamobrem beneficium adeptus eſt, an retinere illud poſſit.*

§. II.

1 §. Quæſtio nobis propoſita eſt explicanda, † an ratam habens pecuniæ ſolutionem factam ab aliquo, quamobrem beneficium eccleſiaſticum adeptus eſt, ſimoniachus ſit,

exem-

exempli gratia quis pecuniam patrono dedit, quo Titium ad eccleſiam præſentaret, in qua ius patronatus habebat, uel Epiſcopo, ut præſentatũ inſtitueret, ipſo Titio id ignorante, poſteaquam autem beneficium eſt adeptus, pecuniam datam eſſe nouit, & ratam dationem habuit, facto igitur ita propoſito, quæritur primò an ſimoniam hic committat. Secundò an & beneficium retinere poſſit. Præmiſſo tamen prius in ſimonia ratihabitionem locum habere, ut habetur in ca. pen. & ibi Gloſſ. 1. de elect. & in c. ſicut tuis de ſimon. & ut dixit Nauarr. in conſil. 10. numero 7. de ſimon. lib. 5.

1 Quoad primam quæſtionem† Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut Titii nomine, ſolutio facta eſt, & in hoc caſu, ſi eam ratam habeat, Titium ſimoniam commiſiſſe ſentio: nam & in delictis nomine alicuius factis ratihabitio mandato comparatur, ut dicitur in cap. cum quis. de ſent. excom. lib. 6. Sicut igitur in excommunicationem incidit, qui clerici percuſſionem ſuo nomine factam ratam habet, ut dicitur in eod. cap. cum quis, ita & ſimoniam committet, qui pecuniæ dationem ſuo nomine factam, quo ſpirituale cõſequeretur, ratam habebit, eadem enim in utroque caſu ratio eſt, ergo & diſpoſitio eadem eſſe debet, argu. cap. cum dilecta de confirm. util. uel inutil. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. Quare in hoc caſu dubitandum non eſt ſimoniam committi. Nomine meo autem datum dicitur, ubi ob meam cauſam datũ eſt, quamuis nomine meo nõ dicatur, modo mea cauſa detur, atque ſic ſenſit Gloſſ. in ca. cum quis in uerb. Tuo nomine de ſentent. excommun. lib. 6. & ſequitur eam Syl. in uerb. Conſenſus, qu. 5. Aut eius Titii nomine ſolutio facta non eſt, exempli gratia, quia, qui pecuniam dedit, ſimpliciter ut quis beneficium renunciaret, dedit, non autẽ in fauorem Titii, & in hoc caſu, eſto ſolutionem factam ratam habeat, tamen ſimoniachus non erit, tum quòd id, quod meo nomine geſtum non eſt, ratum habere non poſſum, ut dicitur in eod. cap. cum quis in fine, & in c. ratum, de reg. iu. lib. 6. & ut inquit Abba. in hac quæſtione in eod. ca. ſicut tuis in fine. de ſimon. tum quod nec hic ſpirituale emit, neque uendidit, quod ad ſimoniam committendam requiritur, ut antea diximus, aliud enim eſt uendere, & emere, aliud uenditioni, emptionique factæ conſentire, ut habetur in l. aliud, ff. de re iud. Non igitur ſimoniachus hic erit, atque ſic dixit Abba. in eod. capit. ſicut tuis in fine, & ſequitur ibi Felin. num. 7. uerſ. In Gloſ. in uerb. Conſenſeris, & Mar. Sociu. Sen. num. 25. uerſ. & ex hoc infertur.

Excipitur tamen primo, ubi ante beneficii acquiſitionem ratam haberet, tũc enim, eſto id nõ mandaſſet, tamen ſimoniachus erit, ex quo conſenſit: id quod ſenſit Abba. in cap. ſicut tuis in fine, ibi & ex hoc infero, quod iſte ſoluens pecuniã poſt ius acquiſitum, & traditionem, &c. ergo ſecus ante ius acquiſitum, & pertinent huc dicta in ſuperiori, §.

Secũdò excipitur quoad peccatum: nam mortifere peccat, ex quo mortiferum factum cõprobat, atque ſic de ratum habente percuſſionem clerici non ſuo nomine factam dixit Romanus Pontif. in citat. cap. cum quis de ſent. excom. lib. 6. & concludunt communiter citati auctores. Et de quæſtione hac ſatis.

2 Quoad ſecundam quæſtionem † concludo breuiter beneficium ab hoc retineri non poſſe, ut concluſimus in Tabul. IIII. capit. 7. §. 1. Hinc nec paruuli, quibus pecunia parentes beneficia compararunt, retinere ipſa queunt, ubi id ſciuerunt, ut habetur in cap. ſicut tuis litteris de ſimo. & in cap. de regularibus, & in cap. ex inſinuatione eod. ergo neque hic, qui pecuniæ dationem ratam habuit. Poſtremò, qui prohibet, ne pecunia detur, ſi deinceps dationem ratam habeat, dimittere beneficium debet, ut habetur in capi. ſicut tuis litteris: nam ibi dicitur nõ imputandũ ei ad culpam, pœnamue, qui prohibuit, ne pecunia daretur, niſi poſtquam data eſt, conſenſerit, ergo ſi conſenſerit, culpa ei tribuetur, quia peccabit, & pœnam patietur, quoniam beneficium non retinebit, ut colligitur ex antecedentibus eius canonis, ergo multo magis beneficium dimittere hic debebit, qui nunquam contradixit, arg. cita. cap. ſicut tuis literis, uerſic. Quia tamen longe diuerſum eſt. Retinere igitur beneficium hic non poterit.

3 Verum quid ſi nomine meo pecunia data eſt, ego autem dationem ipſam ratam non habens, ſed pietate ductus, & amicitia pecuniam datam ei reſtituo, an in pœnas ſimoniæ incido? In hac quæſtione ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæſtio diſputatur in foro conſcientiæ, & tunc in pœnas quem non incidere ſentio, quandoquidem re uera peccatum non eſt, ſicut nec ab eo peccatur, quis ſoluet promiſſum factum ob maleficiũ non ui promiſſionis, ſed ob eleemoſynam, ut dixit Caietan. 2. 2. quæſt. 62. articul. 5. quam ſequitur, ac refert. Nauarr. conſil. 10. num. 9. ubi in ſimili caſu ipſe conſuluit. Aut diſputatur in foro exteriori, & in hoc, niſi ex coniecturis contrarium probetur, ratam dationem habuiſſe exiſtimabitur, & ſimoniæ pœnis ſubiicitur, arg. ca. ſicut tuis de ſimon. Sed de iis, qui ſimoniam committere poſſunt hactenus, ad ea tranſeamus, quæ ineſſe ipſis debent, quo ſimoniam committant, & ſimoniæ pœnis afficiantur.

De iis, quæ requiruntur, & ineſſe debent iis, qui in ſpiritualibus ſimoniam committunt, quo ſimoniæ pœnis ſubiiciantur.

Cap. VIII.

S V M M A.

1 *Rationis vſum, qui non habet, ſimoniam committere non poteſt, ita vt puniatur.*

2 *Furioſus, menteᶜaptusue ſimoniam committere non poteſt, ita vt puniatur.*

3 *Furioſi pecuniam accipiens, ideſt à furioſo pro ſpiritualibus ſimoniam committit.*

PERSONAE propoſitæ omnes ſimoniam cōmittere poſſunt, ut uidimus, iam, quæ ineſſe ipſis debent, quo ut ſimoniaci puniantur, contenplemur.
1 †Primum igitur rationis uſum habere debent. Nam primo ad ſimoniam contrahendam uoluntas requiritur, eſt enim ſtudioſa uoluntas uendendi, & emendi ſpirituale, ut diximus, quæ in eo, qui rationis uſu caret, deſideratur, arg. l. furioſi, ff. de regu. iur. Poſtremò ſimoniam committens grauiſſimè peccae, ut probabimus, at rationis uſu carens non peccat, ex quo uoluntas in eo non eſt, quæ ad peccatum committendum requiritur, non. n. peccatum eſt, niſi uoluntarium, ut dixit S. Aug. relatus, 15. q. 1. Rationis uſum igitur habere debēt,
2 quo ut ſimoniaci puniantur. † Quare nec furioſus, nec mentecaptus, nec infans ſimoniam committere queunt, ita ut puniantur: eſto ſimoniam committant. Se habebunt igitur ſicut hi, qui opinionem hereticam habent, ipſi uerò heretici nō ſunt, quoniam ignorant probabiliter opinionem eam hæreticam eſſe.

3 Verum † quid de eo, qui à furioſo pecuniā hoc nomine accipit, quamobrem ſpiritualia alicui ex amicis eius tribuit, an ſimoniam committit. Planè ipſum accipientem ſimoniam committere cō cludendum eſt, tum quòd ſpiritualia pretio aliénat, tum quòd ſimonia altero tantum contrahētium comitti poteſt, ut contingit ei, qui ordinē ſuſcipit, alio pecuniam dante ipſo inſcio: nā hic ſimoniachus non eſt, ut dicitur in c. de ſimoniace de ſimon. & tamen ſimoniacha ordinatio eſt, ut ibi habetur, ergo idem & hic, & pertinēt huc, c. ex inſinuatione, & c. nobis eod. de ſimon. Sed de hoc ſatis, ad alia ueniamus.

S V M M A.

1 *Ignorans probibitum eſſe pro re ſpirituali pecuniam dari an ſimoniam committat pecuniam dando.*
2 *An puniri poſſit.*
3 *An acquiſitum, receptumue ea ratione retinere poſſit.*
4 *Simoniace beneficium habens an admoneri ab id ſciente debeat cum ipſe id ignoret.*

§. I.

§. Deinde, quo tanquam ſimoniaci puniri poſſint, ſcire quoque debent pro ſpiritualibus, eiſuè annexis nihil pretii nomine dari poſſe, ſub modo, conditione, pactoue accipi, non enim pœnam meretur, qui culpa uacat, ut habetur in cap. 2. de conſtitu. & facit, cap. Apoſtolice de cler. excomm. minor. An igitur probabiliter prohibita hæc eſſe ignorans excuſabitur? Ego, ut abſolutam materiam hanc habeamus, tria contemplanda mihi propoſui. Primum an hic ſimoniam committat. Deinde an in pœnas contra ſimoniachos latas incidat. Tertium an acquiſitū ea ratione retineri poſſit.

1 Quoad primum igitur † pro certo habeo ſimoniam committi, tum quòd pro ſpirituali pretium datur, quo caſu ſimonia committitur, ut habetur in tot. titu. de ſimon. tum quòd hic ſe habet ſicut is, qui hæreticam opinionem habet, nō tamen ipſe hæreticus eſt, cum probabiliter ignoret, quid eccleſia teneat, paratus ei parere, ſi ſciret eccleſiam contrarium aſſeuerare, & de hac prima queſtione ſatis.

2 Quoad ſecundam † an hic in pœnas in ſimoniachos illatas incidat, ſentio in eas hunc non incidere. Primò, quoniam ignorantia probabilis iuris etiam diuini, ac naturalis excuſat à pœna, ut ſentit Couar. in cap. alma. part. 1. §. 10. numero 12. uerſicu. Quod ſi lex Pontificia: nam ibi, ait, ſi lege Pontificia excommunicatio feratur pro actu iure diuino illicito, & damnato, & ignoret quis eum actum illicitum eſſe, ipſum excuſari, idem ſenſit Angel. in uerb. Ignorantia, numer. 4. uerſicu. Si uerò id contra quod facit ex ignorantia, eſt contra legem Dei, iunct. uerſic. Quod limita, quoad pœnam iuris poſitiui, idem Nauar. qui alios idem ſentientes refert in Man. capit. 23. numero 47. uerſicu. Addo his, & in conſi. 4. numero 9. de uſur. libr. 5. & ut tradunt DD. in re noſtra, in cap. quoniam, numero 7. uerſic. Tertia concluſio de ſimon. & Nauarr. in conſili. 31. uerſic. Secundò quòd ignorantia iuris, & in conſil. 94. uiden. & in conſil. 82. eod. de ſimon. Secundò id probatur per citat. capitu. quoniam, iubet enim ibi Romanus Pont. Epiſcopis diœceſanis, ut ſingulis annis decretum illud per ſuas diœceſes promulgent, ne per ſimplicitatem, uel ignorantiam ſe ualeant regulares excuſare. Hæc ibi Summus Pont. ergo ignorantia iuris huius excuſat, atque ſic inquiunt ibi Ioann. de Anan. & Zaba. Non ergo ab hac ſententia diſcedemus. An tamen probabilis ignorantia ſit, iudex id arbitrabitur, ut citati auctores proxime ibidem id inquiunt. Quare hac ratione cenſeo ruſticos, & impetitos à ſimoniachorum pœnis excuſari. Et de hac itidem queſtione hactenus.

3 Quoad tertiam queſtionem † an per ſimoniam ignorāter commiſſam acceptum retineri queat, omiſſis in præſenti aliis ſpiritualibus, necnon ſimonia mentali, ac conuentionali, de quibus infra ſuo loco agemus, collationem beneficii eccleſi. per realem ſimoniam factam nullam eſſe concludo. Primum, quoniam ignorantia facti, in hoc caſu non excuſat: nam, ſi quis, exempli gratia, epiſcopo aliquid tribuat, quo Titio beneficium conferat, eſto Titius dationem illam ignoret, tamen beneficium ipſi collatum retinere nō poterit, ut habetur in c. nobis de ſimon. ibi enim reprobandam eſſe ait Romanus Pont. electionē eius, quoniam ignoranter pecunia data eſt, ut eligeretur, idem habetur in cap. ex inſinuatione, & in c. ſicut tuis litteris, ibi, Quamuis. eodem de ſimon. ergo minus ignorantia iuris excuſabit, ut in c. ignorantia. de reg. iu. li. 6. Poſtremò pro hac ſententia facit, quoniam, etſi ignorans ſe excom

municatum

municatum eſſe diuina faciendo irregularis nõ ſit,ut habetur in c.Apoſtolicæ de cler.excõ.min. tamen,ſi eidem beneficium interim conferatur, collatio nulla eſt,ut de electione dixit Gl. in cit. c.Apoſtolicæ in uerb.Ignorantia,& ibi DD.com muniter & Couar.in cit.c.alma,p.1.§.7.num.3. uerſic.Decimo & ut probauimus in Tractatu de Cenſuris Tab.1.c.13.§.1.num.1.eſto igitur excu ſetur à pœna,non tñ lucrum conſequitur,atq; in hanc ſententiam accipiendum cenſeo Archiep. Flor.in 2.p.Sum.tit.1.cap.5.§.3.qui ait ſimoniã committere quem etiam, ſi ignorans id faciat, quandoquidem ignorantiam hanc & naturalis, & diuini iuris eſſe inquit: nam, ut iura iuribus concilientur,quod fieri debet iuxta,c. cum expe diat de elect.lib.6.& le.1. C. de dot.promiſſ. quoad lucrum accipietur,non autem quoad pœ nam,atque ſic inquiunt Ioan.de Anan.Zab.ac re liqui in eod.cap.quoniam.

4 Verum quid † ſi ego ſcio quem beneficium p ſimoniam realem habere,cum ipſe id probabiliter ignoret,an admonere dẽ hoc eum debeam, cum nulla collatio ſit ob extrauag.cum deteſtabile de ſimon.Plane ego ſentio me ad id non teneri ob multa,quæ allegat in ſimili Nauar. in cõ ſi.37.num.4.uerſ.Ad hoc etiam reſpondeo,tum quod bonam fidem ipſe habet,quamobrem fructus,quos percipit,lucratur,ut in Tract.de ſimonia Reali,ca.7.§.2.num.4.probauimus, tum qđ nemini præiudicium ſit, tum quòd uerendũ eſt, ſi de hoc edoceretur,ne fortaſſe uellet,illud reſignare,& ſic in ſalutis diſcrimine poneretur, ſcandalumue naſceretur,arg.c.quia circa de conſan gui.& aff.Sed de hoc ſatis,ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simoniam,vt quis committat propoſitum emendi, uẽdendiue ſpiritualia,eiue annexa habere debet.*
2 *Præſumitur ſimoniam committi, ſi & tribuens ſpiritualia, & eadem accipiens inter ſe conueniant, vt aliquid detur,accipiaturque.*
3 *Item,ſi ſpiritualia adminiſtrans,nõ aliàs adminiſtrare ea uelit,niſi pecunia, aliquidue aliud ei tribuatur.*
4 *Tertiò,ſi idem adminiſtrans ſpiritualia non expreſſe quicquam exigat pro adminiſtratione,ſed difficultates aliquas iniiciat,vel moretur tantum, quouſque ei aliquid detur.*
5 *Quartò ex parte pecuniam dantis ſimonia præſumitur,ſi quid det, quo ij,quibus dat,aut ei faueant,aut ne ei aduerſentur.*
6 *Præſumitur nec ne ſimonia, ubi quis ſimpliciter dat aliquid,& non apparet de animo dantis.*

§. II.

§. Poſtremò requiritur, quo prædicti ſimoniam committant,& ut ſimoniaci puniantur,ut propoſitum habeant emendi, uendẽdique ſpiritualia,id eſt non gratuito conferendi, accipiendique ſpiritualia,uel ſaltem nõ pure,ſed ſub conditione aut modo eadem ſpiritualia con trectandi,his enim duobus modis ſimonia com mittitur,ut uidebimus,ſed prius de primo.

1 Propoſitum igitur † ut habeant uendendi,emẽdique ſpiritualia,neceſſe eſt,quo ſimoniam com mittant,& quo tanquam ſimoniachi puniantur. Idque iure merito: nam humanus actus hic eſt: ergo propoſitum ineſſe ipſis debet. Pręterea ſimonia nil aliud eſt,quàm ſtudioſa uoluntas emẽdi,uel uendendi ſpirituale, ſpiritualiue annexũ, ut in initio probauimus:ergo propoſitum huiuſmodi habere debent,atque ſic habetur in c.1.& in c.non ſatis,& in ca.cum in Eccleſię, & in cap. ueniens,& in capit.Matthæus,& in capit.ex inſinuatione cum ſimil.de ſimon. & ſenſit Gloſſ.in cap.ex tua,quam ſequitur, & interpretatur Abba.ibi num.5.de ſimon.Hinc Nauarr.in conſili. 22.num.6.de ſimon.libro 5.dixit neminem com mittere ſimoniam iure diuino prohibitam, niſi qui intendit emere,uel uendere ſpirituale,uel illi annexum. Hoc autem locum habet,uel uterque,ſcilicet tam ſpiritualia recipiens, quàm tradens,uel alter tantum ſimoniam committat: nã uel vnus,uel ambo affecti hoc animo ſint, ſimoniam committunt,ita dixit Archiep.Flor.in 2.p. Sum.tit.1.cap.5.§.3.& facit cap.ex inſinuatione de ſimoni. & in c. de regularibus eod.

Atqui quando præſumetur ipſos animum hũc habuiſſe,ubi non expreſſe de emptione, uenditioneque,huiuſmodiue alio contractu egerunt?
2 Multis ſane modis.Nam primò † ipſi propoſitum hoc habuiſſe exiſtimabuntur, ubi pactum interuenit,ut ſpiritualia conferenti quid detur, ut dixit Archiep.Floren.in 2.par.Sum.tit.1.capi. 5.§.3.ibi,Ita tamen,quod ceſſet,omnis pactio,& ut habetur in cap.de hoc,& in c.cum eſſent,& in c.ex diligenti,& in c.nobis,& in c.tua nos de ſimon.nam in c.de hoc iudicatur ſimoniam commiſſam ab epiſcopo,& ab aliis quibuſdam, pręterea quod Epiſcopus ille beneficia promiſerat quibuſdam, quo ſuæ electioni conſentirent, ergo per pactum ſimoniam interceſſiſſe conuincitur.Idem habetur in capit. cum eſſent,ibi enim clericus, quidam ſimoniam commiſiſſe dicitur, propterea quod miles promiſerat ei beneficium quoddam, ſeu ſe præſentaturum eum ad beneficium, ſi ſua negocia gereret: ergo ex pactione alicuius rei dandæ pro re ſpirituali, ſicut etiam ex pactione rei alicuius faciendæ,vt homagii pręſtandi pro beneficio conſequendo, ſimonia concepta iudicatur. Idem in cap.nobis: nam ibi electio ſimoniacha dicitur,ſi ob ipſam electoribus pecunia promiſſa ſit,idem & in reliquis iuribus citatis habetur. Pro certo igitur habendum eſt,etſi expreſſe,emptionis, uenditioniſq; alteriuſue contractus huiuſmodi mentio facta non eſt,tamen, ſi paciſcantur, ut aliquid fiat, deturue pro re ſpirituali,ſcilicet quo tribuatur, uel ne ipſi aduerſetur,uel faueat,ſimoniam committi. Idque iure merito,nam ſpiritualia, pure,nulla pactioneq; intercedente tribui debent,ut habetur in cap. fin.de pact.& in c.quàm pio,1.q.2.
3 Secundò † emptio,atque uenditio ſpiritualiũ,

intercedere ex parte adminiſtrantis ſpiritualia exiſtimantur, ubi adminiſtrans ea non aliter adminiſtrare ipſa uult, niſi pecuniã, aliquid aliudue accipiat, ut habetur in cap. non ſatis de ſimo. nam ibi, ſi exigatur aliquid ab eo, cui regimen eccleſiæ, prioratus, uel capellę, committitur, uel ꝑ chriſmate, oleo, ſepulturaue, hunc exigentem cũ Simone partem habiturum dicitur, id eſt ſimoniacũ fore (Simon.n.hic eſt Simon ille Magus, unde Simonia dicta eſt, propterea quod ipſe pri' in Eccleſia Chriſti, Domini ſpiritualia reddere uenalia uoluit, ut habetur in Act. Apoſto. cap. 8.) ecce hic prohibetur, ne quicquam pro ſpiritualibus exigatur, at exigere eſt ab inuito, & ut debitum accipere, ut dixit Gloſſ. iunct. l. ſoluendo, ff. de nego. geſt. & Glo. in l. fideicommiſſa, §. ſi rem in uerb. Exegerat, ff. de lega. 3. & Alciat in l. debitor, in uerb. Exigi, ff. de uerb. ſign. Ex quo igitur hic ſacramenta conferre non uult, niſi quid detur, uenalia ipſa habere pręſumitur, atque ſic dixit quoque Archiep. Flor. in 2. p. Sum. tit. 1. capi. 5. §. 3. uer. 1. Sed & ſine pacto, multum enim præſumi de ſimonia ibi ait, ſi exigant à non uolentibus dare. Idem habetur in capit. cum in eccleſiæ eod. de Simon. nam ibi quoque prohibetur, ne quicquam exigatur pro ducendis perſonis Eccl. in ſedem, uel ſepeliendis mortuis, uel aliis ſacramentis conferendis. Item in c. ſequen. & in c. ea, quæ, & in cap. ueniens, & in c. ex tua, & in cap. ad noſtram, & in c. Matthæus cum ſimil. de ſimon.

4 Tertiò † ſimonia præſumitur, ubi, etſi adminiſtraturi ſpiritualia expreſſe non paciſcuntur de ꝓtio, nec quicquam exigunt, tamẽ difficultates aliquas mouent, & negocium faciunt ſuſcepturis ſpiritualia, & tam diu morantur, quouſque aliqd ipſis detur, ut habetur in ca. audiuimus de ſimoni. ibi enim puniuntur, qui difficultates ingerũt iis, qui ſepeliri aliquo in loco uolunt, in religionemue ingredi, donec aliquid eis detur, & eadẽ ratione in eccleſiis non patiuntur aliquos inſtitui; ergo id non licet: ergo tacitè & hi ſpiritualia uendere exiſtimantur. Idem habetur in cita. c. ad apoſtolicam, ibi etſi forte. Idem in cap. ſicut tuis, ubi Epiſcopus quidam, qui confirmare electum quendam nolebat pro extorquenda pecunia, ſimoniachus eſſe probatur. Hac ratione igitur, eſto emptionis, uenditioni ſue mẽtio nõ fiat, interceſſiſſe tamen ſimonia exiſtimatur.

5 Poſtremò † ſimonia etiam pręſumitur, & emptio, & uenditio interceſiſſe, ubi ſpirituale aliqđ accepturus, ei, qui ipſi aduerſatur, quidpiam tribuit, ne deinceps aduerſetur, ut habetur in capi. Matthæus. de ſimon. nam ibi conſentiens, etſi nõ libenter, ut contradicentibus electioni de ſe factę aliquid detur, ſimoniachus dicitur, ut ibi habetur. Quare &, qui daret competitori pecuniã, penſionemue promitteret, ne ad beneficium ſecum concurreret, liteue ſua ut renunciaret, qui examinatori, quo ei aut quęſita proponenda patefaceret, aut aliàs ei opem ferret, In omnibus his caſibus ſimoniam committeret. Excipitur tamẽ ubi in iure prorſus iam quæſito uexaretur, tunc enim ſi quid tribuit, ſimoniam committere non cenſetur per cap. dilectus filius de ſimon. Sed de hoc infra pluribus.

6 Atquid, † ſi neque pactio interueniſſe appareret, neque ſpiritualia adminiſtraturus ea deneget, nec ulla in re repugnat, ſed tamen ultro quid datur, an ſimonia interueniſſe exiſtimabitur? Plane in foro conſcientiæ quęſtio hæc dubitationẽ non habet: nam conſcientię ipſorum ſtabitur, argum. c. tua nos. in fine de ſimon.

Quoad forum exterius uero, uidebatur dicendum, ex quo nulla pactio, conuentioue interuenit, ſed pure quid datum eſt, ſimoniam non præſumi, arg. cit. cap. tua nos: nam ibi conſultus Romanus Pont. de quodam, qui ſua bona eccleſiæ offerebat, & in ea canonicus fieri cupiebat, ſimul que oblata bona in prębendam ipſi dari, ſimoniam committi reſpondit, ſi ſua bona elargiatur hac conditione, & pacto, ut prædicta conſequatur. Secus uerò ſi pure, ac ſine pacto, uel conditione qualibet offerat rogans humiliter, ut in canonicũ admittatur, & bona ſua retinere ſibi liceat, pro præbenda, & clerici eiuſdem Eccleſiæ pure conſentiant. Ecce hic, ubi pure, & ſine conditione aliquid datur, accipiturque, ſimoniam nõ cõmitti, neque præſumi. Contra ſententiam hanc tamen facit cap. etſi quæſtiones eod. de ſimo. nã, ubi quid ſimpliciter offertur, ad dignoſcẽdum, quo animo datum ſit, & an ſimonia fuerit commiſſa, multa ibi conſideranda docet Romanus Pont. ſcilicet perſonam dantis, an diues, pauperue ſit, perſonam accipientis, an facile moueri poſſit ad ſimoniam committendam, muneris quantitatem, an mouere ſcilicet accipientem queat: nec nõ tempus, quo datur, & huiuſmodi, ergo nõ ſimpliciter concludendum eſt ſimoniam nõ cõmitti. Nec repugnat cit. c. tua: nam ibi canon ille loquitur, & Summus Pontifex, ubi libere quis offert ſua bona, & deinceps rogat, ut recipiatur, & ſic, ubi conſtat, quo animo data ſunt: at quęſtio noſtra eſt, ubi dubii ſumus.

Quid ergo concludendum? Ego ſecundum cita. cap. etſi quæſtiones, concludendum cenſeo, & ſic ad arbitrium iudicis confugiendum, quo ipſe contempletur an donandi animo res data ſit, an uerò ut pretium rei ſpiritualis, ſi enim res magni pretii detur à paupere, ſi auaro, & qui niſi aliquo dato ſpiritualia adminiſtrare non ſolet, & eo tempore detur, quo filius dantis ad cõcurſum beneficii, exempli gratia, iturus eſt, præſertim cũ aliàs dans elargiri hęc nõ cõſueuiſſet, plane hoc animo hunc dediſſe iudex arbitrabitur, quo beneficium ſuo filio conferat, & ob id in concurſu ei faueat: Facit quoque cap. ad noſtram de elect. & tunc ſimonia ab utroque executioni mandata realis, ab altero tantum conuentionalis erit. Contra vero, ſi is, qui dedit & diues, ac liberalis ſit, & elargiri etiam huiuſmodi hæc cõſueuerit; & res, quæ datur tam reſpectu habito ad ipſum dãtem, quam accipientem, modici precij ſit: & qui accipit non auarus. In hoc caſu in foro fori animo ſpiritualia emendi dediſſe hic non exiſtimabitur argum.

gum.c.etſi quæſtiones iunct.tradit.ibi a DD.

At quid re dubia omnino? Simoniam non cõmiſſam arbitrabimur, arg.ca.odia de reg.iur.lib.6.non enim dolus præſumitur, niſi probetur arg.l.dolum,& ibi Bar.ac DD.C.de dol. & l.merito.ff.pro ſocio,& Viu.in ſua Sylu.opin.500.& opin.676.num.6.atque ſic ſenſit in re noſtra Marchabrunus ab Anguillis conſi.18.num.214.vol.1.& Nauar.conſil.12.de ſimon.lib.5.In hac igitur q̃ſtione ſic concludendum cẽſeo. Et de primo modo, quo ſimonia cõmittitur ſatis: ad alterum, ſcilicet, vbi ſub conditione, modoue ſpiritualia conferuntur, quo caſu etiam ſimonia committitur, tranſeamus; id quod in ſeq.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Conditione, modoùe adiecto, vbi ſpiritualia conferuntur, ſimonia committitur.*

2 *Spiritualia pure, nullaq; adiecta conditione, modoùe conferri debent.*

§. III.

§. Duobus modis ſimoniam cõmitti diximus, ſcilicet vbi precium pro re ſpirituali datur: & vbi ſub cõditione, modoue ſpirituale cõfertur, ac de primo egimus: iam igitur de ſecun-
1 do hic agamus. † Requiritur ergo denique, quo ſimonia committatur, vt ſi precium non interuenit pro ſpiritualibus, ſub conditione, modoue, ſaltem ſpiritualia conferantur; hac enim ratione ſi-
2 monia cõmittitur: id quod hinc probatur, † quoniam ſpiritualia pure, ac ſimpliciter conferri debent, vt habetur in c.quam pio.1.q.2.& in c.fi.de pact.& in c.tua nos de ſimo.alioquin ſimonia cõmittitur, vt not.DD.in citatis iuribus, & præſertim Glo.in eod.c.tua nos. Hac quoque igitur ratione ſimonia committitur.

Quare, qui beneficium in alicuius fauorem renunciat; qui retenta pẽſione, ſimoniam committit, vt id probauimus infra in c. de renũciatione. Item, qui beneficium, in quo penſionem habet, cuipiam conferendum curat hac adiecta conditione, vt penſionem redimat, vt dixit Ludouicus Paleſtrelus in libello inſcripto. Reſponſiones caſuum conſcientiæ.caſ.37.verſ.Ad ſecundam difficultatem pag.161. Hinc Nauar. in conſil.1.Vt eccl.beneficia ſine dimin. confer.lib.3.inquit ſe non audere excuſare quempiam a ſimonia, qui hac conditione beneficium alicui contulit, vt iuraret ſe non renunciaturum beneficium illud cũ penſione, nec in fauorem alicuius, nec permutaturum: idem dixit Nauar.generatim in conſ.32.nu.2.de ſimon.lib.5.nam ibi in ſummam inquit iura damnare omnia pacta, ſiue abſoluta, ſiue cõditionalia in ſpiritualibus; eſto igitur precium non interueniat, ſed conditio, modusue in ſpiritualium collatione, ſimonia committitur. Verũ, quòd multi caſus ſunt, in quibus ſimonia non cõmittitur, ſcilicet vel quòd id, quod datur, pro precio ſpiritualium nõ datur, ſed ob aliam cauſam. Item, vbi precio quid tribuitur, non pro ſpiritualibus, ſaltem huiuſmodi tribuitur. Denique, eſto conditio, modusue adijciatur, à iure improbata non ſunt, & idcirco ſimonia nõ committitur: ob eam rem ſingula hæc, & prius primum cõtemplemur: id quod in ſeq.capite præſtabimus.

De caſibus, in quibus ſimonia non committitur, eſto in ſpiritualium adminiſtratione quid promittatur, detur, accipiaturq́. Cap.IX.

S V M M A.

1 *Suſtentationis cauſa ſi quid detur, accipiaturùe in ſpiritualium adminiſtratione, ſimonia non committitur.*

2 *Epiſcopi beneficia conferentes hoc pacto, vt diuina adminiſtrentur, quę beneficia illa poſtulãt, ſimoniã non committunt.*

3 *Concurrentes ad beneficia ſimoniam non committũt.*

4 *Suſtentationis gratia vt quid detur, paciſci poteſt, qui ſpiritualia adminiſtraturus eſt.*

5 *Capellani etiam, qui paciſcuntur, vt habeant, vnde ſe ſuſtentent, ſimoniam non committunt.*

6 *Concionatores paciſci poſſunt, dum eunt ad concionãdum alicubi, vt ſibi dentur, quæ ad ſe ſuſtentandum pertinent.*

7 *Sacerdotes obligati ad diuina facienda pro ſuſtentatione paciſci non poſſunt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

PRopoſuimus proxime nobis explicandũ, quando ſimonia non cõmittitur, vbi in adminiſtratione ſpiritualium aliquid datur, accipiturue. Verum, quòd multi ſunt caſus, ob eam rem ſigillatim ſingulos explicemus.

1 Primum igitur, † vbi in adminiſtratione, receptioneque ſpiritualium quidpiam datur, accipiturue, quo ſpiritualia adminiſtrans ſuſtentetur, ſimonia non committitur; id quod multis rationibus probatur. Primo, quoniam hac ratione ſpiritualia, nec venduntur, nec emuntur, ex quo id, quod datur, non pro ſpiritualibus, ſeu ſpiritualiũ precio, ſed pro ſuſtentatione miniſtri ſpiritualiũ datur, ergo ſimonia non committitur, quę eſt voluntas emendi, vendendique ſpiritualia, vt in primo capite poſuimus: & tũc committitur, vbi precij nomine pro ſpiritualibus quidpiam datum, acceptumue eſt, vt ex definitione proxime allata probatur. Præterea, vt inquit Apoſt.ad Corin.1.cap.9.Qui altari ſeruit, de altare viuere debet: Neſcitis, ait enim ibi, quoniã, qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? & qui altario deſeruiant, cum altario participant? Hæc Apoſt. quæ & habentur in cap. cum ſecundum Apoſtolum de præben. Si ergo, qui alteri ſeruit, de altari uiuere debet, iure ſpiritualia adminiſtrans alimenta ſine ſimonię uitio petere poterit. Hinc, et ſi pro mutuo ultra ſortem nihil recipi debet, alio

quin

quin uſura committitur,tamẽ Montes Pietatis,
qui pauperibus muruam pecuniam præbent, vſu
ram non committunt vltra ſortem modicum exi
gentes,& hoc ob eandem rationem,quod id, qđ
accipitur pro ſuſtentandis eorum miniſtris acci
pitur,vt id pluribus egit Nauar.in Comment.de
Vſuris.n.59.cum multis ſeq.verſ.Vigeſimo not.
& Lupus in c.nauiganti.§.3.in Tract.de vſur.er-
go idem in caſu noſtro; valet enim argumentum
ab vſura ad ſimoniam.Poſtremo id DD.commu
niter concludunt.S.Hierony.relat.in c. iudices.
1.q.1.& ibi Gloſſ. in verb. In ſumptum.Idem S.
Tho.2.2.q.100.art.2.in reſol.& in reſp. ad ſecun
dum argumentum,vbi & S.Auguſt.idem ſentiẽ-
tem refert.Idem Caiet.ibid.arti.3.& in Sum.in
verb.Simonia in quarta regula,& in ſequẽ.& Ar-
chiep.Flor.in 2.p.Sum.tit.1.c.4.§.2.verſ.Secun-
do poſſint dari pecunia,& Syl. in verb. Simonia.
q.3.verſ.Tertia regula,& Ioan. Tabien. eod. nu.
19.verſ.Decimooctauo, & Nauar.in Man.c.23.
nu.100.verſ.Quarto quod non eſt ſimonia, & Al
fon.Aluarez.in Theſauro Chriſtianę relig.in tit.
de ſimon.c.62.nu.13. & in baptiſmo ſic cõcluſit
Guliel.Redoan.in Tract.de Simonia.c.6.nu.18.
verſ.Verum pro conciliatione 1.p. & eadem par
te c.29.num.10.cum duob.ſeq.& Gabr. Byel.d.
25.q.2.not.3.verſ.Quarto,vt dicit,ſtipendiatio-
nem lib.4.& Domi.Sot.de iuſti.& iur.lib.9.q.6.
art.1.concl.2.verſ.Poſterior concluſio.commu-
nis denique DD.ſententia hæc eſt. Adminiſtran
tes igitur ſpiritualia licite, ac ſine ſimoniæ vitio
pro ſe ſuſtentando,accipiunt,ſi quid ipſis offera-
tur.Hinc beneficia inſtituta ab Eccleſia;hinc prę
bendæ,ac decimæ, quo miniſtri Eccleſiæ ſuſten-
tentur,& vt quæ ad diuina facienda pertinent,ha
beantur,arg.cit.c.cum ſecundum Apoſtolum de
præben.& c.fi.de reſcrip.lib.6.& tot.titu. de de-
cim.& Caiet.in Sum.eod.de ſimon.in verſ.Quar
2 ta regula.† Quarę Epiſcopi beneficia alicui con
ferentes hoc pacto,ut curam animarum eius loci
gerat,ſimoniam nõ committit;tum quod pactio
illa non eſt ſimplex pactio,ſed eius,quod benefi-
cium habentẽm facere oportet admonitio.argu.
c.fi.de reſcri.quamobrem nec collatio illa ſimo-
niaca eſt; expreſſum enim eo modo, quo tacito
ineſt;nihil operatur.arg.l.3.ff. de le.2. tum quod
non pro adminiſtratione ſpiritualium,ſed pro ſu
3 ſtentatione confertur.† Non itidem, qui ad be-
neficium conſequendum concurrunt,qua ratio-
ne beneficia hodie ſæpius cõferuntur;nam, vt ha
beant,vnde ſe ſuſtentent,concurrunt.

4 Hæc autem regula adeo vera eſt, † vt etiã quis
paciſci de alimentis poſſit, ſic enim aſſeruit Ca-
iet. 2.2.q.100.artic.2.verſ. Ad euidentiam. & in
Sum.in verb.ſimonia,verſ.Quarta regula, ibi ſe-
cundum;Secundum eſt,ait enim ibi, quod in ar-
ticulo neceſſitatis licet deducere in pactũ ſtipen
dium ſuſtentationis.Hæc Caiet.& ſequitur quo-
que Guliel.Redoan.eod.3.p.c.18.num.32.verſ.
Ex hoc autem.Probatur autem & id ratione, nã
pactio hæc non pro rebus Eccl.emendis,venden
diſue interuenit;ſed vt adminiſtrans ſpiritualia,
habeat vnde viuat,quo adminiſtrare ipſa poſſit,
quod omnino licet.Poſtremo,quoniã ſi quis pe-
tat à ſacerdote,vt eat aliquo miſſæ ſacrum factu-
rus,paciſci ſacerdos ille poteſt, vt ꝓſpiciat de al-
tari,calice, & veſtibus ad diuina facienda perti-
nentibus,& tamen ſimonia non committitur, vt
ait Caiet.ibid.& Guliel. Redoan. & hoc ob eam
rationem,quoniam ſine ipſis diuina fieri neque-
unt:ergo & vt de victu ſibi proſpiciat,paciſci po-
teſt,vt habeat,vnde ſe ſuſtentet;nam nec ſpiritua
lia fieri poſſent,ſi miniſtri non haberent, vnde ſe
ſuſtentarẽt,arg.c.ſi quis obiecerit. 1.q.3. etenim
& ob hanc rationem,vt proxime diximus benefi
cia inſtituta, necnon præbendæ; item iuſſum, vt
decimæ,ac primitiæ ſacerdotibus perſoluerẽn-
tur;nec nõ vt oblationes haberent, vt habetur in
tit.de præben.& tit.de decim.& in ca.hanc con-
ſuetudinem 10.q.1.& vt dixit Caieta. in Sum.in
verb.Simonia,verſ.Quarta regula, ibi Habes ta-
5 men.† Quare capellani,qui non habent, vnde vi
6 uant,item † concionatores,qui aliquo eunt ad cõ
cionandum,vt dixit Gloſſ.in c. de quibuſdam d.
37 ſicut etiam clerici alij, qui inuitantur ad diui
na facienda,vtpote ad funera,ad anniuerſaria, &
ad huiuſmodi alia officia peragenda ſimoniam
non committunt,ſi paciſcantur,vt per id tempo-
ris ad victum neceſſaria ipſis præſtentur, ita ſen-
ſit Guliel.Redoan.de ſimon.1.p.cap.29.nu.12.
cum multis ſeq.

Item locum hoc habet,eſto hic,qui paciſcitur
non egeat:nam vt inquit Apoſt.1.ad Corin.c.9.
Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam?Quis paſcit
gregem,& de lacte gregis nõ manducat? Eſto igi
tur diues ſit,pro ſua tamen ſuſtentatione,quę ne
ceſſaria ſunt,petere poteſt,& ſimoniam nõ com-
mittit,atq; ſic ſenſit Inn.in ca.quoniam enormis
in initio ne prælat.vic.ſuas,& Abb.in ca.Epiſco-
pus de præben.vidend. Nec repugnat, quod con
trarium ſentire videtur Caiet.2.2.art.2.verſ. Ad
euidentiam,ibi Alio modo ex pacto vbi ait pau-
peri tantum indigenti ex pacto ſtipẽdium habe-
re licere,& ob id,qui habet,vnde ſe ſuſtẽtet, ſi de
ſtipendio ſuſtentationis paciſcatur,conuinci fal
ſum dicere;nam ratio ea tollitur per propoſitam
rationem,ſcilicet quod ſuis ſtipendijs, & ſumpti
bus ſpiritualia adminiſtrare quis non tenetur.
Præterea ratio,quamobrem pro ſuſtẽtatione pa-
ciſci licet,& ſimonia nõ committitur,ea eſt,quo
niam,pro precio ſpiritualium nõ accipitur,quod
hac ratione datur;quæ ratio,& vbi quis habet,vn
de viuat,locum ſibi vindicat, vt per ſe patet; non
idcirco enim ſpiritualia venduntur, ergo eadem
diſpoſitio locum habere debet arg.ca.cum dile-
cta de confirm.vtil.vel inutil.& l.illud.ff. ad leg.
aquil.atque rationem hanc quoque tetigit Do-
mini.Sot.& opinionem ſequitur de iuſtit. & iur.
lib.1.q.6.artic.1.verſ. Neque vero duorum, ibi.
Hunc tamen inquam. Poſtremo ipſemet Caiet.
in Sum.in verb.Simonia verſ.Circa ſecundum ca
put,ibi Quarto not.ait, etſi ſacerdos non bene fa
cit ante ſpiritualium adminiſtrationem exigen-
do id,quod ex conſuetudine datur, non tamen ſi
moniam

moniam committere, quoniam exactio antecedens modum debiti nõ mutat: ergo idem & hic mutatio ſtatus petitionem nõ mutat. Alioquin, ſi cõtrarium diceremus, diuiti Eccl. beneficium conferri non deberet, ne qui diues eſt, ex fructibus Eccl. viuere poſſit, quod abſurdum eſt, & idcirco non dicendum, arg. l. nam abſurdum. ff. de iur. patro. A propoſita igitur concluſione non diſcedemus.

7 Vbi tamen † alias quis ad diuina facienda, ſpiritualiaq; adminiſtranda obligatus eſt, nec de ſuſtentatione paciſci poterit. Quare parochi pro ſacramentis adminiſtrandis, diuiniſque alijs officijs obeundis paciſci de alimentis nequeunt; nã huius rei gratia beneficia eis collata ſunt, atq; ſic habetur in c. ſuam. iunct. Glo. de ſimo. & ibi not. Abb. nu. 10. & Fel. nu. 2. & Marc. Soc. Sen. nu. 7. & in cap. cum in Eccleſiæ eod. & Alfonſ. Aluarez. in Theſaur. Chriſtianæ relig. c. 62. nu. 11. verſ. Et diſtingue latius. Id quod locum habet, eſto beneficium adeo tenue ſit, vt ad victum neceſſaria ipſi non præbeat; ſibi enim tribuat, qui ſe ad id obligauit. Tunc ergo artificio quopiam honeſto victum ſibi parabit, arg. c. clericus iunct. Glo. d. 91. & vt inquiunt DD. cit. proxime eiſdem in locis; etenim & hoc S. Paulus factitauit, vt habetur in Act. Apoſt. c. 20. & refertur in ca. cum Apoſtolus de cenſ. & in c. nunquam de conſecr. d. 5. Argentum, & aurum nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, ait enim ibi D. Paulus, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, manus hæ miniſtrauerunt. Honeſta vero artificia ſunt, vt ſuere veſtes, calciamẽta, fundum colere, libros ſcribere, pueros docere, vt inquiunt cit. auctores, & facit cit. c. nunquã de conſecr. d. 5. Si tamen ratione hac viuere nõ poterit; munus ſuum obibit, ſacramentis ſcilicet adminiſtrandis, diuiniſq; alijs faciẽdis, ac deinceps Epiſcopum adibit, qui cenſuris propoſitis parochianos ad ſuum parochum alẽdum compellet. Vbi ergo quis ad ſpiritualia adminiſtrãda obligatus eſt, paciſci de ſuſtentatione non poteſt. Non igitur parochi à ſuis parochianis ſuſtentationis gratia petere quicquam poſſunt pro ſacramentis adminiſtrandis, & diuinis faciendis, qui beneficiũ eccleſiaſticum habent, vt dixi. Non Vicarij perpetui; nam loco parochi ſunt, vt habetur in Cle. vnic. de off. vic. Nõ capellani, qui parochi partes agũt, & ob id ad ea obligantur, ad quæ obligati ſunt ij, in quorum locum ſuffecti ſunt, arg. l. ſi eſi. §. iniuriarũ. ff. ſi quis caut. ſubrogatus enim eius naturam ſumit, in cuius locũ ſubrogatur, vt not. in cit. §. iniuriarum. Non coadiutores dati, iuxta c. fi. de cler. ægrot. & c. 1. eod. lib. 6. & Trid. Syno. ſeſſ. 25. de reform. c. 7. & Paul. Fuſch. de viſi. & regimi. eccl. lib. 2. c. 7. Non canonici, Non fratres, ac religioſi, quoad ea, quę ex officio obligati ſũt. Non Epiſcopi, quandoquidem hi omnes, vel ex beneficio, vel ex canonicatu, vel ex monaſterio, vel ex pacto habent, vnde viuãt. Et hæc ratio eſt, quamobrem Epiſcopi ſuis muneribus obeundis petere nihil queunt, niſi quod iure cautum reperitur, vt habetur in c. cum ſit Romana, & ibi DD. de ſimon. Non idcirco tamen, ſi contra fiat, ſimonia committitur, ex quo nõ pro ſpiritualibus, ſed pro ſuſtentatione illud accipitur.

Excipitur tamen, vbi ex laudabili conſuetudine quid daretur; tunc enim recipi, & peti, exigiq; poteſt ſine ſimoniæ vitio, argu. c. ad apoſtolicam de ſimon. & vt dixit Guliel. eod. ca. 6. nu. 20. verſ. Et ſacerdos, & ita etiam conſuetudine ſeruatur. Verũ de hoc pluribus infra ſuo loco, atq; de hoc primo caſu, vbi in ſpiritualium adminiſtratione ſi quid detur, ſimonia non committitur, ſatis; ad alterum tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simonia non committitur, ſi quid detur etiam ex pacto pro obligatione, qua quis ſe obligat ad morandũ alicubi, aut ad eundum aliquo, vt ibi diuina faciat, ſpiritualiaque adminiſtret, aut pro ſuis damnis, & intereſſe.*

2 *Capellani ſimoniam non committunt, ſi paciſcantur, vt aliquid ipſis detur, propterea quod obligant ſe ad moram trahendam alicubi ad diuina facienda.*

3 *Concionatores eadem ratione paciſcentes, quo concionentur, ſimoniam non committunt.*

4 *Clerici quoque paciſci poſſunt eadem ratione, qui inuitantur aliquo ad funus, aut ad anniuerſaria, aut proceſſiones, aliaue diuina officia ſine ſimoniæ vitio.*

5 *Vicarij Epiſcoporum eadem ratione paciſci poſſunt de mercede ſibi danda, eſto iuriſdictionem ſpiritualem exercere debent.*

6 *Procuratores, qui curant, vt literæ beneficiorum expediantur, ſimoniam non committunt, ſi quid accipiunt.*

§. I.

1 Secundo loco † ſimonia non cõmittitur, vbi quidpiam datur, accipiturue etiã ex pacto aut pro obligatione, qua quis ſe obligat ad morandum alicubi, ad eundem ue aliquo, vt ibi diuina faciat, ſpiritualiaque adminiſtret, aut pro ſuis damnis, & intereſſe. Idque iure merito, tum quod non eſt hoc ſpiritualia vendere, ſeu locare, ſed profana, ſcilicet obligationem eam, tũ quod pro ſuo intereſſe, & damnis pactum ſit, quæ itidẽ ſpiritualia nõ ſunt, & ob id ſimonia locum habere in ipſis non poteſt, quæ circa ſpiritualia tãtum committitur, vt vidimus, & infra ſuo loco probabimus. Hinc, etſi pro mutuo nihil vltra ſortem recipi debet, alioquin vſura committitur; ſi tamen pro intereſſe, aut lucri ceſſantis, aut damni emergentis quicquam petatur, licite petitur, vt dixit Gloſ. communiter recept. in c. quæſtus de vſuris, & facit ca. 2. & ca. ſalubriter eod. Ex quo igitur & hic non pro ſpiritualibus, ſed pro temporalibus, & pro intereſſe, ac damnis de aliquo dando pactum interuenit, ſimonia non committitur, atq; ſic tradidit Inn. in c. quoniam enormis ne prælati vic. ſuas. Nam ibi ait nõ licere, nec pauperi ſacerdoti accipere, neque ad diem, neq; ad annum aliquid pro officijs diuinis dicendis. Sed & diuiti, & pauperi licere paciſci cum aliquo, quod moretur in

tur in

tur in aliqua eccleſia, vt celebret ibi diuina, ita tamen, vt nunquam pro diuinis aliquid accipiat. Immo & in pactis, & in intentione ait debere eſſe ſegregatos contractus, vt ſcilicet mercedem, q̄ accipit, non pro diuinis accipiat, ſed pro manſione, quam facit apud aliquam eccleſiam, vel pro alijs beneficijs, quæ ibi facit, vel pro recumpenſatione damnorum, quæ ſuſtinet occaſione moræ, quam ibi contrahit. Hæc Inn. ex quibus conſtat paciſci quem poſſe pro obligatione illa, & pro dãnis, & pro intereſſe ob eam rationẽ, vt diximus, quoniam temporalia, & non ſpiritualia hęc ſunt, eſto pro labore diuina faciendi nihil recipi poſſit, eundem Inn. ſequitur Abb. in c. ſua nobis. nu. 12. & Mar. Soc. Sen. nu. 11. & Ioan. de Anan. verſ. Si vero eſt ſacerdos alienus de ſimo. Idem Abb. in c. ſignificatum nu. 8. de præb. & Alfonſ. Aluarez. in Theſaur. Chriſtianæ relig. in tit. de ſimon. c. 62. nu. 13. verſ. Si vero Epiſcopus, & Guliel. Redoan. in tract. de ſimo. 3. p. c. 2. nu. 23. & nu. ſeq. Idem quoque aſſeruit Caiet. 2. 2 q. 100. artic. 2. verſ. Ad ſecundum dubium, ibi, Patet tertio, & in Sum. in verb. Simonia verſ. Quinta regula, ibi Primum eſt, quod locatio: Quamuis enim nõ liceat ſacerdoti locare operam ſuam ad celebrandam miſſam; ait enim ibi, quia hoc eſſet locare ſpirituale, quia miſſa ſecundum ſuum principale, eſt ſpiritualis, vt dictum eſt, licet tamen eidem locare libertatem ſuam contra quam toties debet occupatum ſe tenere, & impeditum ab operibus alijs: & breuiter tot concurrunt tẽporalia in iſtiuſmodi annuis menſtruis, hebdomadariis, & cæteris obligationibus, vt intelligatur non ſpiritualẽ rem aliquam, ſed temporalia locari, & conduci. Hęc Caiet. ex quib. patet pro ea obligatione, qua obligamur ad moram trahendam alicubi, ad eũdũ ne aliquo, paciſci nobis de precio licere, eſto quis ibi moram trahat, eoue proficiſcatur, vt diuina faciat; nam pro his datur, & non pro agẽdis ſpiritualibus. Idem dixit Nauar. in Man. c. 23. numer. 102. verſ. Quibus Addo: idem Domi. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 6. arti. 1. verſ. Cum autem pro huiuſmodi functionibus; nam pro obligatione, qua quis obligat ſe ad diuina facienda, inqt mercedem percipi poſſe, vt pro obligando ſe, aut ad inſeruiendum parochiæ, aut tot diebus ad celebrandum, confeſſionesquẽ audiendas, & hoc ob ca. ſignificatum de præben. communis denique DD. ſententia hæc eſt. Quæ locum habet, vel clerici diuites ſint, vt dixit Inno. in eod. c. quoniam enormis in fine, non obſtante ca. clericos 1. q. 2. ob c. cum ſecundum apoſtolum de præb. etenim in vtroq; caſu eadem ratio ſibi locum vindicat.

Item locum habet, eſto pacti non ſint: nam nihilominus pro eundo illuc, & pro mora ibi contracta, petere aliqd poſſunt, vt ait Mar. Soci. Seni. in cit. ca. ſuam num. 11. verſ. Si vero eſt ſacerdos. Quantum autem ipſis debeatur, cõſuetudini ſtabitur arg. l. de quibus. ff. de leg.

2 Quare capellani, † eſto diuites ſint, hac ratione ſi paciſcantur, vt alicubi per aliquod tempus morentur ad diuina facienda, ſimoniam non cõmittẽt, & hoc uerum eſt, quamuis ſimpliciter paciſcantur; nam intelligitur in caſu licito arg. c. in dubiis de reg. iur. lib. 6. & ca. 2. eod. in antiq. & l. merito. ff. pro ſoc.

3 Concionatores quoque, † eſto habeant, unde ſe ſuſtentent, pro eo, quod aſtringũt ſe, aut ad eũdum aliquo toties, aut ad morãdum alicubi, aut per totam quadrageſimam, aut per totum aduentum, aut intra annum, quo ibi concionentur, paciſci de aliquo ipſis dando, ſine ſimoniæ uitio poſſunt.

4 Clerici quoque, † qui obligant ſe ad eundum ad funus aliquod, aut ad anniuerſaria, aut proceſſiones, aut quibuſdam diebus ad diuina facienda, eadem ratione ſimoniæ uitium euadent: quandoquidem in omnibus his caſibus pacta non de re ſpirituali ſunt, ſed aut pro mora illic trahẽda, aut pro labore eundi eo, aut pro damnis, & intereſſe, quod ſentiunt, & pro libertate, qua ſe quodãmodo priuant, & ſic pro re temporali.

5 Vicarii quoque Epiſcoporum † licite paciſcũtur cum Epiſcopis de mercede ipſis danda, eſto iuriſdictionem ſpiritualẽ exercere habeant: quoniam non pro iuriſdictione exercẽda, ſed pro eo, quod illic moram trahũt, & a ſuis negotiis ſe abſtrahunt, & libertate quodammodo ſe priuãt, atque ſic dixit Ioannes Caraſa de ſimon. mentali. nu. 120. immo ad id teneri ait per c. charitatem. 12. q. 2. Idem Sylu. in uerb. Vicarius. q. 7. & Inn. ſentit in c. 1. ne prælat. uic. ſuas. Quare & ipſe ait in c. 2. eod. licere ſic paciſci. Ego tibi pro ſalario tuo centum tibi dabo, & tu exerceas iuriſdictionem, & tu dabis mihi tuum lucrum, & ſequitur Caraf. & Syl. ibid. Idem ſequitur Caiet. in Sum. in uerb. Simonia. uerſ. Sexta regula, eſto rationẽ aliam reddat, quod ſcilicet ipſorum operæ temporales ſunt: idem Nauar. conſi. 28. num. 7. de ſimon. lib. 5.

6 Poſtremo † & procuratores, qui Bullas beneficii expediendas curant, ſimoniam nõ committunt: nam pro opera eorum, quæ ſpiritualis non eſt, & pro ſuo intereſſe accipiunt, quod illis datur; ſed de ſecundo caſu hactenus: ad tertium trãſeamus.

S V M M A.

1 *Spiritualia venerandi gratia in ipſorum adminiſtratione, collatione'ue ſi quid offeratur, ſimonia non cõmittitur.*

2 *Baptiſmo adminiſtrato ſi quid tribuatur baptizanti, ſimonia non committitur.*

3 *Euchariſtiam ſumentes, ſi poſt eius ſuſceptionem aliquid offerunt, ſimoniam non committunt.*

4 *Confeſſi, ſi quid ſacerdotibus tribuant, ſimoniam non committunt.*

5 *Sponſi poſt matrimonium contractum per verba de præſenti tribuentes Parocho aliquid, ſimoniam nõ committunt.*

6 *Viſentes loca ſacra, ac ſanctorum reliquias venerantes ſi quid offerant, ſimoniam non committunt.*

7 *Pace oblata a Parochis de more feſtis quibuſdam diebus,*

diebus, ſi quid tunc offeratur, ſimonia non committitur.

8 *Aqua benedicta aſperſi in itinere a religioſis peregrini, & tranſeuntes, ſimoniam non committunt, ſi quid offerant.*

9 *Aqua benedicta ædes ſacerdotibus aſpergentibus, benedicentibusuè ſi quid tribuatur, ſimonia non committitur.*

10 *Collatione facta alicui de aliquo beneficio, ſi deinceps quidpiam detur, grati animi ſignificandi gratia, nullo pacto interueniente, ſimonia non committitur.*

§. II.

1 §. Tertio † ſimonia non committitur in adminiſtratione, ſuſceptioneque ſpiritualium, ſi quid vltro ad Dei honorem, & ſpiritualium offeratur. Nam primo neque hic ſpiritualiũ emptio fit, vt per ſe patet. Præterea oblatio huiuſmodi facta, vt ſpiritualia quis veneretur, religionis actus eſt, & ob id Deus ratione hac quoque colitur, vt tradidit S. Tho. 2. 2. q. 83. art. 3. in reſp. ergo hac quoq; ratione ſimonia non committitur, atque ſic dixit Archiep. Flor. in 2. p. Sum. tit. 1. c. 5. §. 3. ibi, Sed ſi pro, & Ang. in verb. Simonia nu. 1. verſ. 6. Vtrum ſola volũtas, ibi, Secus ſi daretur, & Guliel. Redoan. de ſimon. p. 3. c. 6. nu. 7. & Gabri. Byel. d. 25. q. 2. 3. not. verſ. Sexto, vt dicit quã dam premiationem lib. 4.

2 Baptiſmo igitur adminiſtrato, † ſi quid à parẽtibus baptizati ab aliisue offeratur, quod fieri cõſueuit, ob rationes propoſitas ſimonia non committitur.

3 Non itidem, † qui ob eaſdem rationes, vbi Euchariſtiam ſuſceperunt, aliquid elargiuntur: eſto eorum conſuetudo mihi nõ probetur, qui ſtatim atque Euchariſtiam adminiſtrarunt, puerum ad id deſtinatum habent, qui cum crumena, lãceue, vt aliquid ipſis detur, ſtatim ſe offert; nam ſpecimen auaritiæ, ſaltem præſefert.

4 Confeſſi etiam, † ſi quid ſacerdoti, qui pœnitẽtiæ ſacramentũ ipſis adminiſtrauit, vltro aliquid offerunt; ob eandem quoque rationem ſimoniã euadunt; nam id offertur, vel quo ſacramentum venerentur, vel quo accepti beneficij grati appareant, vel quo ſacerdotes excitent ad preces ad Deum pro ipſis fundẽdas, in quibus caſibus omnibus dari aliquid ſine ſimoniæ vitio licet.

5 Sponſi quoque † poſt matrimonium cõtractũ ſacerdoti, qui ſacramẽtum illud ipſis adminiſtrauit, ſi quid elargiantur, ſimoniam non committunt; nam & ipſi ob proximas cauſas, vel ob lætitiam elargiuntur, & ob id ſimonia vitatur; etſi eorum conſuetudo mihi non probetur, qui ſtatim patinam ad pecuniam, & alia dona colligẽda offerunt; nam auaritiæ ſpecimen hoc præſefert, & quodammodo etiam ſimoniæ, quandoquidem pro adminiſtrato ſacramento mercedem petere ſe velle videntur.

6 Non etiam ob has rationes, † qui ſacra loca viſit, ſanctorumque reliquias, ſimoniam committit, ſi quid offerat, eſto qui eas inſpiciẽdas offert, in primis vt lucretur, id faciat.

7 Non itidem, † qui pace oblata à Parochis de more in Eccleſia feſtis diebus aliquid offerunt, quamuis cum patina eant; nam inueterata cõſuetudo tollerari poteſt; quamuis admodum mihi non quadret, niſi vbi eleemoſynę peterentur pro aliquo pio loco, miſerabiliue perſona; tunc enim licite, & honeſte poteſt eleemoſynam tribuentibus pax tribui.

8 Non itidem † ob eãdem rationem ſimoniam committunt peregrini in itinere aſperſi aqua benedicta, & inuitati ad ſacras imagines deoſculandas ſi quid offerant; etſi offerentes auaritię crimẽ non aufugiunt, & ſimoniæ notam, ſi ob id ea offerunt; quę tamen effugiunt pauperes religioſi, qui eleemoſynam à peregrinis petunt, ac deinceps prædicta officia præſtant; ea enim, vt grati animi quodammodo ſigna dent, & Deo ipſos commendent, facere videntur.

9 Aqua benedicta † ſacerdotibus ędes aſpergentibus, vel benedicentibus, (quod fieri de more in Eccleſia in hębdomada ſancta ſolet) ſi qd de more offeratur à Chriſti fidelibus, ſimoniam non cõmittunt; eædem enim rationes, & hic locum habent, & ob id eadem iuris diſpoſitio. arg. ca. cum dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad leg. aquil.

10 Non deniq; † ſimoniam committit, qui poſtquam beneficium eccleſiaſticum ab aliquo legitime accepit, nulla antecedẽte pactione, aliquid muneris vltro offert, quo gratus appareat, atque ſic ſenſit Nauar. in conſil. 30. de ſimon. libr. 5. ſi enim is, cui beneficium renunciatum eſt, poſt habitam poſſeſſionem liberaliter ei, qui renunciauit, impenſas reſtituat, quas in redimenda penſione, quę ſupra beneficium erat, fecit, ſimoniam hunc nõ committere ibi ait, eſto in foro exteriori cõtrarium exiſtimaretur, ſi id notum eſſet: ſed de his hactenus, ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Donans ſimpliciter, ac pure clerico propter Deum ſimoniam non committit, eſto ipſum deinceps roget, vt pro ſe ad Deum preces fundat.*

2 *Donatum quando quid dicatur, vt ſimoniam non interueniſſe exiſtimetur.*

3 *Sacerdoti pecuniam tribuens, ſi dicat ei tot miſſas celebres pro meis, an ſimoniam committat.*

§. III.

1 §. Quarto † ſimoniam is nõ committit, qui ſimpliciter, & propter Deum temporalia cuipiam donat, ac deinceps eum, cui donauit, rogat, vt pro ſe ad Deũ preces fundat. Idque merito, nam id probatur primo per ca. tua nos de ſimon. ibi enim ſi quis pure, ſine pacto, vel conditione ſua bona Eccleſiæ conferat, ac deinceps roget, vt in canonicum eius Eccleſiæ recipiatur, ſine ſimoniæ vitio id fieri ibi dicitur: ergo idem & hic. Poſtremo id probatur etiam ratione: nã hic ſpirituale non emitur, ex quo id, quod datur, benigne,

nigne, ac liberaliter tribuitur, non precij nomine pro ſpiritualibus; ſimonia vero tũc committitur, vbi ſpiritualium nomine precium datur.

Non igitur ſimoniam committit, qui clerico quidpiam elargitur, ac deinceps eũ rogat, vt aut pro ſe miſſæ ſacrum faciat, aut anniuerſarium ꝑ ſuis. Non itidem qui donat quid prælato, & deinceps eum rogat, vt pro ſe beneficiũ impetret, modo principaliter ob id non donauerit, ita Ioa. de Anan. in c. tua nos. verſ. Nota quod humiles preces de ſimon.

2 Verum † quando donatum quid dicetur, atq; exiſtimabitur, ne ſimonia cõmiſſa intelligatur? (Non loquor nũc de donatis in beneficij, & ordinis collatione, ingreſſuue monaſterij; ſuis enim locis hæc acta ſunt.) Primum donatum id exiſtimabitur, ſi donans id dicat. Deinde eſto, id non dicat, rogat tamen deinceps, vt accipiens donatum pro ſe oret; non enim, quod datum eſt, precij loco ſe eſſe voluiſſe conuincitur. Poſtremo, ſi
3 propter Deum ſe dare id dicat. † At quid ſi pecunia a quopiam offeratur ſacerdoti ſic dicendo accipe hanc pecuniam, & tres, vel quatuor miſſas ꝑ meis parentibus celebres (fieri enim ſæpius id ſolet) an pecuniam hoc pacto accipiendo ſacerdos ſimoniam committat? Quoniam cõſuetudo eſt, vt quid pro huiuſmodi anniuerſarijs tribuatur, non vt ſpiritualium precium, ſed vel vt ſuſtentatio, vel vt eleemoſyna, nec ſimoniã hic committi cenſeo; tum quòd verba ſecundum conſuetudinem prędictam accipienda ſunt. arg. l. cum de interpretatione. ff. de leg. & c. ex literis 1. de ſponſ. & c. intelligentia de verb. ſign. tum quod ex quo dar id, quod ei libet, non cenſetur contrahere voluiſſe. In hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſeo. Et de hoc itidem caſu ſatis; ad alium veniamus.

S. V M M A.

1 *Prouocandi, & inuitandi ad diuina facienda quempiam dare aliquid licet.*
2 *Diſtributiones, quæ fiunt in Eccleſiis inter eos, qui diuinis officijs interſunt, quamobrem inſtitutę ſint.*
3 *Pauperibus quidpiam dando, quo excitentur ad preces fundendas ad Deum pro dante, ſimonia nõ committitur.*
4 *Parentes aliquid promittentes ſuis filijs, quo libentius ad Eccleſiam eãt ad diuina audienda, vel vt cõfiteantur, ſimoniam non committunt.*

§. IIII.

1 §. Quinto † ſimoniam non cõmittit, qui quidpiam dat, quo prouocet, & inuitet, excitetque accipientem ad diuina facienda, vt dixit Gabri. Byel. d. 25. q. 2. not. 3. verſ. Tertio modo accipitur lib. 4. Idque iure merito, non enim pro ſpiritualibus datur, quo caſu ſimonia committitur, ſed vt excitet accipientem ad ſpiritualia. Poſtremo Eccleſia hac ratione clericos ad di-
2 uina facienda inuitat; † nam in eccleſijs collegiũ habentibus diſtributiones quædam vt fiãt inter eos, vult, qui diuinis officijs interſunt. Et hoc ob eam rarionem, quo promptiores ad diuina faciẽda ſint, & excitentur, vt habetur in ca. vnic. iunct. præſuppoſitione Hęliæ, de cler. non reſ. libr. 6. & apud Trid. Synod. ſeſſ. 21. c. 3. de refor. & ſeſſ. 24. de reform. c. 15. ergo & donationibus huiuſmodi inuitare ad diuina facienda homines nobis licet, cum eadem ratio in vtroque caſu ſit, & ob id eadem iuris diſpoſitio eſſe debeat. arg. c. cum dilecta de confirm. vtil. vel inutil. & l. illud. ff. ad legẽ aquil. non enim Eccleſia id faceret, ſi id non liceret.

3 Qui ergo ratione hac † ſua bona in pauperes diſtribuit, quo ipſos ad preces pro ſe fundendas ad Deum prouocet, ſimoniam nõ committit, ita dixit S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. in reſp. ad ſecundũ, & Archiep. Flor. in 2. p. Sum. tit. 1. ca. 4. §. 2. verſ. Tertio ratione prouocationis, & Nauar. in Man. c. 23. nu. 100. verſ. Quarto, quod nõ eſt ſimonia, & nu. 102. verſ. Nono, & Ioan. de Sylua in Tract. de benef. 1. p. q. 7. verſ. Minus autẽm, quẽ refert, ac ſequitur Guliel. Redoan. in Tract. de ſimonia. 3. p. c. 2. nu. 34. cum ſeq. & c. 18. nu. 13. & Ricard. de med. Villa d. 25. art. 3. q. 2. ad octauum lib. 4. & Byel. ibidem, ſecus autem, ſi daret pro precio orationis, & precum: nam ſimonia committeretur; eſto enim non ſit annexa ordini, tamẽ per ſe oratio ſpiritualis res eſt, & ob id a quocunq; precio interueniente fiat, ſimonia committitur, ita dixit Gabrie. Byel. d. 25. q. 2. dub. 7. verſ. A ſimili lib. 4. & Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 6. arti. 2. in reſp. ad ſecundum.

Non itidem ſimoniam committunt parẽtes,
4 † qui vt ſui filij ad pietatem excitentur, & promptiores ſint ad frequentanda ſacramenta pœnitẽtiæ, & Euchariſtiæ, quidpiam illis pollicentur, ac condonant ob antecedentes rationes. Nõ ſacerdos ille parochus, qui omnibus ſuis, pauperibus præſertim, qui libellum doctrinæ Chriſtianæ memoriter recitaſſent, ſemꝑ aliquid elargiebatur.

Quare & è contrario, qui huiuſmodi beneficiis illecti ad diuina facienda eunt, ſimoniã non committunt; diſpoſitum enim in vno ex correlatiuis, locum habet & in alio. l. 1. & ibi Bart. C. de cupreſſ. libr. 10. Ac plane, ſi ratione hac inuitati diuina faciendo peccarent; & qui tribuunt, peccatum non euaderent; quod tamen verum non eſt, nec dicendum, vt ex dictis conſtat. E contrario itidem ſimonia non committitur, ſi pręmia ſpiritualia proponantur iis, qui de Eccleſia bene merẽtur, vt exempli gratia, qui primus hoſtium chriſtianæ religionis vrbes ingreſſus fuerit, vel portam patentem Eccl. dederit, eccleſiaſtica dignitate decorabitur; nam de Chriſtiana republica bene iam meritis, licite tribuuntur, non enim precii nomine, ſed gratitudinis gratia tribuuntur; ergo & ab inirio proponi hæc queunt, quo excitẽtur ad bene merendum de Eccleſia, ſicuti & diſtributiones, de quibus iã antea egimus. Vbi tamen dignitates, beneficiaque eccleſiaſtica proponuntur, à Romano Pont. id fieri tantum poſſe cenſeo, quandoquidem pure, ac ſimpliciter com-

muni

muni iure conferri debent, vt habetur in cap. fin. & ibi not. de pact. & in cap. quam pio. 1. q. 2. Minus ſimonia committetur, ſi temporalia proponantur, cuiuſmodi ſunt diſtributiones, quæ in eccleſijs collegiatis fiunt vt dixi; quare licite dona proponuntur ijs pueris, qui doctrinam chriſtianam melius memoriter recitauerint, quod à doctiſſimo quodam Antiſtite, & à grauiſſimis alijs viris factitari audiui. Sed de hoc itidem ſatis; ad alia transſeamus.

S V M M A.

1 *Temporale quid faciens, danſue alicui in primis, ac principaliter ob quemuis alium finem, quam ob ſpiritualia conſequenda, ſimoniam non committit, eſto deinceps ſpiritualia ſperet.*

2 *Inſeruiens Epiſcopo, vt eius beneuolentiam in primis ſibi conciliet, ſecundo loco, ſperans beneficium eccleſiaſticum ab ipſo ſibi collatum iri ſimoniam nō committit.*

3 *Curiales inſeruientes Cardinalibus, & alijs huiuſmodi in primis, quo in gratiam ab ipſis recipiantur, ſperantes ſecundo loco ſe penſionem aliquam, beneficiumue eccleſiaſticum conſecuturos, ſimoniam non committunt.*

4 *Donans aliquid Epiſcopo, quo eius beneuolentiam ſibi comparet in primis, ſperans deinceps beneficium eccleſiaſticum aliquod ab eo habiturum, ſimoniam non committit.*

5 *Dicantes opus aliquod Romano Pontif. inferioriue Eccleſiæ Antiſtiti, quo beneuolentiam in primis eorum ſibi concilient, in gratiamue ab ipſis recipiantur, ſperantes ſecundo loco dignitatem aliquã Eccleſiaſticam ſe conſecuturos, ſimoniam non committunt.*

§. V.

1 Sexto † ſimoniam non committit, qui temporale quid dans, faciensue principaliter, & in primis ob aliud, quam ob ſpiritualia, deinceps ſpirituale ſe conſecuturum ſperat, Nã ita ſenſit Gloſſ. communiter recept. in c. cum eſſent de ſimon. & Gloſſ. in c. quid prodeſt d. 61. & facit c. ſi officia. d. 59. & aſſeruit Nauar. in Man. cap. 23. num. 101. verſ. Quinto, quòd licet dare, & in conſi. 16. de ſimo. lib. 5. & in conſi. 14. eod. Et hoc ob eam rationem, quoniam in vna quaq; diſpoſitione id ſemper inſpicitur, quod principaliter agitur, arg. c. cum voluntate de ſent. excommu. & l. ſi quis nec cauſam & ibi DD. communiter not. ff. ſi cer. pet. & l. 1. ff. de aucto. tut. Ex quo igitur in primis ob aliud, ſcilicet temporale tribuit, ſimoniam non committit, eſto ſpiritualia deinceps ſperet. Poſtremo id probatur etiã, quoniam, ſi non liceret ratione hac actus noſtros gerere, pauci eſſent, qui vitio hoc carerent, cum ſola Dei actio mercenaria non ſit.

2 Quare, † qui inſeruit Epiſcopo principaliter, vt eius beneuolentiam ſibi conciliet, ſperans deinceps ob eam amicitiam beneficium ab ipſo ſibi collatum iri, ſimoniam non committit, modo principaliter hoc animo ei non inſeruiat, ita aſſeruit Gloſſ. in cit. cap. cum eſſent de ſimo. quam ſequitur ibi Abb. nume. 4. & Mar. Socin. Sen. nume. 5. & Felin. qui opinionem hanc communem ſentit.

Qui itidem Epiſcopo pecuniam mutuat principaliter, ac per ſe, vt ei opem ferat, vt eius amicitiam ſibi conciliet, ſperans ſecundo loco alicuius beneficij conſecutionem ab ipſo, ſimoniam non committit: quoniam pro re ſpirituali in primis mutuum non dedit, ita concluſit Nauar. in Man. cap. 23. num. 101. in fine verſ. Per quæ pridem reſpondi, & in conſil. 22. num. 3. & in conſi. 14. num. 6. de ſimon. lib. 5, & facit, quod dixit S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. in reſolut. Non etiam, qui mutuat pecuniam ei, qui beneficium ſibi renunciare vult, modo in renunciatione mutui pactio non interuenerit, vt conſuluit Nauar. conſil. 23. de ſimon. libr. 5. Quare nec ſimoniam in hoc caſu committi cenſeo, ſi alter ex permutantibus pecuniam mutuat ad Bullam beneficij conficiendam, modo & hic nulla pactio interuenerit. Non etiam, qui curat cuipiam beneficium conferendum, vel confert, eſto ſperet erga ſe ipſum gratum futurum, vt ſenſit Nauar. in conſil. 80. eod.

3 Curiales itidem † inſeruientes Cardinalibus, Romanoue Pontifici in primis, & principaliter, ac per ſe, vt gratiam eorum ineant, ſperantes ſecundo loco penſionem, beneficiumue aliquod Eccleſiaſticum per ipſos ſe cõſecuturos, ſimoniæ vitio carent; quandoquidem non principaliter p ſe, & immediate pro re ſpirituali inſeruiunt, ſed pro gratia eorum ineunda.

4 Donans itidem † Epiſcopo, aliiue Eccleſiæ Antiſtiti in primis, ac per ſe, vt ab eo in gratiam recipiatur, ſperans ſecundo ab eo aliquid ſpirituale ſe accepturum, ſimoniam euadit, atque ſic dixit Gloſſ. communiter recepta in capit. cum eſſent de ſimonia, & in capit. cum ad noſtram de elect.

5 Dicantes itidem † opus aliquod Romano Põtifici inferioriue Eccleſiæ Antiſtiti, quo ab ipſis in gratiam in primis recipiatur, ſimoniam effugiunt, eſto deinceps, ac ſecundo loco præbendam, aliudue Eccleſiaſticum beneficium ſe habituros ſperent, ob rationes ſupra allatas; etenim non pro re ſpirituali, ſed pro temporali in primis hęc agunt, vt in facto proponitur. Secus ergo ſi in primis ob ſpiritualia hæc fierent, vt cit. auctores iiſdem in locis aſſerunt. Idem, ſi æque principaliter ob ſpiritualia, atque temporalia quis hæc faceret; nam & in hoc caſu ſimoniam committeret, vt de venditione villæ cum iure patronatus dixit Abb. in cap. illud de iure patronatus, quamuis, quod in vtroque caſu ſimonia mentalis committitur, ex quo nulla pactio interuenit, ad reſtituendum acceptum ſpirituale quis non obligetur, vt habetur in c. fi. de ſimon. & ibi communiter not.

Verum quid, ſi principaliter ob aliud fiat, ſecundo loco autem ob ſpiritualia, ſed vt precium ſpiritualium etiam ſit, an & hic ſimonia committetur? Exempli gratia quis emit villam in primis propter ipſam, ſecundo loco autem & propter ius patronatus, quod habet, & ob id etiam pluris emit. Sane ſimonia hic ſine dubitatione committitur; quamuis ſecus eſſet, ſi ob illud ius pluris nõ emeret, eſto libentius. Idem & in caſibus ſuperioribus dicẽdum eſt, ſi enim quis inſeruiat Epiſcopo in primis, quo eius beneuolentiam ſibi cõciliet; deinde, quo beneficium ipſi conferat, ſimoniam committit; quandoquidem pro obiecto habet, ſe velle ſpirituale illud cõſequi eo obſequio, atque ſic dixit Domin. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 9. quæſt. 8. artic. 1. verſ. Eſt enim lubrica, fallaxque illa regula; ſed de hoc itidem ſatis: iam ad alium caſum tranſeamus, vbi ſimonia non committitur.

S V M M A.

1 *Spiritualia adminiſtrans, diuinaque officia obiens in primis, ac principaliter ob Deum, & vt ipſorum ratio poſtulat, ſecundo loco autem ſperans pecuniarium commodum ſimoniam non committit.*

2 *Inſeruiens Eccleſiæ alicui in primis propter Deum, licet deinceps ſperet in ea aut præbendam, aut Vicariam, aut altare ſibi collatum iri, ſimoniam non cõmittit.*

3 *Inuitatus aliquo ad miſſam celebrandam, ſi in primis eo vadit propter Deum, ſecundo loco propter pecuniarium commodum, ſimoniam non committit, eſto alias non iuiſſet, nec miſſam celebraſſet.*

4 *Diſtributiones vt habeat, quæ iis dantur, qui in Eccleſia diuinis interſunt, & ea faciunt, ſecundo loco ad eccleſiam vadens, in primis autem propter Deum ſimoniam non committit.*

5 *Vſuram non committit, qui in primis vt proximum iuuet, mutuam pecuniam præbet, eſto ſecundo loco commodum aliquod ſperet.*

6 *Principaliter quando aliquid dari, fieriue dicatur.*

7 *Epiſcopus promittens famulo tantum in ſingulos annos, quouſque ei beneficium conferat, an ſimoniam committat.*

8 *Officia eccleſiaſtica emens vt auditoratum cameræ, clericatumue, quę per acquiſitionem Cardinalatus vacãt, an ſimoniam committat, qui hoc animo emit, vt Cardinalatum conſequatur.*

§. VI.

1 Septimo † ſimoniam non committit, qui ſpiritualia adminiſtrans, diuinaque officia faciens in primis, ac principaliter ob eum finem, cuius gratia adminiſtrari, fierique debent, deinceps ſperat commodum aliquod ſe conſecuturum pecunia ęſtimabile. Id quod probatur primo tum rationibus in antecedenti caſu allatis, & quod precium hic non interuenit, quo caſu ſimonia committitur; tum quod & ſanctiſſimi viri hac ſpe premij ducti Deo inſeruierunt. Hinc Geneſ. cap. 28. magnus ille Patriarcha Iacobus. Si fuerit Dominus mecum, ait enim ibi, & cuſtodierit me in via, per quam ambulo; & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum; reuerſusque fuero proſpere ad domũ patris mei, erit mihi Dominus in Deũ. Hinc rex ille Dauid pſalm. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes propter retributionem. Si ergo hi ſanctiſſimi uiri ſpe pręmij Deum colebant, nec peccabant, in caſu noſtro ſimonia non committetur. Id quod locum habet, eſto ſacramenta non adminiſtraſſent, nec diuina feciſſent, uiſi ſe conſecuturos quidpiam ſperaſſent.

2 Qui ergo † inſeruit alicui eccle. exempli gratia aut miſſæ ſacro faciendo, aut aliis diuinis officijs obeundis in primis propter Deum, ſimoniam non committit, eſto deinceps ſperet ſe in ea eccleſia aut præbendam, aut Vicariam, aut altare habiturum, arg. cap. ſi officia diſt. 59. & cap. quid proderit diſt. 61. iunct. Gloſſ. nam in cap. ſi oſficia, Vrbanus Ponti. oſtendit licere clericis inſeruire Deo in eccleſiis ob ſpẽ aſcendendi ad dignitates earum: hortatur enim ibi, vt in primis quis aſueſcat ſe in minoribus, quo deinceps ad maiora aſcendat; ergo diuinis operam dare licet ſpe commodi alterius. Idem in cap quid proderit; vnde Gloſſ. ibi not. licitum eſſe alicui inſeruire in eccleſia ſpe ſtipendiorum, dum tamen non principaliter ad hoc ſeruiat, immo Gelaſſ. in capit. conſuluit. diſt. 74. his pręmiis ad inſeruiendum Deo alliciendos homines ſenſit. Qui itidem beneficium in primis renunciat, vt idoneo conferatur, & nullo pacto interueniente ſperat eum, in cuius fauorem renunciatio facta eſt gratum erga ſe futurum, renunciaturumue illud, cui deinceps ille volet, ſimoniam non committit, vt dixit Nauar. in conſil. 15. & in conſi. ſeq. de ſimonia libr. 5. quandoquidem natura comparatum eſt, vt cui benefecimus, ab eo etiam, nobis beneſieri ſperemus, argum. l. ſi non ſortem. §. libertus cum Gloſſ. ff. de condit. indeb. & ca. cum in officiis. de teſtam.

3 Qui itidem † inuitatus aliquo, vt eat ad miſſæ ſacrum faciendum, aliaue diuina officia, ſimoniam non committit, ſi in primis propter Deum ea diuina facit, ſecundo loco ſperans pecuniarium commodum, eſto alias eo non iuiſſet, nec diuina feciſſet, ita dixit Nauar. in Man. cap. 23.

4 num. 101. † Etenim nec peccat, qui ob diſtributiones, quæ iis dantur, qui ad diuina officia eũt, ſi eo in primis vadit, vt Deo inſeruiat, minus autem principaliter ob eas, vt ſenſit Gloſſ. in capit. 1. de cler. non reſiden. in verb. Receperit verſic. Sed quid dices libro 6. quam ſequitur Nauar. eod. numer. verſ. Tum quia Gloſſ. illa celleberrima, & Gabriel. Byel. diſt. 25. quæſt. 2. tertio not. verſic. Secundo modo accipitur, vt dicit cauſam principalem, ibi, Si autem non ſunt finis principalis, libro quarto. † Sicut nec etiam is vſuram committit, qui mutuum dat, quo in primis,

ac principaliter proximum iuuet, ſecundo loco autem ſperans aliquod commodum, vt aſſeruit Gloſſ. in ca. conſuluit in verb. Sperantes de vſur. & eam Gloſſ. not. ibi, Abb. ait, & communiter receptam teſtatur Nauar. eod. num. Vbicunque ergo principaliter ob Deum diuina quis facit, ſecundo loco autem pecuniarium commodum deinceps ſperans, hic non peccat, nec ſimoniam committit. Sicut e contrario peccat, qui principaliter vt commodum aliquod habeat, diuina facit, vt ex dictis conſtat, & vt DD. inquiunt allegat: & Nauar. in cap. cum miniſter. 23. q. 5. num. 39. & in cap. 7. num. 12. cum multis ſeq. de orat. & hor. canon. & in Man. eod. cap. 23. nume. 101. verſ. Quinto. Hoc tamen verum intelligo quo ad peccatum; nam quo ad ſimoniam ſecus, niſi pro precio ſpiritualium data accipiantur, atque ſic tradidit Dominic. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. quæſt. 6. art. 2. verſ. Poſtremum. Demum prædicta, quæ diximus locum habent, vbi pactum non interuenit, nam eo interueniente in foro exteriori cõtrarium exiſtimaretur, cum ibi ſecundum extrinſeca iudicetur, quod non fit in foro conſcientiæ, vt habetur in c. humanæ aures 22. q. 5.

Verum, † quando principaliter, minusue principaliter, aliquid factum dicetur? Hanc rem Nauar. multis declarauit in ca. 6. num. 12. cum multis ſequ. de orat. & hor. canon. & in Man. cap. 23. num. 101. & in cap. cum miniſter. nume. 9. 23. q. 5. Atqui quod & obſcure locutus, & rem ipſam nihilo magis declaraſſe mihi videtur, ob eam rem omiſſis ab eo dictis, præmitto in huiuſmodi ſpiritualibus actibus in primis duplicem intentionem intercedere poſſe, quarum altera dicitur ſimpliciter intentio, quæ nil aliud eſt, quam intentio faciendi actum, ſicuti eius natura poſtulat, & faciendi id, quod facit Eccleſia, & hæc intentio ad ſacramenta omnia adminiſtranda neceſſario poſtulatur: hinc Triden. Synod. ſeſſ. 7. canon. 11. de ſacramentis, ſic inquit. Si quis dixerit in miniſtris, dum ſacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia, anathema ſit, de qua intentione egi in Summa de Sacramentis capit. 9. num. 8. Tab. 1. Altera eſt intentio, quæ intendit non ſolum actum facere, vt facit Eccleſia; verum etiam ad eum finem, cuius gratia inſtitutus eſt: & hanc intentionem rectam nominant in ſacramentis diuinarum rerum ſcriptores, S. Thom. d. 6. quæſt. 2. artic. 2. lib. 4. & quæſt. 64. artic. 10. in 3. par. & Sot. diſt. 1. quæſt. 6. artic. 10. lib. 4. & Tabien. in verb. Baptiſmus 8. & Syluеſt. eod. 3. nume. 12. & nos in ead. Tab. cap. 4. num. 3. His præmiſſis quoad rem noſtram, qui rectam intentionem habet in diuinis obeundis, ſacramentiſque adminiſtrandis, ſpiritualibusue conferendis, hunc principaliter ſpirituale actum gerere cenſeo; qui vero contra, non principaliter. Qui ergo, dum miſſæ ſacrum facit, dum alia diuina officia obiit, dum ſpiritualia adminiſtrat, beneficiaue ſpiritualia confert, rectam intentionem hanc habet, eſto ad ea facienda vtilitate ductus venerit, ſimoniam hunc tamen non committere cenſeo; nam, ex quo rectam intentionem habet, & propter Deum hæc facit, ſimoniam committere nõ poteſt. Sicuti è contrario, qui nõ propter Deum, ſed propter commodum pecuniarium, aliudue huiuſmodi, aut æque ob pecuniam, ac propter Deum hæc facit, ſimoniam committit, quoniam rectam intentionem non habet. Ex his igitur percipi facilius poteſt, quãdo quid principaliter, minusue principaliter fieri dicatur. Quando autem quis intentionem rectam habeat, ſe ipſum quis cõſulere poteſt, an propter Deum, vel pecuniam id faciat, ita ſenſit Nauar. eod. cap. 7. de Orat. & hor. canon.

7 At quid, † ſi Epiſcopus accipiat clericum, quo eius opera vtatur hac conditione, vt tot in ſingulos annos ei præſtet, donec de beneficio ei proſpiciat, an ſimoniam committet? & id liceat? Hanc quæſtionem poſuit Hoſtien. in cap. cum eſſent, de ſimon. & ibi concludit id licere, nec ſimoniam committi, ſi poſt beneficij collationem merces remittatur, nam vt ipſe ait, ſub conditione promiſſa erat, quæ beneficij collatione, tanquam conditione adimpleta tollitur, arg. §. Omnis in Inſtit. de verb. oblig. ſecus ſi pure, ac perpetuo mercedem promiſiſſet, quæ beneficio accepto remitteretur: tunc enim pro mercede ſui laboris dari videretur. Abb. opinionem hanc ſequitur, modo ob præſtita obſequia beneficium non conferat: alias enim ſimonia committeretur; quandoquidem nec pro ſuffragio alicuius habendo beneficij promiſſionem facere licet, vt habetur in cap. de hoc de ſimonia. Quid igitur concludendum?

Ego præmitto prius caſus nonnullos, quibus pro certo ſimonia committitur. Primum igitur pono ſimoniam committi, vbi huic tot in ſingulos annos promittit, & ſimul etiam beneficium; quandoquidem ſpirituale itidem pro obſequiis promittit, quod non licet, arg. cit. cap. de hoc de ſimon.

Item pono ſimoniam committi, vbi promittit tot in ſingulos annos, quouſque beneficium ei conferat, ſed poſt beneficii collationem nihil ei ſe uelle dare pro ſuis operis teſtatur: nam pro obſequiis futuris beneficium ei conferre fatetur, quod etiam non licet, vt habetur in cap. cum eſſent de ſimon. Sicut nec pro ſtipẽdio obſequii, quod iam præſtitit, beneficium conferre licet, quo ſcilicet ſtipendii obligatio remittatur, vt habetur in cap. veniens. 1. de teſtib. atque ſic dixit Nauar. in Man. cap. 25. numer. 113. verſ. Quibus addo. His præmiſſis, reſtat, vt videamus, quid iuris ſit, vbi ſimpliciter tot in ſingulos annos promittit, donec beneficium ei conferat, quo caſu Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut hoc facit ob ſuam vtilitatem propoſitum habens poſt beneficii collationem, vt gratis ipſi inſeruiat; & in hoc caſu ob ea, quæ in proximis caſibus diximus, ſimoniam committit, & ob id non licet, eſto mentalis ſit, ex quo nulla pactio interuenit, atq; hoc ſenſit Zabar. in eod. cap. cum eſſent in fine. Aut

id facit ob commodum, ac vtilitatem Eccleſiæ, vtpote, quia eſt vir honeſtis moribus prædirus, & ob literarum peritiam, rerumque gerendarum vſum, Eccleſiæ vtilem ipſum futurum exiſtimat, & ob eam rem, vbi occaſio beneficij ſe ſe offert, beneficium ei promittit, interim autem vult, vt ei inſeruiat, præbens ei mercedem, vt habeat vnde ſe ſuſtentet, & in hoc caſu ſimoniam non committit, immo & licet arg. ca. graue de præben. atque ſic ſenſit Abb. in cit. c. cum eſſent in fine, ibi Ego putarem, & in hanc ſentẽtiam Hoſt; opinio locum habebit, & cõmunis, de qua teſtatur Nauar. ibid. Aut facit, quo habeat, vnde ſe ſuſtentet, & in hoc etiam caſu id licere cenſeo, modo ea beneficia conferat, quorum curam gerere ſciat, & poſſit. In hac igitur quæſtione ſic concludendũ cenſeo.

8 Quid demum † de ijs, qui officia, & dignitates quaſdam eccleſiaſticas emunt, vt auditoratum, clericatumue cameræ Apoſtolicæ, aliaue huiuſmodi officia, quæ per Cardinalatus acquiſitionem vacant, an ſimoniam committant, ſi ea ratione curant ſibi aditum ad Cardinalatum parare? Plane ſentio, ſi ſolum ea officia comparant in primis, quo ipſa habeant, eſto deinceps ſperent Cardinalatus dignitatem ob dicta. prius, ſimoniam hos non committere; id quod ſenſit etiam quidam non improbatus, & relatus à Nauar. in conſi. 67. verſ. Ad quintum reſpondetur de ſimonia. libr. 5. & hoc animo emi hæc opinor. Si vero eadem comparant, quibus tanquam precio vtantur ad Cardinalatus dignitatem adipiſcendam, animo ſimoniam concipi ſentio, & ob id peccari concludo; quod tamen mentalis ſimonia eſt, ad reſtitutionem non obligat. Sed de his hactenus: ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Iure, quod cautum eſt, vt in ſpiritualium adminiſtratione preſtetur, ſine ſimonia exigitur.*

2 *Decimæ licite, & ſine ſimoniȩ vitio exiguntur ab ijs, quibus ſacramenta adminiſtrantur.*

3 *Viſitationis Eccleſiæ gratia procuratio ſine ſimoniȩ vitio exigitur à viſitatore.*

4 *Conſecrationis Eccleſiæ gratia procuratio ſine ſimoniȩ vitio exigitur.*

5 *Canonica portio ex relictis Eccleſiæ non parochiali à moriente licite exigitur ab Eccleſia parochiali.*

§. VII.

1 Octauo † ſimoniam non committit, qui in ſpiritualiũ adminiſtratione id exigit, quod aut diuino iure, aut humano præceptũ eſt.

2 Quare decimæ † ab ijs, quibus ſacramenta administramus, licite exiguntur; & hoc ob id, quoniam vt præſtentur, cautum eſt in c. 2. de decim. Illi profectò clerici, dicitur enim ibi, qui à clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiũt decimas eis debẽt. Ecce hic decimas nos eis debere, qui nobis ſpiritualia adminiſtrant. Sine ſimoniæ vitio igitur exigũtur. Idem habetur in capit. ad apoſtolicæ verſ. Noueris cod. Idque iure merito; tum quòd Deus ipſe in ſignum vniuerſalis dominij eas ſibi reſeruauit, & ſacerdotibus pro ſuo cultu conceſſit, vt dicitur in c. tua nobis cod. tum quod non pro ſpiritualium precio tribuuntur, ſed vt Eccleſiæ miniſtri ſuſtẽtẽtur. Facit quoque c. fi. de paroch. & alien. paroch.

3 Secundo licite accipit, † & exigit ſine ſimoniȩ vitio procurationem Epiſcopus, ab eccleſijs, quas viſit, ob eandem rationem, quòd iure id permittitur, in c. cum apoſtolus, & in ca. ſopitæ, & in c. ſuper eo cum trib. ſeq. de cenſib. & in cap. 1. §. procurationes, & in c. 2. cum ſeq. eod. lib. 6. & in c. nec numerus 10. q. 3. atque ſic dixit Ricard. de Med. Villa. d. 25. art. 3. q. 2. in reſp. ad tertium libro 4. & quòd hæc præſtãtur pro alimentis, & nõ pro ſpiritualium precio, vt habetur in citatis iurib. quo caſu ſimonia non committitur, vt antea ſuo loco probauimus; & vt ſuperior ab ipſis agnoſcatur, & non pro viſitatione, vt dixit Abb. in ca. cum ſit romana de ſimon.

4 Tertio † licite, & ſine ſimoniæ vitio accipitur, atque exigitur procuratio pro conſecratione Eccleſiæ, ob eandem rationem, vt dicitur in cit. ca. cum ſit romana, Conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, dicitur enim ibi, quòd nihil pro eccleſiarum conſecratione potes, vel debes pręter procurationem exigere. Ecce hic dicitur poſſe procurationem exigi pro hac functione, & hoc ob rationes in antecedenti concluſione allatas, vt no. Abb. ibi, ac DD.

5 Poſtremo † Canonica portio eius, qđ moriens reliquit Eccleſię non parochiali, in qua ſibi ſepulturam elegit, licite Eccleſia parochialis exigit, & ſine ſimoniæ vitio, vt dicitur in c. 1. & in c. de ijs, & in c. cum ſuper, & in ca. in noſtra cum ſimil. de ſepult. Sed de hoc itidem caſu ſatis; ad alium veniamus.

S V M M A.

1 *Vexationis tollendȩ cauſa in iure ſpirituali ſi quid detur, ſimonia non committitur, quæ regula etiam declaratur.*

2 *Vexationis tollendæ gratia in iure ſpirituali quærendo ſi quiſpiam quid tribuat, ſimoniam cõmittit, vbi iuxte vexatur.*

3 *Vexationis tollendæ gratia in iure ſpirituali quærendo, ſi quiſpiam quid tribuit, ſimoniã committit, vbi iniuſte vexatur, & de facto.*

4 *Vexationis tollendȩ gratia in iure ſpirituali dubio, id eſt, vbi de iure ſuo certus quis non eſt, ſi quid tribuat, ſimoniam committit.*

5 *Vexationis tollendȩ gratia pro ſpirituali nondum plene acquiſito, ſi quiſpiam quid tribuat, ſimoniam committit.*

6 *Vexationis tollendȩ gratia pro iure quȩſito, ſed amiſſo recuperando, ſi quiſpiam quid tribuat, ſimoniam committit.*

7 *Vexationis tollendȩ cauſa iuſte faciendȩ pro iure quȩſita pleno conſeruando, ſi quiſpiam quid tribuit, ſimoniam committit.*

8 Pacis

8 *Pacis conciliandæ gratia an dare quicquam liceat in ſpiritualibus.*

§. VIII.

1 §. Nono † ſimonia non committitur, vbi quid
datur pro vexatione tollenda, quæ fit, faciẽ-
daue timetur in iure ſpirituali quæſito cer-
to, & plene, & nondum vlla ex parte adempto, in-
iuſte, & de facto, tam in iudicio, quam extra iu-
dicium.

Dixi primum Pro vexatione, quæ fit in iure
quæſito, quoniam, ne ſimonia cõmittatur in hoc
caſu, neceſſario requiritur, vt qui vexatur, ius quę-
ſitum iam habeat in re ſpirituali, vt habetur in c.
quæſitum 1. & ibi Gloſſ. q. 3. & in cap. dilectus fi-
lius 1. de ſimonia, & vt not. DD. ibi communiter
Abb. in initio, & nu. 4. verſ. Pro iure autem quæ-
ſito, & Mar. Socin. Sen. num. 6. verſ. Aut datur, &
Felin. num. 3. & Nauar. in Man. ca 23. num. 102.
verſ. Octauo, qui opinionem hanc communiter
receptam eſſe teſtatur. Idque iure merito, quan-
doquidem in hoc caſu non pro ſpirituali, quod
iam habet, quidpiam tribuit, nec ꝓ vllo iure ſpi-
rituali quærendo, ſed pro vexatione tollenda da
tur, quæ ſpiritualis non eſt, & ob id ſimonia non
committitur, cum in ſpiritualibus tantum ipſa
2 committatur. † Non igitur pro iure quærendo
ſpirituali quicquam pecunia æſtimabile tribui
debet, quo impedimenta tollantur, quæ iuſte fu-
tura timentur, ſimonia enim tunc committitur,
vt ſenſit Inn. in cap. Matthæus de ſimon. nam ait
ibi ſimoniam committi, ſi electus ante confirma
tionem quid tribuat; idem Gloſſ. ibi, & ſequitur
Abb. & Mar. Socin. Sen. qui opinionem Inn. com
muniter receptam teſtatur. Idem Abb. in cit. ca.
dilectus 1. num. 4. & Felin. num. 3. & Socin. & alij
communiter, & Sylu. in verb. Simonia. num. 3. q.
3. verſ. Quarta regula, ibi, in ſpiritualibus vero, &
Nauar. in Man. cap. 23. num. 102. verſic. Octauo,
ibi, Dixi modo, & Rebuff. in Prax. benef. in titu.
De reſignat. ſimon. nume. 17. verſ. Not. petuò, &
Guliel. Redoan. in Tract. de ſimonia. 3. par. cap.
2. num. 16. Idque merito, nam ratione hac ſpiri-
tualia, quæ non habet, emere pecunia conatur,
quod ſine ſimoniæ vitio fieri non poteſt argum.
tot. tit. de ſimon. Si ergo quis contendat de bene
ficio cum aliquo, quem vere Dominum eius eſſe
ſcit, & pecunia iudicem corrumpat, quo benefi-
cium ipſi adiudicet, ſimoniam committit. Si iti-
dem in concurſu beneficij plures ſint, & alter al-
teri penſionem promittat, ſi beneficium habue-
rit, modo ei exceptionem aliquam veram, vt irre
gularitatem, non obiiciat, ſimonia itidem hic
committitur, quamuis exceptio probari neque-
at, vt conſuluit Nauar. conſil. 40. de ſimon. lib. 5.
Idem, ſi quid aliud promittatur, ne competitor
concurrat, vt dixit idem Nauar. conſil. 39. & con
ſil. 41. eod. tit. vbi ſimoniam commiſſam à quo-
piam inquit, qui promiſſerat ſe permutaturum
beneficium cum alio, qui concurrere volebat, ſi
3 curaretur, ne id fieret. † Non etiam quicquam da
re licet in iure quærendo, vel iniuſte quis vexe-
tur; nam ſimoniam nihilominus committit, ita
dixit Inn. in eod. c. Matthęus. verſ. Vel iniuſte cõ
tradictio fiat, & hanc opinionem ſequútur Abb.
& Mar. Soc. Sen. ibi; ſicut etiam in cit. ca. dilectus
filius, & eandem opinionem communiter rece-
ptam eſſe teſtatur Soc. in eod. c. Matthæus. nu. 6.
idem ſentit quoque Fel. ibi. num. 3. verſ. in Gloſ.
1. & Sylu. in verb. Simonia. nu. 3. verſ. Quarta re-
gula, ibi in ſpiritualibus, & Ioan. Tabien. eod. nu
me. 28. verſ. Vigeſimoſeptimo, ibi In ſpiritualib.
uero, & Nauar. in Commen. de dat. & promiſ. ꝓ
iuſtit. uel grat. not 9. nu. 16. uerſ. Et dixi regulari
ter, & in Man. cap. 23. num. 102. verſ. Octauo, ibi,
Dixi modo, in hoc enim caſu ambitioſus exiſti-
matur, & dare, quo facilius ſpirituale conſequa-
tur. Hinc, cum quidam beneficium adeptus Bul-
las expedire impediretur a penſionario, qui uete
rem penſionem ſuper beneficium habebat. pro-
pterea quod nolebat præteritas penſiones prius
præſtari, conſuluit ei Nauar. in conſi. 55. de ſimo
nia lib. 5. ne penſiones ſolueret, eſto de facto im-
pediretur, ne ſimoniam committeret. In iure ſpi
rituali quærendo igitur, uel de iure, uel de facto
quis uexetur, nihil dari licet, alioqn ſimonia cõ
mittitur. Excipitur tamen, ubi quis ni impedire
tur, exẽpli gratia, ne ad concurſum beneficij eat,
eligaturue ad dignitatem, in carcerem detine-
tur, in hoc enim caſu ſimonia non committi-
tur, ſi ut dimittatur, quidpiam præſtetur, ita di-
xit Sot. de iuſtit. & iur. libr. 9. quæſt. 6. artic. 1. in
reſp. ad quartum, & q. 7. art. 1. uerſ. Poſtrema de-
nique dubitatio ſit, utrum ſaltem ad redimendã
uexationem, & Nauar. in conſ. 41. de ſimo. lib. 5.
Idque iure merito, non enim pro re ſpirituali da
tur, neq; pro re, quę ad ſpirituale conſequendum
pertineat, niſi per accidens.

Dixi certo, nam ne ſimonia committatur, re-
dimendo uexationem requiritur, ut de iure ſuo
4 uexatus certus ſit; † ſi enim de iure ſuo dubi-
tet, ſimoniam committit quidpiam dando, uel
de facto uexetur, ut dixit Abb. uiden. in ca. cum
pridem, num. 9. de pact. & Felin. in ca. dilectus fi-
lius. 1. nume. 3. uerſ. Tertio limit. & Rebuff. eod.
tit. num. 18. uerſ. Not. perpetuo, & communem
opinionem hanc ſentit Bertachin. in repertor. in
uerb. Simonia. uerſi. Simoniam non committit,
qui eſt certus; etenim ratione hac ſpirituale pe-
cunia acquirere uidetur. Certus ergo eſſe debet
uexatus ſe ius habere in re ſpirituali; pro qua ue
xatur: alioquin pecuniam dando ſimoniam com
mittit.

Dixi Plene; hoc enim & tertio requiritur, quo
pro uexatione tollenda ſi quid detur, ſimonia ne
committatur, ut plenum ius in re illa ſpirituali
5 acquiſiuerit. † Quare, qui à maiori parte, exem-
pli gratia, & ſaniori, legitime electus eſt; ſed quia
dubitat, ne aut in electione, aut in cõfirmatione,
aut in poſſeſſionis acquiſitione, moleſtia afficiatũ
qdpiam tribuit, ſimoniã cõmittit, ut de electio-

ne habetur in ca. Matthæus de ſimon. de confir-
matione in cap. ſicut tuis à contrario ſenſu, & de
poſſeſſione in ca. in tantum eod. nam & poſſeſſio
beneficij eccleſ. quid ſpiritualeeſt, vt dixit Abb.
in c. ad aures in fine de ſimon & in cit. c. dilectus
filius, prope finem, & ibi quoque Felin. num. 3. &
Gulielm. Redoan. de ſimon. 3. par. c. 22. num. 2.
Ad ſummam nihil dare licet pro iure ſpirituali
quærendo, eſto maiori ex parte illud acquiſierit,
& de facto quis vexetur, vt de communi ſenten-
tia teſtatur Fel. in eod. c. dilectus filius. nume. 3.
verſ. In Gloſſ. 1. Excipitur tamen, quod dictum
eſt de poſſeſſione in foro conſcientiæ, vbi à potē-
ti viro vexaretur: tunc enim, quo in primis eius
beneuolentiam ſibi concilier, vel litis ſumptus,
damna, ſcandalaque vitet, ſi quid ei tribuat, ſi-
moniam non committit, ita Abb. ſentit in cit. c.
dilectus nu. 4. verſi. Aut non eſt in poſſeſſione, &
cum hac opinione DD. tranſire ait Felin. ibid. &
Guliel. Redoan. de ſimon. 3. par. c. 2. nu. 17. verſ.
Secundo loco, & Rebuff. in Prax. benef. in tit. De
reſignat. ſimoniac. num. 20. & ſequ. & Nauar. in
Man. ca. 13. num. 102. verſ. Octauo, vbi & hac de
re conſultus ſic ſe reſpondiſſe teſtatur, modo hic
firmum ius habeat. Multo magis ergo licebit in
hoc caſu generalia, communiaque verba facere,
quæ non obligant, exempli gratia, ſemper tuus
ero, Domus mea ſemper tibi patēs erit, ita dixit
Abb. in c. cum veniſſent. nu. 6. de inſt. & ſequitur
Redoan. ead. p. c. 20. nu. 24.

Dixi & nondum vlla ex parte ademptoq́; nam,
ne ſimonia committatur dando quidpiam pro
vexatione, non ſat eſt, vt ius plenum habeat ac-
quiſitum in illa re ſpirituali; verumetiam, ne vel
6 ab eius poſſeſſione, vel de facto ceciderit; † ſi e-
nim ab ea expulſus eſt, dando aliquid ſine ſimo-
niæ vitio eam recuperare non poteſt, atque ſic di
xit Innoc. in cap. ad aures in fine de ſimon. & ſe-
quuntur eum Zabar. & Abb. ibi, & in cit. ca. dile-
ctus 1. numer. 4. verſ. Aut non eſt in poſſeſſione.
Idem Gloſſ. in c. dicimus 16. q. 7. Idque iure me-
rito, non enim vexationem tātum redimere, ſed
& poſſeſſionem recuperare videtur: etenim, neq;,
vt in initio quis eam acquirat, eſto alias ei debea-
tur, quicquam dari ſine ſimoniæ vitio poteſt.
Hinc pro beneficio adipiſcendo temporale da-
ri non poteſt abſque ſimonia, quamuis alias de-
beatur, vt habetur in cap. vendentes iunct. Gloſſ.
Iuſtitiam. 1. q. 3. & ſequitur Nauar. in Commen.
de datis, & promiſſ. pro iuſtit. vel gratia, not. 11.
nume. 23. in fine. Quare & ſimoniam eum com-
miſiſſe conſultus reſpondit, vt ait ibi, qui Vica-
rio generali dedit viginti aureos animo allicien
di eum ad beneficium ipſi conferendum maius
de duobus, quorum alterum ipſi per concurſum
debebatur, eſto dixiſſet ſe dediſſe, quo quam ce-
lerrime collationem faceret, & Vicarius maius
contulit, modo ob dictam pecuniam id feciſſet.

Dixi Iniuſte, & de facto; hoc enim aliud etiam
requiritur in iure quæſito omnino, ne pro vexa-
tione quid dando ſimonia committatur, vt vexa-
tus iniuſte, & de facto vexetur, ſicut habetur in
cit. cap. dilectus filius 1. de ſimon. & ibi commu
niter DD. & S. Thom. 2. 2. q. 100. arti. 2. ad quin-
tum: ibi enim ait poſtquām ius alicui acquiſi-
tum eſt, licere per pecuniam iniuſta impedimen
ta remouere: & ſequitur eum Nauar. in conſi. 41.
num. 1. de ſimon. lib. 5. & in conſi. 55. eod. Qua-
7 re, † ſi iure quis vexatur, exempli gratia, vel Epi-
ſcopus ob delictum vult eum beneficio priuare:
vel alius aſſerens ſe ius in eo beneficio habere, li-
tem ei vult mouere, in huiuſmodi caſibus ſimo-
nia committitur, ſi quidpiam detur. Id quod ꝓ-
batur primo per ca. nemo de ſimon. ibi enim di-
citur non licere cuiquam aliquid temporale ab
alio accipere, quo peccatum eius Epiſcopo non
patefaciat. Ecce hic iuſte vexatur, & tamen nihil
licere accipere dicitur: ergo, vbi quis iuſte vexa-
tur, nihil dare licet. Idem probatur in cap. niſi de
præben. nam cum ibi de quodam prioratu lis eſ-
ſet, tandem iudicis auctoritate concluſum fuit,
vt alter prioratum haberet, alter vero annuatim
pecuniæ ſummam quandam, & eam conuentio-
nem Roman. Ponti. ibi probat, quoniam non ex
partium conuentione, ſed iudicis iuſſu facta eſ-
ſet: ergo ſecus ſi a partibus; fuiſſet enim hoc ſpi-
rituale quoddam emere, quod non licet, atque
ſic not. Gloſſ. ibi in verb. Ex iuſſione, & Abb. nu-
me. 6. verſ. Not. ibi, non quidem ex pactione. Po
ſtremo id probatur ratione, nam non facti vexa-
tio tollitur, ſed ius in re ſpirituali emitur, ita di-
xit. Abb. in cit. ca. dilectus, ibi. Quia non redimi-
tur tunc vexatio facti: vel potius ne eo priuetur,
ea pecunia efficitur contra c. nemo præsbytero-
rum de ſimon. Vbi igitur moleſtia iure quis affi-
citur, nihil dari pro re ſpirituali poteſt, atque ſic
dixit Abb. in cit. c. dilectus. nu. 4. verſ. Si vero iu-
ſte vexatur, & ſequitur Mar. Soci. Sen. ibid. nu. 6.
verſ. Si vero iuſte, & Guliel. Redoan. in Tract. de
ſimon. 3. p. c. 22. in principio verſ. Quarto, vbi ha
betur non poſſe redimi vexationem prælati iux-
te vexantis: nam dicitur potius correctio, & ita
DD. communiter.

8 Hoc tamen locum non habet, † vbi pro conci-
lianda pace de iudicis auctoritate aliquid datur;
tunc enim dari aliquid ſine ſimoniæ vitio poteſt,
vt habetur in cit. ca. niſi eſſent de præben. & not.
Abb. numero 6. verſic. Nota ibi pro bono pacis.
Idem ait in cap. cum pridem. nume. 8. verſic. In
Gloſſ. 3. de pact. Quare Iudex pro bono pacis de
cernere poteſt, ut duobus litigantibus pro eo-
dem beneficio, alteri beneficium adiudicetur, al
teri penſio tribuatur, ut inquit Abb. in eod. ver-
ſic. per cit. cap. niſi eſſent de præben. Item iudex
iubere poteſt, ut qui beneficiū habet, alteri ſum-
ptus factos reſtituat, ut dixit Abb. in eod. c. cum
pridem, & in hanc ſententiam accipiendum eſt
dictum Fel. in eod. ca. num. 3. uerſ. Item limit. &
Bertach. eod. uerſ. Simonia non committitur, ſi
alteri, & Rebuff. in Prax. benef. in tit. De reſigna.
numero 22. & Guliel. Redoan. de ſimon. 3. par.
capit. 2. numero 17. uerſicul. Tertio eſt licitum.

Idque

Idque merito,non enim iudex pro ſpirituali iure quid dare,ſed pro bono pacis cenſetur, ſecus autem ſi non auctore iudice quid daretur, tunc enim ſimonia committeretur, ut dixit Abba.in eod.cap.cum pridem,nume.8. nam forte renuncians liti ius in beneficium habet. Ex quib.colligitur,ut habetur ex dictis à Panor.eod.nu.8. Iudicem ad cædendam litem eum monere debere, qui minus iuſtam cauſam habet.

Dixi denique Tam in iudicio, quàm extra iudicium,quoniam in utroque caſu uexationem redimere licet,ut ſenſit Gloſſ.in ca.cum pridem, & ibi Abba num.9.de pact.ſi enim,ut not. ibi Abba.ex Gloſſ. ſi ergo certus ſum me ius habere in beneficio,pecuniam ei tribuẽdo, qui mihi litem mouit,ut deſiſtat ab ea,non pecco, id quod ex antecedentibus etiam colligitur. Multo magis ergo id locum habebit extra iudicium.

Pro regula igitur habebimus ſimoniam non committi,ubi pro uexatione tollenda tam in iudicio,quàm extra iudicium quidpiam datur,modò quis in poſſeſſione ſit omninò. Excipitur tamen primò,ubi quis ius quæſitum in eo ſpirituali non habet,cuius gratia pecuniam tribuit:nam in hoc caſu ſimoniam committit. Item excipitur,ubi dubitat,an ius habeat. Tertiò excipitur, ubi habet ius acquiſitum,ſed non plenè, ut pote, quia poſſeſſionem nondum adeptus eſt. Quartò excipitur, ubi plene ius acquiſiuit, ſed aliquid ius amiſit,ut pote poſſeſſionem,non enim pro ea recuperanda quicquam dare debet, eſto de facto eam amiſerit. Poſtremò excipitur, ubi plenè ius habet acquiſitum,& retinet, ſed ratione quapiã iuſtè auferri illud ei poteſt;ſi enim,ne illud ei auferatur,quicquam tribuat,ſimoniam committit, ut ex dictis antea conſtat:ſed de hoc itidem caſu ſatis;ad alium ueniamus. Si illud addiderimus ſpirituale dari non poſſe pro uexatione tollenda; alioquin ſimonia committeretur; nam ob id licet,ubi quis uexatur pro ſpirituali aliquid dare, quoniam non pro ſpirituali, ſed pro tẽporali datur;ſi enim pro ſpirituali daretur, ſimonia committeretur,ergo & è contrario ſimonia committetur,ſi ſpirituale pro uexatione detur.

S V M M A.

1 *Pœnæ nomine ſi quid exigatur in ſpiritualium adminiſtratione,ſimonia non committitur.*

2 *Abſoluens ab excommunicatione,aliaue cenſura,ab aliove delicto,ſi ob pœnam aliquid ab ipſo exigatur, ſimoniam non committit.*

3 *Statutum valet,quo cautum eſt,vt excommunicatus decem libras pro quolibet menſe præſtet, quouſque in excommunicatione perſeuerauerit.*

4 *Abſoluens ab aliis delictis iudex eccleſiaſticus, & pœnæ nomine pecuniam exigens,ſimoniam non committit.*

5 *Abſoluens in foro pœnitentiæ pecuniam pœnæ nomine exigere etiam poteſt.*

6 *Impenſæ factæ ab actore in citando, & admonendo, quempiam antequam excommunicetur reus, licitè petuntur ante abſolutionem.*

§. IX.

1 §. Decimò† in adminiſtrandis ſpiritualibus ſimonia non committitur, ubi quid pœnæ nomine ab eccleſiaſtico iudice exigitur,idque iure meritò,tum quòd pro ſpiritualibus nõ exigitur,quo caſu ſimonia committeretur,ſed ꝓ pœna peccati,& contumaciæ, quod licet,arg.ca. uenerabilibus,§.porro de ſent. excomm.libr.6. tum quod Eccleſiaſticus iudex, & per ſtatutum, & per ſententiam pecuniariam pœnam imponere poteſt,ut Felin.ac DD.tradunt in cap. irrefragabili,§.cęterum,ff.de off.ordin.ubi & Epiſcopũ fiſcum habere cõcluditur,ſicut etiam Viu.in ſua Syl.opin.255.& facit cap.dilectus filius de off.ordin.& c.ex parte de uerb.ſign.

2 Qui ergo † ab excõicatione, aliaue cenſura abſoluitur,ſi ob pœnam aliquid à iudice abſoluente exigatur, ſimonia non committitur; non enim pro abſolutione,ſed pro antecedentis culpæ,ac contumaciæ pœna exigitur, quamobrem fuit excomunicatus, atque ſic dixit S. Thom. 2.2.q.100.art.2.in reſp.ad tertium,& ſequitur Archiep.Flor.in 2.p.Sum tit.1.cap.4.§.2.uer.Quartò ratione punitionis,& Angel in uerb. Simonia 2.num.34.uerſic.Sextuſdecimus,& Gulielm Redoan.de ſimon.p.2.cap.3.num.2.uerſic.Sed iſtis adductis,& 3.p.capit.2.in fine,& Ricard.de Media Villa d.25.art.3.q.1.ad quintum,& Gabriel. Byel.d.25.q.2.not.3.uerſicu. Quintò dicit punctionem lib.4.& Nauar.in conſil.14.nume.7.de

3 ſimon.lib.5.†Statutum quoque ualet ob eaſdem rationes,quo cautum eſt,ut excommunicatus,ſoluat tantum in menſem,quouſque in excommunicatione perſeuerabit,ut dixit Hoſt.in c. ad aures,de ſimon.& ſequitur eum Abba.ibi, & Mar. Socin.Sen.& Ioan.Andr.num.2.& Zabar. uerſic. Oppon.primò,& Ioan.de Anan.& Felin.qui opinionem hanc communem ſentit, & alii à me cit. in Tractat.de Cenſuris Tab.1.cap.5.num.5. etenim non pro abſolutione,ſed pro contumacia id exigitur.Idem quoque ſequitur Gulicl.eod.cap. num.7.cum ſeq.

4 Ab aliis delictis itidem†ſi quis à iudice eccleſiaſtico abſoluatur,pecuniaria pęna exigi poteſt, ex quo enim pœnę nomine prǽſtatur,ſimonia nõ committitur,id enim fit, quo improbitas coarceatur.Felin.tamen,ac DD.citati ab eo in cit.ca. irrefragabili,§.cæterum,inquiunt,quo auaritiæ ſuſpicionem, ac notam eccleſiaſticus iudex effugiat,honeſtius eum facturum,ſi in pios uſus exactam pecuniam diſtribuat,& conuertat.

Pro condemnatione quoque ſi pecuniaria pœna exigatur,ſimonia non committitur,ut de hæreſi condemnato habetur in ca. cum ſecundum de hæret.lib.6.

Quæ diximus autem de fori exterioris iuriſ-
5 dictione.†eadem cõcludimus,& de pœnitentię fori iuriſdictione: nã & iudex hic eccleſiaſticus à peccatis aliquem abſoluens pœnæ nomine,ut pecuniam aliquam prǽſtet,iubere poteſt, atque

ſic

ſic dixit Archiep.Flor.ibid.uerſi.eod. quartò ratione punitionis,ibi,& ſic etiam in abſolutione a caſibus,etenim & hic pęnam inurere poteſt,argum.cap.omnis de pęnit.& eorum, quæ tradidit Trid.Synod.ſeſſ.14.cap.8.de pœnit.& Gulie.Redoan.de ſimon.p.3.cap.2.in fine.Quo tamē auaritiæ notam euadat,non ſibi exactam pecuniam retineat,ſed in pauperes diſtribuēdam curet, ita Guliel.ibid.

5 Non itidem† ſimonia committitur,ſi ante abſolutionem excommunicationis petantur impēſæ factæ in excommunicando,ut in citādo, & huiuſmodi,ut habetur in cap.uenerabilibus,§.porro,uerſic.Secus autem de ſent.excomm.lib.6.& ut dixit Nauar.eod.conſi.14.nume.7.non enim pro abſolutione,ſed pro damnis, & intereſſe partis dantur,ut ibidem habetur,& Nauar.not.eod.in loco.Et de hoc etiam ſatis.

S V M M A.

1 *Conſuetudine laudabili,ſi quid dari conſueuit in ſpiritnali adminiſtratione,licite datur,ac recipitur,quæ regula,quouſque pateat,declaratur.*

2 *Conſuetum prandium,pecuniaue aliqua ex conſuetudine laudabili dari ſolita licite peti poſſunt.*

3 *Laici ad laudabiles conſuetudines ſeruandas in ſpiritualium adminiſtratione cogi poſſunt.*

4 *Statutum laicorum laudabilem conſuetudinem in ſpiritualium adminiſtratione,inductam tollere non poteſt.*

5 *Statuto laicorum impediri non poteſt, quo minus oblationes Eccleſiæ fieri conſueta non fiant.*

6 *Conſuetudinem laudabilem improbans, quæ in ſpiritualium adminiſtratione prandium,pecuniaue clericis datur,reprehendendus eſt.*

7 *Conſuetudine ſi inductum ſit,ut parochis aliquid detur in adminiſtratione ſacramentorum,& ſpiritualium;licite peti poteſt, eſto ad ſpiritualia adminiſtranda ex officio obligati ſint.*

8 *Conſuetudo laudabilis quænam ſit quoad rem hanc.*

9 *Conſuetudo hæc laudabilis infra quod tempus inducatur.*

10 *Conſuetudo,re dubia,an laudabilis exiſtimetur.*

11 *Conſuetudine debitum,ſi exigi ægre poteſt poſt adminiſtrationem ſpiritualium,an ſine ſimonia id exigi antea poſſit.*

12 *Debitum pro ſpiritualium adminiſtratione ſi non præſtetur,apud quem iudicem peti poſſit,& qua actione*

§. X.

1 §. Vndecimò† ſimonia non committitur, ubi quidpiam datur in ſacramentorum, & ſpiritualium adminiſtratione,ex laudabili, & pia conſuetudine. Hac enim ratione & dari,& recipi datum legitime poteſt,ut habetur in cap.ad apoſtolicam de ſimon.ibi enim Romanus Pont. ſtatuit,ut ſacramenta eccleſiaſtica libere conferantur,& compeſcantur,qui malitioſe laudabilē conſuetudinem,qua aliquid dabatur, mutare nitantur,ergo & dari, & recipi legitime poteſt in ſpiritualium adminiſtratione,quod ex laudabili conſuetudine datur.non enim compeſcendi eſſent,qui eam conſuetudinem impedirent,ſi eam ſeruare non deberent. Iure igitur,ubi laudabilis conſuetudo adeſt,ut aliquid in ſacramentorum, & ſpiritualium adminiſtratione detur, illud dari,recipique legitime poteſt,atque ſic not.ibi Abba.Felin.Mar.Socin.Sen.& communiter DD. & S.Thom.2.2.q.100.art.2. in reſp.ad quartum, & Caiet.in Sum.in uerb.ſimonia,ibi Tertio, & Guliel.Redoan.p.1.cap.6.num.20.uerſic. Et ſacerdos,qui ex officio,& Gomeſ. in reg. De trienali poſſeſſore,q.12.uerſic.& iſta,quæ dicta fuerunt.

2 Quare,† ſi in funeribus, mortuiſque ſepeliendis cæreus,candellę,panes,pecuniaue dari conſueuerunt,ſi etiam prandium,quod in diœceſi Ariminenſi fieri uidi,& in aliis locis factitari audiui.Si itidem in baptiſmi adminiſtratione, necnon in nuptiarum benedictione pecunia,aliquidue dari conſueuit, ſicut in ordinibus conferendis cęreus,uel ſudarolium licite hæc dabuntur,ac recipientur, & ſimoniæ uitium euitabitur, ita dixit Ancharan.in eod.cap.ad apoſtolicam, nume.1. & Ioann.de Anan.& Zab.uerſ.Quæro,quæ ſint.

3 Immò regula hæc adeo uera eſt,† ut ſi laici pſtare hæc nolint,compelli ad huiuſmodi conſuetudines laudabiles ſeruandas queant,ut de communi DD.ſententia teſtatur Felin.in eod.cap.ad Apoſtolicam,& Gloſſ.fin.in fine, & habetur hoc expreſſum in eod.capit.ad Apoſtolicam. Contra quam tamen ſententiam,ac regulam duo facere uidentur. Primùm,quòd pro ſacramentis,ſpiritualibuſque adminiſtrandis nec cōſuetudine induci poſſe uidetur,ut aliquid tribuatur, ut habetur in capi.non ſatis,& in ca.cum in eccleſia, & in cap.ea,quæ,& in cap.ueniens,& in ca.in tantum, & in c.ſicut pro certo,& in c.Iacobus de ſimon. & in c.quæſta,13.quæ.2.& c.pen. de ſepult. cum ſimil.his enim iuribus improbantur, qui conſuetudinem allegantes pro ſpiritualibus pecuniam exigebant. Secundò,quòd induci cōſuetudo nō poteſt in iis,quæ à mera,atque libera offerētium uoluntate pendent,ut tradidit Bart. in l.cum de in rem uerſo num.9.cum multis ſeqn.ff.de uſur. & Abba.Felin.Mar.Socin.Sen.ac DD.in c.ſuam de ſimon. Atqui à priori ſententia diſcedendum non eſt ob ea,quæ diximus:nec obſtant proxime allegata. Non prior ratio ex iuribus cit.deprompta,quandoquidem ea iura loquuntur, ubi conſuetudo adeſſet,ut aliquid pro pretio ſpiritualiū daretur,ut colligitur ex ipſis,& ob id conſuetudines illæ improbantur, ac recte, quandoquidem ſpiritualia nulla ratione pretio uendi poſſunt ſine ſimonię uitio,ſecus autem,ubi laudabilis conſuetudo eſt,quæ non pro pretio rei ſpiritualis pmittit,ut quid tribuatur, ſed ob aliā cauſam, ut hic uidebimus,atque ſic ſenſit,S.Thom.eod.art. in reſp.ad quartum. Non obſtat altera ratio:nam ea locum habet,ubi ob nullam cauſam quis tradit,ut dixit Bart.in cit.l.cum de in rem uerſo,pſumitur,enim tunc donatio,& ob id conſuetudo induci nequit,at hic cauſa,quamobrem hæc homines largiuntur,eſt pietas,pro ſua enim anima,

ſuorumque

ſuorumque dediſſe cenſentur, & ut grati erga
Deum pro acceptis uideantur. Fauore igitur piæ
cauſę, & quod ſe ſic obligari uoluiſſe uidentur, cō
ſuetudo inducitur, ita dixit Abba. in cit. ca. ſuam
num. 6. & Felin. & Mar. Socin. Sen. & Guliel. Re-
doan. in Tractat. de ſimon. 3. p. cap. ultim. nume.
28. & communiter DD. Ex quo igitur pro anima
rum ſalute id datur, & ut grati pro ſpiritualibus
acceptis uideantur, iure conſuetudo induci po-
teſt.

Item locum habet propoſita regula, etiam ſi
clerici, & eccleſię, quibus dantur, diuites ſint: nā
nihilominus petere conſueta poſſunt, & ſolui de-
bent, ut dixit Ancharan. quem refert, ac ſequitur
Felin. in cit. cap. ad Apoſtolicam, nume. 3. uerſic.
Et adde, quod ſcribit, idem ſenſit Abba. in capit.
ſuam nobis, num. 10. uerſicu. Sed quoad primam
partem de ſim. nam ibi ait, ſi proprius Parochus
habet, unde uiuat, & conſuetudo non adſit, ut ali
quid detur, nihil exigere poſſe, ſecus ſi conſuetu-
do adſit.

4 Tertiò locum habet conſuetudo hæc, † eſto lai
corum ſtatuto contrariū caueatur, ut ſcilicet uel
nihil, uel ſolum tantum detur: nam ſtatutum hoc
contra eccleſiaſticam libertatem eſt, & ob id nō
ualet, argum. cap. quæ in eccleſiarum, & ca. eccle
ſię S. Mariæ de conſuetu. & auth. caſſa. C. de ſacro
ſanct. eccl. & ut nos probauimus in Bulla Cœnæ
5 Domini p. 1. † & pertinent huc, quæ dixit Bar. in
l. priuilegia in fine C. eod. ubi ait per laicos ſtatu
tum reuocari non poſſe, quo cautum erat, ut ſin-
gulis annis Fratribus pecunia quædam daretur,
& hoc ob cit. cap. ad Apoſtolicam, & ſequitur eū
ibi Felin. quamuis nonnulli cōtrarium ſenſerint,
& male. Hinc Abba. ſecutus Barto. in cap. pen. in
fine de ſepult. ait Senenſes non poſſe per ſtatutū
tollere, quò minus oblatio eccleſiæ fiat, quæ in aſ
ſumptione Beatæ Marię Virginis fieri conſueuit,
& ſequitur eum Felin. in cit. ca. ad Apoſtolicam,
6 num. 2. in fine. Hinc conuincitur, † non rectè quē
dam ſenſiſſe, qui palā improbare ſacerdotes quoſ
dam audebat, qui in anniuerſariis conſuetū pran
dium, conſuetamque eleemoſynam ſibi dari no-
lebant, quandoquidem ea ex laudabili conſuetu
dine, debebantur, ut pote pro animabus ſuorum.
7 Poſtremò locum habet, † eſto proprius Paro-
chus ſit, qui ad ſacramenta, ſpiritualiaque admi-
niſtranda obligatus eſt: nam, ſi cōſuetudo adſit,
ut aliquid etiam ipſi detur, eius conſuetudinis
beneficio petere illud poterit, eſto diues ſit, & ha
beat, unde uiuat, atque ita ſenſit Abba. in c. ſuam
numer. 10. uerſic. Sed quoad primam partem: nā
inquit Abb. ibi, Si ſacerdos proprius ſit, & habeat,
unde uiuat, ceſſante conſuetudine, ſcilicet dandi
aliquid, nihil ipſum exigere poſſe: ergo à contra-
rio ſenſu, ſecus ſi conſuetudo adſit. Idē dixit Ab-
ba. in cap. abolendæ, num. 6. uerſic. In ea Gl. iunc.
Gloſſ. ibi, quæ ait clericos eccleſiæ, ubi quis ſepe
liendus eſt, nōn poſſe licite aliquid petere, etiam
pro officio ſepulturæ, ſi tamen conſuetudo adſit,
ut aliquid detur, laicos ad id præſtandum licite
compelli, id quod no. Abb. ibi, & ſequuntur DD.
& probatur etiam per cit. capi. ad Apoſtolicam,
ubi Romanus Pont. laudabilem conſuetudinem
dādi aliquid in ſpiritualium adminiſtratione, ut
ſeruent, laicos compellendos ſimpliciter ait, nec
diſtinguit, an parochus, non parochuſue ſit, ergo
nec nos diſtinguere debemus: immo de propriis
parochis ibi, agi magis ſentiendum eſt, ut colligi
tur ex uerbis eius canonis. Quare ſi in funere
octo, uel decem ſolidi dari etiam Parochis con-
ſueuerunt, eſto ad illud munus obligati ſint, iure
tamen eos petere poterunt, modo tū pręſtari poſ
ſint ab iis, à quibus petuntur, aliàs gratis omnia
facere debent.

Atqui qua ratione apud iudicem conſuetudo
hæc allegabitur? Hac ratione Conſuetudo eſt, in
qua clericus, ut pro mortuo tantum detur, non
igitur pro officio petetur, ita dixit Hoſtiē. quem
refert, ac ſequitur Abba. in eod. ca. abolendæ. nu.
7. de ſepult. Ego autem ratione hac allegari con
ſuetudinem poſſe dicerem. In anniuerſariis, fu-
neribus, diuiniſue aliis officiis ex laudabili con-
ſuetudine tantum dari conſueuit, quare peto, ut
detur, hac enim ratione pro ſpiritualium pretio
peti non uidetur. Hoc tamen faciet, poſteaquam
ſpiritualia adminiſtrata ſunt, ut probatur per ca.
ad Apoſtolicam de ſimon. & ibi not. Abb. Felin.
& Mar. Socin. Sen. ibid. & idem Abb. in c. abolen
dę, num. 7. ubi ergo laudabilis conſuetudo eſt, ut
aliquid detur, licite illud peti poteſt.

Excipitur tamen, ubi pia conſuetudo non ad-
eſſet: nam, ex quo, ubi pia conſuetudo adeſt, lici-
te petitur, ut pote, quia non pro ſpiritualium pre
tio datur, ergo à contrario ſenſu ſecus, ubi cōſue-
tudo huiuſmodi non adeſt, arg. c. non ne de præ-
ſumpt. & l. cum prætor, ff. de iud.

8 Atqui † pia conſuetudo quænam eſt? Item
quanto temporis ſpacio pręſcribitur? Tertiò qd
ſi dubitetur, an laudabilis conſuetudo ſit? Quar
tò, quid ſi id, quod debetur ex hac cōſuetudine,
poſt ſpiritualium adminiſtrationem exigi nō fa
cile poteſt, an ante adminiſtrationem licite exi-
gitur? Poſtremò hac de re apud quem iudicem,
& qua actione agetur? Quoad primam quæſtio-
nem uidebatur dicendum piam, & laudabilem
conſuetudinem eſſe, ubi id, quod datur, in paupe
res, piaque loca diſtribuitur. Quod tamen uerū
non eſt, tum quòd ſpiritualia nulla ratione uen-
di poſſunt, eſto pretium in pias cauſas diſtribua-
tur, ut id pluribus probat Gregorius relatus in
cap. non eſt putanda, 1. q. 1. & habetur in cap. ex
multis prope finem, 1. q. 3. & facit, cap. quoniam
de ſimon. ubi pro religionis ingreſſu, nec pauper
tatis ratione, quicquam pretii nomine peti po-
teſt, tum quòd mala facienda non ſunt, ut eue-
niant bona. Quæ igitur cōſuetudo hæc erit, DD.
communiter concludunt eam conſuetudinē lau
dabilem dici, quæ à ſimplici liberalitate, & pieta
te populi profecta eſt, ideſt ea, quę ad Dei pieta-
tem, ac religionem inducta eſt, ita dixit Abba. in
cap. ſuam num. 4. & Felin. nume. 2. & Mar. Socin.
Sen. num. 12. cum ſeq. de ſimon. idem Abb. in c.
ad apoſtolicam, num. 4. & Felin. num. 1. & Socin.
num. 10,

num. 10.& itidem Abb. in c. cum M. onm. 25. de pręſcript. Hæc ſententia, etſi uera eſt, qno tamen dilucidior fiat, dico eam conſuetudinem laudabilem eſſe, & ſimoniam non ſapere, quæ io iis caſibus inducta eſt, in quibus, eſto conſueto oon adeſſet, legitime, & ſine ſimoniæ uitio, qd daretur, & acciperetur, hi autem caſus ſunt, ubi non pro ſpiritualium pretio, ſed pro alio aliquid dat̃. Quare, quòd gratis, ac libere tributum accipi poteſt, ut habetur in cap. tua nos de ſimon. & in c. ſicut Epiſcopum, 1. q. 2. uel ut grati uideantur, uel pro ſalute ſuarum animarum, & propter Dei amorẽ. Item pro ſuſtentatione. Item pro obligatione, de quibus omnibus ſupra egimus, ob eam rem & in his conſuetudo induci poterit. Sicut è contrario, ſi pro pretio ſpiritualium quid tribuatur, conſuetudo induci non poteſt, hac enim ratione improbata eſt conſuetudo per cap. noo ſatis de ſimon. & c. cum io eccleſiæ, & c. ea, quæ, & ca. ueniens, & cap. ſicut, & c. Iacobus eod. ſed de quæſtione hac ſatis.

9 Quoad alteram † quanto temporis ſpacio conſuetudo hæc præſcribitur, decem annorum ſpacio ipſam præſcribi dixit Abb. in cap. ſuam num. 9. & Felin. nume. 1. in fine, qui opinionem hanc commuoem ſenſit. & Mar. Soc. Sen. & Guliel. Redoan. in Tract. de ſimon. 3. p. cap. ult. in fine, quæ & rationibus probatur. Nam conſuetudo hęc cõtra laicos eſt, contra quos ſimpliciter decenii cõſuetudo ualet, ut communiter not. in l. de quib. ff. de leg. Poſtremò, quoniam coonſuetudo hæc nõ odioſa, ſed pia, & gratioſa eſt, ut quæ pietatẽ ſpectet, & animarum ſaluti conſulat, arg. c. ad apoſtolicam, de ſimon. qno caſu decem annorum ſpacio conſuctudo hęc præſcribitur, ut dixit Gloſſ. in cap. fin. in uerb. Conſuetudo de conſuetud. lib. 6. & Alfonſ. Aluarez. io Theſaur. Chriſt. relig. c. 62. num. 11. & Guliel. ibid. Quare, quòd inueterata conſuetudo eſt cum in diœceſi Ariminenſi, tum Imolenſi, ut in anniuerſarijs, & funeribus, & aliis diuinis officiis paululum pecuniæ, & nonnullæ etiam candellę, tribuantur, alibi uerò & prãdiũ, & hæc ex laudabili conſuetudine, ſcilicet ob ſalutem animarum, & quo clerici prõtiores ſint ad preces fundendas pro ſe ad Deum, ob eam rem, ut loci conſuetudo poſtulabit hæc legitime petẽtur. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

10 Quoad tertiam, † ſi dubitetur, an laudabilis cõſuetudo ſit, nec ne, id eſt an initium laudabile habuerit, quid tum dicendum? Quod delictũ in dubio pręſumi non debet, arg. c. 1. de reg. iur. & l. merito, ff. pro ſoc. initium laudabile fuiſſe, laudabilemque conſuetudinem eſſe exiſtimabimus, ita in materia noſtra de ſimonia tradit Felin. uidem in c. ex parte 1. io fine, ff. de off. delega. etenim actus ſonans uitium, & non uitium accipi debet in meliorem partem, ſcilicet ne uitium ſonet, ut dixit Bart. in l. non ſolum, §. ſed ut probari num. 3. ff. de ope. nou. nunc. & ſequuntur DD. & Felin. in cit. loco. Quare contrarium aſſerens probare id debebit. Hinc Nauar. conſi. 3. de ſimon. lib. 5. non auſus eſt ſubſcribere ſe cuiuſdam conſilio, quo uidebatur probari à parocho oon debere pſtationem quandam canonicis, & hoc ob id, quoniam dicti canonici conſueuerant eam præſtationem accipere a tempore, cuius contraria memoria non extabat, & idcirco dicebat potuiſſe ex legitima cauſa eam præſtationem à Romano Pon. impoſitam fuiſſe. et de hac tertia quæſtione ſatis.

11 Quoad quartam quæſtiooem, † ubi poſt ſacramentorum adminiſtrationem non facile homines præſtant, quod ex pia conſuetudioe debetur, an illud exigi ante ſpiritualium adminiſtrationem queat, uariæ DD. ſententiæ ſunt, Abba. in cap. ad Apoſtolicam io fine coocludit id exigi non licere, ne ſacramenta alienare uideantur. Idẽ inquit Mar. Socin. Sen. num. 5. cum ſequ. nam ibi ait, ubi conſuetudo eſt aliquid dandi, ſacramenta nihilominus libere conferenda eſſe, & nõ poſſe prius exigi aliam promiſſionem, uel cautionẽ: ergo multo minus rem ipſam. Idem not. Felin. ibid. in principio, uerſic. Tertiò, ubi ait, de communi DD. ſententia clericos non poſſe ante collata ſacrameota inſtare ſacramentis ſubtrahendis, & non adminiſtrãdis, quo laudabilis conſuetudo obſeruetur. Idem Caie. in Sum. Quartò no. ait enim ibi, qui timoratam habes conſcientiam, quòd licet ſacerdos minus benefaciat exigendo id, quod ſecundum laudabilem conſuetudinem ſolet dari, ſi ante collationem ſpiritualium exigat, aut ſi negat, aut differt ſpiritualem collationem, ut illud habeat, non tamen propterea ſimoniachum iudices. Hæc Caiet. ex quibus patet eũ idem, qnod priores, ſentire. Poſtremò id probatur per cit. cap. ad apoſtolicam, de ſimon. nam ibi ſtatuit Romanus Pont. ut libere conferantur eccleſiaſtica ſacramenta: ergo ante eorum collationem oon eſt agẽdum de exactione eius, alioquin libere noo cõferrentur. Contra ſententiam hanc tenet Nauar. in Man. cap. 23. num. 106. uerſi. Ad ſecundum: nam ibi ait conſueta dari pro actib. ſpiritualibus, antequam ſpiritualia præſtentur, licite peti poſſe ad impediendas contentiones, & moleſtias, quę alioqui probabiliter putantur futuræ.

Quid ergo concludendum? Ego, ut rem dilucidiorem reddam, præmitto primum, ubi ultro quid offertur ante ſpiritualium adminiſtrationẽ, & collationem licite accipi poſſe, ut ait Nauarr. ibid. etenim, eſto conſuetudine non debeatur, tamen, ſi ſponte offeratur, ſine ſimoniæ uitio accipietur, ut habetur, in cap. tua nos de ſimon. Secũdò, ubi poſt collationem, & adminiſtrationẽ ſpiritualium facile, & ſine moleſtia pręſtatur, quod conſuetudine debetur, tunc ante exigendum nõ eſſe tamen & hoc ſentit Nauar. & DD. proxime citat. His præmiſſis reſtat, ut aperiamus quid iuris ſit, ubi cũ difficultate id, quod debetur, poſt ſpiritualium collationem exigitur. In qua quęſtione, ego concludo etiam io hoc caſu ante ſpiritualium adminiſtrationem exigi non poſſe, & communem opinionem uerisſimam eſſe, & hoc per cit. cap. ad apoſtolicam, de ſimon. nam ibi laici quidam nolębant laudabilem conſuetudinẽ ſeruare.

uarę.

uare,ubi ſacramenta ipſis adminiſtrabantur,quidam uerò clerici ante eorum ſpiritualium adminiſtrationem pecuniam exigebant , & ſi ſatisfactum ipſis non erat,doſo fingebant ſe impediri, & impedimenta quædam, quominus ſacramenta adminiſtrarent,opponebant. Quare Summus Pont.hac de re edoctus ſtatuit,ut libere ſacramẽta conferantur,per Epiſcopum uerò loci compeſcantur laici,qui malitioſe nitebantur landabilẽ conſuetudinem immutare. Ecce hic quod cõſuetudine debebatur,ſpiritualia recipientes nollebant præſtare,contra uerò clerici, niſi prius pecunia ipſis daretur,impedimenta quædam fingebant,ne ſpiritualia adminiſtrarent,& tamen non ſtatuit,nec decernit ibi,Romanus Pont. ut prius præſtetur,qnod conſuetudine debetur , ac deinceps ſpiritualia adminiſtrentur,ſed contra,ut libere conferantur eccleſiaſtica ſacramenta,& per Epiſcopum cogantur deinceps,quod conſuetudine laudabili debetur,præſtare. Ex quibus patet, etiam,ubi difficultas eſt in exigendo,quod debetur,non tamen ante ſpiritualium adminiſtrationem exigi poſſe,& ſic per hunc canonem propoſitã quæſtionem optime diſſolni,ſi quis eum paulo diligentius intueatur,& opinionem hanc ſenſit & Redoan. confuſe tamen , & per obſcure in Tract.de ſimon.3.p.cap.ultim. Hinc Caietan.in Sum.in nerb.Simonia in 2.p.netſic. Quarto not. qui timoratam habet conſcientiam,etſi hunc ſimoniam uon committere aſſerit , qui ante ſpiritualium adminiſtrationem id,qnod conſuetudine debetur,exigit,ne deinceps neceſſe habeat litigare,tamen, quòd huinſmodi præuentionem, & cautelam ſpeciem quaſi ſimoniæ habete ait, ob eam rem ipſum reprehendi addit . Ex quibus colligitur id fieri non debere,non enim reprehẽdi poſſet,ſi licite id fieret. Excipio tamen, ſi ſimpliciter,quis peteret extra iudicium,& ſine difficultate libere ſacramenta,& ſpiritualia adminiſtraret,eſto nihil ipſi tunc daretur : nam tunc id licere ſentio,non enim minus libere adminiſtrãtur. Præterea Romanus Pont.in cit.cap.ad Apoſtolicam prauas exactiones fieri prohibet , nt ait ibi in nerſic. Quapropter , at exigere eſt ab inuito extorquere etiam lite mota,ut alibi etiam diximus:ergo ſecus,ſi urbane,& amicabiliter petatur,& in hanc ſententiam Nauarr. accipi poteſt, alias ob ea,quæ diximus,eius ſententiam ſequendam non cenſeo. Et de hoc ſatis.

Verum qnid ſi contrafiat,an ſimoniã committatur? Breuiter concludo hunc ſimoniam non cõmittere. Primum,quĩa hic ſpirituale non nẽdit, ſed id,quod ex laudabili conſuetudine debetur, petit,at in hoc caſu ſimonia non committitur,argum.cit.cap.ad Apoſtolicam,ergo. Deinde,quoniam,ſi poſt ſpiritualium adminiſtrationem idẽ peteret,ſine dubitatione ſimoniam non committeret per cit.cap.ad Apoſtolicam, ergo neque ẽt ſi ante,cum non magis ſimonia ſit ante adminiſtrationem ſpiritualium,pecuniam accipere,quã poſt,argum.c.de hoc autem,& c.non ſatis eo. de ſimon.atque ſic aſſeruit Caietan.eod. uerſ. Quartò not.& ſequitur eum Nauar.in conſil. 85.de ſimon.lib.5.ibi enim quendam parochum defendit à ſimonia,qui exegerat ante benedictionem nuptiarum , ex quo conſuetudo erat ibi talis, atque de his hactenus.

12 Quoad poſtremam quæſtionem deniqne,† ſcilicet apud quem indicem agendum ſit,quo laudabilis conſuetudo hæc ſeruetur , quaque actione agatur. Quoad primum breuiter concludendum eſt apud Epiſcopum diœceſanum agendũ eſſe,ita habetur in cit.cap.ad Apoſtolicam, de ſimon.nam ibi iubet Romanus Pont.per Epiſcopum loci re cognita compeſci noſſentes conſuetudinem laudabilem ſeruare . Si epiſcopus loci, ergo compeſcere hos debet,ergo apud diœceſanum Epiſcopnm res hæc agetur , atque ſic notat Abba.ibi,& Mar.Socin.Sen.ac DD.& Guliel.Redoan.eod.cap.ult.num.29.uerſic. Et quia ſacerdos. Immò idem Epiſcopns,laudabilis conſuetudo ſit nec ne,arbitrabitur,arg.cit.c.ad Apoſtolicam,ibi Veritate cognita:idqne iure meritò,cui enim conſequens committitur,& omne antecedens ad illud neceſſarium permiſſum eſſe intelligitur,l.2.& ibi Iaſon, ac DD. ff.de iuriſdi. omn. iud.& pertinent huc,quæ dixit Trid.Synod.Seſſ. 24.cap.14.de reform.quoad ſecundum , alii denunciationem prępouendam inquiunt,alii officium indicis implorandum,nt ait Guliel. ibidẽ. Ego tamen ſentio,modò factum,nti eſt,narretur, & quid quis uelit,explicet, nihil intereſſe: nam Pontificio iure actionis propoſitio neceſſaria nõ eſt,ut habetur in cap.dilecti,& ibi DD.de iudic. Sed de conſuetudine hactenus , quid iuris ſit in ſtatuto,iam uideamus;id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Statuto ſi caueatur,vt in ſpiritualibus adminiſtrandis,conferendiue quid detur,an valeat.*

2 *Statutum laudabile,quodnam ſit.*

3 *Statutum valet,vt qui in canonicum recipitur,tantũ det in vtilitatem,aut monaſterij aut hoſpitalis , aut eccleſiæ,aut alterius pij loci.*

4 *Statutum valet,vt qui beneficium,prabendamue talem habuerit,tot miſſas,totue alia diuina officia faciat in hebdomadam.*

§. X.

1 Duodecimò ſimonia † non committitur , ubi ſtatuto laudabili cautum eſt , ut aliquid in ſpiritualium adminiſtratione præſtetur, ut uidebimus. An igitur ſtatutnm hoc ualet?

Felin.in c.Iacobus de ſimon.aperte concludit ſtatutum hoc non valere,eſto id,quod tribuitur, in pios uſus conuertatur. Eandem opinionem ſequitur Abba.ibi prope finem dubius tamen , & Mar.Socin.Sen.num.13.idem & apertius Abba. in cap.cum M.num.25.uerſic. Sed ſi ſtatuto caueatur de conſtit.& ſequitur quoque Dec.ibi,n. 28. nerſic.in Gloſſ.in uerb.Perciperet. Probatur autem ſententia hæc per ca.ex multis, 1.q.3.ubi

ſtatuitur

ſtatuitur, ne pro ſpiritualibus conferendis quicquam percipiatur, eſto in pios uſus conuertatur. Ad hoc tamen reſponderi poteſt eum canonem locum habere, ubi pro pretio ſpiritualium quid datur, ut colligitur ex ipſius uerbis, tunc enim, in quoſcunque pios uſus tributum conuertatur, ſimonia committitur, & peccatur, ſecus ergo, ſi ob aliam cauſam, quid detur. Poſtremò pro hac ſententia ratio hæc redditur, quæ per ſtatutum præſtantur, coacte præſtantur, ſtatutum enim principium uoluntatium non habet, ſed neceſſarium, ut dixit Abb. in cit. cap. cum M. num. 25. ibi. Sed dices tu, quare ualet, & ſequitur Felin. in eod. ca. Iacobus num. 2. Hęc ratio etiam mihi non probatur: nam dummodo pro ſpiritualium pretio non tribuatur, ſimonia non committitur, nec abſurdum etiam eſt, ut quis inuitus aliquando in ſpiritualium adminiſtratione aliquid præſtet, arg. c. ad Apoſtolicam de ſimon.

Inn. autem, ubi quis ſponte, ac libere, nulla interueniente permiſſione, ac pactione id dat, qđ per ſtatutum iubetur dare, tunc poſſe dixit in cit. cap. cum M. num. 8. ibi, Sed ſi nō peteretur ab eo, & ſequitur eum, ac not. inquit Abb. ibi, num. 26. uerſic. Dicit autem hic Inn. & ſequitur Addit. ad Abba. in litera C. nam hic non ob ſtatutum, ſed ſponte dat, & ob id ſimonia non committitur, cū ex propoſito maleficia diſtinguantur, arg. c. cum uoluntate de ſent. excomm. & argum. l. uerum, & l. qui ea mente, ff de furt. Contra opinionem hāc tamen facere uidetur, cap. dilectus 2. in fine, de ſimon. nam ibi Romanus Pont. inquit monaſteriū recipere poſſe à uolentibus ipſum ingredi oblatum ab ipſis, modo ſine taxatione, & gratis fuerit oblatum: Illud tamen grataner recipi poteſt, ait enim ibi Romanus Pont. quod fuerit ſine taxatione gratis oblatum: ergo, ex quo per ſtatutum præſcriptum eſt, quid dandum ſit, eſto ſponte detur, ſimonia commiſſa intelligetur: nam ſolutio illa, & oblatio ui illius taxationis, & præſcriptionis, & ſic coacte facta eſſe uidetur, atque ſic notat ibi Abba. num. 6. & ſequitur Felin. nu. 2. ubi multa ad id pertinentia ponit, ſicut etiam Dec. in cit. cap. cum M. de conſtit. ubi non ſponte quid fieri ab aliquo dicitur, ad quod cogi poteſt, eſto non coactus id faciat. Hęc igitur ſententia Inno. mihi non placet: nam, ne ſimonia committatur, non neceſſario requiritur, ut quod datur ſpōte detur, ſed ne pro pretio ſpiritualium detur, arg. ca. tua nos de ſimon. hoc enim ſi fiat, uel ſponte, uel coacte quid detur, ſimonia non comittitur, ſicut è contrario, ſi pro pretio detur, ſimonia aderit, quoquo modo ſponte detur.

Quid igitur concludendum? Ego, etſi alias aliter ſenſi, nunc tamen re ſtudioſe, accurateque pſpecta, concludo ſtatutum ualere, ubi laudabile eſt. Et hoc ob eam potiſſimum rationem, quoniā Trid. Synod. Seſſ. 24. cap. 14. de reforma. exequat conſuetudinem, & ſtatutum: nam animaduertēs, S. Synod. in pluribus eccleſiis aut ob earum ſtatuta, aut ob prauas conſuetudines in eccleſiaſticis beneficiis tradendis exactiones illicitas fieri, ea corrigere uolens, mandat Epiſcopis, ut diligēter de huiuſmodi conſuetudinibus, & ſtatutis ſuper prędictis cognoſcant, & laudabiles tantū cōſuetudines, laudabiliaque ſtatuta probent, praua uerò, & ſcandaloſa eijciant, & aboleant, in pluribus eccleſiis tam cathedralibus, quam collegiatis, & parochialibus, dicitur enim ibi, ex eorum conſtitutionibus, aut ex praua conſuetudine, obſeruari intelligitur, ut in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, uel alia prouiſione, ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius cathedralis eccleſiæ, uel beneficii, canonicatuum, aut præbendarum, uel partem prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationeſuę illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponantur, hæc cum Sancta Synodus deteſtetur, mandat epiſcopis, ut, quęcunque huiuſmodi in uſus pios non conuertuntur, atque ingreſſus eos, qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionem habēt, fieri nō permittant, ipſique diligenter de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcant, & illis tantum, quas ut laudabiles ꝓbauerint, exceptis, reliquas, ut prauas, ac ſcandaloſas reiiciant, & aboleant. Eos uero, qui aduerſus hæc in præſenti decreto comprehenſa quauis ratione commiſerint, pœnis contra ſimoniachos æditis ſacris Canonibus, & uariis Summorum Pontificum Conſtitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit, & c. Ecce hic Sancta Synod. mandat inquiri tam de conſtitutionibus eccleſiarum, quæ ſunt ſtatuta propria earum, quam de conſuetudinis, & iubet, ut conſtitutiones laudabiles, ideſt laudabilia ſtatuta, & conſuetudines itidem laudabiles probentur, contrarię uero reiiciantur, & qui contra fecerint ſimoniace puniantur. Ergo, quod ex laudabili ſtatuto præſtatur in ſpiritualiū adminiſtratione, licite pręſtatur, nec ſimonia committitur, & ob id ſtatutum huiuſmodi etiam ualet, ex quo Rom. Pont. uult, ut probētur, eſto contraria opinio Abb. ac Felin. quę communis erat, contrarium ſentiret: nam S. Synod. ſicut laudabilis conſuetudo ualet, ita etiam laudabile ſtatutum ualere uoluit, atque ſic ſenſit etiā Nauarr. in Man. cap. 23. num. 102. uerſic. Vndecimo, & Gomeſ. in Reg. de triennali poſſeſſore, q. 12. uerſic. Et iſta, quæ dicta ſunt, & idem Nauar. in conſil. 18. num. 5. uerſic. Immo etiam, quę de pœnit. & remiſſ.

2 Atqui † quodnam laudabile ſtatutum dicetur, ne ſimonia committatur? Illud plane, quod ſimoniam non inducit, hanc enim conſuetudinē laudabilem quoque dici ſupra probauimus, hāc interpretationem laudabilis ſtatuti, ut ſcilicet id ſit, quod ſimoniam non inferat, facit Trid. Syno. ead. ſeſſ. 24. capit. 14. de reform. nam ibi mandat Epiſcopis, ut laudabiles conſtitutiones locorum, & conſuetudines de dando aliquid in ſpiritualibus adminiſtrandis, probent, reliquas uero ut prauas, & ſcandaloſas reijciant, & aboleant. Quæ

autem

autem prauę, & ſcandaloſæ conſtitutiones, conſuetudineſque ſcandaloſæ ſint, ſignificauit eadē Trid. Synod. ibidem, ubi mandauit epiſcopis, ne ingreſſus beneficiorum eos permitterent, qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionē habent. Ex quo igitur laudabiles conſtitutiones locorum hæ dicuntur, quæ ſimoniæ ſpecimē non habent, iure ſtatuta laudabilia ea dicentur, quę ſimoniam non ſapiunt: nam conſtitutiones ibi pro ſtatutis capiuntur, ex quo de conſtitutionibus propriis locorum Sancta Synod. agit, arg. §. ius autem ciuile in Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.

Quare, ſi ſtatuto caueatur, ut in ſpiritualium adminiſtratione aliquid detur, vel quo miniſtri ſuſtententur, uel ut excitentur libentius ad diuina obeunda (quamobrem in eccleſiis collegium habentibus quotidianas diſtributiones inſtitutas eſſe antea diximus) uel quo ſarciatur eorum intereſſe, qui moram ibi trahunt, & obligant ſe, libertateq; quodammodo ſe priuant, uel ut ſimpliciter aliquid donetur, quod in pios uſus diſtribuatur, & ad ſummam, quod ſimoniæ ſpecimen, auaritiæque non habet, laudabile ſtatutum hoc dicetur, ut colligitur ex Sancta Synod. eod. in loco, ibi, Hęc cum Sancta Synod.

3 Valebit igitur ſtatutum canonicorum, † quo cauetur, ut qui in canonicum recipitur, aliquid tribuat, quod aut in utilitatem eccleſię, in quam recipitur, aut in monaſterii, aut hoſpiralis, alteriuſue piū uſum conuertatur, ut colligitur ex ea. Synod. in uerſicu. Hæc cum Sanct. Synod. nam ibi, Epiſcopis mandat, ut quæ in huiuſmodi ingreſſibus dantur, ne dari permittant, ſi in pios uſus non conuertuntur, ergo ſecus, ubi in pios uſus conuertuntur, argum. ſumpto à contrario ſenſu, quod ualidiſſimum eſt arg. l. 1. & ibi, communiter not. ff. de off. eius.

4 Valebit quoque ſtatutum, † quo impoſitum eſt onus aliquod ſpirituale rei Deo iam dicatæ, ut exempli gratia, ut qui beneficium illud, prębendamue illam habuerit, tot miſſas, totue anniuerſaria, aut tot diuina officia in hebdomadam, in menſem, in annumue celebret. Nam primo id habetur in cap. ſignificatum, & ibi, not. Glo. Abba. ac DD. communiter de præbend. ibi, enim capitulum eccleſiæ cathedralis onus hoc impoſuit, ut qui eam haberet, tot miſſas in hæbdomadam celebraret, id quod Romanus Pont. comprobat, & in quam ſententiam onus illud accipiendum ſit, declarat, ergo fieri hoc poteſt, non enim Romanus Pontifex id permitteret, ſi ſimonia committeretur. Idem probatur in capitu. unic. ut eccleſi. benefic. & ſic tradidit Abba. in capitu. Iacobus, numero 3. uerſicu. Si uero de ſimon. & Mar. Socin. Sen. numero 12. intercedere in hoc autem auctoritas Papæ debet. Secundò id probatur, quoniam meritorium eſt, & non ſimoniachum ſtatuere aliquos reditus alicui eccleſiæ, ut ibi anniuerſarium alicuius fiat, ut dixit Innocen. in capitul. quoniam enormis, nume. 1. ne prælat. uicas ſuas, & ſequitur Paul. Fuſch. in Tracta. de uiſit. & regimin. Eccleſ. libr. 1. capitul. 20. num. 3. Poſtremo id probatur etiam ratione: nam hæc dantur, & conſtituuntur, ut qui diuina ea officia obiit, habeat, unde ſe ſuſtentet, & pro intereſſe, quod patitur, obligando ſe ad ibi commorandū, quas ob cauſas licere in ſpiritualium receptione aliquid miniſtris tribui antea probauimus, qui enim altari ſeruit, de altari uiuere debet, argumē. capitu. cum ſecundum Apoſtolum de prębend. & beneficium propter officium datur, ut dicitur in capitu. fin. de reſcript. libro 6. & ut dixit Innocent. in eodem capitu. quoniam, prope finem. Non igitur recipientes beneficia hac conditione, ut animarum curam habeant. Non altaria, capellaſue, ut miſſas celebrent, non uicariatus, ut ius dicant, non epiſcopatus, aliaſue dignitates, quo ordinis, iuriſdictioniſque munera obeant, ſimoniam committunt: nam præterquam quod emolumenta huiuſmodi beneficiorum ob rationes proxime allatas aſſignata ipſis ſunt, & dignitatem eccleſiaſticam tueri, & pauperibus eiiſdem emolumentis ſubuenire etiam debent, quamobrem laudabile ſtatutum etiā eſſe de Tridentinæ Synodi ſententia aſſeruimus. Sed de his hactenus, ad alia ueniamus.

De temporalibus annexis ſpiritualibus, ab ipſiſue, aut ipſorum occaſione habitis, nec non de ſpiritualibus alijs, in quibus ſimonia non committitur, quamuis pretium interueniat. Cap. X.

SVMMA.

1 *Spiritualia, quę magna ex parte temporalia ſunt, ſi ex ea parte alienentur, qua temporalia ſunt, ſimonia non committitur.*

2 *Calices conſecrati alienari poſſunt ſine ſimonię vitio, ſi ratione materię, & non conſecrationis alienentur. Item.*

Veſtes ſacrę,
Corporalia,
Campanna benedictę,
Cęrei benedicti
Panis benedictus,
Aqua benedicta,
Eccleſię conſecratę,
Capellę, conſecratę,
Cæmiterium benedictum.

3 *Sacrilegium committit alienans res eccleſię, vbi ad id facultatem non habet.*

4 *Laicis ſi calices ſacri vendantur, qua ratione vendi debeant.*

SVPRA uidimus ſimoniam nō committi ubi id, quod datur, pro pretio ſpiritualium non datur, modo uideamus, ubi pretium interuenit, & ſimonia nō committitur, Et quoniam tres caſus primarii ſunt, ſcilicet, ubi datur pro temporalibus annexis ipſis ſpirituali-

bus. Secundò, ubi pro temporalibus habitis occaſione ſpiritualium. Tertiò, ubi pro aliis ſpiritualibus ab his, ob eam rem prius de primis, deinceps de aliis, agamus.

1 Primum igitur † ſimonia non committitur, ubi ſpiritualia, quæ magna ex parte temporalia ſunt, ex ea parte ueunduntur, & emuntur, qua ſunt temporalia. Id quod ratione non caret: nam ſimonia committitur, ubi ſpirituale uenditur, eiuſue annexum, non autem ubi temporale, ut habetur ex definitione in initio huius operis.

Hæc autem ſpiritualia duplicis generis ſunt: nam partim immobilia, ſcilicet ęcclesiæ conſecratæ, cæmiteria, & huiuſmodi, partim mobilia, ut calices conſecrati, corporalia, ueſtes ſacrę cum ad aras exornandas, tum ad ueſtiendos clericos, ubi diuina faciunt, campanæ benedictę, cærei, ſeu candelæ benedictæ, incenſum benedictum, aqua baptiſmi, nec non panis benedictus.

2 Si ergo hæc alienentur † reſpectu habito ad eam partem, quæ temporalis eſt, ut pote reſpectu habito ad ædificium, terram, aurum, metalla pannos, & ſic ad materiam ipſam, ſimonia nō cōmittitur, ita dixit Archiep. Floren. in 2. p. Summ. titu. 1. capitu. 5. §. 23. & Angel. in uerb. Simonia, 2. num. 23. qui et Ricard. idem ſentiētem refert, & Ioann. Tabien. eod. num. 39. uerſic. Trigeſimo octauo, & num. 40. & num. 43. et Nauar. in Man. cap. 23. num. 99. in fine, & Caietan. in Summ. in uerb. Simonia uerſicu. Tertia regula eſt, & Gu-
3 liel. Redoan. de ſimon. p. 3. cap. 17. num. 13. † ſacrilegium tamen committit, ſi hæc alienandi poteſtatem non habens, ea quis alienet. Prælati igitur, & qui facultatem habent, prædicta uendere, permutareque poterunt, modo, quatenus ſunt tēporalia, uendantur, non autem quatenus ſpiritualia, alioquin ſimonia committeretur, ſi ob ſpiritualitatem, ut ita dicam, pluris uenderentur, ut DD. communiter concludunt, & Sot. lib. 9. qu. 5. articu. 1. conclu. 2. uerſicu. & poſtremò, quando temporale ſpirituali annexum eſt de iuſtit. & iu. Hinc etiam ſimoniam committit, qui uillam uēdit, in qua ius patronatus habet, ſi ob illud ius pluris eam uendat, ut ait Abb. in ca. quærelam de ſimon. & Mar. Socin. Sen. & Angel. in uerb. ſimonia, 2. num. 28.

4 Hæc, quæ diximus, † ut alienari prædicta poſſint reſpectu habito ad temporalia, locum habent, uel in laicos alienentur, DD. tamen citati calices, patenas, & huiuſmodi laicis uendi non debere inquiunt, niſi conflata, confractaue ſint, id quod & Redoan. eod. in loco ait, & Thom. ab Argent. d. 25. q. 1. artic. 4. quæſit. 1. in reſpon. ad quintum libr. 4. & Dom. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 9. quæſt. 7. artic. 1. in reſpon. ad ſecundum, & ego etiam id ſentio, tum quòd id habetur in cap. aurum, 12. quæſt. 2. tum quòd non decet, ſacra a laicis contrectari, ut dicitur in capitu. in ſancta, & in capit. ueſtimenta, de conſecra. d. 1. Excipitur tamen ubi alteri eccleſiæ hæc ueunduntur, integra enim tunc uendi poſſunt, ut ait Ange. in uer. Simonia, 2. num. 23. uerſicu. Decimus caſus, ubi & Ricard. idem ſentientem refert: idem Redoā. eodem capitu. 17. num. 15. & Thom. ab Argent. ibid. & Sot. Item excipitur, ubi & laicis, qui pro eccleſiis ea emunt, uel quo utantur ipſis clerici, ubi in ſuis oratoriis miſſæ ſacrum faciunt, ita Palud. quem refert Redoan. eod. capit. 18. At quid, ſi iudæis integra uenderent? Arbitrio iudicis uendentes puniendos cenſerem, arg. l. 1. ff. de iur. delib. Et de his itidem hactenus, iam alium caſum aggrediamur.

S V M M A.

1 *Temporalia annexa ſpiritualibus ſi vendantur, ſimonia non committitur.*

2 *Fundi, ædeſque eccleſiæ ſi vendantur, ſimonia non committitur.*

3 *Locans res immobiles eccleſiæ vltra triennium ſimoniam non committit.*

4 *Fructus percepti ex rebus eccleſiæ ſine ſimoniæ vitio licite venduntur.*

§. I.

1 §. Secundò † ſimonia non committitur, ubi temporalia ueunduntur, emunturue, quę annexa ſpiritualibus ſunt, & hoc ob rationem allatam in ſuperiori caſu. Hæc autem temporalia ſunt mobilia, & immobilia eccleſię. Immobilia, ut fundi, ędes, & huiuſmodi, quæ cum ad ſuſtentandos eccleſiæ miniſtros, tum ipſam eccleſiam aſſignata ſunt, ut ſenſit S. Thom. 2. 2. qu. 99. artic. 3. in reſpon. in fine. Mobilia, ut æqui, boues, & huiuſmodi.

2 Si igitur † fundi eccleſiæ, ſi uineæ, ſi profanæ ędes uendantur, ſimonia non committitur, quamuis ſacrilegium ſit, ſi ab iis alienentur, qui ad id poteſtatem non habent, ut ſenſit S. Thom. ibidem non enim res eccleſiæ alienari queunt caſibus quibuſdam exceptis, ut habetur in cap. nulli, & tot. titu. de rebus eccl. non alienan. ubi Abba. ac DD. & ut tradidit Gloſſ. not. in Sum. 12. q. 2. & ca. prędia ead. quæſt. ſacra ſunt, quippe Deo conſecrata, ut dicitur in cit. iuribus, & ut tradidit S. Thom. eod. art. 3. & Nauar. in Man. cap. 23. num. 99. uerſicu. ex qua definitione, ibi, Non itē putes.

3 Non itidem † ſimonia committitur, ſi ultra triennium locentur contra extrauag. ambitioſæ Pauli II. de reb. eccl. non alien. nam nec ſi ad uitam locentur, committitur, ut dixit Pręposi. quē refert. ac ſequitur Quint. Mandoſ. in Tract. de ſignat. grat. in titu. Indultum locādi res beneficiorum, Paulo poſt principium, & Zigan. de penſ. q. 78. num. 4. Idque merito, etenim nec rōne hac ſpiritualis res alienatur. Multo minus, ſi ad triennium locentur: nam fructus fundi eccleſiæ locari poſſunt, ut habetur in c. fin. ne prælat. uic. ſuas, & ibi Abba. ac DD. & Nauarr. conſil. 28. num. 7. de ſimonia, lib. 5.

4 Non denique † ſimonia committitur, ſi fructus temporales ex prædictis rebus eccleſiæ percepti uendantur, ut dixit Abba. in cap. 1. in fine,

ne

ne prælat.uic.ſuas,& Mar.Socin.Sen.& Gloſſ.ultim.in capitu.fin.ebd.& Gloſſ.Summ. 1.quæſti. prima. quę & porcis etiam dari poſſe inquit, & Guliel.Redoan.in Tract.de ſimonia, 3.p.cap. 2.nume.31.Frumentum igitur,legumina,poma, nnces,fœnum,ligna,& alia quæcunque ex dictis bonis percepta licite uendi poſſunt.Verum quid de fructibus ex ſpiritualibus perceptis,nt pote ex decimis,& ex oblationibus,& ex iuriſdictione Eccleſiaſt.an hi uendi poſſunt ? Hæc in ſeq.explicabimus.

S V M M A.

1 *Decimarum fructus à clericis collecti ſine ſimoniæ vitio vendi poſſunt.*
2 *Decimarum fructus laicis locari poſſunt.*
3 *Oblationes facta in eccleſia alienari, vendique poſſunt.*
4 *Oblationes,quæ fiunt in eccleſia,locari poſſunt.*
5 *Panis,vinum,frumentum,ſucculi,carnes,caſeus,agni,pulli gallinatij,faba,& huiuſmodi alia eccleſiis oblata vendi poſſunt,ac locari ſine ſimoniæ vitio.*
6 *Laici conducentes oblationes eccleſiarum an ex altari,& huiuſmodi alijs locis ſumere ipſimet poſſint.*
7 *Iuriſdictionis eccleſiaſticæ obuentiones,ſeu fructus ſine ſimoniæ vitio vendi poſſunt.*
8 *Cancellariæ eccleſiaſticæ obuentiones etiam vendi poſſunt.*

§. II.

§. Tertiò ſimonia nõ committitur, ubi fructus temporales ex ſpiritualibus percepti uenduntur:id quod probatur per ca.fin.ne pręlat.uic. ſuas. iunct. Gloſſ. & iis, quæ Abba. ac DD.ibi inquiunt.Poſtremò res temporales ſunt, ut in facto proponitur:ſimonia uerò in ſpiritualibus committitur.

1 Fructus ergo † ex decimis collecti uendi poſ-
2 ſunt. † Item & non collecti,ad modicum tempus laicis locari,ut habetur in capitu.2.de locat. & ibi not.Abba.& ut ait Gloſſ.in capit.quamuis iu uerb.Conceſſerit.uerſicu. Fructus uerò decimarum de decim.& eam Gloſſ.uot. inquit Abb. ibi.Idem ſenſit S.Thom.2 2.quæſtio.87. articul. 3.in reſolu.& ſequitur Tabien.iu uerb.Decimæ, numero 12.uerſicu. Vndecimò,& hoc ob eandem rationem. Non tamen in perpetuum alienari poſſunt,quamuis,ſi contra fiat,nihilo magis ſimonia committatur,ut dicitur in eodẽ cap.2.de locat.

Excipitur tamen,ſi ius decimarum locaretur,alienareturue:nam quòd ſpirituale ius eſt,ut dixit,Sanct.Thom.eodem,ſimonia committeretur.

3 Oblationes etiam, † quæ in eccleſia fiunt, & ipſæ uendi poſſunt,nt dixit Guliel.Redoan.in Tracta.de ſimonia,3.p.capitu. 2. numero 29.Idque iure merito:nam res ſpirituales non ſunt, ut per ſe patet, & ob id ſine ſimoniæ uitio uendi queunt,cum ſimonia in ſpiritualibus, eiſue annexis committatur,ut ſępius diximus.

4 Atqui an locari eadem poſſunt, † exempli gratia, ut tantum in annum pro ipſis oblationibus detur ? Plane id poteſt ob eandem rationem,quam proxime attuli,atque ſic ſenſit Gloſſ. fin.in capitu.fin.ibi,Item dicitur eccleſia ipſę obuentiones eccleſiæ prouenientes occaſione eccleſię ne prælat.uic.ſuas, ſequitur quoque eam Abba.ibi,numer.9.uerſic.In Gloſſ.fin.qui eam not. nam ait, non ſolum poſſe locari prædia eccleſiæ uerumetiam,& ipſas obuentiones eccleſiæ,ut ſcilicet quicquid obuenerit eccleſiæ,cędat conductori.Hęc Abba. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus.

5 Quare † cera,panis,uinum,frumentum,ſucculi,agni,caſeus,carnes,fabæ,candelæ,cęrei,& id generis, quę diuerſis temporibus, uariiſque ex cauſis eccleſiæ à Chriſti fidelibus offeruntur, ut in anniuerſario omnium defunctorum, in Die Natalis Chriſti Domini, in die Veneris Sancti ad Crucem,in die Innocentium,& quo tempore mulier poſt partum eccleſiam ingreditur, ac intromittitur. Item ad altare Sanc. Antonij, necnon Sancti Bartholomæi, hæc omnia collecta uendi,& non collecta locari ſine ſimoniæ uitio poterunt: nam, qui eas emerit, conduxeritue, quicquid horum oblatum fuit,habebit,atque ſic ſentit Archie.Florent.in 2.par.Sum.titu.1.capi. 5.§.14.uerſicu.Nota nonò, & Angel.in uerb.ſimonia,2.num.25.uerſicu.Vndecimus,& Guliel. Redoan.de ſimon.p.3.cap.16.num.6. & capi.2. num.29.

6 Atqui an † ſi laicus eas conduxerit, de altari ſummere ipſe hæc poterit? Hoſtien.clericum præficiendum eſſe huic muneri dicebat, qui has oblationes colligeret,ne ſi à laico colligerentur, ſpiritualia contrectari ab ipſo contingeret. Hoc Hoſtien.quem ſequitur Abba.in eod.capitu.fin. eodem,in fine.Contrarium tamen concluſit Roman. conſilio 287. nam laico ea inde ſummere licere reſpondit. Quid igitur concludendum?

Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur,an ſummo iure id fieri poſſit,& ſine ſimoniæ uitio,& in hoc caſu Roman. ſententiam ſequor: nam, ſicut offerendo non oſſendunt, eſto ſpiritualia caſu contrectent, ita neque ea inde auferendo peccabunt, argument.l. ſecundum naturam,ff.de regul.iur.quod enim operatur propoſitum in propoſito,operatur oppoſitum in oppoſito,argumen.l.e.fin.§.fin.ff.de lega. 3.præſertim quòd clerici habent famulos laicos quibus harum rerum cura ſæpius mandatur.Aut quæritur, an ex æquo,& bono id fieri debeat, & id non debere cenſeo,tum quòd hæc conducentes homines ſæpe ſunt auaritiæ debiti, & male audiunt apud populum, tum quod Chriſti fideles ab huiuſmodi oblationibus,auocantur: nam ægre ferunt oblationes, a ſe factas, à perditis hominibus haberi, & lucri loco, merciumque quodammodo haberi. Ob has igitur

rationes Hoſtien.opinionem ſequendam cenſerē.Immò honeſtius, ac ſanctius fore clericis ſuaderem,ut aut ipſis uterentur,aut,ſi non egerent, in pauperes diſtribuerent iuxta capit. quoniam, 16.q.1.aut ſi eas alienare uellent, non in annum alienarent,ſed ut offeruntur,poſtquam inde collegerunt:nam ſcio,cum caſus huiuſmodi contigiſſet,populum,ubi hoc ſub odoratus eſt,egre id tuliſſe, & ob id ſacerdotem hoc animaduertentem ab alienatione,ne ſcandalum daret,prudenter animum auocaſſe,atque ſic ſenſit Archi.Flor. eod.§.14.uerſicu.Not.nono per capit. inter uerba,11.quæſt.3.

7 Tertiò† iuriſdictionis eccleſiaſticæ,obuentiones temporales,id eſt fructus,licite,& ſine ſimoniæ uitio uenduntur:nam neque obuentiones hæ res ſpirituales ſunt,ſed temporales, & ob id ſimonia in ipſis non committitur, atque ſic ſenſit Gl. fin.in fine in cap.1.ne prelat.uic.ſuas,quam & ſic ſentire interpretatur,ac ſequitur Abb.ibi, nume. 5.uerſicu.In Gloſſ.fin.Idem ſentit quoque Innocen.ibid.& DD.communiter & Archiep.Flor.in 2.par.Sum.titu.1.ca.5.§.14.uerſicu. Not.tertiò, & Ioannes Caraffa,de ſimon.ment. numer. 122. nam ibi ait,ſi prælatus uendat omnes obuentiones eccleſiæ,eo etiam uenire,quæ habentur a iuriſdictione,& ſenſit ſimoniam non committi. Innoc.tamen inquit non iis uendendas eas oblationes eſſe,qui eam iuriſdictionem exercent, ne iuriſdictio,ipſa uendi uideatur, & cum eo tranſeūt DD.Ego tametſi,ne ſcandalum detur,ſic faciendum cenſeo,ſi tamen contra fiat ſimoniam non committi concludo.

8 Poſtremò† Cancellariæ Eccleſiaſticæ obuentiones uendi ob eandem rationem licite queūt: nam ſi iuriſdictionis eccleſiaſticæ obuentiones licite uenduntur,multo magis hæ. Quare Antiſtes quidam,qui hoc fecit,etſi ſcandalum dedit, quandoquidem ibi, nunquam id antea factum fuerat,ſimoniam tamen non commiſſit:Et re dubia uendita Cancellaria, obuentiones uenditæ cenſebuntur,argumen.l.merito,ff.pro ſoc.ſed de his itidem hactenus , ad quartum tranſeamus.

S V M M A.

1 *Scientiæ an vendi poſſint.*
2 *Scientiam ſi doceatur pretio interueniente, an ſimonia committatur.*
3 *Theologiam ſi doceatur pretio interueniente , an ſimonia committatur.*
4 *Beneficium eccleſiaſticum ſi conferatur alicui,vt doceat pueros, an ſimonia committatur.*
5 *Licentiam eundi ad litterarum ſtudia, ſi epiſcopus concedere nolit, niſi pecunia interueniente,an ſimoniam committat.*
6 *Magiſter concedens licentiam diſcipulis pecunia interueniente,vt tali die non legatur,quo diuinis rebus operam dare poſſint,an ſimonia committatur.*

§. III.

Quartò ſimonia non committitur, ubi ſpirituale alienatur,quod ſupernaturale non eſt, nec per ſe,& immediate ad animarum ſalutem datum eſt, cuiuſmodi ſcientiæ , & artes ſunt . An igitur ſimonia non committitur , ſi pro ſcientiis tradendis pecunia exigatur. Quo rem hanc dilucidiorem habeamus,tria contemplanda ſunt. Primùm , an ſcientiæ vendi poſſint . Secundò,eſto non poſſint,an pro ipſis explicandis pecunia licite,& ſine ſimoniæ uitio exigatur. Tertiò quid de theologia, & de doctrina chriſtiana.

1 Quoad primum igitur † pro certo habendum eſt ſcientias uendi non poſſe, ita ut ab uno in alterum transferantur . Tum quòd ſcientiæ habitus ſunt,ut habetur apud Phil.libr.6.moral. capitu. 3.habitus uerò inhærentes alicui ab eo in alium transferri nequeunt. Tum quòd habetur id in prouerb.capitu.17.Quid prodeſt ſtulto,dicitur enim ibi,habere diuitias,cum non poſſit emere ſapientiam ? atque in hanc ſententiam prouerbium illud accipiendum ait Dom.Sot. libro 9.queſtio.5.articu.1.concluſ.2. uerſicu. Nihilo ſecius de iuſtit.& iur. Tum quòd, ſi uendi poſſent,& donari,& in ultimis uoluntatibus relinqui poſſent,quod eſt abſurdum,& id non poſſe experientia docet . Tum quòd ditiores qui ſunt,ſapientiores,& doctiores pauperibus eſſent, ex quo pecunia abundantiores ſunt,& tamē magna ex parte homines, qui de literis benemeriti ſunt,pauperes fuerunt, Deus enim Optimus Maxim.uoluit,ut ſuis laboribus, ac ſudoribus, quis eas conſequeretur,iuxta id, quod habetur apud Ciceronem ad Leptam lib.6.Epiſto. famil. in fine.Non eſt igitur quod hac de re dubitemus.

2 Quoad ſecundum † an pro docendo ſcientias ſine ſimoniæ uitio merces exigi poſſit . Videbatur dicendum id non poſſe. Primum,quia in prouerbiis,capitul. 23. dicitur, Noli uendere ſapientiam,& doctrinam,& intelligentiam. Atqui ad hanc rationem reſpondetur ibidem,dum dicitur ueritatem emi.Nam ſicut his uerbis ueritatem eme,ſignificatur tanti ſapientiam æſtimandam,ut qui eam non habet, eam emere debeat,item & prioribus ſcilicet Noli uendere ſapientiam,ſignificatur,qui eam habet,ipſam non uendere,id eſt ea,ne priuetur , curare debere,ita reſpondit ac declarauit , conciliauitque ea dicta Domin.Sot.ead.quæſt.5.art.1.uerſ.Et poſtremò quando temporale,ibi,Illud autem prouerb.Secundò pro hac ſententia facit,quòd Spiritus Sanctus docet ſcientias etiam naturales , ut inquit, S.Auguſt.in libro de Magiſterio.Ad hanc rationem etiam reſpondit Sot. ibidem ſcilicet ſcientias,& artes naturales per generalem concurſum a ſpiritu ſancto edoceri,& ob id ſimoniam nō cōmitti,ſi pretio quis eas doceat, alioqu nulla alia bona naturalia uendere liceret,neque grana, neque uinum,neque oleum,quandoquidē & hæc à Deo ſunt,ſimoniam uerò committi,ubi per ſpecialem

cialem influxum dona à Spiritu Sancto ſunt, ita Sot. ibid. uerſicul. Secundò arguitur. Tertiò iubetur in cap. 1. & in c. quia non nulli de magiſtr. ut gratis doceatur. Atqui neque iura, hæc propoſitam ſententiam probant, idcirco enim ibi prohibetur, ne quicquam pro docendo accipiatur, non ob eam rem, quod ſimonia ſit pretio docere, ſed quoniam Sancta Synod. ibi mandat, ut beneficium eccleſiaſticum docenti aſſignetur, quo gratis doceat. Nulla ratio igitur opinionem hãc tuetur, quam tamen plures ſecuti ſunt. Hoſti. in Sum. de Magiſtris, §. utrum ſcolaribus in fine, & Syl. in uerb. Doctor, q. 10. & alii quos citat, non tamen ſequitur Sot. eod. lib. 9. q. 5. art. 1. concluſ. 2. uerſic. Qui ſubinde DD. aſſerunt. Quare contrariam opinionem, ut pro docendo ſcientias pecuniam exigere ſine ſimoniæ uitio nobis liceat, amplexari debemus. Et primo, quoniam hanc opinionem ſequitur Gloſſ. in c. de quibuſdã in uerb. Magiſtri, d. 77. & Gloſſ. in c. uendentes, 1. q. 3. eãdem ſequuntur diuinarum rerum ſcriptores plures Durand. Palud. Adri. Armach. Ricard. & Do. Sot. qui ipſos recenſet eod. uerſi. ibi, In primis. n. opinio eſt, & Thom. ab Argent. d. 25. art. 4. in ſecundo quæſito li. 4. Communis denique DD. ſententia hæc eſt. Preterea, quoniam & rationibus probatur. Et primo quòd nec iure diuino, nec humano id prohibitum eſt. Non diuino iure: nam, ubi Chriſtus enumerauit ea, quæ uendi noluit, hoc non addiecit, ut habetur apud Matth. ca. 10. ibi enim gratiarum dona Apoſtolis conferens, q̃ plebi communicarent; infirmos, inquit, curate, mortuos ſuſcitate, dæmones eiicite, gratis accepiſtis, gratis date. Ecce hic naturalia (quo in numero ſcientię ſunt) non poni. Idem ſignificatur apud Ioan. cap. 2. ubi Chriſtus Dominus ementes, & uendentes e templo eiecit, uenditionem enim ſacrorum non licere indicauit. Idem habetur, apud acta Apoſtol. cap. 8. Pecunia tua tecum ſit in perditionem, ait enim ibi, S. Petrus, quoniã exiſtimaſti ſpiritum ſanctum pecunia poſſideri. Ex quibus omnibus apparet, ex quo naturalium bonorum, cuiuſmodi ſcientiæ ſunt, mentio facta non eſt, earum uenditione ſimoniam non committi. Diuino iure igitur id prohibitum non eſt. Non etiam humano, immò contra potius, ut qui ipſas docent, mercedem habeant, iubetur: nam in cit. capi. 1. de magiſtris, & in eod. capi. quia nonnulli, & in cap. fin. eod. & apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. de reform. capit. 18. mandatur, ut beneficium eccl. ad id deſignetur, & ei, qui docendi munus habet, conferatur, ergo ſimonia nõ committitur, ſi pro docendo ſcientias, merces petatur. Idem & apertius habetur in le. medicos, C. de profeſſ. & medic. libr. 10. ibi enim præcipitur, ut mercedes, & ſalaria iis, qui liberales artes docent, reddantur, quo facilius liberalibus ſtudiis, & artib. multos inſtruant. Ex quo igitur nec iure diuino, nec humano id prohibitum eſt, ſine ſimonię uitio exigi merces pro docendo ſcientias licite poterit. Hinc Sabinus Iureconſ. quòd pauper erat, a ſuis auditoribus ſuſtentatus dicitur, in l. 2. §. fin. prope finem, ff. de orig. iur. Poſtremò docere ſcientias non eſt ſpirituale quoddam ſupernaturale, tum quòd ſcientiæ ipſæ naturales ſunt, ut apud Phil. libr. 2. moral. ca. 1. DD. inquiunt, apti enim natura ad ipſas conſequendas ſumus, & ut dixit Sot. ead. q. 5. uerſicu. At uerò, quia etiam naturalia, tum quòd noſtris laboribus acquiruntur, & ob id nec materia ſimoniæ eſſe poſſunt: nam ea ſpiritualia materia ſimoniæ ſunt, quæ ſunt ex ordine ſupernaturalium, ut diximus antea. Addo à docente hoc quæri, ſcilicet auxilium ad eas ſcientias comparãdas, quod auxilium temporale eſt, & ob id circa ipſum ſimonia committi nequit, ut dixit Caietan. qui & hanc opinionem ſequitur, 2. 2. q. 100. art. 3. uerſicu. Ad ſecundum. Concludendum igitur eſt, cum communi ſententia ſimoniam non committi, ſi pro docendo ſcientias pecunia exigatur. Et de quæſtione hac ſatis.

3 Quoad tertiam uerò quęſtionem † an pro docendo theologiam, ſi pretii nomine quicquã exigatur, ſimoniachum hoc ſit, concludendum eſt breuiter neque hoc ſimoniachum eſſe, nec pro ipſam docendo ſimoniam committi. Primò, quoniam, qui theologiam docet, intellectum tãtum erudit, ſicut quælibet alia ſcientia, ergo ſicut in aliis ſcientiis ſimonia non committitur, ita neque in hanc docendo, ſi pretium exigatur. Poſtremò à docente theologiam nil aliud quęritur, quàm auxilium temporale ad eam conſequendam, ergo hac quoque ratione ſimonia non cõmittitur, ſi pro eã docẽdo pecunia exigatur, nã ſimonia cõmittitur ubi pro ſpirituali pretium tribuitur. Nec repugnat, ſi dicatur ſimoniam committi à concionatore, ſi concionando eã doceat: nam concionator ad id docet, ut ſalutem animabus afferat, & ad animos mouendos ad Deum, quod non fit ſimpliciter ipſam theologiam docendo, ut inquit Domin. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 9. q. 5. art. 1. uerſicu. At uero de theologia: Hoc autem eſt uerum, ait enim ibi, quòd concionatori theologiam de ſuggeſto docenti, ne utiquam citra ſimoniam licet prædicationis pretium ex conuentione recipere, & ratio diſcriminis eſt, quia theologia tantummodo intellectum erudit, ſicuti aliarum quælibet ſcientiæ, prædicatio uerò per ſe ad animarum ſalutem fit, commouendoſque ſurſum animos. Hæc ibi, ex quibus dicta probantur. Idem aſſeruit eod. lib. q. 6. arti. 2. in reſp. ad ſecundum, ibi, Neque ſimile de ſcientia, quæ uendi poteſt. Non repugnat etiam, quod ait Hoſtien. in capitu. non nulli de magiſtr. ſcilicet, non licere theologo de publico ſalarium habenti pro extraordinaria lectione, quicquam accipere ſine ſimoniæ uitio, hoc enim nihil eſt, quandoquidem ſi pro docendo theologiam pretium exigendo quis ſimoniam committeret; uel de publico ſalarium haberet, ſimoniam non euaderet. A propoſita igitur concluſione non diſcedemus, quam & aſſeruit Sot. in allegatis locis, & Caietan. 2. 2. quæſtio. 100. articul. 3. uerſicul. Ad ſecundum dicitur, & uſus etiam ſeruat, præſcripta enim merces ipſis eſt, qui in publicis

gimnaſiis theologiam docent. Neque igitur ſimoniam committet, qui pretio ducti doctrinam chriſtianam docebunt.

Verum quid ſi beneficium eccl. alicui conferatur, ut pueros doceat, an ſimonia committitur? Quid ſi pro licentia danda clerico, ut ad publica gimnaſia eat, pecunia exigatur, an ſimonia committetur? Quid itidem, ſi ut magiſter licentiã tribuat diſcipulis, ne tali die feſto ad ſcholam ueniant, pecunia exigatur, an ſimonia, & hic committetur?

4 Quo ad primam quæſtionem, †breuiter, cõcludo ſimoniam committi, ita dixit Nauar. in Man. cap. 25. num. 58. & Ioan. Tabien. in uerb. Magiſter, num. 9. & hoc ob eam rationem, quod beneficia pure conferenda ſunt, ut habetur in ca. cum pridem, & in ca. fin. de pact. alioquin ſimonia cõmittitur, ut ibi not. idem quoque dixit Sot. de iuſtit. & iur. lib. 9. q. 5. art. 1. concluſ. 2. uerſicu. Ex his fit conſequens, ubi ait ſimoniam eſſe, ſi detur aliquid ſpirituale pro doctrina alicuius ſcientiæ, id eſt, ut doceat quis aliquam ſcientiam. Contrarium tamen dicendum uidebatur per c. 1. & ca. quia nonnulli de magiſtr. ubi habetur, ut docenti pauperes beneficium conferatur. Atqui a propoſita ſententia diſcedendum non eſt. Nec repugnant iura allegata, quandoquidem ibi pactio non interuenit, ſed uult eccleſia ibi, ut docẽs pauperes habeat, unde uiuat, id quod poteſt, & facit cap. ſignificatum de præben. poteſt enim uacanti præbendæ onus hoc iniungi, ut qui eam habuerit, docendi munus obeat, atque ſic dixit Hoſti. in cit. cap. nonnulli, & Nauar. & Tabien. c. eiſdẽ in locis. Sed de hac quæſtione ſatis.

5 Quoad ſecundam †an clericus, qui beneficiũ eccl. animarum curam habens retinet (quo caſu reſidere tenetur, arg. tot. tit. de cler. non reſid.) an inquam clericus poſſit ſine ſimoniæ uitio pecuniam Epiſcopo dare, quo ad publica gimnaſia diſcẽdi cauſa eat, iuxta c. cum ex eo de elec. li. 6. cũ aliàs epiſcopus eam dare nolit? Inn. in c. prohibeas de magiſtr. inquit ſimoniam non eſſe, ſed turpe lucrum. Hæc opinio, quòd nulla ratione, nulloque iure probatur, tenenda mihi non uidetur. Quare contrariam ſequitur Hoſt. ut ſcilicet ſimonia committatur. Tertia fuit opinio diſtinguentium, & prima Abb. in eod. cap. prohibeas: nam dixit ſimoniam non proprie committi, ſed quaſi ſimoniam, & eam ſequitur Felin. nu. 1. uer. Et per iſtum tex. Hæc opinio etiàm mihi nõ quadrat, quo enim iure, quaue ratione nitatur, nõ uideo. Altera fuit Tabien. in uerb. Magiſter, n. 11. nam inquit, ſi in concedenda licentia reſpectus habeatur ad liberationem, quam conſequitur à ſpirituali officio, quod eccleſiæ debet, ſimoniam committi, ſecus autem, ſi cõcedatur, reſpectu habito ad moram, quam in ſcholis facit, non enim tunc ſimoniã, ſed turpe lucrum eſſe inquit. Hãc opinionem ſequitur quoque Ange. in uerb. Magiſter, nu. 15. Horum opinio, nec mihi etiam arridet, tum quòd quæſtio ſimpliciter proponitur, tum quod diuiſio hæc locum habere hic non poteſt, ut uidebimus. Quid igitur concludendum?

Ego ſententiam Hoſt. uti ueriſſimam ſequor, ut ſcilicet ſimoniam ſimpliciter, uere, ac proprie Epiſcopus committat, quocunque animo præditus ſit: Id quod probatur potiſſimum hac ratione, quoniam concedere hanc licentiam eſt diſpẽſare cum eo clerico, ut poſſit à ſua eccleſia ſtudiorum cauſa abeſſe, ut dicitur in cit. ca. cum ex eo, ibi in futurum diſpenſare, & diſpenſare in hoc caſu eſt iuriſdictionem eccl. exercere (non enim ad laicum id pertinet) at qui iuriſdictionis eccl. functiones exercet pecunia accepta, ſimoniam committit, ut habetur in cap. ad noſtram de ſimon. ergo & epiſcopus in hoc caſu pretio ductus diſpenſando ſimoniam uere, ac proprie committit, ſoliſſima enim ratio hæc eſt, & è medulis materiæ deprompta, ſi quis eam paulo diligentius contẽpletur. Ab hac igitur ſententia diſcedendum non eſt, quam & ſenſit Rebuff. in Prax. benefi. in titu. Diſpenſatio de non reſidendo, num. 16. nam ait, ſi epiſcopi pro literis de non reſidendo pecuniã accipiant, ſimoniam eos committere.

Excipio tamen eum, qui eam licentiam ſcribit: nam ſi pro ſuo intereſſe, & quo ſe ſuſtentet, quidpiam ab eo exigitur, ſimonia non committitur, ſicut nec etiam pro literis dimiſſoriis, ſi qd petatur eadem ratione, & pertinent huc, quæ habentur apud Trid. Synod. ſeſſ. 23. Et de hac quæſtione itidem ſatis.

6 Quoad poſtremam †an, ſi magiſter pecunia accepta concedat diſcipulis, ut aliquem feſtum diẽ agant, ſimoniam committat. Breuiter concluditur, ſi pecunia accipitur reſpectu habito ad celebrationem feſti, ſimoniam committi, quandoquidem uendere uidetur facultatem illam dies feſtos agendi. Si uerò reſpectu habito ad recreationem ipſorum pecuniam accipit, turpe lucrum eſt, non autem ſimonia, ita Rayn. quem refert, ac ſequitur Ioan. Tabien. in uerb. Magiſter nu. 10. Sed de quæſtione hac itidem ſatis, ad alios caſus tranſeamus.

S V M M A.

1 *Spirituale temporale annexum ſpirituali non temporali licite, & ſine ſimoniæ uitio uenditur.*

2 *Cantores ſine ſimoniæ vitio operam ſuam vendunt, quam adhibent ad miſſas, & diuina officia celebranda.*

3 *Organa, tibias ductiles, necnõ corneas pulſantes, ubi diuina officia celebrantur, ſimoniam non committunt, ſi pro huiuſmodi operis pretium velint.*

§. IIII.

1 Quintò ſimonia nõ committitur, †ubi ſpirituale temporale per accidens, ideſt non neceſſario annexum ſpirituali non temporali
2 emitur, exempli gratia cantus, & ſonus, †ſi enim quis cum cantoribus paciſcatur, ut dum miſſæ ſacrum, diuinaque alia officia celebrantur, muſice
3 canant, †uel ſono uerbi gratia, aut organo, aut tibiis ductilibus, aut corneis, aliiſue huiuſmodi in-

ſtrumentis

ſtrumentis,plane ſimoniam non committit. Et hoc ob hanc potiſſimum rationem, quòd ab eis non ipſa ſpiritualia emuntur,quę cantu,ſonoque celebrantur,ſed vox,& artis opus in primis, quæ temporalia ſunt, nec neceſſaria omnino ad opus illud,atque ſic dixit Caiet. 2. 2. q. 100. art. 3. verſ. Ex his autem duobus: Ex his enim patet primo, dicitur enim ibi,quare cantores pro capellis Papæ,Dominorum,& Eccleſiarum,ſicut & organiſtæ licite ex pacto locant operas ſuas: quoniam principale in eis quæſitum eſt opera humana,nō ſpirituale,quamuis opera humana ad ſpiritualia cōducantur,quęritur enim in eis vox,artis opus, & huiuſmodi,quæ ſenſibilia, & temporalia ſunt. Hæc Caiet. idem aſſerit Domin. Sot. de iuſti.& iur. lib. 9. q. 6. art. 2. concl. 2. verſ. Igitur primum omnium,ibi,Quare cantores, & hoc ob eandem rationē,quòd hæc diuinis officijs neceſſaria non ſunt. Ex his ergo patet ſpiritualia hæc annexa, q̃ temporalia ſunt, ſine ſimoniæ vitio vendi poſſe; ſed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Iuriſdictio temporalis,ac ſecularis ſine ſimonia vitio vendi poteſt.*

§. V.

§ Poſtremo ſimonia non committitur, vbi ſpirituale,quod venditur, ſpirituale temporale eſt,cuiuſmodi iuriſdictio ſecularis habe-
1 tur; † eſto enim prohibitum ſit iure communi, ne vendatur, vt habetur in auth. vt iud. ſine quoque ſuffrag. & hoc ob eam rationem, ne ſubiecti deinceps oneribus grauioribus afficiātur,(quod enim emitur,& venditur)tamen ſimonia non cōmittitur,ſi vendatur,ita DD. inquiūt Abb. & Zaba. & Ioan. And & Anan. ac reliqui in c. 1. ne prę lat. vic. ſuas. idem Anan. in c. 2. eo. & Nauar. libr. 3. de empt. & vendit. conſil. 22. num. 3. & Syln. in verb. Simonia. q. 12. in fine verſ. Septimum. Idq; iure merito,quandoquidem ſimonia circa ſpiritualia eccleſiaſtica committitur,non autem circa ſpiritualia ſecularia. Quare,qui officium Præſidis, Vicarij, & ad ſummam, qui magiſtratum quempiam a ſeculari principe emit, ſimoniam non committit. Immò,nec,qui à principe Eccleſiaſtico, qui iuriſdictionem hanc ſecularem habet,ſi ea ab ipſo vendatur ob eandem rationem. Sed de his hactenus;ad poſtremum caput veniamus.

De caſibus, in quibus ſimonia non committitur in ſpiritualium adminiſtratione,collationeùe,quāuis non pure,ſimpliciterque adminiſtrentur, cōferanturùe,ſed pacto interueniente. Cap. X I.

S V M M A.

1 *Pactum de dando,faciendoùe id,quod res ſpiritualis, quæ traditur,aut natura,aut iure poſtulat,ſimoniā non inducit.*
2 *Beneficium curam animarum habens ſi cui hac conditione,& pacto conferatur, vt diuina faciat,ſacramentaq́ue ibi adminiſtret,ſimonia nō committitur.*
3 *Cathedraticum quia Epiſcopo debetur,ob eam rem ſi de quantitate eius conuentio fiat,ſimonia non committitur.*
4 *Beneficia plura curam animarum habentia, quòd quis retinere non poteſt, ob eam rem ſimonia non committitur, ſi beneficium tale cuipiam hac conditione conferatur,ſi quod habet ſimile,renunciet.*
5 *Canonicum recipere hac conditione, vt ei præbenda tribuatur,ſimoniacum non eſt.*
6 *Capella,ſeu altare habentia hoc onus,vt qui ea obtinuerit,tot miſſas in hebdomadam celebret,ſi cui cōferantur hac cōditione,vt ea onera ſubeat,ſimonia non committitur.*
7 *Promiſſio facta à priore monaſterij de recipiendo quempiam in monaſterium ſi prius didicerit,quę ad receptionem poſtulantur; vel ab Epiſcopo de conferendo alicui ordinem,ſi didicerit ea, quæ ad ordinē pertinent,ſimoniaca non eſt.*
8 *Obligatio antidoralis in pactum deducta an ſimoniā inducat.*

HVcuſque vidimus,quando ſimonia non committatur,vbi in ſpiritualiū adminiſtratione quidpiam tribuitur tam precij nomine,quam non precij nomine; iā tertium caſum antea propoſitum videamus,quando ſcilicet ſimonia itidem non committitur, vbi nec pure, nec ſimpliciter ſpiritualia adminiſtrantur,conferunturque,ſed pacto interueniēte. Verum quòd duo caſus hi ſunt;quorum primus eſt, vbi pactū interuenit de ea re,quæ tacito ineſt;alter,vbi auctoritas ſuperioris interuenit; ob eam rem prius de primo,deinceps de altero agamus.

1 Primum igitur † ſimonia nō committitur,vbi pactū interuenit,vt id detur,fiatue, quod res ſpiritualis,quæ traditur aut ſua natura,aut ipſo iure poſtulat. Nam pactio de his rebus dandis,faciendiſue,quæ tacito inſunt, ſimoniam non inducit, vt dixit Gloſſ. in c. ad audientiam. 2. in verb. Renunciantes de reſcri. quam ſequitur Abb. ac not. ibi num. 6. verſ. In Gloſſ. 2. & Fel. nume. 19. verſ. Exprimere,quod ineſt, vbi & alios idem ſentientes refert. Idem Gloſſ. & ibi quoque Abb. in c. ſignificaſti in verb. Conditione de elect. & Glo. in c. olim in verb. Sub ea de reſt. ſpol. & Guliel. Redoan. in Tract. de ſimon. par. 2. c. 3. num. 4. & Iaſ. in l. 3. num. 14. verſ. Adde pro ampliatione. ff. de leg. 1. & Nauar. in conſil. 17. nu. 1. de ſimo. lib. 5. Idque iure merito,nam conditiones, quæ tacito inſunt,expreſſæ nihil operātur, vt habetur in cit. l. 3. & ibi Iaſ. ac DD. not.

2 Quare,† quòd qui beneficium curam animarū habens obtinet,ad diuina facienda, ſacramentaque adminiſtranda obligatus eſt arg. c. omnis de pœnit. ob eam rem,ſi dum beneficium huiuſmodi cuipiam confertur, hac pactione conferatur,

tur,vt ſacramenta adminiſtret,diuinaque faciat, ſimonia non committitur. Et hoc ob eam rationem,quod ad hæc obligabatur,eſto nihil diceretur,atque ſic dixit Crauet.conſil.145.Tom.1.& 2.num.4.vbi & alios quoſdam idem ſentiẽtes refert;nam ait ibi non committi ſimoniam pactis, & conuentionibus,quæ iure permittuntur,cuiuſmodi antecedentia ſunt.

3 Quod † cathedraticum etiam Epiſcopo debetur,ob eam rem, ſi de eius quantitate conuentio fiat,ſimoniaca non eſt,vt habetur in c.§.10.q.3. Sicut nec etiam ea cõuentio improbatur,quæ de eo fit,quòd ob ſubiectionẽ debetur,vt in ca.pen.& ibi Gloſſ.p.18.q.2.

4 Quod itidem † plura beneficia curam animarum habentia communi iure quis retinere nõ poteſt,vt dicitur in c.de multa de præb.& apud Triden.Synod ſeſſ.24.de reform.c.17.ob eam rem, ſi beneficium curam animarum habens habenti aliud huiuſmodi hac pactione tribuatur,vt prius relinquat,& hęc pactio licita erit,& ſimonia non committetur.

5 Sicut nec etiam† ſi quis in canonicum recipiatur hoc pacto,vt præbenda deinceps ei detur;nã ipſo iure præbendam canonicus habere debet,vt dicitur in c.relatum,& ibi Gloſſ.de præben.& vt ait Iaſ.in cit.l.3.nu.14.ff.de leg.1.& Guliel.Redoan.in Tract.de Simonia par.2.c.3.num.5.non enim præbenda vi pacti debetur, ſed ob canonicatum. Non etiam Patronus, qui præſentando quempiam inquit præſentabo te, ſed ſi ad inopiam venero,vel quia inops ſum, volo mihi ſubuenias;nam ſibi reſeruat id,quod iure ipſi debetur;cõmuni enim iure patronus eccleſiæ,vbi pauper eſt,ali ab ea eccleſia debet, deductis tamen prius neceſſarijs ad eius miniſtros, vt habetur in c.quicunque fidelium,& ibi Gloſ.16.q.7.& in c.nobis in fine de iure patrona.& ibi quoque Abb.& Sylu.in verb.Ius patronatus q.2.Excipitur ergo,vbi inops non eſt, & aliunde ſe alere non poteſt.Excipitur etiam, vbi ante præſentationẽ aliquid ſibi dari vellet; tunc enim ſimonia committitur,ex quo pro præſentatione, & non de bonis Eccleſiæ tunc accipit.

6 Non etiam † ſimonia committitur,ſi in collatione capellę,altariſue pactio fiat,vt ſingulis hębdomadis tot miſſas quis celebret, vbi altare; capellaue onus illud habet,arg.ca.ſignificatum,& ibi Abb.ac DD.de præb.

7 Sicut † nec etiam,ſi promiſſio fiat à Priore monaſterij de recipiendo quempiam in monaſterium,ſimonia committitur:nec ab Epiſcopo, ſi promiſſio fiat cuipiam de ordine cõferendo,hac adiecta conditione,& pacto,vt recipiẽdus in monaſteriũ,& ordini initiandus in id ſtudeant, quo idonei ad prædicta fiãt,exempli gratia, vt linguã latinam percipiant,& ordini ſacro initiandus ſaltem patrimonium habeat; non enim in his caſibus ſimonia committitur,vt dixi,atque ſic tradidit Gabr.Byel.d.25.q.2.in 3.dubio in 2.corollario.ibi,Sic forte lib.4 qui etiam renunciat beneficiũ,vt alteri conferatur,nõ expreſſo eo,ſed generatim,ſimoniam non committit,ita Nauar.conſil.17.de ſimo.libr.5.nam alicui conferri debet: etenim in his caſib. omnibus pactiones ijs de rebus fiunt,quæ iure ipſo tacito inſunt,quo caſu expreſſa pactio nihil obeſt,arg.cit.l.3.& ibi DD.ff.de leg.3.Hinc Nauar.conſ.3.num.4.de ſimon.libr.5.concluſit eum, cui beneficium confertur, poſſe iuſte,& ſine labe ſimonię promittere conferenti,vel cuilibet alij in tituli acceptione ſe poſt acceptionem ſoluturum quicquid iuſte debebit: idem concluſit in conſ.12.eod.tit.ſimoniam cõmiſſam nõ fuiſſe à quodam Abbate, qui præſentauerat quendam ad beneficium litigioſum,hoc adiecto pacto, vt niſi præſentatus intra tempus à iure ſtatutum ſuam perſequatur præſentationẽ, ipſe poſſit contrauenire præſentationi, & agere oportuna,& neceſſaria;nã ſibi reſeruauit ea, quæ à iure ſunt permiſſa.

Excipitur tamen,vbi pactio ratione alia fit,atque ineſt,vt dixit Fel.in cit.ca.ad audientiam 2.
8 verſ.eod.de reſcrip.† Si quis igitur obligatus cuipiam ad beneficium eccleſiaſticum ipſi collatũ, quæ obligatio antidoralis dicitur.(ea enim obligamur iis,qui nobis bene fecerunt,quæque obligationem ciuilem non parit,) ſi quis inquam ratione hac obligatus paciſcatur,vt id, quod naturaliter debetur, & ciuiliter debeatur, quòd pactio nõ eo modo exprimitur,quo ipſo iure ineſt, ſimonia committitur,ita ſenſit Inn.in c.tuam in domino de ætat.& qualit. & ſequitur eũ ibi Addit.ad ipſum,& Fel.in c.ad audiẽtiam.2.in verb. Exprimere,quod ineſt num.21.ibi, Fallit ſecundo,vbi & alios quam plures idem ſentientes refert de reſcrip.& Abb.in cap.conſuluit in fine de vſur.& Iaſ.in cit.l.ex hoc iure.num.58.verſ.Sextus effectus.Secus autem,ſi in pactum deducatur eo modo,quo ineſt, ideſt ſe obligãs nõ plus vult obligare pactione, quam antea obligatus eſſet; non enim tunc ſimonia committitur,quãdoquidem ea pactione obligatio illa ſuam naturã non mutat,ita DD.inquiunt,quos refert Fel.in cit.c.ad audientiam eod.in loco.Etenim in mutuo id etiam contingit,ſi enim mutuans obligat ciuiliter eum,qui mutuum accepit, vt & ipſi mutuum præſtet,ad quod antidorali obligatione tenebatur,quòd obligatio hæc precio æſtimabilis eſt, vſura committitur:ſecus, ſi obliget ſe eo modo, quo naturaliter erat obligatus,ita dixit Card.in Clem.1.q.20.ibi, De primo dic de vſur.& Abb.in ca.conſuluit in fine eod.& S.Thom.2.2.q.78.art.2.ad ſecundum,& Sylu.in verb.Vſura.1,q.2.& de communi teſtatur Ioannes Baptiſt.Lup.de Vſur.Commen.3.§.1.in fine verſ. Ex quibus deducitur:ergo idem & in caſu noſtro, nam ratio, quamobrem vſura cõmittitur in primo caſu,eſt, quoniam obligatio illa pecunia æſtimabilis eſt, non autem in ſecundo;quæ ratio quoad ſimoniã & in primo caſu locum habet, ex quo promittitur aliquid pro ſpirituali, quod pecunia æſtimabile eſt.Quare ſimoniam non commiſſam ab eo ſenſit Nauar.conſ.81.qui dixit Cardinali,qui beneficium ei conferendum curauerat,ante literas

expeditas cum moraretur expeditionem,omnia quæ habebo, & ipſum beneficiũ eſſe parata eius obſequio,& voluntati; erant enim verba illa generalia,& communia quędam,quę non obligãt, arg.l.ſi.ff.de teſtam.& c.cum veniſſet de inſti. & Nauar.ibid.Nihil vero certi continebant. Et de hoc itidem caſu ſatis.

S V M M A.

1 *Iure poſitiuo tantum vbi in aliquo ſimonia committitur,Romani Pont. auctoritate intercedente illud ſi fiat,ſimonia non committitur.*
2 *Renunciatio beneficij in fauorem alicuius facta vel retenta ſibi penſione ſimoniacha non eſt,ſi auctoritate Romani Pont.fiat.*
3 *Receptio in monaſterium pacto interueniente,vt pro alimentis quidpiam detur,ſimoniacha non eſt,ſi Põtificis auctoritate id fiat.*
4 *Permutatio beneficiorum ſimoniacha non eſt,vbi auctoritate ſuperioris fit.*

§. I.

1 Poſtremo † ſimonia non committitur,ſi ſpi-
ritualia pure, ac ſimpliciter non tradantur,
ſed pacto aliquo interueniente, modo eius
generis ſint, in quibus non diuino iure ſimonia
committitur,ſed poſitiuo,& auctoritas Romani
Pont.Interueniat.Idq; iure merito;ex quo enim
poſitiuo iure cautum eſt, vt in ipſis ſimonia com
mittatur,vt in facto proponimus,ſimonia nõ cõ-
mittetur,ſi Romani Põt.auctoritas interueniat;
non enim ei iuri ſubiectus eſt,vt habetur in c.ꝓ-
poſuit de conceſſ.præb.
2 Quare, † ſi de Pontificis Maximi licentia be-
neficium quis renũciet,aut in fauorem alicuius,
aut retenta ſibi penſione,ſimoniam nõ commit-
tit,vt DD.communiter cõcludunt,& Stylus Ro-
3 manæ Curiæ obſeruat. Non itidem † qui de eiuſ-
dem licentia in monaſterium recipitur pacto de
alimentis interueniente;nam, quod id quoq; po
ſitiuo iure prohibitum eſt,Romanus Pont.diſpẽ
ſare in eo poteſt:id quod in monialium receptio
ne quoad dotes factum eſt, vt ſuo loco vidimus.
In prædictis tamen inferior Romano Pont.diſpẽ
ſare non poteſt;quandoquidem alij omnes com
muni iuri ſubiecti ſunt,vt dicitur in ca.1.& ſi.de
4 conſt. † Qui itidem ſuperioris auctoritate bene-
ficium permutat, ſimoniam non committit ob
eandem rationẽ:de qua permutatione,quod in-
fra abunde egimus,ob eam rẽ nihil eſt,quod hac
deinceps addamus.Hi ſunt ergo caſus præcipui,
in quibus ſimonia non committitur,ad quos reliqui omnes trãsferri poſſunt,de quibus, ſi quid reliquum fuerit,ſuis locis agemus.Sed de ijs,qui ſimoniam committere poſſunt,hactenus; ad effectus eiuſdem tranſeamus.

De effectu ſimoniæ quatenus contractus quidam eſt,& primum reſpectu habito ad ea,quæ ordinis ſunt,ſcilicet ad ſacramenta. Cap. XII.

S V M M A.

1 *Spiritualia per ſimoniam acquiruntur.*
2 *Precium pro ſpiritualibus acceptum aliquando acquiritur.*
3 *Spiritualia per ſimoniam collata valent.*
4 *Sacramenta omnia per ſimoniam adminiſtrata valent.*
5 *Ordo per ſimoniam collatus tenet, eſto ipſius executio non detur.*
6 *Executionem ordinis non habere quid ſignificet.*

ABſoluta efficiente cauſa ſimoniæ, iam effectus ipſius explicemus. Et quoniam hi partim ſunt eius, quatenus contractus quidam eſt: partim quatenus eſt delictũ; ob eam rem de prioribus primo, & de alijs deinceps agamus.

1 Effectus igitur ſimoniæ † quatenus cõtractus
rationem habet, eſt acquiſitio rei ſpiritualis re-
2 ſpectu habito ad ementem ſpiritualia, † & acqui
ſitio precij aliquando reſpectu habito ad ipſa ſpi
ritualia vendentem; acquiruntur enim ſpiritua-
3 lia per ſimoniam. Id quod hinc probatur, † quo-
niam ſpiritualium collatio per ſimoniã facta va-
let. An igitur collata per ſimoniam valent? (De
precio enim infra oportuniori loco agetur.) Vt
rem hanc abſolutam magis habeamus id primo
in ijs,quæ ordinis ſunt,& prius in ſacramẽtis;de-
inceps in iis, quæ ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſti-
cæ,contemplabimur.
4 Quoad primum igitur † pro regula habẽdum
eſt ſacramenta per ſimoniam collata valere. Id quod probatur primo, quoniam nullo iure cautum eſt,quominus valeant; ergo nec nos ea minus valere dicere debemus,arg.l.de precio.ff.de publ.in rem act. Prҿterea,quoniam ſi canones id voluiſſent,ſine dubitatione id expreſſiſſent,ſicut de executione ordinum, & de beneficiis in Extrauag.cum deteſtabile de ſimo.at id factum nõ eſt,ergo reliqua ab ipſis diuerſo iure cenſeri debent;incluſio enim vnius alterius excluſio eſt,argu.l.cum prætor.ff.de iud.& c.nonne de prҿſumpt.etenim & exceptio in vno caſu regulam in cõtrariis conſtituit,vt DD. cõmuniter cõcludunt, Bar.in l.quæſitum.§.deniq;.ff.de fund. inſtruct. Dec.in l.1.num.21.& alii ab eo citati.ff. de reg. iur. Tertio,quoniam & ab excommunicatis,cenſuraque alia irretitis,quæ ordinis ſunt,facta communiter valent paucis exceptis, vt probauimus in Tract.De cenſuris Tab.1.c.13.§.16.num.14. ergo & à ſimoniacis adminiſtrata, ergo non eſt quod de hoc dubitemus, atque ſic generatim de ſacramentis dixit Archiep.Flor.in 2.p. Sum. tit. 1.ca.4.§.3.verſ. Et prima, ibi, Et hoc intelligendum eſt,& facit §.verum cum ſeq.d.32. Verum, quo dilucidius etiam id appareat,ſigillatim ſingula ſacramenta inſpiciamus; & quoniã ipſa partim characterem imprimũt, ſcilicet Baptiſmus, Chriſma,& ordo:partim non,ideo de prioribus, & primo de ordine id probemus.

Ordo

5 Ordo igitur † per ſimoniam collatus tenet: id quod dixit S.Tho.2.2.q.108.art.6.in reſp. ad 1. argum.& ſequitur DD.communiter, & Nauar. in Man.c.23.num.113.verſ.Octauo dico. Probatur autem id & pluribus,& primo per c ſi quis ordinauerit de ſimon.nam ibi ordinatus per ſimoniam ab ordine ſuſcepto ſuſpenſus dicitur,quouſque per ſedem apoſtolicam cum eo diſpenſetur,vt ibi habetur.Si ergo ab ordine ſuſpēſus eſt, ergo ordinem ſuſcepit:non enim ab eo, quod qs non habet,ſuſpendi poteſt,cum,vbi habitus non ſit,ibi priuatio non detur,arg.l.decem, & ibi cōmuniter not.ff.de verb.oblig.Addo,ſi ordo collatus non eſſet,non diſpenſatio,ſed collatio neceſſario poſtularetur.Idem habetur in c.per tuas 3. eod.nā initiatus ordini ſubdiaconatus per ſimoniam, quia promiſerat ſuo præſentatori ſe nihil ab eo petiturum,nec ad ſuperiores aſcendere,neque in ſuſcepto debet ordine adminiſtrare , niſi cum eo fuerit diſpēſatum,vt ibi quoque dicitur. Si ergo i ſuſcepto ordine miniſtrare poteſt , ſi cū eo diſpēſetur,ergo ordinem ſuſceperat; idem habetur in cap.ex tuæ eod. & in §. ſicut ergo.iunct. Gloſſ.1.q.1. Poſtremo id probatur etiam ratione,nam vir baptiſmo initiatus baptiſmi charactere ad ordines ſuſcipiendos capax, habiliſque fit, vt probauimus in eod.Tract.de Cenſuris Tab.2. ca.6.verſ.Diui primo,qui character , ſicut deleri nequit,vt aſſeruit Trid.Synod.ſeſſ.7.canon.9.de ſacramentis,ita nec capacitas,habilitasq; illa tolli poteſt,arg.c.acceſſorium de reg.iur.lib.6. & §. ſed naturalia in Inſtit.de iur.natu. gent. & ciuil. etenim,vt inquit Gloſſ.ac DD.quos refert ac ſequitur Fel.in c.per tuas 2.num.5.verſ.Quod circa concluſio de ſimon.nulla legis,hominiſue prohibitio impedire poteſt , quin character imprimatur,ergo nec per ſimoniam impediri poteſt. Pro certo igitur habebimus,quęcunque ſimonia committatur in ordinis ſuſceptione, quicunque ordo ſit,ordinem conferri.Non tamen executionē ordinis ſic ordinatus habebit, vt diximus antea,& probatur iuribus ſupra citatis.

6 Verum quid† hoc eſt executionem ordinis ſuſcepti non habere? Nil aliud eſt, quam iure non poſſe ordinis,quē quis ſuſcepit, functiones exercere,& ſi ipſas exerceat, ipſum peccare : & ſe habet prohibitio hæc ſicut impedimenta matrimonij nō dirimentia matrimonium;nam,qui ijs impedimentis detinetur,quòd contra legem prohibentem facit,peccat , ſed matrimonium nihilominus valet,ita inquiunt Nauar.in Man.cap.22. nu.31.& Conar.in tit.de ſponſ.& matrim.2.p.c. 6.ſic igitur & in caſu noſtro;ſed iam ad alia ſacramenta veniamus.

S V M M A.

1 *Baptiſmus,& confirmatio per ſimoniam adminiſtrata valent.*

2 *Baptiſmi,& confirmationis gratia an cōferatur,vbi per ſimoniam ea ſacramenta collata ſunt.*

§. I.

1 Baptiſmus itidem,& confirmatio † per ſimoniam adminiſtrata valēt , cum ob rationes ſupra generatim allatas , tum ob rationes ſpeciatim de ordine:nam & hæc ſacramenta characterem imprimunt,vt tradidit Triden.Synod. ſeſſ.7.canon.9.de ſacram.quo caſu & in peccato
2 ſuſcepta ſacramenta tenent . Immo † ſi ea ſuſcipientes per ſimoniam ſibi adminiſtrari probabiliter ignorent,& ſacramentorum gratiam conſequuntur,nam ſacramenta nouæ legis non ponentibus obicem,quod eſt peccatum, gratiam ſemper conferunt,vt aſſeruit Trid.Synod.ead.ſeſſ.7. cano.6.cum ſeq. Quare,ſi pater precium tribuat ſacerdoti quo filio baptiſmum adminiſtret , vel Epiſcopo,quo ipſum confirmet,eſto miniſtri ipſi ſemper peccent , ipſa tamen ſacramenta ſuſcipiens non peccat;& ob id ſacramentorum gratia non priuatur;quamuis ſecus eſſet, ſi & ipſæ ſimoniæ conſcius ſacramenta propoſita ſibi adminiſtranda curaret;tunc enim gratiam non cōſequetur,niſi poſtquā eius peccati ipſum pœnituiſſet: ſed iam ad Euchariſtiam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Euchariſtia conficitur etiam à ſimoniacho.*

2 *Euchariſtia ſuſcipitur à ſimoniacho.*

§. II.

1 Euchariſtia quoque conficitur † à ſimoniacho,ideſt ab eo, qui ad eam conficiendam precio ducitur,modo ſacerdos ſit,& propoſitum conficiendi habeat,& ſuper materiam aptam,& habilem cōſecrationis formam proferat; non enim ordinis poteſtas impediri omnino poteſt.Hinc excommunicatus etiā ob hæreſim,cenſuraque alia irretitus,eſto per cēſuras,& per peccatum impediatur,quominus Euchariſtiam conficiat,tamen eam conficiet,ſi id conetur,vt id abunde probauimus in Tract. de Cenſuris.c.13.§. 16.nu.6.Tab.1.& pertinent huc c. inter catholicam,& c.multi.1.q.1. & quæ dixit S. Tho.3.p.q. 82.art.6.communiter recept.

2 Qui itidem per ſimoniam † Euchariſtiam ſumit,eam vere ſumit;nam , anteaquam eam recipiat,ſacramentum eſt, quandoquidem poſt panis,& vini conſecrationem Dominus Noſter Ieſus Chriſtus vere, realiter , ac ſubſtantialiter ſub ſpeciebus illis ſenſibilibus continetur , vt tradidit,& aſſeruit Triden.Synod.ſeſſ.13. de Sanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento , cap.1. & canon.4. quod in alijs ſacramentis non contingit, quæ ſolum,vbi adminiſtrantur,ſacramenta ſunt . Vterque tamen peccat, & ob id rem ſacramenti non recipit,ideſt gratiam,vt dixit ead.Synod.eod.c. 8.Sed iam de matrimonio agamus.

S V M M A.

1 *Matrimonium contractum per ſimoniam valet.*

2 *Matrimonium contractum præſente parocho excommunicato, denunciato, notoriouè valet.*

§. III.

1 §. Matrimonium etiam † per ſimoniam contractum valet: nam ædictũ de matrimonio cõtrahendo prohibitorium eſt, ideſt quicunque non prohibentur, contrahere illud poſſunt, vt dicitur in ca. cum apud ſedem, & ibi Gloſſ. de ſponſ. at ſimoniaci non prohibentur, ergo contrahere illud poterunt. Præterea ſimonia nõ numeratur inter impedimenta matrimonij, quæ recenſentur in his verſiculis.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamẽ, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis; &c. qui referuntur in ſupplemento 3. p. Sum. S. Tho. q. 50. art. 11. & declarantur etiã à Couar. in tit. de ſponſa. & matrim. in 2. p. c. 6. §. 1. cum multis ſeq. & à Nauar. in Man. c. 22. nu. 30. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus.

2 Verum † an matrimonium contractum præſente parocho ob ſimoniam, aliamue cauſam excommunicato, notorio, denunciatoue, valebit. Hæc quæſtio ob eam rem proponitur, quoniam Trid. Synod. cauit, ne matrimonium valeat, ſi nõ præſente parocho, alioue ſacerdote de ipſius Parochi, ſeu ordinarij licentia, contrahatur, vt habetur ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 6. Si ergo Parochus excommunicatus, notoriusuè ſit, an valebit matrimonium, ſi eo præſente contrahatur? Videbatur dicendum ipſum non valere; nam, ex quo notorius excommunicatus eſt, interponere ſuã auctoritatem non poteſt, & interpoſita nihil operatur, vt id probauimus in Tract. de Cẽſuris Tab. 2. c. 14. Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet matrimonium valere. Primum, quoniam nõ reperitur cautum, ne valeat: ergo ipſum valere interpretabimur arg. l. præcipimus. C. de appell. & l. iubemus. C. de teſtam. Præterea, quoniam vt teſtis quodammodo Parochus interuenit, vt colligitur ex eod. ca. 1. verſ. Qui aliter, quã præſente parocho; at contractus, ad quem excommunicatus teſtis notorius adhibetur, valet, vt id pluribus probaui in Tractatu de Cẽſuris, Tab. 2. c. 17. §. 1. ergo & matrimonij contractus valebit. Confirmatur hoc, quoniam re dubia pro matrimonio reſpondere debemus, arg. ca. fi. de re iud. ergo à propoſita ſententia diſcedendum nõ eſt; nam & ſic, cum caſus hic contigiſſet Romę Anno Domini 1594. Clemente VIII. Ponti. Maxim. in conuentu Illuſtriſſimorum Cardinalium, qui ſingulis hębdomadis ſuper Concilio habetur, concluſum fuiſſe audiui. Nec obſtat propoſita ratio contraria: nam ea locum habet, vbi auctoritatem quis interponit, & pars eſt ipſius cõtractus, quod in caſu noſtro nõ fit. Matrimonium igitur in hoc caſu etiam valebit, ſicut à ſimoniacis contractũ, vt diximus; ſed de ſacramentis hactenus; quid iuris enim eſſet de pęnitentia, ac extrema vnctione diximus ſupra: iam de diuinis officiis agamus.

De ijs, quæ ordinis ſunt, an per ſimoniam facta valeant quoad diuina officia.
Cap. XIII.

S V M M A.

1 *Officia diuina quænam ſint.*
2 *Euchariſtiæ ſacramentum à ſimoniacho, & nõ minus à malo, quam à bono ſacerdote conficitur.*
3 *Orationes, ac pręces, quę in miſſa feruntur, valent & à malo ſacerdote facta, eſto magis proſint, quę à bono, & qua ratione.*
4 *Officia diuina omnia per ſimoniam facta valent.*

De diuinis officiis ſecundo loco
agẽdum nobis propoſuimus,
an per ſimoniam facta valent;
1 verum quænam hæc ſint prius
proponẽdum eſt. † Diuina officia igitur hæc ſunt. Primum miſſæ ſacrum, ſeptem horarũ canonicarum preces, Officium beatiſſimæ Virginis, Officium mortuorum, ſeptem pſalmi, & graduales, nec non aliæ huiuſmodi preces. An igitur valeant, ſi per ſimoniam fiant?

Quoad miſſæ ſacrum, (quòd duo continet, ſcilicet ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum, ſecundo loco preces ipſas, quę tam pro viuis, quam
2 pro defunctis offeruntur) † reſpectu habito ad ſacramẽtum Euchariſtiæ pro certo habendum eſt ipſum confici etiam à ſimoniaco, & malo nõ minus, quam à bono ſacerdote, ita dixit S. Thom. in 3. p. q. 82. art. 6. in reſp. & S. Aug. in c. intra catholicam. 1. q. 1. & Gregor. in cap. multi ſecularium ead. q. & non eſt de hoc dubitandum, quandoquidem & ab hæreticis conficitur, atque ſic concluſimus in antecedenti cap. §. 2.

3 Quoad pręces vero † reſpectu habito ad ipſum tanquam Eccleſię miniſtrum etiam & ipſę valẽt, non ſecus, ac ſi à bono fiant: ſecus autem ſi reſpectus habeatur ad ipſum tanquam ad priuatã perſonam; tunc enim oratio potior eſt boni, quã mali, vt ait S. Tho. ibid. & communiter DD. vt teſtatur Nauar. in Man. c. 25. num. 79.

4 Eadem ratione, † & de aliis diuinis officiis idẽ ſentimus, quod de precibus, quæ in miſſa offeruntur, concluſimus, vt ſcilicet valeant, quatenus ab eo fiunt, vt a miniſtro Eccleſiæ, atque ſic concluſit S. Thom. eod. Vnde etiam quantum ad hoc, ait enim ibi, eſt fructuoſa non ſolum oratio ſacerdotis peccatoris in miſſa, ſed omnes eius orationes, quæ facit in Eccleſiaſticis officiis, in quib. gerit perſonam Eccleſię, licet orationes eius priuatæ non ſint fructuoſæ. Hæc ibi, ex quibus patet reliqua officia omnia diuina prodeſſe per ſimoniã facta, vbi ab Eccleſiæ miniſtro fiũt. Vel igitur precii nomine pro miſſæ ſacro faciendo, vel pro mortuorum officio obeundo quid tribuatur, quo caſu ſimonia committitur, tamen propoſita officia proderunt; ſed iam de conſecrationibus, & benedictionibus per ſimoniam factis agamus.

De ijs, quæ ordinis ſunt, an per ſimoniam facta valeant quoad conſecrationes, & benedictiones. Cap. XIIII.

S V M M A.

1 *Conſecrationes, & benedictiones, quę in Eccleſia fiūt, partim ab Epiſcopis, partim à ſacerdotibus fiunt, et quanam ha ſint.*
2 *Benedictiones, & conſecrationes facta per ſimoniam an valeant.*
3 *Eccleſia, cœmiteriumque à ſimoniacho conſecrata an polluta ſint.*

PRopoſuimus nobis denique ex-
plicandū an benedictiones, con
ſecrationesque per ſimoniā fa-
ctæ valeāt; verum antequam id
abſoluamus, quænam conſecra
tione conſecrentur, ac benedi-
ctione afficiantur, & à quibus,
1 præmittamus. † Hæc igitur partim fiunt ab Epi-
ſcopis tantum, vt conſecrationes Eccleſiæ, arę, Cę
miterij, Calicis, patenæ, corporalium, campanæ,
abbatum, & uirginum, olei chriſmatis, olei ſan-
cti, & huiuſmodi. Partim & à ſacerdotibus, vt be
nedictio aquæ cum ad baptiſmum adminiſtran-
dum, tum ad Chriſti fideles aſpergendos, benedi
ctio candelarum feſto die Purificationis Beatæ
Virginis; benedictio oliuarum ac palmarum do-
minica die ſanctum paſcha antecedente, benedi
ctio cinerum primo die quadrageſimæ, ſalis, nec
non ſponſi, & ſponſæ, & huiuſmodi.
2 An igitur † hæc per ſimoniam conſecrata vale
bunt? Videbatur dicendum hæc non valere. Pri-
mum ob c. eccleſia. 1. q. 1. nam ibi dicitur eccle-
ſiam, quæ pactione conſecrata fuerit, potius exe-
cratam, quam conſecratam dici debere; ergo per
ſimoniam conſecratum dici tale poſſe non vide-
tur. Secundo, quoniam, vt habetur apud Macha.
2. ſic de malis miniſtris dixit Deus. Maledicam
benedictionibus veſtris, & refertur in c. maledi-
cam. 1. q. 1. Atqui contrariam opinionem ſequi
debemus, ſcilicet & benedictiones, & conſecra-
tiones factas per ſimoniam valere. Et hoc ob eā
potiſſimum rationem, quoniā vi characteris or-
dinis fiunt, quæ vis, ac poteſtas peccato non tolli
tur, vt ſenſit S. Thom. in 3. p. q. 82. arti. 6. Hinc &
ab excommunicatis hæc facta valere pluribus id
probauimus in Tractatu de Cenſuris Tab. 1. cap.
13. §. 16. num. 14. Præterea, vbi lex per ſimoniam
aliquid factum non valere voluit; id expreſſit, vt
habetur in Extrauag. cum deteſtabile de ſimon.
at de bis, vbi agit. nuſquam conſecrationes, ac be
nedictiones non valere ait, eſto ipſarum mentio
nem faciat, vt in c. cum in Eccleſiæ, cum ſeq. & in
c. ſua nobis, & in c. ſicut pro certo, & in c. ad apo-
ſtolicam de ſimo. ergo nec nos dicere debemus
arg. l. de precio. ff. de publ. in rem act. Ab hac igi-
tur ſententia non diſcedemus, quam & ſequitur
Gloſſ. in cit. c. eccleſia. 1. q. 4. Nec repugnat canō
ille, quatenus inquit, eccleſiam per pactionem
conſecratam potius execratam, quam conſecra-
ram dici debere: nam, vt reſpondet ibi Gloſſ. ve-
rum eſt, vbi forma legitima adhibita non eſt, vel
in odium ſimoniæ id dictum eſt. Ego autem ali-
ter reſpondeo, ſcilicet ius illud non obſtare; nam
non dicitur ibi conſecratam non eſſe, ſed dici nō
debere, nam & quæ maritum habet, maritum nō
habere dicitur, vbi mariti munera non exercet,
vt habetur in c. inter corporalia de poſtulat. præ-
lat. & qui ordinem per ſimoniam ſuſcepit, dici-
tur ordinem non habere, quia executionem non
habet, ita dicitur & hic, quoniam legitime conſę
cratio facta non eſt, ob eam rem conſecrata non
dicitur. Non repugnat etiam illud Malach. nam
Benedictio mali ſacerdotis, quatenus ab ipſo in-
digne fit, maledictione digna eſt, quatenus au-
tem a miniſtro Eccleſię proficiſcitur bona, & ſan
1 cta eſt, ita reſpondit S. Thom. in 3. p. q. 82. arti. 5.
in fine, vel dicitur Maledicam benedictionibus
veſtris, ideſt ob veſtras benedictiones in peccato
mortifero factas vobis maledicam. Non eſt igi-
tur a propoſita concluſione diſcedendum.
3 Atqui † an eccleſia, Cæmiteriumuè per ſimo-
niam conſecrata polluta erunt, & ob id reconci-
liatione egebunt, antequam in ipſis Eccleſijs di-
uina fiant, & in Cæmiterio Chriſti fidelium cor-
pora ſepeliantur? Ego ſentio polluta ob id non eſ
ſe: eccleſia enim quibuſdam caſibus polluitur, in
quibus caſus noſter non eſt. Nam aut per ſangui
nis humani iniuria factam effuſionem, aut volun
tariam humani ſeminis emiſſionem polluitur, vt
habetur in cap. vnic. de conſecr. Eccl. vel alt. libr.
6. aut quod in ea excommunicatus ſepelitur, aut
infidelis, vt habetur in cap. conſuluiſti de conſe-
crat. eccl. vel alt. & in ca. eccleſiam, 1. & 2. de con
ſecr. diſt. 1. aut quod per Epiſcopum excommu-
nicatum publicum conſecrata eſt, arg. cit. c. con-
ſuluiſti: ergo ex his apparet caſum noſtrū in his
nō numerari. Diuina igitur in ipſis fieri, & in Cę-
miterijs mortui ſepeliri poterunt. Quare ob id &
reliquis benedictis, & conſecratis licite vti pote-
rimus. Excipio tamen, vbi ob ſimoniam eſſet ex
communicatus; nam tunc ſi notorius, denuncia-
tusne eſſet, & cōſecraret eccleſiam, polluta eſſet,
vt dixi proxime. Sed de his hactenus. Verū quid
ſi a ſimoniacis quid agatur, non tamen ſimonia-
ce, an valebit? Hoc in ſeq. explicabimus.

De ijs, quæ ordinis ſunt, an à ſimoniacis, non ſimoniace tamen facta valeant. Cap. XV.

S V M M A.

1 *Acta, ſeu facta à ſimoniacho, non tamen ſimoniace, an valeant.*
2 *Suſcipiens ordinem a ſimoniacho non tamen ſimoniace an executionem ordinis ſuſcepti habeat.*
3 *Sciens ſuum prælatum ſimoniachum eſſe an ſuſcipere ab eo ordines debeat, ſi id prælatus ei præcipiat.*

Propoſuimus

PRopoſuimus proxime nobis explicandum, an facta à ſimoniacho non tamen ſimoniace, valeant: cuius quæſtionis ſolutionem, vt dilucidiorem habeamus. Primum id contemplabimur in ijs, quæ ordinis ſunt: deinceps in ijs, quæ iuriſdictionis.

1 Quoad primum igitur, † Ego ſic diſtinguendũ cẽſeo. Aut hic ſimoniachus excommunicatus, ſuſpenſusne eſt, i. eam ſimoniam commiſſit, quam obrem in excommunicationem, ſuſpenſionẽue incidit (id enim cõtingere poſſe antea vidimus) & in hoc caſu vel hic agat quidpiam vi ordinis, quem per ſimoniã accepit, vel non accepit, idem de hoc ſentio, quod de excõicato, & ſuſpenſo ob aliam cauſam, cuius acta valere pro regula traditur, vt probauimus in Tract. de Cenſuris. c. 15. §. 12. nn. 2. Tab. 2. Quare quod, quæ abunde, ibi de excommunicato diximus, & preſertim, c. 13. § 4. ead. Tab. & hic ſibi locum vindicant, ob eam rẽ, quæ huc pertinent, illinc ſumantur. Aut hic ſimoniachus eam ſimoniam commiſſit, quamobrem, nec ſuſpenſus, aliaue cẽſura irretitus eſt: & in hoc caſu de hoc breuiter idẽ concludo, quod de alio peccatore; de quo etiam pro regula traditur ſpiritualia ab eo adminiſtrata valere.

Verum, quoniam in prędictis caſibus cõtingit ſimoniachum ſpiritualia adminiſtrantem peccare, an ab ipſo ſpiritualia recipere nobis licebit? Glo. in c. per tuas 2. in verb. Miniſtret, ibi, Si vero aliquis ignoranter de ſimo. diſputans hãc q̃õnẽ, an ſuſcipiens ordinem a ſimoniacho, non tamen per ſimoniam ordinis executionem cõſequatur, ſentit id nobis non licere: nam inquit hunc executionem ordinis nõ accipere: ſi enim id liceret, executionem ordinis etiam quis conſequeretur.

2 † Antequam quæſtionem hãc diſſoluamus, quæſtionem huius Glo. prius explicemus. Glo. igitur, ibi ait eum, qui ordinẽ à ſimoniacho accipit non tamen per ſimoniam, ordinis executionem non accipere, & eam ibi ſequitur Abb. nu. 6. verſ. Idẽ puto in eo; idẽ tenet Gloſſ. in c. ſtatuimus. 1. q. 1. Probatur autem primo per c. ſi qui a ſimoniacis. 1. q. 1. nam ibi dicitur, Si qui à ſimoniacis non ſimoniace ordinati ſint, ſi probare poſſint, cum ordinarentur, ſe neſciiſſe ſimoniachos eos eſſe, miſericorditer ſuſtineri, quoad executionem ordinũ: ergo iure ipſo executione carebant, ex quo miſericorditer ſuſtineutur. Idem habetur in cit. c ſtatuimus; nam ſic inquit, ibi Romanus Pont. Simoniachos autem non ſimoniace a ſimoniacis ordinatos miſericorditer, per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere. Hæc ibi. Si miſericorditer igitur ſuſtinentur, iure ipſo executionẽ non habent. Contrariam ſententiam nihilominus nõnulli amplexati ſunt, quos refert Glo. in eod. c. ſtatuimus; nã antecedentem ſententiam locũ habere dicebãt, vbi ſimoniaci illi manifeſti eſſent, vel pro talib. probari poſſent, ſecus autem ſi occulti. Et hoc ob c. ſi. 15. q. 7. vbi iure ſuo quis priuari non debere dicitur: niſi in iudicio id factum ſit. Pro hac ſentẽtia facit quoque c. veſtra, & c. ſi. de cohabit. cler. & mulier. vbi clericus, qui crimen cõmiſſit, quouſque ab Eccleſia tolleratur, & notorium nõ eſt, crimen ipſum commiſiſſe, non vitandus dicitur. Quid igitur concludendũ? Ego ſic diſtinguendũ cenſeo. Aut hic ſimoniachus denunciatus, notoriusue eſt, & ab Eccleſia non tolleratus; & in hoc caſu, q executionem ordinis non habet, non ſolũ quoad ſe, ſed neque ẽt quoad alios, ob eam rẽ recipi ordines ab eo non debent: etſi quis ſciens ordinem ab hoc ſuſcipiat, executionem eius nõ habebit & in hoc caſu prior ſententia locũ habebit & prima pars poſterioris. Aut hic nec denunciatus, nec notorius eſt, & in hoc caſu licet quoad ſe ſuſpenſus ſit, arg. c. veſtra, & c. ſi. de cohabit. cler. & muli. tamen quoad alios ſecus eſt: & ob id ab ipſo ſacramẽta omnia licite recipere poſſumus, & hoc ob extrauag. ad euitanda, cuius ſupra mentionem fecimus, nam permittit nobis cõionem etiam in diuinis cũ iis, qui excõicati, interdicti, ſuſpenſiue ſunt, & quocunq; crimine polluti, dũmodo nec notorii, nec denunciati ſint, & in hoc caſu locum habebit ſecundæ opinionis ſecunda pars. Ita igitur in hac q̃õne concludendũ cẽſeo.

3 Hinc † diſſoluitur quæſtio alia mota à Glo. in cit. c. ſtatuimus, ſ. ſi ego ſcio meum prælatum ſimoniachum eſſe, ipſe vero mihi præcipit, vt ordines ab eo ſuſcipiam, nunquid parẽdum ei ſit, nã, ſi notorius, denũciatusue ſit, ei parere nõ teneor ob cit. extrauag. eſto excõicaret me, nam potius excõicationem tollerare debeo, arg. c. inquiſitioni de ſent. excom. imo nec me excommunicare poteſt, ex quo ſuſpenſam iuriſdictionẽ hẽt: alias vero licite poſſum. Et de q̃õne hac itidem ſatis.

Ex ſolutione quæſtionis huius, antecedentis propoſitę in primis ſolutio habetur. nam, ſi ſimoniachus notorius, denũciatusue ſit, & ob id ab Eccleſia nõ tolleratus, ſuſcipere ab ipſis ſpiritualia, nec ẽt audire debemus; ſecus autem ſi nec notorius, nec denunciatus ſit, ſed ab Eccleſia eſt tolleratus, & hoc ob cit. extrauag. ad euitanda, atq; ſic ſenſit quoque Nauar. in conſ. 54. de ſent. excom. lib. 5. nam ait non peccare quem audiendo miſſam eius, quem ſcit ſimoniachum, & ob eam excommunicatum, ſi denuncians non ſit, ſecus ſi denũciatus ſit, vel notorius. Facit quoque, quod dixit in conſ. 56. eod. Quæ omnia quod locũ habent, vbi etiam quid iuriſdictionis ſpiritualis in foro interiori agunt, ob eam rem nihil præterea hic addemus. At qui de iis, quæ ordinis ſunt, hactenus, ad ea, q̃ iuriſdictionis eccl. ſunt, trãſeam⁹.

De ijs, quæ per ſimoniam acta ſunt, an valeant reſpectu habito ad iuriſdictionem eccl. Cap XVI.

S V M M A.

1 *Iuriſdictio eccleſiaſtica fori exterioris ſi ematur, an emptio valeat.*
2 *Sententia ſuper re ſp̃uali lata per ſimoniã an valeat.*
3 *Diſpenſatio an requirat̃ in actis factis à ſimoniacho.*

F Vidimus

VIdimus ſupra, quæ ordinis ſunt, an per ſimoniam facta valeant; iam de ijs, q̃ iuriſdictionis ſunt, idem agamus, de qua duo contemplabimur. Primum, an iuriſdictio fori exterioris eccleſiaſtici ſi ematur, an valeat. Poſtremo de ſentẽtijs per ſimoniã de ſpiritualib. latis.

Iuriſdictionem fori exterioris eccleſiaſtici er-
1 go† ſi quis emat, nullam emptionem eſſe ſenſiſſe videtur Nauar. in Man. c. 23. nu. 111. verſ. Ad decimamrertiam, ibi, Tertio quod ipſo iure. Hanc ſentẽtiam ſimpliciter acceptam, Ego nõ ſequor. Et hoc ob eam rationem, q̃ null Itas actus eſt pœna, quæ ipſo iure infertur ẽt facto hominis nõ interueniente, vt hoc cuiq; notum; at pœna hæc nõ inuritur, niſi vbi expreſſe id iure cautum eſt, etiã ſi in alijs ſimilibus id cautum ſit, vt ſenſit Gloſ. 1. in Clem. 1. de conſang. & affin. & Gloſſ. fi. in c. fi. de iur. patro. ergo, ex quo id iure cautum non habemus, id non dicemus; arg. l. de precio. ff. de publ. in rem act. ſimpliciter igitur ſententia Nauar. accepta mihi vera non videtur. Non ergo, qui vicariarum Epiſcopi emit per ſimoniã, iuriſdictione carebit, quicquid dixit Nauar. ibid. nam nec ſimoniæ exceptionẽ obeſſe, nec inualida ea reddere, quæ facta ab eo ſunt, qui in quaſi poſſeſſione prælaturæ eſt, dixit Bero. conſ. 87. nu. 6. vol. 1. Excipio tamen primo, vbi per ſimoniam realem beneficium eccleſiaſticum, iuriſdictionem hanc habens quis adeptus eſt; nam adeptio hæc, & acquiſitio nulla erit, & hoc ob id, quòd ſcautũ, id eſt per extrauag. cum deteſtabile de ſimo. Item, vbi per ſimoniam confidentialem, eſto conuentionalis ſimonia tãtum cõmiſſa ſit, vt videbimus. Tertio, vbi in Romana curia iuriſdictionem hãc adeptus eſſet, & hoc ob Bullam de datis, & promiſſis ob gratiam, vel iuſtitiam, quam interpretati ſumus infra. In his igitur caſibus ſententia Nauar. locum habebit, modo denũciati, notoriiue ſint, alias valebunt cum ob l. Barbarius. ff. de off. prætor. & ibi DD. & in c. nihil de elect. tum ob extrauag. ad euitanda. Et de hac quæſtione ſatis.

2 Quoad ſecundam quæſtionem,† an ſententia lata per ſimoniam ſuper re ſpirituali valeat, concludo, etſi in his ſentẽtijs ſimonia committitur, vt ſenſit Gloſ. in c. vendentes in verb. Iuſtitiam. 1. q. 3. & Abb. in c. cũ ab omni. nu. 7. de vit. & honeſt. cler. & habetur in c. nemo de ſimo. proprio iure, & vi ſimoniæ non eſſe nullam. Et hoc ob eãdem rationem, quòd nullo iure id cautum eſt; at cõmuni ſecus; eo enim iure venalis ſententia nulla eſt, vt habetur in l. venales. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Venales ſententias, dicitur enim ibi, quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiã citra interpoſitæ prouocationis auxilium iam pridem a diuis principibus infirmas eſſe decretum eſt. Hæc ibi, ex quibus manifeſto conſtat mercede ſententias latas nullas eſſe, ex quo infirmæ ſunt etiam prouocatione, ſeu appellatione non intercedẽte, atq; ſic DD. ibi not. Idẽ habetur in ca. ei qui appellat. §. venales. 2. q. 6 & in cit. c. cum ab omni. in fine, & ibi Gloſſ. & Abb. nu. 7. de vit. & honeſt. cler. Idem ſentit Gloſ. in l. fi. in verb. Aut gratia, & ibi Bar. ac DD. C. de pęn. iud. qui mal. iud. Not. quoque hoc Gemin. in c. 1. §. ſi quis. nu. 8. verſ. An ſit nulla, de re iud. lib. 6. communis denique ſententia hæc eſt. Quare, ſi quis ratione hac beneficio eccleſiaſtico quem priuandum curauerit, aut excommunicandum, aut cenſura, pęnaue alia eccleſiaſtica afficiendũ, ſententia nulla erit, & multo minus acta alia iudicii. Id quod locum habet, eſto pecunia detur, vt ſententia iuſta feratur; nam nihilominus venalis ſententia eſt, vt habetur in c. vendentes. 1. q. 3. & ibi Gloſſ. & facit l. 2. verſ. Sed ſi dedi. ff. de condi. ob turp. cauſ. Si vero non ob pecuniam, ſed aut ob metum, aut ob fauorem, aut ob amicitiã, obſequiaue ſententia feratur, aut poſt ſentẽtiam latam tribuatur, tũc ipſa valebit, licet reſcindatur, vt cit. auctores proxime concludunt, ac Gloſſ. & habetur in l. ſeruo. §. cum prætor iunct. Gloſſ. in verb. Ambitione. ff. ad trebell. & Vant. de nullit. ſent. ex defect. proceſſ. num. 135. cum duob. ſeq. In hac igitur quæſtione ſic concludendum eſt, vt ſcilicet, vbi pecunia interuenit, iudicii acta nulla ſint, alias vero valeant, eſto reſcindi poſſint de eorum, quos citaui, ſententia. Quare his exceptis caſibus pro regula habebimus ea, quę iuriſdictionis ſunt, ſimonia intercedente valere.

3 Atqui,† vbi in ſacramentis, ac prædictis ſimonia commiſſa eſt, vtpote in exequiis mortuorũ, in benedictionibus nubentium, in Cęmiterii cõſecratione, in ſacrorum vaſorum, vel veſtimentorum benedictione, in receptione chriſmatis, in aquæ, ſaliſue benedictione, vel panis benedicti venditione, & ſimilibus, diſpẽſatione opus erit? nam ſimoniachum in ordine diſpenſatione egere ſuo loco probauimus. Prępoſi. in c. ſtatuimus. 1. q. 1. in huiuſmodi ſimoniæ ſpeciebus Epiſcopum diſpenſare poſſe concluſit, atque ſic eum refert, ac ſequitur Pet. Foller. in Prax. Crimi. Cano. 2. p. iudicial. in verb. Vel crimen ſimoniæ. ca. 18. nu. 34. verſ. Quis ergo poſſit diſpenſare, & Hoſt. quem refert, ac ſequitur Armill. in verb. Simonia nu. 53. Quorum ſententia mihi nõ probatur. Primo, quia in huiuſmodi caſibus nulla cẽſura ſimoniachus irretitur; nam in excommunicationem, & ſuſpenſionem ſolum quis incidit ob ſimoniã realem in ordine, beneficioq; commiſſam, nõ autem in aliis caſibus, vt habetur in Extrauag. cum deteſtabile de ſimo. & vt ante de communi DD. ſententia id probauimus. Præterea non etiam irregularitate ſimoniachus huiuſmodi afficitur: non enim iure id cauetur: ergo nec nos dicere debemus. arg. c. is qui, & ibi cõmuniter not. de ſen. excom. lib. 6. Non deniq; ratione alia inhabilis fit ad prædicta facienda, ſuſcipiendaue, niſi mortiferi peccati culpa; at ad tollendũ mortiferi peccati impedimentum, & culpã nõ neceſſario Epiſcopi auctoritas poſtulatur, ſed ꝓprius parochus ſat eſt. arg. c. oĩs de pęnit. ergo in ꝑdictis, & ſimilibus caſib. nulla diſpẽſatio alia requiritur, niſi pœnitentia, arg. c. fi. de ſimo. Eorũ tamen ſententia

locum

locum habere fortaſſe poteſt, vbi depoſitio interueniſſet, quod tamen pro certo affirmare non audeo; ſed de effectu ſimoniæ, quatenus contractus eſt, ſatis; ad alios effectus transſeamus, quatenus delictum quoddam eſt.

De effectibus ſimoniæ per ſe de iure diuino, quatenus ſimonia delictum eſt. Cap. XVII.

S V M M A.

1 *Mortifere peccat ſimoniam committens; quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*
2 *Peccatum ſimoniæ eſt grauius alijs.*
3 *Simoniam committens etiam in re leui grauiter peccat.*
4 *Simoniam committens quando non peccet.*

Effectus autẽ ſimoniæ, quatenus delictum eſt, duplicis generis ſunt; nã partim de iure diuino, partim de iure poſitiuo ſunt; de quibus ſingulis, & primũ de ijs, qui de iure diuino, agamus.

1 Primum igitur † ſimoniã committens mortifere peccat, ita inquiunt diuinarũ rerum ſcriptores communiter. Archie. Flor. in 2. p. Sum. tit. 1. c. 4. §. 1. uerſ. Et quod ſit mortale, vbi & alios idem ſentientes refert, & Caie. in Sum. in verb. Simonia in principio, & Ange. eod. p. nu. 6. ibi, Sed ego diſtinguo. & Dom. Sor. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. art. 2. verſ. Ad quæſtionem, vbi & opinionem hanc receptam teſtatur, & multis rationibus probatur. Immo quod ſacræ res iniuria afficiuntur, ſacrilegiũ eſſe addit, & Nauar. in Man. c. 23. nu. 100. paulo poſt princ. vbi & de communi ſententia teſtatur, & in c. 25. nu. 68. verſ. Secundo peccat mortaliter & nu. 112. vbi hoc de clericis ſimoniam in ordine beneficione committentibus ait, & alij omnes. Probatur autem id primo per c. qui ſtudet. 1. q. 1. nam ait ibi Greg. Naziãz. de ſimoniachis agens, capitale crimen ſimoniachos committere, ergo mortale peccatum eſt; nã capitale peccatum regulariter mortiferum eſt, vt interpretatur Gloſ. ibi in verb. Capitale. Idem ha
2 betur in c. quicunq; ead. q. † Secundo facit, quoniam peccatum ſimoniæ omnibus alijs peccatis grauius dicitur, in c. ſicut de ſimon. & in c. patet. 1. q. 7. nam in c. ſicut, ait ibi Romanus Põt. ſimoniacham peſtem magnitudine omnes alios morbos vincere; ſi ergo alios morbos vincit, ſcilicet animæ, quæ ſunt peccata (non enim ſimonia corporis morbus eſt) ſi ergo alia peccata vincit, ſine dubio mortiferum peccatum eſt; nõ enim leuia, quæ venialia dicuntur, alia peccata, ſcilicet mortifera vincunt. Idem habetur in cit. c. patet: nam ibi dicitur reliqua crimina ſimoniæ comparata quaſi pro nihilo reputari; non ergo ſimonia leue peccatum eſt. Hinc & Maiol. in Tract. de irregul. inter enormia peccata ſimoniam numerauit. ca. 12. nu. 2. at enormia peccata mortifera dicuntur arg. c. vnum orarium d. 25. Tertio facit, quoniam qui ſimoniam committit, hũc cũ Simone Mago, & Giezi, qui ſimoniaci fuerunt, partem habiturũ inquit Eccleſia in c. nõ ſatis, & in c. ſi q. & in c. cõſulere cum ſequ. de ſimon. at illi æternis ignibus damnati ſunt, ergo ſimoniaci mortifere peccãt; non enim ob leuia peccata, ſed ob grauia, i. mortifera ad æternos illos ignes quis damnatur arg. c. qualis quiſque egreditur d. 25. & facit ca. Matthęus in fine, & c. p tuas eod. de ſimon. Poſtremo id probatur & ratione; nam primo, qui ſimoniã committit, alienam rem contrectat contra domini volũtatem, ideſt Chriſti Domini; nam ipſe, vt ſpiritualia gratis darẽtur, iuſſit, ex quo gratis ab ipſo ea accipimus, vt habetur apud S. Matthęum c. 10. at, qui contra domini voluntatem rem contractat furtum committit, vt habetur in ca. furtũ in Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. ergo mortifere peccat: nam cõiter furtum cõmittens in re graui mortifere peccat, arg. c. fures cũ duob. ſequ. de furt. & vt tradidit S. Tho. 2. 2. q. 66. ar. 6. & Naua. in Man. ca. 17. nu. 2. Addo iniuſtitiam ex hac etiã parte committi; quòd ſpiritualia venalia reddere quis conatur, cum nullo humano precio æſtimari queant. Pro regula igitur habẽdum eſt, qui ſimoniam committit, mortifere peccare.

Quæ regula locum habet nõ ſolum in ſimonia reali, vel conuentionali, verumetiam & in mentali, arg. c. fi. de ſimo. nam ibi DD. communiter inquiunt de ſimonia mentali agi, & per Romanũ Pont. iubetur, vt per pęnitentiam ſimoniachus ille Deo ſatisfaciat, ergo mortifere peccatur; ꝓ leuioribus enim culpis, & venialibus peccatis non neceſſario ſacramentum pęnitẽtiæ requiritur, vt declarauit Trid. Syno. ſeſſ. 14. de pęnit. c. De confeſſione verſ. Nam venialia; multis enim modis alijs ea expientur, vt dixit Glo. in c. vnũ orariũ. §. nunc aũt in verb. Quia facile d. 25. & ibi quoque Tur. Crem. vbi nouem modis ea tolli docet, ſcilicet Oratione dominica, aſperſione aquæ benedictæ, Euchariſtię, cuiuſlibet ue ſacramẽti ſuſceptione, eleemoſynis, generali parochi cõfeſſione, Epiſcopi benedictione, necnon ſacerdotis poſt miſſam, ac demum pectoris tunſione. Mortifere igitur & ſimoniachus mentalis peccat, atq; ſic colligit Nauar. in eod. ca. fi. num. 7. & idem inquit in Man. c. 23. nu. 103. paulo poſt principium, & Guliel. Redoan. de ſimon. p. 4. c. 8. nu. 38 & Gabric. Byel. d. 25. q. 2. verſ. Secundo not. lib. 4.

Item locum habet tam in emente, q̃ in vendẽte vel pro ſe, vel pro alio quis emat ob eaſdem rationes, arg. c. ſicut tuis prope finem de ſimon.
3 At quid † ſi in re leui ſimoniam quis committit, exẽpli gratia precij nomine dat quis numos quatuor ſacerdoti, vt vnam orationẽ pro ſe dicat, vel pauperi, vt ſemel pro ſe orationem dominicam, ſalutationemque angelicam recitet, an hic peccabit? Nonnulli exiſtimarunt hũc nõ peccare, quorum ſententia omnino mihi non probatur, nam eſto in omni fere materia de minimis non curetur. arg. l. ſcio. ff. de in integ. reſt. tamen, vbi rõ locum habet in re minima, quæ in maiori, idem in vtroq; ſtatuitur, arg. c. cum dilecta de contr. vtil.

vel inut.& l.illud.ff.ad l.aquil.at hic eadem ratio
eſt & in re leui, quãdoquidem ſpiritualia precio
æſtimantur,ob eam rem & hic cenſeo peccari.
4 Excipitur † tamen primo,vbi quis probabili-
ter ignorãtia iuris laborat,vt,poте,quia neſcit pre
cium pro ſpiritualibus dari non poſſe; nam tunc
non peccabit: probabili.enim ignorantia excu-
ſat quandoquidem voluntas non adeſt,argu.l.cũ
teſtamento,cũ l.ſeq.C.de iur.& fact.ignor. Qua
re Ruſtici,qui pro ſuorũ animabus anniuerſaria,
diuinaq; alia officia celebrãda curãt,ſi quod cle-
ricis præbent,eorum ſpiritualium preciũ eſſe ar-
bitrentur,non peccant, vt alibi etiam id ſupra di
ximus:quandoquidem iuſtã ignorantiæ cãm ha-
bent, ex quo raro hæc publice in Eccleſijs expli-
cantur. Addo eorum animum ad Eccleſiæ cõſue
tudinem accipi debere.

Secundo non peccat ſpiritualia recipiens,ſi ip
ſo inſcio alius ſpiritualia adminiſtranti precium
dederit;nam hic ignorantia facti eſt, & ob id ex-
cuſatur arg.c.apoſtolicę de cler.excom.min.& c.
ſi vero aliquis de ſen.excom.nam ignorãtia facti
in re aliena præſertim excuſat, vt habetur in l.fi.
ff.pro ſuo,& in l.regula.ff.de iur.& fact.igno. Qua
re,ſi cui beneficium,ordoue collatus ſit,alio pre-
cium dante,cum ipſe id omnino ignoret (cuiuſ-
modi caſus habentur in c.ſimoniacę,& in c.ex in
ſinuatione,& in c.nobis fuit,& in c. ſuper tuis li-
teris de ſimon.) eſto precium tribuẽs ſimoniam
committat,& peccet, recipiens tamen culpa om
nino vacabit arg.eorum iurium,quæ proxime ci
taui:non enim peccatum eſt, niſi volũtarium ſit,
vt dicitur 15.q.1.quod in ignorante deſideratur.

Poſtremo excipitur, vbi quis id non animad-
uertens precij nomine aliquid daret;nam tũc le-
uiter peccat;non autem mortifere,ſed de effectu
hoc ſatis,ad alios tranſeamus.

S V M M A.

1 *Gratia diuina ab eo amittitur, qui ſimoniam com-
mittit.*
2 *Sacramentum recipiens per ſimoniam eius gratiam
non conſequitur;quæ regula,quouſque pateat,decla
ratur.*
3 *Pœnitentia ſacramentum per ſimoniam acceptum
non valet.*
4 *Extrema vnctio per ſimoniam recepta non valet.*
5 *Sacramentum ſimoniace recipiens,ſacramenta alia
recipere ſine peccato non poteſt,niſi eum ſimoniaci
peccati pęniteat.*
6 *Simoniam committens apud Deum non meretur,ſi
quid boni operis ab eo fiat,niſi eum peccati pęnitue-
rit.*

§. I.

1 Gratia † diuina quoque ab eo amittitur, qui
ſimoniam cõmittit, vt dixit Archiep. Flor.
in 2.p Sum.tit.1.c.4.§.3.verſ.Et prima,quę
omnes inuoluit.Idque iure merito: nam,ex quo
mortifere peccat ſimoniam committens,vt pro-
xime probauimus,iure diuinam gratiã amittit,
gratia enim hæc gratia gratum faciens eſt, per quã
ipſe homo Deo coniungitur,vt dixit S.Tho. 2.2.
q.111.art.1.in reſp.ibi, Secundum hoc igitur du-
plex eſt gratia,at gratia hęc mortiferi peccati cul
pa tollitur,vt dixit S.Thom.ead.q.113.arti.2.in
reſp.ibi,Effectus autem diuinæ dilectionis in no
bis,qui per peccatum tollitur,eſt gratia, & q.87.
art.2.in reſp.verſ.Primo quidẽ ex parte,ibi, Quæ
quidẽ cauſæ.Nõ eſt igit,qđ hac de re dubitem°.

Item non ſolum gratiam gratum facientem ſi
2 moniachus amittit,vt dixi,verum etiam † ſi ſacra
mentũ aliquod per ſimoniã ſuſcipit, eius gratiã
non recipit:nã, eſto per ſacramenta omnia obicẽ
non opponenti,quantum in ipſis eſt,gratia cõfe-
ratur,vt aſſeruit Trid Synod.ſeſſ.7.de ſacr.cano.
6.& duobus ſeq.tamen,vbi obex ponitur,gratia
non confertur arg.cit.canon.6.à cõtrario ſenſu,
& facit c.1.cum multis ſeq.1.q.1. Idq; iure meri
to,nam gratia ſacramentorum ſe habet ad gratiã
gratum facientem, ſicut ſpecies ad ſuum genus,
vt dixit S.Tho.in 3.p.q.62.ar.2.in reſp.ad tertiũ,
& ob id poſita ſacramentali gratia,neceſſario po
nitur & ipſa gratia gratum faciens, per quam ani
mę eſſentia perficitur,ac diuinum quoddam eſſe
per ipſam ei tribuitur,atqui per ſimoniã gratia gra
tum faciens tollitur,vt proxime probauimus,er-
go nec gratia ſacramẽtalis datur,a quo enim ge-
nus remouetur, & quęuis eius ſpecies arg.l.ſi qđ
earum.§.interemptũ.ff.de leg.3.& Iaſ.in l.filius
à patre.nu.10.lib.10.ff.de libe.& poſth.Siue igi-
tur quis per ſimoniam baptiſmum recipiat, ſiue
Euchariſtiam,ſiue ordinem, aliudue ſacramen-
tum,ſacramenti gratiam non recipiet.
3 Tertio † qui per ſimoniam ſacramentum pęni
tentiæ,aut extremæ vnctionis recipit, nihil facit,
neutrum enim recipit. Non prius,quoniam aut
peccatum illud ſimoniæ confitetur,aut non con-
fitetur.Si non confitetur,confeſſio vti nõ integra
non valet,omnium enim peccatorum,quæ mor-
tifera ſunt,& quæ quis ſe cõmiſiſſe meminit,cõ-
feſſio eſſe debet,vt declarauit Trid.Syno.ſeſſ.14.
de pęnit.c.5.de confeſſ.verſ. Ex his colligitur, &
vt aſſeruit ead.ſeſſ.can.7.& habetur in ca.omnis
de pęnit.& vt DD.communiter inquiunt & Na-
uar.in Man.c.9.nu.14.Si confitetur,quoniã ſciẽs
in peccato perſeuerat,abſolui non poteſt, & ſi ab
ſolutio tribuitur,abſolutio non valet,arg.c.quòd
quidam de pęnit.& eorum,quę tradidit Trid.Sy
nod.ead.ſeſſ.de ſacr.pęnit.c.4. Pęnitentiæ ſacra
mentum igitur non recipit,qui per ſimoniam il-
4 lud ſibi dari conatur Non etiã † extrema vnctio
recipitur, quandoquidem in mortifero peccato
perſeueranti ſacramẽtũ hoc adminiſtratũ nullũ
eſt.Hæc igitur duo ſacramenta per ſimoniã acce
pta non valent,nam horum ſacramentorũ vis,at-
que effectus,quos conferunt,a gratia,quæ per ipſa
tribuitur,proficiſcuntur,at gratia in hoc caſu nõ
confertur,ex quo ſimoniam committendo mor-
tifere peccatur,ergo nec ſacramenta,ſublato enĩ
fundamento, nec reliqua adeſſe poſſunt,arg.l.1.
& 2.ff.de vſufruct.& c.cum Paulus.1.q.1.
5 Quarto,† qui ſimoniam cõmittit,ex quo mor
tifere

tifere peccat, ſacramenta alia recipere in eo peccato perſeuerans ſine mortifero peccato nõ põt; nam, vt DD. communiter concludunt, ad vnumquodq; ſacramentum ſuſcipiẽdum contritio poſtulatur, ne peccet, immo regulariter ad Euchariſtiam ſuſcipiendam confeſſio requiritur, vt declarauit Trid. Synod. ſeſſ. 13. c. 7. de ſacr. Euch.

6 Poſtremo† ſicut etiam alij in mortifero peccato perſeuerantes apud Deũ nõ merentur, ita nec ſimoniaci; quandoquidẽ opera in mortifero peccato facta Deo grata non ſunt, quamuis effectus aliquos operentur, vt habetur per Glo. in c. ꝙ quidam de pœnit. & remiſſ. & in §. quod autem querat hic aliquis de pœnit. d. 3. & ibi Nauar.

Excipiuntur tamẽ primo ijs omnes, quos mortifere non peccare antea aſſeruimus, ſcilicet ij, q aut ignorantia iuris, aut facti probabili laborãtes ſimoniam cõmiſſerunt, aut non animaduerterũt nam, ex quo mortifere non peccant, gratiam nõ amittunt, & ſacramentis recipiendis (preterquã quod recepta valent) gratiam ſacramentorũ conſequuntur, recipere alia diuina poſſunt, & apud Deum merentur; nam, ex quo ob mortiferũ peccatum ea damna patiebantur, ea cauſa ceſſante, effectus ipſius ceſſare debet arg. c. cũ ceſſante de appell. & l. addigere. §. quamuis. ff. de iur. patro.

Poſtremo excipiuntur, qui ſimoniam cõmiſerunt, ſed deinceps eius criminis pęnitẽtiam egerunt; nam tunc amiſſam gratiam recuperant non ſolum gratum facientem, verum etiam & ſacramentorum gratiam; ſi qua ſuſceperunt, quæ cum peccato eſſe poſſunt, cuiuſmodi ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Ordo, & Matrimonium; pęnitentia enim horum gratia recuperabitur, eſto per ſimoniã habita ſint; ſed de his effectibus ſatis: ad alios tranſeamus.

S V M M A.

1 *Infelices caſus ſimoniachos ſequi aliqñ ſolent; nam*
2 *Giezi ſimoniachus lepra percuſſus.*
3 *Simon Magus damnatus.*
4 *Iudas laqueo mortuus.*
5 *Monaſterium cum monialibus corruit.*

§. II.

1 Infelices caſus etiam† ſimoniachos quãdoq;
2 conſequũtur: nam Giezi† qui diuinam gratiam vendere voluit, lepra percuſſus eſt, vt habetur lib. 4. Reg. c. 4. Domus Ieroboam euerſa & deleta hanc ob cauſam dicitur lib. 3. Reg. cap. 13. & refert Glo. in c. eos. 1. q. 1. facit quoque c. ſi
3 cut eunuchus ead. q. † Simon Magus, qui gratiã Spiritus ſancti emere voluit, vt deinceps eã venderet, infelici caſu interiit damnatus, vt habetur
4 apud Act. Apoſ. c. 8. † Iudas Iſchariotes, qui Chriſtum Dominum vendidit, laqueo miſer crepuit, vt habetur apud S. Matth. c. 27. Infeliciter igitur
5 hi perierunt, vt refertur in ca. qui ſtudet. 1. q. 1. † Monaſterium ẽt, vbi moniales pro ingreſſu eius precium volebant, corruit extinctis monialibus omnibus vna excepta: nam, cum ſępius S. Hiero. per quãdam monialẽ eas admonuiſſet, vt illud ſimoniæ genus omitterẽt, nec audire ipſum voluiſſent: immo eam monialem, quę de mandato eius Sancti ipſas admonebat, irriſiſſent, eidem moniali apparens idem Sanctus eam è monaſterio extraxit pronuncians monaſterium caſurum, & moniales omnes interfecturum. Id quod factum comprobauit; nam ſtatim atque è monaſterio ea monialis egreſſa eſt, monaſterium corruens oẽs moniales interfecit, ita referunt Archiep. Flor. in 2. par. Sum. tit. 1. c. 4. §. 3. verſ. Quarta perditio, & Borgas. de Irregular. p. 6. in tit. de ſimon. nu. 91. verſ. Quarta, & Viu. in ſua Syl. opi. 724. num. 10. verſ. Vnde abſtinẽdum eſt. Infelices etiam caſus ſequi ait Rebuff. in Prax. benef. in tit. Quot modis beneficia acquirantur, num. 3. Ab huiuſmodi peſte igitur omnino cauendum eſt; ſed iam ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simoniachus ad æternos ignes damnatur, niſi eum ſimoniæ pœniteat.*

§. III.

1 Poſtremo† poſt huiuſce vitę curſum ſimoniachus ad æternos ignes damnatur arg. c. qui ſtudet, & ca. ſi quis neque. 1. q. 1. & vt ſenſit Archiep. Flor. in 2. p. Sum. tit. 1. c. 4. §. 3. in princ. & Couar. in reg. peccatum. 2. par. §. 8. nu. 8. verſ. Non me latet, ibi, Secundum DD. qui opinionẽ hanc communem ſentit, & Guliel. Redoan. de ſimon. p. 4. c. 9. nu. 25. prope finem, & c. 8. num. 38. vbi & ſimoniachum mentalem pœnam hanc pati ait. Id quod probatur etiam rationibus; nã hic mortifere peccat, vt ſupra probauimus: at mortifere peccans, niſi reſipiſcat, æternis illis ignibus cremandus traditur, vt ſacræ literæ docent. Hinc illud niſi pœnitentiam egeritis, omnes peribitis. Poſtremo, qui ſimoniam committũt, cum Simone Mago, & cum Giezi partem habere dicũtur in c. non ſatis, & in ſeq. & in c. conſulere, & in c. ſeq. de ſimon. at illi ad æternos illos ignes damnati ſunt, ergo & hic, niſi peccati huius eum pęniteat.

Excipitur tamen, vbi peccatum hoc pęnitẽtia quis delet: nam tunc veniam conſequitur, & grauiſſimas eas pœnas euadit arg. c. Matthæus, & c. de regularibus, & c. dilectus, & ca. fi. de ſimon. & cit. c. ſi quis neque 1. q. 1. & vt dixit Gulielm. Redoan. in 4. par. c. 8. nu. 38. Sed de pœnis, quæ à iure diuino ſunt, ſatis; ad pœnas, quæ à iure poſitiuo ſunt, tranſeamus.

De pœnis ſimoniæ, quatenus delictum eſt, quæ non iure diuino, ſed poſitiuo, & ab homine inferuntur. Cap. XVIII.

S V M M A.

1 *Pœna certa an præſcripta in ſimoniachos ſit.*
2 *Accuſatus, & infamatus de ſimonia, ſi clericus eſt,*

ſuſpendi interim poteſt, atque ei prohiberi, ne diuina faciat.

3 *Inquiſitus de ſimonia, & infamatus ſuſpendi interim poteſt ab officio.*

4 *Accuſatus, inquiſitusuè de ſimonia, & non infamatus, donec cauſa agitur, ſuſpendi ab officio interim non poteſt.*

5 *Purgatio canonica facienda ab eo eſt, contra quem ſimoniæ crimen per accuſationem, inquiſitionemuè obiectum eſt, & nulla ratione probatum, ſi adhuc in fama ſimoniæ laboret.*

6 *Purgationis canonicæ forma quænam ſit.*

7 *Purgatio canonica iniuncta infamato de ſimonia, & non conuicto, ſi facta non ſit, tanquam conuictus de ſimonia puniri debet.*

DE pœnis, quibus ſimoniaci diuino iure afficiuntur, egimus; iã de pœnis agamus, quæ alio iure poſitiuo in eoſdẽ inferuntur.
1 † Verum, antequam ipſas aggrediamur, contemplandũ prius eſt, an certa regula præſcribi poſſit, quæ pœnæ in ſimoniachos inferantur. DD. igitur, vt Ioa. de Anan. in Rub. de ſimo. & in ca. accedens de accuſ. & Fel. ibi. & Boer. deciſ. 117. nu. 3. & alij fere omnes certa regula id pſcribi non poſſe inquiunt, ſed modo hanc, modò illam inferri cõcludunt. Gloſ. vero in c. de hoc in verb. Deponendi de ſimon. & in c. dilectus filius 2. in verb. Seueritatis eod. ſimoniachorum pœnã depoſitionem eſſe ait. Addo ego in quibuſdã caſibus ſimoniachos ſemper excommunicari, & ſuſpendi, alijsque pœnis affici, vt habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. & in alijs Bullis, quas varijs in locis retulimus.

Quid igitur concludendũ? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur de pęnis, quę ipſo iure in ſimoniachos inferuntur: & in quibuſdã caſib. regulam certam dari poſſe cõcludo; & hoc ob eã rationem, quoniam in ipſis lex certam regulam præſcripſit, vt habetur in Extrauag. cum deteſtabile de ſimo. ibi enim, qui per realem ſimoniam ordinem, beneficiumq; eccleſiaſticum adeptus eſt, ipſo facto vt excommunicatus ſit, & collatio beneficij nulla ſanciuit. In hoc igitur caſu, & huiuſmodi certa regula tradi poteſt; quãdoquidẽ, qui ea ratione offendunt, prædictis pęnis ſemper afficientur. DD. igitur ſententia hic locum nõ habebit. Eſto alias eorum ſententia locum ſibi vindicare poſſit, non enim pœnas ipſo iure in vno caſu illatas, traducere ad aliũ à lege non expreſſum nobis licet, vt tradidit Gloſſ. communiter recep. in Clem. vnic. de conſang. & affin. in verb. Eos.

Aut quæritur de pęnis, quæ per ſententiam inferũtur; & in hoc caſu, ſi quæritur, an aliquæ pęnæ in ſimoniachos ſæpius, & pro regula inferãtur, ẽt contra eorundem DD. opinionem certam regulam tradi poſſe ſentio; ſæpius. n. depoſitionis pœna infertur, ſæpius infamiæ nota inuritur, & aliæ vt precii priuatio, vt uidebimus. Si vero quæritur an eædem in vnumquenque ſimoniachum inferri ſemper debeant, in hoc DD. ſententiam veriſſimam cenſeo, vt ſcilicet certa regula tradi non poſſit, ſed modo prædictas pœnas, modo ipſis leuiores: modo grauiores inferri oportere. Et hoc ob eam rationem, quoniam, cum ſimoniæ crimẽ modo leuius, modo grauius ſit, reſpectu habito, & ad delictum ipſum, & ad perſonam ipſum cõmittentem, & ad ſcandalum, & ad alias huiuſmodi conditiones, vt habetur in c. per tuas de ſimo. pœna delicti grauitati reſpondere debet, arg. ca. 1. de iis, quæ fiunt a maior. par. cap. a id ex factis pendet, vt per ſe patet, & factorum vti ſingularium certa ſcientia haberi nequit arg. c. 1. de conſt. lib. 6. ergo nec certa regula in hoc tradi poteſt, ſed vt infra videbimus, arbitraria pęna ſimoniaci puniuntur. In hanc igitur ſententiam opinio DD. & veriſſima, & interpretanda mihi videtur. Hac quæſtione ſic explicata; iam propoſitum noſtrũ aggrediamur. Verum, quòd nos de his pęnis agere volumus, quæ ſæpius in ſimoniachos inuri ſolent, eſto nõ ſemper debeant; ob eam rem vt materia hæc dilucidior reddatur, duo capita contẽplabimur. Primum, quæ pœnæ in eos inferantur, qui in quocunque ſpirituali, & in quocunque loco ſimoniam committunt. Alterum quæ in eos, qui in quibuſdam tãtum caſibus, & in aliquibus tantum locis ſimoniaci ſunt. Iam igitur primum caput aggrediamur, & prius, vbi criminaliter, deinceps vbi ciuiliter contra ſimoniachum agitur.

2 Prima pœna ergo, † quæ infertur in ſimoniachum clericum infamatum, & accuſatum, in quocunq; ſpirituali ſimoniam commiſerit, eſt ſuſpẽſio a diuinis; nã accuſatus de ſimonia, & infamatus interim ſuſpendi ab officio debet, atq; illud ei prohiberi, vt habetur in c. accuſatum iunc. Gl. de ſimo. Accuſatum, ſcilicet de ſimonia, dicitur enim ibi, neceſſe habuimus prohibere, ne miſſarũ ſolemnia celebraret; donec quid eſſet, verius conſtitiſſet. Addit Glo. ibi, Intellige de eo, q erat publice infamatus. Ecce hic aperte habetur accuſatum de ſimonia, & infamatum ſuſpendi a diuinis poſſe, idem ait Inn. ibid. Not. ait enim & ipſe, accuſatum ſuſpendi ab officio, & hoc eſt propter infamiam, idem inquit quoque Abb. n. 3. & Ioã. de Anan. ibid. & Mar. Soci. Sen. in c. ſicut nu. 9. eod. Communis deniq; DD. ſententia hæc eſt, quæ & probatur ratione. Primo, qm in omnibus delictis grauioribus, qui accuſatus eſt, ſi & infamia laboret, & cum accuſatione infamia concurrat, ſuſpendi ab officio interim põt, vt habetur in c. inter de purg. cano. & vt inquiunt Inn. Abb. ac DD. in cit. c. accuſatũ de ſimo. at crimẽ ſimoniæ grauiſſimum eſt, vt dr̃ in c. ſicut, & in c. tãta, & in c. per tuas eod. & in c. ſi. 1. q. vlt. ergo & hic ſuſpẽdi poterit. Idq; iure merito: nam ſi contrariũ fieret, ex quo publice infamatus eſt, ſcandalum, & offenſam Chriſti fidelibus daret diuina faciendo. arg. c. presbyter ſi a plebe, & c. ſi mala fama 2. q. 5. atq; ſic ſentiũt cit. auctores eiſdem in locis.

Contra concluſionem hanc tamen duo facere videntur. Primum quòd lite pendẽte nihil innouandum eſt, vt habetur in tot. tit. vt lit. pen. & in

Clem.

Clem.eo l. Item priuari ſua poſſeſſione, quis etiã non poteſt, argum. c. 1. iunctis allegatis, ibi à Gl. in uerb. Crucem deferre eod. in antiqu. ergo neque hic, antequam de ſimonia conuincatur, prohiberi poſſe debet, quominus diuina faciat. Atqui à propoſita concluſione diſcedendum nõ eſt ob rationes allatas. Nec repugnant proxime allegata, tum quod ſpeciatim in grauiſſimis criminibus contrarium cautum eſt, & in re noſtra in ca. accuſatum, & in cap. ſequ. eod. de ſimon. & ob id regulis propoſitis ſtandum non eſt, tum quod ea locum habent, ubi ſcandalum non datur, quæſtio autem noſtra eſt, ubi ſcandalum ob infamiam datur.

Pro regula igitur habebimus accuſatum de ſimonia, & infamatum interim ſuſpendi, ab officio poſſe, ac debere. Quæ regula locum habet in quocunque ſpirituali ſimonia commiſſa ſit, tum quòd generaliter loquitur de quocunque ſpirituali citat. cap. accuſatum, ut per ſe patet, & ut DD. inquiunt, in cap. ſequen. ergo generaliter, & ſimpliciter intelligi debet, arg. l. 1. §. & generaliter, ff. de lega. præſtan. & l. de pretio, ff. de publ. in rem act. tum quòd & rationes etiam ipſę generales ſunt, ſiue igitur ſit quis accuſatus, & infamatus, quod ſacramenta, aliaue diuina officia, iuriſdictionemque eccleſiaſticã pretio ductus adminiſtrauerit, ſiue quid aliud huiuſmodi fecerit, ſuſpendi debet ſi clericus ſit.

3 Item locum habet, † uel per inquiſitionem ſimonia contra ipſum propoſita ſit, nam concurrente infamia, ut in priori caſu dictum eſt, ſuſpendi ab officio hic quoque debet ob eaſdem rationes, quas in antecedenti concluſione poſuimus, & facit cap. inter de purg. canon. Immò & à beneficio, ſi criminis grauitas id poſtulet, arg. cita. cap. inter.

Tertiò pœna hęc, & omnes aliæ locum habent, eſto actus ſimoniacus nullus ſit, ut habetur in extrauag. 2. de ſimon. nam ibi excommunicati ſunt, qui beneficium per ſimoniam realem cõferunt, accipiuntue, eſto collatio nulla ſit, ut ibi dicitur, atque ſic in multis locis dixit Nauarr. in conſi. 33. de ſimon. lib. 5. uiden.

Poſtremò locum habet, quæcunque ſimonia commiſſa ſit, modo infamatus, accuſatus, inquiſituſue ſit.

4 Excipitur tamen † ubi accuſatus de ſimonia infamatus non eſt, tunc enim, dum cauſa agitur, ſuſpendi ab officio interim non poteſt, ita ſenſit Gloſſ. in eod. capit. accuſatum, & ſequuntur communiter DD. Idque iure meritò, ceſſat enim ratio ſcandali, quamobrem ſuſpenſio propoſita infertur.

Poſtremò excipitur, ubi clericus non eſt, qui ſimoniam commiſit: nam ſuſpenſio ab officio eccleſiaſtico fieri non poteſt, ex quo eccleſiaſticum officium non habet, ubi enim habitus non eſt, ibi, priuatio fieri non debet, argu. l. decem, & ibi, communiter not. ff. de uerb. oblig. Quare, ſi laicus, quo ſuo filio beneficium, ordoue conferatur, pecuniam tribuat, eſto infamatus ſit, & accuſatus, tamen ab officio, quod non habet, non ſuſpẽdetur, poterit tamen fortaſſe interdicto ſubiici, quo caſu ſacramenta ſuſcipere, diuiniſque intereſſe non poterit.

5 Verum, † quid ſi delictum deinceps probatum non ſit, & adhuc infamia uigeat, quid tunc fiet? Indicetur accuſato, inquiſitoue purgatio, ut habetur in re noſtra, in capit. de hoc de ſimon. cum enim Epiſcopus quidam clericis duobus beneficia promiſiſſet, quo ſuæ electioni conſentirent, Romanus Pont. de hoc conſultus mandauit, ſi promiſſa dicti clerici receperint, & aliqua ratione delictum conſtet, ut perpetuo deponantur. ſi uero id probatum non ſit, ſed tantum infamia publica laborent, canonica purgatio indicatur, ecce hic aperte habetur canonice purgare ſe debere, qui de ſimonia infamatus eſt, & accuſatus, ubi delictum probatum non fuit: idem habetur in cap. inſinuatum eod. & in c. cum Petrus M. de accuſ. & DD. omnes in citatis iuribus.

6 Purgatio autem canonica infamiæ † qua ratione fiat, tradidit Specu. in titu. de purgat. canon. & eum refert, ac ſequitur Petr Foller. in Prax. criminal. 2. par. iud. cap. 34. num. 9. nam infamis iurare debet corporaliter ſuper Sanctis Euangeliis ſe immunem eſſe à crimine, ob quod dicitur infamatus, ut habetur in cap. accepimus de purg. canon. In caſu noſtro igitur ſimoniæ crimen infamatus iurabit ſe, exempli gratia pro tali eccleſia, pro taliue re ſpirituali danda nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam, nec alium pro ſe ſciente pretium accepiſſe, dediſſeue, nec mandaſſe, neç conſilium præſtitiſſe, ut reciperetur, dareturue, nec receptum, datumue ratum habuiſſe. Quo iureiurando præſtito ab infamato compurgatores aſſumentur ad arbitrium iudicis pro grauitate criminis, & infamiæ, necnon pro qualitate perſonæ infamatæ, qui ibidem ad ſacroſancta Dei euãgelia iurabunt ſe credere infamatum uerum iuraſſe, uel de eorum conſcientia ipſum immunem eſſe ab eo crimine, & uerum iuſiurandum exhibuiſſe, ita dixit Foll. in re noſtra eod. numer. 9. & habetur etiam in cit. c. accepimus, & generatim, in c. conſtitutus & c. quoties eod. de purg. canon. Hac igitur ratione infamatus ſe purgabit, de qua purgatione uid. Diaz. in ſua Prax. canon. crim. c. 151. & Add. ad eum, ubi, ait nõ facile ad hãc purgationem ueniendum.

7 Si uero ratione hac † ſe purgare non poterit, quia ſcilicet iuſiurandum illud ſubire non uult, hominéſue non inuenit, qui immunem à crimine iureiurando aſſerant, tunc tanquam cõuictus puniri debet, ut habetur in cit. cap. de hoc de ſimon. nam de hac purgatione agens Sũmus Pon. inquit, ſi defecerint in ipſa, tanquam auctores tãti ſceleris puniendos eſſe, ergo ut conuicti puniẽtur, atque ſic not. Abb. ibi, & Ioan. And. & Anan. quem tamen uideas in cap. accedens de accuſa. idem habetur in eod. cap inſinuatum de ſimon. & in cit. c. cum Petrus M. & ibi, quoque Gloſſ. Abba. ac DD. & Diaz. eod. cap. 52. uiden. Pœna uero pro criminis grauitate, & pſonæ qualitate inferetur,

inferetur, iuxta ca. per tuas 1. de ſimon. Sed de hac prima pœna ſatis, iam ad alias tranſeamus.

S V M M A.

1 *Depoſitio eſt pœna, qua ſimoniaci puniri poßunt.*
2 *Depoſitio quid ſit, & quotuplex.*
3 *Deponi per ſimoniam quinam poßint.*
4 *Depoſitio an fiat, in quocunque ſpirituali ſimonia cõmiſſa ſit.*
5 *Depoſitio an fiat eius, qui ſimoniam commiſſit, vel ciuiliter, vel criminaliter de ſimonia, contra ipſum agatur.*
6 *Deponi non poteſt, qui per tranſactionem ſimoniam committit.*

§. I.

1 Secunda pœna † qua ſimoniaci puniri poſſunt, ubi cõuicti ſunt, ſi criminaliter agatur, depoſitio eſt, deponi enim poſſunt, ut habetur in cap. inquiſitionis de accuſ. & in c. 2. de confeſſ. & in cap. de hoc, & in c. inſinuatum de ſim. cum ſimil. Hinc Barba. conſi. 13. nume. 34. uolu. 3. deponendum quendam dixit, propterea quod per pecuniam prioratum à laico habuerat, & facit cit. cap. de hoc. Verum quo pœnæ huius cognitio dilucidior ſit, hæc contemplanda nobis ſunt. Primum, Depoſitio quid ſit, deinde qui homines deponi poſſint. Tertiò an imponi queat, in quocunque ſpirituali ſimonia committatur. Poſtremò, an pœna hæc inferatur, uel ciuiliter, uel criminaliter agatur.

2 Quoad primum igitur † depoſitio generatim, & communiter ſumpta eſt amotio perpetua à re ſpirituali, aut omnino, aut ab eius executione. Id quod hinc patet, quoniam per depoſitionem hanc quis priuatur aut beneficio, aut ordinis executione, ut habetur in allegatis iuribus. Hęc igitur breuis depoſitionis definitio eſt, ex qua duas eius ſpecies eſſe colligitur: quarum altera quis ab ordinis executione amouetur, quæ ſic definiri, poteſt. Depoſitio ab ordine eſt depoſitio, ac remotio perpetua ab ordinis executione, per hanc enim depoſitionem, quis priuatur, ne ordinis functiones exerceat, èſto aliter eam deſcripſerit Abba. in cap. etſi clerici, num. 7. uerſic. Not. quòd nõ omne crimen de iud. & ſequitur Dec. ibi, nume. 9. uerſic. Quintò not. & male, ut ex dictis conſtare poteſt. Altera uero, qua quis beneficio eccleſiaſtico priuatur, quæ & ſic deſcribi poteſt, depoſitio a beneficio eſt depoſitio, qua quis perpetuo beneficio priuatur. Et de hoc primo ſatis.

3 Quoad ſecundum, † ſcilicet quinam deponi poſſint, ex antecedenti quæſtione dignoſci facile poteſt. Nam, ut uidimus, per depoſitionem quis priuatur aut ordinis executione, aut beneficio eccleſiaſtico, at clerici tantum ordines habẽt, & beneficia eccleſiaſtica habere poſſunt, arg. ca. cum contingit de ætat. & qualita. ergo & ipſi tantum deponi poſſunt. Præterea clericos tantum deponi, ac depoſitos eſſe legimus, ut in cap. 1. de cler. pugn. in duel. & in cap. 1. d. 47. & in ca. qui ſemel d. 50. & in c. 1. d. 51. & in re noſtra in c. inquiſitionis, de accuſ. & in cit. c. de hoc, & c. inſinuatum, de ſimon. & in c. ea, quæ iunct. Gloſſ. periculum, & in c. dilectus filius, 2. iunct. Gloſſ. Seueritatis eodem, & expreſſum habetur in cap. ſi quis epiſcopus 1. q. 1. & hoc dixit etiam S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. in reſpon. Poſtremò facit, quoniam, ſi contrarium diceremus, ſcilicet laicos etiam, deponi poſſe, eo, quod quis nõ habet, priuari diceremus, quod abſurdum omnino eſt, non enim priuatio datur proprie, ubi habitus non eſt, arg. l. decem, & ibi, communiter not. ff. de uerb. oblig. ergo pro certo habendum eſt clericos deponi tantum poſſe, non autem laicos, qui neque beneficiorum Eccleſiaſticorum capaces ſunt, neque ordinem habent, & ob id, ubi diuina etiam fiunt, in choro eſſe nequeunt, ut habetur in c. ſacerdotum, de conſect. d. 1. not. Paul. Fuſch. de uiſit. & regimin. Eccleſi. lib. 1. cap. 20. nu. 3. Et de hoc itidem ſatis.

4 Quoad tertiam quæſtionem, † an deponi quis poſſit in quacunque re ſpirituali ſimoniam commiſſerit, breuiter concludo, in quocunque ſpirituali ſimonia committatur, deponi quem poſſe: Primò, quoniam ſpiritualia, in quibus ſimonia committitur, aut ordinis, aut iuriſdictionis ſunt, ut diximus antea, & infra ſuo loco probabimus, at depoſitio fit, & ubi ſimonia commiſſa eſt in iis, quæ iuriſdictionis ſunt, exempli gratia in collatione beneficii, & in iuriſdictione eccleſiaſtica deleganda, ut habetur in cap. de hoc, & in c. inſinuatum de ſimon. & in c. inquiſitionis de accuſ. & in c. 2. de confeſſ. & in c. ſanè, 15. q. 3. & in ca. 1. & in c. 2. ne prælat. uic. ſuas. Item, ubi commiſſa eſt in iis, quæ ordinis ſunt, ut in baptiſmo, euchariſtia, chriſmate, ordine, benedictione nubentium, & in exequiis mortuorum, & in monachatu, ut habetur in c. baptizandi, & in c. nullus epiſcopus. 1. q. 1. & in cit. cap. inquiſitionis, & in ca. ea, quæ, & in cap. ſuam nobis iunct. Gloſſ. fin. & in c. dilectus, 2. iunct. Gloſſ. Seueritatis, & ibi Abb. ac Felin. de ſimo. quæ partim ordinis, ſcilicet poſteriora, partim iuriſdictionis, ſcilicet priora ſunt, ut tradidit Gloſſ. communiter recept. in ca. tranſmiſſam de elect. ergo, ex quo deponi, quis poteſt, uel in iuriſdictione eccleſiaſtica, vel in ordine ſimoniam cõmiſſerit, in quocunque ſpirituali ſimonia commiſſa ſit, deponi quis poterit. Præterea eadem ratio, quamobrem deponitur, quis in propoſitis caſibus, ubi ſimoniam committit, & in aliis locũ habet, ſi in eis ſimonia committatur, non enim diuerſa ratio reddi poteſt, ergo & eadem iuris diſpoſitio, & ob id depoſitio locum habere debet, arg. cap. cum dilecta de confirm. util. uel inuti. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. Poſtremò depoſitio eſt pęna ordinaria ſimoniaci, ut dixit Gloſſ. communiter recept. in eod. cap. de hoc in uerb. Deponendi de ſimon. & habetur in cit. cap. dilectus filius, 2. iunct. Gloſſ. in uerb. ſeueritatis eo. ergo in quocunque ſpirituali ſimonia committatur, depoſitio locum ſibi uindicabit. Pro regula igitur habebimus deponi quem poſſe, in quocunque ſpirituali ſimoniam commiſſerit.

Quę

Quæ regula locum habet, quæcunque ſimonia commiſſa ſit, modo de ipſa conuictus fuerit, ſi enim non conuincatur, deponi non poteſt, quandoquidem hæc pœna non ipſo iure, ſed per ſententiam inuritur, ita Armill. in uerb. Simonia, n. 55.

Item locum habet, uel per accuſationem, uel per inquiſitionem, de ſimonia, quis conuictus ſit: nã de accuſatione non eſt quòd dubitemus, ex quo depoſitio ſimoniaci ordinaria pœna eſt, ut diximus, de inquiſitione, ita dixit Abba. in c. de hoc, numero 9. uerſic. In Gloſſ. in uerb. Deponendi de ſimo 1. & Zabar. in ca. 2. eod. & Anch. & Io. And. & habetur in cit. ca. inquiſitionis, & ibi Abba. ac DD. de accuſ.

Excipiuntur tamen laici: nam ipſi, ut diximus antea, pœnæ huius capaces non ſunt, & ob id pro delicti grauitate, perſonæque qualitate alia pęna puniuntur, arg. c. per tuas, de ſimon. & c. poſtulaſti de iudæ. iunct. l. 1. ff. de iur. delibe. & c. de cauſis, de off. deleg.

5 Secundò † excipitur, ubi per tranſactionẽ quis ſimoniam commiſit, non enim hic deponitur, ut probauimus in hac Tab. cap. 29 ſ. 2. nu. 3.

6 Poſtremò excipitur, † ubi ciuiliter de ſimonia agitur, tunc enim non ab ordinis executione deponetur, quæ ordinaria ſimoniæ pęna eſt, ut ſæpe diximus, ſed ab adminiſtratione, & beneficio remouebitur, ut dicitur in cit. cap. per tuas. uerſi. Tales ergo contra talem, & ut not. Abb. ibi num. 1. & Mar. Socin. Sen. num. 11. & idem Socin. in c. ſuper his, num. 14. cum ſequen. & ibi quoque Abba. de accuſat. & iidem in cap. de his eod. & Hælyas in pręſuppoſito ſuo in cap. 1. de teſtib. lib. 6. Idque iure merito, priuatio enim beneficii, ac dignitatis extraordinaria pęna eſt, & per ipſam uidetur remoueri quis tanquam indignus, & inutilis. Ex his non ſolum tertia, quæſtio diſſoluta eſt, uerumetiã & quarta, qua quærebatur, an deponi ſimoniachus poſſet tam ubi ciuiliter, quam ubi criminaliter agitur: nam ab ordine deponi, quis non poteſt, ex quo ordinaria pœna ſimoniaci eſt, niſi ubi criminaliter agitur, ubi ciuiliter uero à beneficio tantum, ut infra ſuo loco uidebimus.

Verum quis cum hoc diſpenſabit, ut ordinis executionem habeat, beneficiũue retineat? Pro regula habendum eſt, ubi depoſitio uerbis facta eſt Epiſcopum in his caſibus diſpenſare poſſe, in quibus ante depoſitionem poterat. Et e contrario, ubi tunc non poterat diſpenſare, neque nunc poſſe, atque ſic concluſit Abba. in cap. ex tuæ, nume. 16. de cler. non reſid. & idem Abba. in cap. at ſi clerici, ſ. de adulteriis, num. 14. uerſic. Quæro ad declarationem, & ibi quoque Felin. Deci. ac DD. ab eo cit. de iud. Caſus autem, in quibus Epiſcopus diſpenſare poteſt, in quarta Tab. explicauimus. Si vero depoſitio actu facta eſt, tunc tantum Epiſcopus depoſitum reſtituere ualet, ubi iniuria depoſitus quis eſt, aliàs autem Romanus Pont. cum hoc ſolum diſpenſat, ſed de hac pęna itidem ſatis, ad tertiam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Infamia notari ſimoniachus poteſt.*
2 *Infamia quid ſit.*
3 *Infamia quotuplex.*
4 *Infamia canonica quęnam ſit.*
5 *Infamia facti quęnam ſit.*
6 *Infamia iuris quęnam ſit.*
7 *Infamia, qua ſimoniachus afficitur, quænam ſit.*
8 *Infamia an ipſo iure, vel ſententia ſimoniachus afficiatur.*
9 *Infamia an afficiatur ſimoniachus tam dans, quam accipiens.*
10 *Infamia an ſimoniacus afficiatur, vbicũque, & in quocunque ſpirituali ſimonia commiſſa ſit.*
11 *Infamia an inferatur in ſimoniachum, ciuiliter, criminaliterue agatur.*
12 *Infamia iuris à quo tollatur.*

ſ. II.

1 Tertiò, † ſi criminaliter agatur, infamia notari ſimoniachus cõuictus etiam poteſt, ut habetur in cap. fin. 1. q. 3. & in c. ſane 15. q. 5. & ut not. Gloſſ. in cap. ex diligenti in uerb. ſimonia, & ibi Abba. ac DD. ubi materiam hanc tractant de ſimon. & Gloſſ. in cap. 1. in uerb. Mediatores de teſtib. li. 6. & in cap. ſi quis epiſcopus in uerb. Mediator, 1. q. 1. ſentit id etiam Abba. in c. de ſimoniace, ibi, & poteſt etiam ratio duplex de ſimon. & Menoch. de arb iud. lib. 2. centur. 5. caſ. 401. num. 26. Verum, quo materiam hanc dilucidiorem, & quatenus ad rem noſtram pertinet, abſolutam magis habeamus, de infamia hæc breuiter contemplanda nobis ſunt. Primum quid ſit. Deinde quotuplex. Tertiò, quæ infamia canonica. Quartò, quæ infamia facti. Quintò, quæ infamia iuris. Sexto, qua infamia ſimoniachus afficiatur. Septimò, an ipſo iure, ſententiaue ſimoniachus infamis fiat. Octauò, an ſimoniachus infamis fiat tam dando, quàm acipiendo. Nonò an ſimoniachus fiat infamis, ubicunque ſimoniam committit. Decimò, an ſimoniachus infamis fieri poſſit, quacunque ratione agatur, & ſic ciuiliter, uel criminaliter. Poſtremò, à quo infamia per ſimoniam inuſta tollatur. His enim explicatis, abſolutam materiam hanc habebimus.

2 Quoad primum igitur, † ut rem paucis abſoluamus, Infamia nil aliud eſt, quàm læſæ dignitatis ſtatus, legibus, & moribus improbatus, ita tradidit Bar. quem DD. communiter ſequuntur in l. 1. nu. 1. ff. de iis, qui not. infam.

3 Quoad ſecundum † infamia triplex eſt, alia canonica, alia facti, alia iuris, ita dixit Abba. in cap. teſtimonium, nume. 6. uerſic. ego in hac materia de teſtibus.

4 Quoad tertium † infamia canonica eſt infamia, quæ ex quouis peccato mortali naſcitur, argum. c. infames, 6. q. 1. & ut dixit Abb. in eod. c. teſtimonium ibid. uerſic. Secundò infamia, tollitur que peccato per pœnitentiam ſublato, ita de communi teſtatur Abba. eod in loco, & ſequitur etiam Syl. in uerb. Infamia. q. 6.

Quoad

5 Quoad quartum † Infamia facti eſt, quæ proficiſcitur ex facto aliquo, quamobrem homines de aliquo male ſentiunt, & ob id infamis ratione hac is dicitur, cuius opinio, ſeu nomen apud bonos, & graues uiros ob aliquod crimen læſum eſt, de hac egit Bart. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. Tollitur autem infamia facti per cõtrarium factum, ut habetur, in ca. inter ſolicitudines uerſic. Præcipiens. de purg. canon. & ut dixit Abba. in eod. cap. teſtimonium, num. 6. uerſicu. Nec obſtat iſte textus, & Mar. Soci. Sen. in c. accedens eod. de purga. canon. nume. 18. Qui ergo male uiuendo infamatus eſt, bene uiuendo famam recuperabit.

6 Quoad quintum † infamia iuris eſt infamia illa, quæ aut per ſententiam, aut ipſo facto inuritur in caſibus, in quibus iure cauetur, ut quis infamis ſit, qui caſus numerantur in le. 1. ff. de iis, qui not. infam. Et cauſis, quæ ciuili iure infamant, & pontificio homines infamantur: nam pro regula traditur, qui ſecundum leges infamis eſt, eum & canonico iure infamem eſſe, ita tradidit Abb. in eod. cap. teſtimonium, num. 6. uerſic. Ego in hac materia, de teſtib. & habetur in cap. omnes uero infames, & in cap. infames, 6. q. 1. Tollitur autem per Summum Pontif. Non igitur Epiſcopi eam tollere poſſunt, ita concludunt Abb. ac DD. in c. cum te, ubi res hæc agitur de te iud. In caſu noſtro autem quid iuris ſit, infra explicabimus.

7 Quoad ſextum † ſcilicet, qua infamia ſimoniachus afficiatur, DD. & Abba. in cap. ex diligenti, num. 6. & Mar. Socin. Sen. num. 15. uerſi. Sed quæro, qualis ſit iſta infamia de ſimon. concludũt iuris infamiam eſſe. Probatur autem primo, quoniam, ut ipſi inquiunt, ſcilicet Abba. Felin. Soci. ibid. infamia hæc, qua ſimoniachus afficitur, per principem tantum tollitur, ut ait Glo. in dicto c. ex diligenti, & ſequuntur ibi, DD. ergo iuris infamia eſt: nam infamia huiuſmodi per principem tantum tollitur, argum. l. 1. §. de qua, ff. de poſtulan. non autem reliquæ: nam canonica pœnitentia tollitur, infamia facti contrario facto, ut probauimus ſupra, & allegati DD. proxime inquiũt. Hãc rationem ſimpliciter ueram non eſſe, ſed ſecundum iura allegata in initio, ex iis, quæ infra dicẽtur, conſtabit. Præterea ſic argumentantur in ca. ſane 15. q. 3. comparatur crimen hoc ſimoniæ læſæ maieſtatis crimini, ergo, ſicuti infamia iuris quis ibi notatur, ergo & hic. Ad hanc rationem reſpõderi poteſt, ſi uera eſſet, & ſimoniachum infamia canonica, & facti quoque notari: nam, & in læſæ maieſtatis crimine, quis ſic notatur: qui enim crimen læſæ maieſtatis committit, ſine dubitatione mortifere peccat, & ob id infamiam canonicam ſubit, ut ex dictis conſtat. Item eius nomen apud bonos uiros ſine dubitatione læditur, quo caſu, quis in facti infamiã incurrit, ut diximus antea. Non igitur ratio hæc neceſſario concludit. Addo ego pro hac ſententia id, quod colligitur ex c. ſuper his, & not. ibi Abba. ac Socin. de pœniten. in dubio, ubi infamiæ mentio fit, iuris infamiam ſignificari. Ex quo igitur in cap. fin. 1. q. 3. & in cap. ſane, 15. q. 3. infamiæ mentio fit, iuris infamiam ibi agi, interpretandum uidetur. Quid igitur concludendum? Ego non diſcedens à communi opinione omnino, ſed eam declarans primum teneo in cit. iuribus, vbi uel præcipitur, ut ſimoniachus infamia notetur, uel infamis dicitur, de infamia iuris agi ob rationem à me proxime allatam, ſcilicet quoniam in dubio, ubi infamiæ fit mentio, pro iuris infamia accipitur. Deinde quoniam ſi contrarium diceremus, ex quo infamia hæc, ut uidebimus, inuritur per ſententiam, parũ operaretur ſi canonica infamia eſſet: nam pœnitentia ſtatim tolleretur, & ob id ſententia ludibrio quodammodo eſſet. Hinc factum eſt ob eãdem rationem, ubi excommunicationis ſimpliciter mentio fit, ut pro maiori excommunicatione accipiatur, ut in c. pen. de ſent. excomm. & ego in Tractatu meo de Cenſuris id egi. Canonica igitur eſſe nõ poteſt. Minus etiam infamia facti, quoniam, ex quo ob factum, quod quis commiſſit, ipſa oritur, ut uidimus antea, ſi ex ſententia oriretur, non ex facto orta diceretur. Addo, ex quo per contrarium factum tollitur, ſententiam parum operaturam. Concludo igitur cum communi ſententia, à qua in hoc non diſentio, ubi per ſententiam ſimoniachum infamia notandum iura mãdant, iuris infamiam ſignificare. Secundo loco ẽt concludo ſimoniachum ipſum non ſolum iuris infamia notari poſſe, uerumetiam ipſo facto in infamiam canonicam incidere, ex quo enim ea infamia, quis ob mortiferum peccatum notatur, nemo inficiabitur, ſimoniachum mortifere peccare, ex quo grauiſſimum delictum committit, & tale, quod reliqua crimina pro nihilo reputãtur, ut probauimus antea, hinc partem cum Simone ipſum habiturum, & cum Giezi dicitur in c. non ſatis, & in cap. ſequ. de ſimon. qui ad æternos ignes damnati ſunt, qua pœna puniuntur, qui mortifere peccarunt, & pœnitentiam non egerunt. De infamia quoque facti, ubi id notum eſt, ſimoniacum infamia notari, dubitandi locus non relinquitur: nam quis non reſpuat, & digito non mõſtret eum, qui ſpiritualia reddere uenalia conetur? Addo hoc etiam ſentire Abb. num. 6. in fine, & Feli. in cit. cap. ex diligenti, num. 3. de ſimon. nam, poſtea quam dixit in infamiam iuris ſimoniachum non incidere niſi poſt ſententiam in crimine, ſubiungit hæc, licet prius poſſit incurrere infamiam facti. Hæc ibi Felin. ex quibus aperte ſimonacum & infamiam facti incidere colligitur, & probatur per cit. cap. ex diligenti in fine, id quod & not. ibi Zabar. uerſic. Oppon. quia innuit. Nec repugnat, ſi dicatur Felin. non ſimpliciter dicere ſimoniacum in infamiam facti incurrere, ſed poſſe incurrere: nam ob eam rem id dixit, quoniam ea infamia non conſequitur, niſi ubi crimen notum eſt, ubi enim ignoratur, & eſt ignotum, infamia ceſſat, quandoquidem apud graues uiros non notatur, ex quo factum ab ipſis ignoratur. Ex his igitur patet ſimoniachum infamia iuris, & facti notari, & in canonicam etiam incidere.

8 Quoad ſeptimum, † an infamia hæc ipſo iure,

ſeu

ſeu facto inuratur, an ſententia, ex iam dictis canonicam infamiam, nec non infamiam facti ipſo facto inuri conſtat, modo in ſecundo caſu delictum notum ſit, ſtatim enim atque quis ſimoniã commiſſit, moitifere peccat, & ob id canonica infamia obuoluitur, item ſtatim atque crimen notum factum eſt, infamia facti laborat. Quoad infamiam etiam iuris, etſi ex dictis conſtare poteſt, tamen quò id notius fiat, rationibus etiam id ꝓbabitur, ſcilicet infamiam hanc per ſententiam inuri. Probatur igitur primò ſententia hæc per c. fin. 1.q.3. nam ibi, Romanus Pont. iubet, ut ſimoniaci nota infamię percellantur. Itẽ in c. ſane, 11. q.3. decernit Sũmus Pont. ut perpetua infamia ſimoniaci dãnẽtur. Si ergo iubet, ut percellãtur nota infamiæ: ergo ipſo iure non ſunt tales, et ſi decernit, ut damnentur perpetua infamia: ergo antea infames non erant, non enim condemnatione opus eſſet, etenim uerba hæc diſponunt, & actum futurum reſpiciunt, ut ſcilicet iudices ꝑcellant, & damnent ſimoniachos perpetua infamia, at uerba diſponentia, & actum futurum reſpicientia iudicis ſententiam poſtulant, ut docuit Abb. in cap. ſi diligenti, num. 18. uerſi. Si uerò ſunt uerba diſponentia de for. cõpet. Præterea facit, quoniam in dubio debemus interprætari pœnam potius per ſententiam inuri, quàm ipſo iure & ipſo facto, ut dixit Gloſſ. communiter recept. in ca. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & Abba. nume. 6. & DD. ergo idem hic, argu. l. interprætatione, ff. de pęn. ex quo enim cautum eſt, ut infamia notẽtur, per ſententiam id faciendum eſſe interprætabimur. Poſtremò facit, quoniam in aliis publicis criminibus infamis per ſententiam quis fit, arg. l. 1. ff. de iis, qui not. infam. Nec obſtat cap. ſane, 15. qu. 3. ubi comparatur crimen hoc cum crimine læſæ maieſtatis, quamobrem contrariam opinionem, ut ſcilicet ipſo iure ſimoniachus infamis ſit, amplexatus eſt Felin. in cit. cap. ex diligenti, propterea quod læſæ maieſtatis crimen ipſo facto infamiam inurit: nam eſto in aliis ſimile ſit, nõ tamẽ in hoc, quoniam contrarium habemus in cit. ca. fin. 1.q.3. & in cap. ſane 11.q.3. & facit quòd non in omnibus paria ſunt hæc delicta, ut habetur in cap. licet Hæly in fine, & ibi Gloſſ. in uerb. Alia pœna de ſimon. & Bero conſ. 207. num. 5. uol. 3. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus, quę benignior eſt, & ſequuntur eam Abb. & communiter DD. in eod. c. ex diligenti, num. 6. & Armil. in uerb. ſimonia, num. 55. ſcilicet ſimoniachum iuris infamia per ſententiam, & non ipſo facto notari.

9 Quoad octauum, †an ſcilicet tam dans, quàm accipiens infamia notari poſſit, concludendum breuiter eſt utrunque notari poſſe, tum quòd id habetur in cap. fin. 1.q.3. ubi de dante, & accipiẽte idem dicitur, tum quòd eſto de uno tantum diceretur, de altero tamen dictum idem intelligeretur: nam, ex quo dans, & accipiens correlatiua ſunt, diſpoſitum in uno ex correlatiuis locum habet in alio, argum. l. 1. C. de cupreſſ. libro 10. ubi Bart. pœnam impoſitam uendenti, & ementi impoſitam dixit. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus.

10 Quoad nonum, †an ſcilicet in quocunque ſpirituali ſimonia cõmittatur, infamia notari quis poſſit. Pro certo etiam habendum eſt pro quacũque ſimonia notari quem poſſe: nam ſimonia cõmittitur, aut in ſacramentis, aut in ſacramentalibus, aut in beneficiis eccleſiaſticis, ac dignitatib. aut in aliis ſpiritualibus, eiſue annexis, ut antea uidimus, at pro his omnibus eccleſia iubet, ut qs infamia notetur, ut habetur in cap. fin. 1. qu. 3. ſic enim ibi dicitur ſi quis præbendas, uel prioratũ, uel decanatum, aut honorem, uel promotionem aliquam eccleſiaſticam, ſeu quodlibet ſacramentum eccleſiaſticum, ut pote chriſma, uel oleũ ſanctum, & conſecrationes altarium, uel eccleſiarũ interueniente execrabili ardore auaritiæ per pecuniam acquiſiuit, honore malè acquiſito careat & emptor, atque uenditor, & interuentor nota infamię percelantur, & nec pro paſtu, nec ſub obtẽtu alicuius conſuetudinis ante, uel poſt aliquid exigatur, uel ipſe dare præſumat, quoniam ſimoniachum eſt, ſed libere abſque diminutione aliqua collata ſibi dignitate, atque beneficio ꝑfruatur. Hęc ibi, ex quibus propoſita concluſio optime probatꝰ ꝑterea eadẽ rõ in quauis ſimonia eſt, ergo eadem diſpoſitio in omni eſſe debet, arg. c. cum dilecta de confirm. util. uel inutil. & l. illud, ff. ad leg. Aqui. Addo DD. generatim de ſimoniacis loqui, ubi de eorum infamia agũt, ergo & nos de omni intelligemus, arg. l. cum de interprætatione, ff. de leg. Pro quacunque igitur ſimonia infamia notari quis poteſt. Excipitur tamen ſimonia mentalis: nam, ex quo eccleſiæ nota non eſt, in foro exteriori puniri ipſa non poteſt, nõ enim de occultis iudicat, ut dicitur in ca. ſicut tuis in fine, & in c. tua nos de ſimon. In pœnitentiæ foro igitur punietur, ut habetur in cap. fin. de ſimo. Secundò excipitur etiam ſimonia tam conuentionalis, quàm realis, ubi quis accuſatus de ea, & cõuictus non eſt: nam, ex quo, ut probauimus, per ſententiam infamia hæc inuritur, ſi quis nec accuſetur, nec conuincatur, de ſimonia non condemnari, ſed abſolui ipſum oportebit: nam actore nõ probante reus abſoluitur, ut dicitur in l. qui accuſare, ff. de edend. & de quæſtione hac etiam ſatis, iam decimam aggrediamur.

11 Quoad decimam quęſtionem, †concludendũ breuiter etiam eſt hanc infamiæ pęnã inuri, ubi criminaliter agitur. Primò, quoniam pęna hæc ad publicam uindictam pertinet, ut per ſe patet, & ob id ad publicum commodum inuritur, intereſt enim reipublicę, ut delicta puniantur, ut habetur in l. ita uulneratus, ff. ad le. Aquil. at ubi ad publicam uindictam, publicumque commodum pœna infertur, criminaliter agi dicitur, ut tradidit Gloſſ. in l. 3. in princip. in uerb Centum aureorum, ff. de ſepulcr. uiolat. quam communiter receptam eſſe teſtatur Bart. ibi, & Clar. in Prax. crimin. lib. 5. §. fi. q. 1. uerſ. Quarta ergo fuit opinio, ergo pęna hæc infertur, ubi criminaliter agitur. Secundò facit, quoniam nullum commodum priuatum

uatum hinc conſequitur,ut id quoque per ſe patet:ergo hac quoq; ratione,ubi criminaliter agitur,pœnam hanc inuri aſſerendum eſt:nam,ut citati auctores eiſdem in locis inquiunt, ciuiliter tum agi de crimine dicitur,ubi & priuatum commodum agitur. Poſtremò facit le.infamem iūct. Gloſſ.ff.de publ.iud. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus. Hęc autem locum habet, quicunque ſimoniam committat,& quamcunque ſimoniam,& in quocunque ſpirituali, eſt enim pœna, quæ non ſolum eccleſiaſticæ perſonæ,ſed non eccleſiaſticæ accommodata eſt.

Atqui an eodem tempore,& pro eodem ſimoniæ delicto,& deponi,& infamia notari quis poterit? Plane id poſſe dicendum eſt:nam ſic expreſſum id habetur in c.fin.1.q.3. non enim abſurdū eſt plotibus pęnis ob idem delictum, quē affici. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

12 Quoad poſtremam quæſtionem,†ſcilicet infamiam hanc quis tollere poſſit,breuiter concludo Pontificem Max.eam tollere tantum poſſe:nā ita ſenſit Gloſſ.in c.ex diligenti in uerb.Infamia,de ſimon.ibi enim ait cum tali infamia non diſpenſari niſi per Principem,at Principis nomine ſimpliciter prolato Summum Pōt.interpræetabimur. & ob id,ex quo de eccleſiaſtica re agitur,Pontificem Max.uerba enim re dubia,& ſimpliciter prolata in potiorem ſententiam accipienda ſunt, argum.l.cum quæritur,ff.de ſtat.homin.etenim,& ubi ius ciuile nominamus,ius ciuile Romanorū intelligimus & ubi poetam apud Latinos Virgilium,apud græcos Homerum accipimus,ut dicitur in §.ſed ius quidem ciuile uer.Sed quoties, in Iuſtit.de iur.nat.gent.& ciuil. Summus Pontifex igitur cum hoc infami diſpenſare tantum poteſt, atque ſic dixit quoque Abba.in cit.c.ex diligenti,num.6.uerſic.ſed infamia iuris eſt illa,& in fine,ibi,ſed dices,quomodo poterit inferior à Papa,& Zabar.uerſic.Oppo.quia innuit,ibi, ſed infamia iuris,& Ancharan.uerſic. Quintò not. Id quod & ratione etiam probatur: nam cum infami Summus Pontif.tantum diſpenſare poteſt,ut tradidit Innocen.in ca.cum te,in uerb. Infamia, ubi materia hæc tractatur de re iudic.& ſequitur Abb.ibi,num.10.iunct.num.14. & communiter DD. Poſtremò inferiores eccleſię Pręſides,ut Epiſcopi ſolum in caſibus diſpenſant , ubi id iure permiſſum ipſis eſt,aut tacito,aut expreſſe,ita Innoc.ait in eod.ca.cum te,& ſequitur Abb. ibid. & idem Innoc.in c.dilectus de temp.ordin.at in hoc caſu conceſſum id ipſis non reperitur , ergo diſpenſare non poſſunt. Addo pro hac ſententia facere,l.1.§.de qua,ff.de poſtulan. Pro regula igitur habebimus Romanum Pontif.ob ſimoniam infamatum ſententia intercedente famæ reſtituere tantum poſſe.

Excipitur tamen,ubi Epiſcopus contra ſententiam,ex qua infamia ſecuta erat,in integrum reſtitueret: nam tunc conſequeretur etiam famæ reſtitutio,ita habetur in l.1.§.de qua,ff. de poſtulan.& dixit Abba.in cit.ca.cum te,& ibi,DD.cōmuniter,idem Abba.in caſu noſtro,& Mat.Soci. Sen.in c.ex diligenti,in fine,de ſimon.etenim abſurdum non eſt,ut principaliter fieri aliquid prohibeatur,per conſequens uero permittatur , arg. l.1.& ibi,communiter not.ff.de auctor.tut.ſed iā ad aliam pęnam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Pœna arbitraria ſimoniachus puniri etiam poteſt.*
2 *Pœna arbitraria quamobrem, & quando ſimoniacbus puniatur.*

§. III.

1 §Poſtrema pœna,†quæ in ſimoniachos infertur,arbitraria pœna eſt,ad arbitrium iudicis enim puniri ſimonaci etiam poſſunt,ita inquiunt DD. Bald.in l.in eos,ff.de tutel. nā ibi, ait extra ordinem ſimoniachum per officium iudicis puniri,& ob id arbitraria pęna,& Redoan. in Tracta.de ſimon.p.4.cap.9.num.25.ubi pluribus rem hāc egit,ſic inquit,In correctione, & punitione huius criminis,non poteſt dari certa doctrina,ſed ſecundum qualitatem ſimoniæ aliter, & aliter punitur,idem dixit Menoch.de arbit.iudi.lib.2.centu.105 caſ.401.num.28.ubi & alios idem ſentiētes refert:nam & ipſe quoque ibi ait pro rei,facti,& perſonæ,qualitate arbitrariam pęnam ſimoniacho indici,& Boer.deciſ.117.num. 3.& Foller.in Prax.Crimin.Can.2.p.iudicial.c.18 prope finem,Vide tamen extrauagari in hoc facto,ait ibi,& in effectu iudex ſecundum qualitatem ſimonię perſonarum notorietatis,aut occultæ ſimoniæ ſcandali,aut non ſcandali,& an perſona incuſata ſit aliàs ſolita,uel non in talem labē incidere,quia multum attenditur, an ſit ſolitus, uel non,ſecundum Abba.in c.etſi quæſtiones,de ſimon.& an conſuetudo poſſit in aliquo excuſare,ac attenditis debitis circonſtantiis poteſt imponere,& arbitrari pœnam,non autem intelligas eſſe pęnam arbitrariam , ſed ubi reperitur certa pęna determinata,illa imponitur,niſi circunſtantiæ conſideratæ aliud ſuadeant. Ecce hic concludi à Foller.arbitrariam pęnā imponi poſſe. Non eſt igitur,ex quo tot doctiſſimi uiri hoc inquiūt, quamobrem dubitemus: Nam & probatur per c. per tuas de ſimon.ibi enim agens Summus Pon. qui teſtes contra ſimoniachum admittant, multa conſideranda inquit,& non ſolum modū,quo contra ipſum agitur,uerumetiam,& qualitas ipſius,ſcilicet utrum ipſe ſit regularis, quia renunciauerit mundo,an ſecularis, facilius enim,& ſine magno ſcandalo remouetur regularis ab adminiſtratione,quàm ſecularis,ut dicitur in cita. cap.per tuas prope finem,& ibi,Gloſſ.in uerb.lenioribus. Item reſpicitur,an inferioris gradus,an excellentioris ſit dignitatis.ſi enim,exempli gratia,Epiſcopus ſit,mitius agetur,ne ſcandalum tribuatur,ut ait Gloſſ.in eod.cap.in uerb.excellentioris. Tertiò,inſpicitur adhuc, utrum ante fuiſſet claræ opininnis,& bonæ famæ:nam & mitius, cum hoc agetur,ex quo non facile de huiuſmodi perſona delictum creditur,arg.c.cum in iuuen

tute,

tute de præſump. Quartò an grauiter infamatus, & ualde ſuſpectus. Quintò, utrum de facili poſſit puniri, & ſine ſcandalo, neque condemnari, ſi enim ſcandalum graue naſceretur, & ſine eo facile puniri non poſſet, pœna, qua poterit, punietur, argum. c. de hoc uerſi. Regem de ſimon. Hæc igitur & alia huiuſmodi iudex conſiderando pœnã grauiorem, leuioremue inferet, ac moderabitur.

2 At inquiet quiſpiam † cum tot in ſimoniachos pœnæ latę ſunt, ut uidimus, & infra etiam uidebimus, cur arbitraria pœna infertur? Ob eã rationem, quòd pœnæ in ſimoniachos pro certo latæ modo leuiores, modo grauiores eſſent reſpectu habito ad proxime dicta. Item imponi quandoque nõ poſſent, uel quia ſtatus hominis id nõ patitur, cuiuſmodi depoſitio, & beneficii priuatio ſunt, quæ laicis non conueniunt, ut diximus, uel quia ſine graui ſcandalo inuri non poſſent. Addo ob ſimplicitatem, & inſcitiam etiam in hoc errari poſſe, quamobrem nimis grauiter punirentur, ſi ordinarijs pœnis afficerentur. Iure igitur arbitraria pœna, permiſſum eſt, ut inuratur. Hinc dignoſcitur non omnino uerum id eſſe, quod inquiunt, quidam certam pœnam in ſimoniachos præſcriptam non eſſe, contrarium enim ſupra nilum eſt, eſto reſpectu habito ad iam dicta, iudex modo ipſas moderetur, modò augeat, modo alias inferat, ut alibi ſupra diximus.

Pro regula igitur habebimus ſimoniachos arbitraria pœna puniri poſſe, quæ regula locum habet non ſolum, ubi eccleſiaſtica perſona ſimoniã committit, uerumetiam, & ubi laica, immo tunc magis dicendum id eſt, quandoquidem in laicos raro pręſcripta pœna eſt: nam ſolum in ſimonia reali in beneficio, & ordine ipſo iure excõicatus reperitur in extrauag. cum deteſtabile de ſimo.

Item locum habet, quæcunque ſimonia commiſſa ſit, & probata fuerit.

Tertiò locum habet in quocunque ſpirituali ſit commiſſa.

Excipitur tamen, ubi præſcripta, certa pęna eſt, & nulla ratio ſuadet, quamobrem ab ipſa diſcedatur, uel maior, minorue inferatur. Et de pęna hac ſatis, iam ad pęnam, quæ infertur, ubi ciuiliter agitur, tranſeamus.

De pœna ſimoniæ, ubi ciuiliter agitur. Cap. XIX.

S V M M A.

1 *Beneficio priuari, & adminiſtratione officij ſimoniacbus poteſt, ubi ciuiliter agitur.*

1 QVARTO pęna, † quæ in ſimoniachos infertur, eſt remotio ab adminiſtratione, & beneficio, id eſt beneficii priuatio, ubi ciuiliter agitur, remouentur enim tanquam inutiles, & damnoſi, atque ſic dicitur in c. per tuas 1. uerſ. Sed ciuiliter de ſimon. & nota. Abb. ibi, nu. 1. & Mar. Soci. Sen. n. 11. & idem Abba. in c. ſuper his, nu. 4. uerſi. Vltimo not. & Mar. Socin. Sen. nu. 15. de accuſ. Eſto igitur ad publicum commodum agatur, tamen ciuiliter agi dicitur, ex quo nõ agitur, ut ab ordine deponatur, ad publicã uindictã, ita DD. alleg. in cita. iuribus etenim, ubi agitur ad priuationem officii, ſeu beneficii, & nihil applicatur fiſco, iudicium ciuile dicitur, ut de communi ſententia teſtatur Iul. Clar. in ſua Prax. crimi. lib. 5. §. fin. q. 1. uerſ. Quintus caſus. Parochiani ergo, ſi ob ſimoniam ſui Parochi agãt, ut beneficio priuetur, ciuiliter agere dicentur.

Hæc autem pœna locum habet in quocunque ſpirituali ſimonia committatur. Item quæcunque ſimonia uel conuentionalis, uel realis. Excipiuntur tamen laici: nam, quòd beneficium eccleſiaſticum non habent, ob eam rem eo priuari nequeunt, arg. l. decem, ff. de uer. obl. Alia igitur pęna pro delicti grauitate punientur, argu. l. 1. ff. de iur. delib. & c. de cauſis de off. delega. Et de pęna hac itidem ſatis.

Huc uſque pœnas iuris poſitiui enumerauimus, quæ in ſimoniachos per ſe inferri ſolent pro quacunque ſimonia, iam eas, quæ per accidẽs inferuntur, id eſt in aliqua tantum ſimonia, quod ſecundo nobis agendum erat, enumeremus: Et quoniam hę in quatuor caſibus locum habẽt. Primum, ubi ſimonia hæreſim cõiunctam habet, deinde, ubi in Romana curia eſt commiſſa. Tertiò, ubi in electione Romani Pont. Poſtremò, ubi cõfidentialis eſt, ideo ſigillatim has pęnas, quæ in his caſibus inferuntur, & prius primi caſus, ubi ſimonia hæreſim coniunctam habet, ponamus, id quod in ſeq. præſtabimus.

De pœnis ſimoniæ, ubi hæreſim coniunctam habet, Cap. XX.

S V M M A.

1 *Simonia an hæreſis ſit.*

2 *Simonia hæreſis eſt, ſeu hæreſim coniunctam habet, ubi ſpiritualia emens, vendensue credit venalia eſſe, & temporali pretio æſtimari poſſe.*

3 *Simonia hæreſim coniunctam non habet, ubi quis ſolum habẽdi auiditate ſpiritualia emit, aut vendit lucri faciendi gratia.*

4 *Simonia cur aliquando hæreſis, & ſimoniaci cur hæretici in iure nominentur.*

5 *Simoniæ pęna, ubi hæreſim coniunctam habet, eadem eſt, qua hæreticus afficitur.*

DE pęnis agendum mihi propoſui, quæ in ſimoniacos inferũtur, ubi eorum ſimonia hæreſim coniunctam habet. Verũ, ut rem hanc dilucidiorẽ habeamus tria hic contemplabimur. Primum, an ſimonia hæreſis proprie ſit, & ob id ſimoniachus hæreticus. Secundò, eſto nõ ſit, an aliqñ eſſe cõtingat. Poſtremò, ubi hęreſim cõiunctã hẽt, quibus pœnis ſimo-

niaci huiuſmodi afficiantur.
1 Quo ad primam quæſtionem igitur† uidebatur dicendum ſimoniam hæreſim eſſe. Et hoc ob eam rationem, quòd in multis iuribus ſimonia hæreſis nominatur, & ſimoniaci hęretici dicuntur. Nam primum de ſimonia habetur in ca. quoties de ſimon. ibi enim, cùm quidam ordinem p̃ ſimoniam ſuſcepiſſet, ſic ait ibi Romanus Pontif. Peruenit ad nos, quod per ſimoniam hęreſim fueris ordinatus. Ecce hic appellat Romanus Pont. ſimoniam, ſimoniacham hęreſim. Eadem ratione nominat eam Gregorius in c. fertur, 1. q. 1. Cũ enim ipſi nunciatum eſſet ſimoniam Francorum Regnum inuaſiſſe, ſic ait. Fertur ſimoniacha hæreſis, &c. in regni ueſtri finibus dominari. Ecce hic quoque ſimoniam dici ſimoniacam hęreſim. Idẽ habetur in c. quicunque, & in c. cum liqueat ea. q. 1. & in c. quanto, 2. q. 5. Ex quibus omnibus iuribus manifeſtò conſtat, ſimoniam hæreſim appellari. De ſimoniacis etiam, ſcilicet, & ipſos hæreticos dici habetur in c. fin. 1. q. 7. Patet ſimoniacos, ueluti primos, & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos, ait enim ibi Paſchalis Papa, & ſi commoniti non reſcipuerint, ab exteris etiam poteſtatibus reprimendos. Omnia ẽt crimina ad comparationem ſimoniacę hæreſis, quaſi pro nihilo reputatur. Hæc ibi, ex quibus patet ſimoniachos nõ modo hæreticos dici, ſed primos, & præcipuos hæreticos, & ſimoniam ipſam hæreſim eſſe.

Contra ſententiam hanc tamen multa faciunt, quæ contrarium ſuadent, quamobrem ſimonia crimen diuerſum ab hæreſi dicendum uidetur. Nam primò definitio ſimoniæ non conuenit definitioni hæreſis, ſimonia enim, ut poſuimus in initio, eſt uoluntas emendi, uel uẽdendi ſpirituale, uel ſpirituali annexum: hæreſis autem eſt infidelitatis ſpecies ad eos pertinens, qui Chriſti fidem profitentur, ſed eius dogmata corrumpunt, ut dixit S. Thom. 2. 2. q. 11. art. 1. in reſpõ. Ex quo igitur non eandem definitionem habent, ergo eadem ſpecie eſſe nõ poſſunt: cui enim hominis definitio non conuenit, homo eſſe non poteſt. Præterea ſimonia eſt habitus, qui eſt in uoluntate, hæreſis uerò in intellectu. Ex quo igitur diuerſis potẽtiis nituntur, hac etiam ratione eædem non ſunt. Accedit, quoniam, ſi ſimonia hæreſis eſſet, non diuerſo nomine nominarentur, nec in diuerſis locis tractarentur, at diuerſo nomine nominantur, & in diuerſis locis tractantur, & notiſſimum id eſt, ergo non idem ſunt, arg. l. ſi idem, C. de teſtam. Poſtremò, ſi ſimonia hæreſis eſſet, non ſolum, qui realem ſimoniam in ordine, beneficioue committeret, ſtatim excommunicatus eſſet, uerum etiam &, qui ſimoniam conuentionalem, item & aliquando, qui mentalem, quando ſcilicet ex parte ſimoniaci executioni mandata eſſet, item in omnibus ſpiritualibus: nam quacunque ratione ad hæreſim exprimendam apta hæreſis exprimitur, in excommunicationem quis incidit, ut DD. cõmuniter concludunt, & ego in meo Tractatu de Cenſuris probaui, at ſimoniachus ſolum in excommunicationem incidit, ubi in beneficio, ordineue ſimoniam committit, ut habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. & ut nos antea ſuò loco id probauimus: ergo ratione hac quoque conuincitur ſimoniam hęreſim non eſſe, nec ſimoniachos hæreticos eſſe nominãdos. Quid igitur concludendum?

Ego ſic diſtinguendum, & propoſita iura, & rationes, & ob id propoſitas ſententias, ſic conciliã
2 dãs cenſeo. † Aut, qui ſimoniam committit, credit gratiam, & ſpiritum ſanctum, & ob id ſpiritualia huiuſmodi emi, ac uendi, & pretio temporali æſtimari poſſe, & in hoc caſu ſimoniachus hic hęreticus eſt ſine dubitatione, & ſimonia hęc hæreſis, quandoquidem contra fidem eſt, quæ aſſerit ſpiritualia hęc uendi non poſſe, tum quòd temporali pretio æſtimari nequeunt, quamobrẽ S. Petrus Simonem illum impium reprehendit in Act. apoſt. cap. 8. dum dixit. Pecunia tua ſit tibi in pditionem, quoniam exiſtimaſti Spiritum Sanctum pecunia poſſideri, tum quòd ſpiritualium huiuſmodi homines domini non ſunt, tum quod id uetuit Deus illis uerbis, Gratis accepiſtis, gratis date, atque ſic tradidit S. Tho. 2. 2. qu. 100. art. 1. in reſpon. Qui ergo ratione hac ſpiritualia uendi poſſe contendit, ac credit, ſine dubitatione hæreticus eſt, ſi ea emere, uendereue conetur, & ſimonia tunc commiſſa, hæretica ſimoniã eſt, atque ſic ſentit S. Thom. ibid. & communiter concludunt DD. Innoc. Anchar. & Anan. in c. quoties de ſimon. & Abb. & Mar. Socin. Sen. & idem Abb. in c. ſicut ſimoniaca eo. idem Soci. in Rubr. eo. nu. 19. & in c. licet Hæly, n. 55. eo. & Gulicl. Redoan. de ſimo. p. 4. c. 10. n. 3. Aut non cre-
3 dit hoc, † ſed ſolum, qui emit, uehementer auet habere beneficium, ordinem, aliaue ſpiritualia, & ob eam rem pretium tribuit, qui uero alienat, ut lucretur, pretiũ accipit, & in hoc caſu, ex quo ſpiritualia non idcirco ęſtimari temporali pretio, ac uenalia reddi credunt, eſto ſimoniaci ſint, & ſimonia committatur, non tamen ipſi hęretici ſunt, nec ſimonia hæc hęreſis eſt, ita cit. auctores eiſdem in locis communiter concludunt. Qua ratione hodie pauci ſimoniaci hæretici fortaſſe ſunt, quãdoquidem quę præſtant, potius tribuũt, quo inducant accipientem ad ſpiritualia ſibi tradenda, quàm quòd ſpiritualia uenalia eſſe arbitrentur, ut dixit Abb. in c. per tuas, 1. n. 10. de ſim. Hac igitur ratione opiniones propoſitæ conciliã
4 dæ ſunt. † Nec repugnant iura in initio quęſtionis huius allegata, quę ſimoniam ſimpliciter hæreſim nominant, & ſimoniachos hæreticos. Nam ea ratione nominantur, uel quòd de ſimonia ibi agebatur, quæ coniunctam hæreſim habebat, uel quòd prima fronte, qui ſpiritualia uendunt, emuntue, quaſi uenalia ab ipſis haberi ęſtimãtur, & ob id quaſi hæretici dicuntur, uel quod Simon Magus, qui in noua lege primus ſimoniam commiſſit, hęreticus fuit: nam præter alias hæreſes, hanc etiam habuit, quòd credidit Spiritum Sanctum pecunia emi poſſe, id quod Sanctus Petrus, ut antea uidimus, illi obiecit illis uer-

bis Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam dona Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri, atque ſic dixit Sot. de iuſtit. & iur. lib. 9. q. 5. art. 1. in fine. Simoniaci ergo ob has rationes hæretici dicuntur, & ſimonia hęreſis. Non igitur proprie hæretici ſunt ipſi ſimoniaci, atque ſic dixit Archiep. Flor. in 2. p. Sum. tit. 1. cap. 5. in uer. Ex his, & S. Thom. ead. q. 100. art. 5. in reſpõ. ad primum & Mar. Sociu. Sen. in Rubr. num. 15. cum ſeq. de ſimon. Ex his iam patet, an ſimonia hęreſis proprie ſit, & quando hęreſim coniunctam habeat. quas duas quæſtiones contemplandas nobis propoſuimus.

3 Quoad tertiam quæſtionem, † ſcilicet quibus pœnis ſimoniaci afficiantur, ubi ſimoniam cum hęreſi coniunctam habent. Quòd materia hæreſis eſſet omnino explicanda, ſi uniuerſa, quæ de hæreſi dicuntur, inſerrere huc uellemus, ob eam rem pro regula habebimus hos ſimoniachos generatim iis pœnis affici, quibus hæretici afficiuntur, quę autem eorum pęnæ ſint, habentur in c. excommunicamus 1. & 2. de hæret. in antiq. & in c. cum ſecundum leges, & in c. ſuper eo eod. li. 6. & tot. titu.

Et hæc regula locum habet, quæcunque perſona ſit, uel eccleſiaſtica, uel non eccleſiaſtica, quippe, quia pęnæ huiuſmodi ad quoſcunque accommodatæ ſunt.

Item locum habet quæcunque ſimonia, & in quocunque ſpirituali commiſſa ſit. Immò uel mentalis, modò de ipſa conuictus ſit, extrinſecuſque hæreſim expreſſerit.

Poſtremò locum habet, eſto ſimoniam quis non commiſſerit, modo tamen credat, & aſſerat ſpiritualia temporali pretio uendi poſſe, ut hoc ꝑ ſe patet: ſed de pęnis hiſce hactenus, ad pęnas eorum tranſeamus, qui in curia Romana ſimoniam committunt: id quod ſecundo loco explicãdum nobis propoſuimus.

De pœnis eorum, qui in Romana Curia ſimoniam committunt. Cap. XXI.

S V M M A.

1 *Bulla Gregorii de datis, & promiſſis pro gratia, vel iuſtitia, refertur.*
2 *Curiæ nomine quid comprehendatur, quod ad bullam hanc pertinet.*
3 *Cauſa quænam ſint, pro quibus habendis ſimonia ſi committatur, in pœnas huius bullæ quis incidit.*
4 *Simonia, quæ requiratur, quo in pœnas prædictę Bullæ quis incidat.*

SECVNDO loco explicandũ nobis propoſuimus pęnas, quæ inferuntur in eos, qui in Romana Curia ſimoniam committunt. Verum quòd ipſæ cõpræhenduntur tam Bulla Bonifacii Octaui, quam Gregorii XIII, ſed uberius in Bulla Gregorii, ob eam rem Gregorii Bullam tantum inſerẽdam huc curaui. Præterea, quod propoſitę pęnæ locum habent ſolum, ubi in curia ſimonia committitur, ideo Curiæ nomine quid comprehendatur, præmittẽdũ duxi. Sicut etiam Gratiæ, Iuſtitiæque nomine, ꝓ quibus habendis ſimonia committitur, ſi quid ꝑtii nomine detur, promittaturue, ac demum pro qua ſimonia hæ pęnæ inurantur. Hęc igitur quatuor præmittenda ſunt, quibus præmiſſis pęnas explicabimus id quod faciendum mihi antea ꝓ 1 poſui, iã igitur, ut rẽ aggrediamur Bulla hęc ẽ. †

Gregorius Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ab ipſo Pontificatus noſtri principio quam maxime poſſumus enitimur, atque contẽdimus, ut domus, & Curia noſtra à ſordibus expurgetur. Cui rei ſalubri conſilio incumbens fęlic. record. Bonif. Papa VIII. excõmunicauit, & anathematizauit omnes Clericos, Religioſos, & laicos utriuſque ſexus, ſiue familiares Curiæ, ſiue undecunque alios, qui aliqđ pactum facerent, ſeu quid paruum, uel magnum promitterent, uel promiſſionem reciperent, aut ex pacto, uel promiſſione occulta, uel manifeſta, ſiue ſub uerbis generalibus, & plene non expreſſis, ſiue ſpecialibus, & aperte expreſſis facta, quicquam darent, aut reciperent pro iuſtitia, ſiue gratia, ſiue pro ſe, ſiue pro alio, in cauſis, uel iudiciis, ſeu alias per literas Apoſtolicas, & quibuſcunq; aliis modis apud ſedem Apoſtolicam obtinẽda, & eam ſententiam ad promittentes, & acceptãtes, danteſque & recipientes duxit extendendã: Illos etiam, qui ſibi intra triduum non renunciarent eum, quem in culpa eſſe ſcirent, uel alicui ꝑ quem ad ſe fideliter referretur, ſimili uoluit ſententiæ ſubiacere. Ac decreuit, ut nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam, abſque ſpeciali mandato ſuo abſolutionis beneficiũ ualeret obtinere, niſi in mortis articulo cõſtitutus. Sed nec quiſquam admitteretur ad abſolutionis gratiam, niſi prius erogatum eſſet pauperib. quãtum ille dediſſet, uel etiam recepiſſet. Iuſtitię, uero, ſiue gratiæ expeditiones ſic obtentę nullius prorſus eſſent roboris, uel momenti, & ſcienter illis utentes ſimili ſententia innodauit, ac reſeruans ſibi abſolutionem eorum cum prædictis, ad pęnas ſimiles in omnibus obligauit. Sed hoc ſcelus ita hodie in more inductum eſt, ut pleriſque cupiditate improbi quæſtus potentiorũ ſuffragationibus adniti huiuſmodi negociorum expeditiones hac illac conquirentes turpiſſime nũdinentur. Alii alios, quos gratia præſtare arbitrantur, donis, pollicitationibuſque ambiãt. Quidam etiam ſe talium operam, atque induſtriam pretio, & muneribus quæſiſſe affingant. Quę cũ peſſima ſint, & Curiæ prædictæ exiſtimationem grauiſſime offendant, in eos, qui talia agunt animaduertendum fore arbitrati, Conſtitutionem prędictam, cu ſuis cenſuris, & pœnis omnibus innouamus, eaſdemque omnes extendimus ad audentes quæcunque horum facinorum, quæ adſcripſimus, danteſque illis, & aliis ſupradictis, auxilium, conſilium, uel fauorem. Quin e-

tiam eos omnes omni beneficio,& officio eccleſiaſtico,& ſeculari,ſiue temporali,ſiue perpetuo, ipſo iure priuamus,ac priuatos eſſe declaramus, & prӕterea infamiæ ſubiectos perpetuo,ac inhabiles,ad illa,& alia eſſe uolumus,à quibus etiam, prout quæque res erit,tales pœnæ exigantur,quę cæteris ſint exemplo:illis tamen, qui rem adhuc incognitam,compliceſque ac fautores, & ſocios retexerint,impunitas concedatur.Datum Romæ apud S.Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M D LXIIII. Nonis Nouembris, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Hæc eſt Bulla Gregorii, iam ſecundum aggrediamur, ſcilicet Curiæ nomine qui comprehendantur.

2 Quoad ſecundum ergo,†ex quo Bulla hæc locum ſibi in Curia Romana Pontificis uindicat, Curiæ nomine accipitur hic primum ipſemet Sūmus Pontifex,& ſedes Apoſtolica,ſecundo magiſtratus omnes tam ordinarii, quàm delegati ipſius,& Apoſtolicę ſedis,quorum opera utitur ad cauſas,quę apud ſe aguntur. Id quod probatur primò illis uerbis,vt domus,& Curia noſtra à ſordibus expurgetur, illis enim ſignificatur finis, q̄obrem cōſtitutio hæc promulgata eſt, ſcilicet ut domus,& Curia Romani Pontif.à ſordib.expurgetur,& domus, & Curia eius prædictos in primis comprehendit,ergo ipſi Curiæ nomine accipiuntur. Prӕterea conſtitutione hac puniūtur, qui gratiam,iuſtitiamue datione,promiſſioneue conſequuntur,ut expreſſum hoc habetur in ipſa: at hæc haberi tantum poſſunt à Romano Ponti. in primis:deinde à prædictis iudicibus,ac magiſtratibus:ergo Curiæ nomine iam dictos comprehendi concludendum eſt,alioquin parietes accipiendi eſſent,quod non minus abſurdum, quàm ridiculum eſt. Poſtremò id ſenſit etiam Nauarr. in Comment.huius Bullæ,num.29.not.18. uerſ. Tertiò nam ibi declarans,quinam in pœna huius Bullæ incidat,inquit omnes illos,& ſolos incidere in has pœnas,qui faciunt actiones prędictas ꝑ iuſtitia,uel gratia obtinēda ab ipſomet Papa, uel eius Summa ſede,uel ab officiariis,aut delegatis eorū, quatenus ſunt tales, uel ſubdelegatis eorū intra curiam eius,uel ubi Papa reſidet. Hæc Nauarr.ex quibus propoſita concluſio probatur,ſcilicet Curiæ nomine Romanum Pontificem,ac ꝓdictos comprӕhendi, in quorum numero ſunt Summus Pœnitentiarius,Vicarius Papæ,Auditores Rotę,nec non Cameræ Apoſtolicæ, & hmōi.

Ex hoc iam cōſtat primò in pœnam huius Bullæ eos incidere,qui pretio nituntur,gratiam,iuſtitiamque conſequi à Romano Pont.nōn ſolū ubi eſt in Curia,uerum etiam,& ubi extra Curiā, id enim fieri poteſt,ut habetur in Clem.ne Romani,§.ſaue uerſic.Eo tamen addicto de elect. Itē & è contrario,ſi à Curia prędicta, quis impetret eadem ratione,eſto Papa ibi non adſit,ut aſſeruit Nauar.eod.uerſic.ibi,Dixi intra curiam, uel ubi Papa reſidet.

Conſtat ſecundò,ex quo Bulla hæc locum habet ſolum,apud ſedem Apoſtolicam, & curiam, locum non habere apud alios iudices etiam eccleſiaſticos,neque in eorum curiis, ex quo enim lata conſtitutio hęc eſt,ut Domus, & Curia Apoſtolica ſordibus expurgetur,ergo non in aliis locum habet,arg.l.cum prætor,ff.de iud.& ca. non ne de præſumpt.atque ſic dixit Nauar.eod.no.& uerſic.ibi Secundò,quòd actiones ſimiles factæ. Eſto igitur apud legatos de latere,alioſque nuncios Apoſtolicos,necnon præſides prouinciarū, apudue Epiſcopos, eorumue curias delicta per hanc Bullam prohibita committantur,ea tamen committentes in pœnas eius non incident, non enim in Curia Apoſtolicæ ſedis,nec apud Pontificem fiunt,quod requiritur, atque ſic concluſit etiam Nauar.eod.uerſ.Non etiam locum habet in parochis,& ſacerdotibus,qui animarum curā gerunt in urbe,quandoquidem non ſunt de domo,& Curia Romani Pon.eſto ſint,ubi eſt Curia Quare in pœnas non incideret, qui per ſimoniā ſe baptizandum ibi curaret.

Conſtat denique multo minus locum habere hanc conſtitutionem in curiis aliorum Principū laicorū, & de hoc iam ſatis, tertiū aggrediamur.

3 Quoad tertium,†ſcilicet quæ cauſæ illę ſint,in quibus,ſi iuſtitiam,gratiamue quis obtineat aliquo dato,promiſſioue in pœnas Bullæ huius incidat. Breuiter concludo omnes cauſas eſſe,q̄ apud Apoſtolicam ſedem,& Curiam tractantur,uel ordinis,uel iuriſdictionis ſint. Id quod hinc probatur primum,quoniam iuſtitia,& gratia in his cauſis tantum requiritur à Romano Pontif. & à ſuis iudicibus,& hoc per ſe patet. Poſtremò, quoniā Gregorius in hac Bulla referens eos,quos excommunicauit Bonifacius Octauus,inquit eos excōmunicaſſe,qui promiſſionem,dationemue facerent,pro iuſtitia,ſiue gratia obtinenda in cauſis, uel iudiciis,ſeu aliàs apud ſedem Apoſtolicam, ut habetur in initio Bullæ ibi, Excommunicauit iunct.uerſic.Pro iuſtitia,ſiue gratia,& uerſicu.In cauſis,uel iudiciis,at cauſę,& ea quę in iudiciis, ſeu aliàs extra iudicium apud Sedem Apoſtolicam,eiuſue curiam aguntur,aut ordinis, aut iuriſdictionis ſunt(hoc enim negari non poteſt)iure igitur,quo in pęnas huius Bullæ, quis incidat ob dationem,promiſſionemue, aut gratiam,aut iuſtitiam in his cauſis conſequi conatus eſſe dēt.

Quare,qui gratiam quampiam cōtra Bullam hanc obtinere conabitur,exempli gratia aut diſpenſationem in matrimoniis, in irregularitatibus,ne reſideat ī beneficio,ut plura beneficia curam animarum habentia retinere ſibi liceat, Aut indulgentias,aut abſolutiones a cēſuris, aut a uoto,aut a iureiurando,& huiuſmodi,aut ut de beneficio ei prouideatur(hæc enim omnia per gratiam conceduntur)Qui itidem iuſtitiam, exēpli gratia,ut iudex ſibi detur,in omnibus his caſib. hi pęnis huius Bullæ obligabuntur. Immò eiſdē pęnis obligabitur,qui ne iuſtitia,gratiaue fiat eadem rōne operatur cū ob rōnes,quas reddit Nauar.in eo.Coment.no.9.n.19.uerſ.Quinto infertur,ſcilicet ueriſſimile non eſſe Romanos Pont. uoluiſſe eos puniri, qui pro gratia, iuſtitiaue uera aliquando darent,eos uero, qui pro iniuſti-

tia

tia obtinenda quid promitterent, cuiuſmodi prędicta ſunt, impune abire, ex quo & iuſtitia fieri dicitur, eſto iniuſte iudicium feratur, arg. l. ius pluribus modis dicitur, ff. de iuſt. & iur. tum quòd, q hæc conſequuntur, gratiam conſequũtur. Qui ergo ratione hac dilationes longiores, breuioreſue dandas curat: qui ſententiam interlocutoriã, definitiuamue proferendam, litem, iudiciumq; ꝓrogandum, morandumque à iudice impetrat, & id generis, in pęnas huius Bullæ incidet, atq; ſic dixit Nauar. num. 17. uerſ. Ex quibus eod. Quicquid igitur dixerit Gloſſ. in Extrauag. Bonifac. in uerb. Sub generalibus, quæ contrarium ſentit, audienda non eſt. Hę igitur ſunt cauſæ, in quib. Bulla hęc locum habet, uel ſcripto, exempli gratia p Breue, literaſue alias Apoſtolicas gratia, iuſtitiaque impetrentur, uel ſolo uerbo concedantur, nihil enim intereſt, quoad modum ea acquirẽdi, ut habetur in Bulla in uerſ. Per literas Apoſtolicas, uerbum enim Quibuſcũque aliis, omnes modos complectitur, arg. c. ſolitę, §. fi. de maior. & obed. atque ſic dixit Nauar. in eod. comment. not. 17. num. 29. Et de hoc tertio itidem ſatis.

4 Quoad quartum denique, † quod præmittẽdũ nobis duximus, ſcilicet, quæ ſimonia requiratur, ut in pœnas Bullæ huius quis incidat (tres enim, quaſi ſpecies ſimoniæ DD. faciunt, ſcilicet mentalem, conuentionalem, ac realem, ut ſuo loco uidebimus) quoniam ſimonia locum habet tantũ in ſpiritualibus, eiſue annexis, antequam quęſtionem propoſitam diſſoluamus, contemplandum, prius breuiter eſt, an Bulla hæc locum habeat ẽt in cauſis, quæ à Romano Pont. ab eiuſue iudicib. obtinentur, & ad laicam iuriſdictionem ꝑtinent, Romanus enim Pont. in eccleſiaſtico ſtatu iuriſdictionem laicam habet, ſicut alii Reges, ac Principes in ſuis regnis. Quoad quęſtionem hanc igitur Nauar. in Commentario huius Bullæ no. 17. nu. 29. uerſ. Tertiò, locum nõ habere in huiuſmodi cauſis aſſeruit, quamobrem etiam concluſit, q aut apud Gubernatorẽ, uel Vrbis, uel Burgi, aut apud Iudices Capitolii, delegatoſue eorum, immò, & apud ipſum Papam pro iuſtitia, uel gratia temporali obtinenda contra Bullam hanc uenit, non incidere in pœnas ipſius, eſto mortifere peccet & hoc ob has rationes. Primum, quoniã Bulla hæc de iuſtitia, & gratia obtinenda apud ſedẽ Apoſtolicam loquitur, ut habetur in ipſa in principio, & paulo poſt, at ſedes Apoſtolica, quatenus talis eſt, reſpectum habet ad ſpiritualia tantũ, & ſic tam ad ea, quæ ordinis, quàm iuriſdictionis eccleſiaſticæ ſunt: ergo non ad iuriſdictionem laicã pertinet, etenim, quæ apud Romanum Pontificẽ ſiunt tanquam Regem, non dicuntur fieri apud eum, quatenus eſt Papa. Præterea facit, quoniam uerba proprie, & formaliter intelligenda ſunt, argum. l. in delictis, §. extraneus, ff. de noxal. act. ubi dicitur ſciente domino non feciſſe aliquid ſeruũ, antequam eius ſeruus eſſet, ſicut etiam teſtamentum militis non dicitur ante militiam factum, in l. Titius, ff. de milit. teſt. nec dicitur Papam uidiſſe, qui eum uidit, dũ Cardinalis eſſet. Poſtremò, quoniam grauius peccant iuriſdictionem eccleſiaſticam offendendo, quàm laicam, quandoquidem ſpiritualis maior temporali eſt, & excellentior, ſicut ſol ipſa luna, & aurum plumbo, ut dicitur in c. ſolitæ de maio. & obed. & in c. duo d. *96.* Contrariam ſentẽtiam nihilominus ego ſequor, ut ſcilicet locum habeat in iuriſdictione temporali, & ſic laica. Primùm, quoniam propoſitũ Romani Pont. eſt, quod in proęmio ait, expurgare Curiam ſuã à ſordibus, & ſic ab auaritia, & hęc ratio finalis, ſeu finis proximus eſt, quamobrem cõſtitutio propoſita lata eſt, ut ex ipſa Bulla cõſtat, at ſi de ſpiritualibus tantum conſtitutio loqueretur, finis propoſitus non conſequeretur, quandoquidem nõ minus in ſpiritualibus cauſis, quã in temporalibus ſordes committuntur, ergo, ex quo ratio, & in illis locum habet, & diſpoſitio locum habere debet, arg. c. cum dilecta, de cõfirm. util. uel inutil. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. Præterea pro hac ſententia facit, quoniam, ubi ratio legis generalis eſt, eſto factum ſpeciale ſit, tamen quouſque ratio pertinet, eouſque lex trahitur, ut habetur in l. pe. §. pe. & ibi not ff. de iur. & fact. ign. ergo extrauag. hæc & ad laicam iuriſdictionẽ ꝑtinere debet, quãdoquidem ratio, & finis ipſius, quæ eſt, ut expurgetur Curia à ſordibus, generalis eſt, & ad utranque iuriſdictionem ſpectat. Nõ repugnant modo propoſita: nam, eſto ſedes Apoſtolica proprie iuriſdictionem ſpiritualem habeat, tamen communis loquendi uſus, qui inſpiciendus eſt, ar. l. librorum, §. quod autem caſſius & ibi Gloſſ. ſingu. ff. de leg. 3. habet, ut ad ſedem Apoſtolicam ire dicatur tam is, qui pro re ſpirituali, quàm, qui pro temporali ire contendit. Et quamuis Romanus Pontif. Rex quoque ſit, non tamen unquam dicitur ad regem ire, qui ad Apoſtolicam ſedem uenit. Non etiam repugnat, quod dicitur ſpiritualem iuriſdictionem eſſe maiorem laica: nam non idcirco conſequitur ad laicam conſtitutionem hanc non pertinere, eſto magis ad ſpiritualem pertineat, & pro ſpirituali, in primis promulganda fuerit. Conſtitutio igitur hæc tam in ſpirituali, quàm in temporali gratia, iuſtitiaue obtinenda locum habet, atque ſic poſtea reperi prætorium ſacræ pœnitentiariæ cõcludere, & exceptionem ipſius Naua. non admittere apud eundem Nauar. in add. ad conſ. 16 in fine de ſent. excom. lib. *6.*

Hoc præmiſſo quoad quęſtionem in primis ꝓpoſitam, ſcilicet in qua ſimonia Bulla hæc locũ habeat, ubi in ſpiritualibus, eiſue annexis cõmiſſa eſt. Pro certo primum pono in ſimonia reali locum habere: nã Gregorius referens eos, quos Bonifacius excommunicauit, cuius conſtitutionẽ & ipſe confirmat, inquit eos excommunicaſſe, q ex pacto, uel promiſſione quicquam darent, aut reciperent pro iuſtitia, gratiaque & idcirco ubi uterque promiſſum executioni mandauit, ut habetur in uerſicu. Aut ex pacto, uel promiſſione, ergo ubi realis ſimonia commiſſa eſt Bulla hæc locum habet, ipſa enim tunc committitur, ubi promiſſum ab utroque præſtitum eſt ſaltem ex

parte,& ſic executioni ſimonia mandata eſt, ut
DD.communiter concludunt,& nos ſuo loco ꝓ-
babimus. Accedit,quod Bulla hæc, ut modo ui-
debimus,& in conuentionali ſimonia locum ha-
bet,ergo multo magis,ubi realis eſt,locum habe
bit,arg.auth.multo magis,C.de ſacroſ.eccl.

Secundo pro certo etiam pono in ſimonia cō-
uentionali Bullam hanc locum ſibi uindicare:nā
per eam puniuntur etiam,qui pactum aliquod ſa
cerent,ſeu quid paruum,uel magnum promitte-
rent,uel promiſſionem acciperent, ut dicitur in
uerſic.Qui aliquod pactum facerent,& ſic puniū
tur,qui promiſſionem tantum fecerunt, ipſamq;
acceperunt,eſto à neutro promiſſum executioni
mandatum ſit,at ubi pro ſpiritualibus conuētio,
promiſſioue tantum interuenit de aliquo dādo,
faciendoue,& executioni mandata non eſt, con-
uentionalis ſimonia committitur,ut infra ſuo lo-
co probauimus,ergo & in ſimonia conuentiona-
li Bulla hæc locum habebit.

Verum quid de ſimonia mentali, ubi ſcilicet,
quidpiam datum,acceptumque eſt pro gratia,iu
ſtitiaque obtinenda nullo pacto,nullaue conuen
tione intercedente,ſed ſolo animi affectu,quo ca
ſu ſimonia mentalis committitur,arg.c.fin.de ſi-
mon.an & in hac hęc Bulla locum habebit? Vide
batur dicendum locum non habere ob cit. c.fin.
de ſimoū.ubi nullam pœnam à iure poſitiuo illa
tam ſimoniachum mētalem pati ibi dicitur, ut
DD.not.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus:
ſcilicet Bullam hanc etiam locum habere,ubi ali
quid datum,acceptūque eſt,pro iuſtitia,uel gra-
tia,eſtò nulla pactio,nullaque promiſſio anteceſ
ſerit,Tum quod id habetur in uerſi. Et eam ſen-
tentiam,ibi Danteſque,& recipientes:nam poſt-
eaquàm Bonifacius excommunicauit,qui aut pa
ctum facerent,de aliquo dando pro gratia, iuſti-
tiaue,aut qui ex pacto,promiſſioneue aliquid da
rent,acciperentque,eam cenſuræ ſententiam ad
dantes,recipienteſque extendit,ut dicitur in eo.
uerſic.ergo de dante,& recipiēte, ubi promiſſio
pactioque non interuenit,accipi debet extēſio il
la,non enim ad caſum trahi poteſt: ubi conuen-
tio præceſſit, & ex conuentione datum aliquid
eſt,ex quo extenſio de ſe ipſo ad ſe ipſum fieri nō
poteſt,Tum quod id dixit Nauarr. in eod. com-
ment.not. 18.num.3 1.uerſi. Ex quo ſequitur,ibi
enim ſic inquit,Ex quo ſequitur, quod quicunq;
dat,uel recipit aliquid pro iuſtitia,uel gratia,&c.
etiam nullo pacto,nulla promiſſione,nulla acce-
ptatione præcedente, incurrit has pęnas. Hęc Na
uarr.ubi eam concluſionem colligit ex allegato
uerſic. Conſtat igitur,& ubi pactio, conuentioq;
nulla interuenit,ſed ſimpliciter quidpiam datū,
acceptumque eſt pro gratia obtinenda,& idcir-
co in ſimonia mentali Bullæ huius pœnas locum
ſibi uindicare. Nec repugnat cit.cap.fin. Primo
ob eam rem,quod ibi id cautum non eſt,ut in ca
ſu noſtro,in ſimonia enim ſimpliciter mentali lo
cum habere poteſt, non autem in hoc caſu,no-
luit enim Legiſlator augere pœnas in hoc caſu,
quandoquidem grauius offenditur, ex quo Ro-
manam Curiam, Apoſtolicamque ſedem hiſce
ſordibus inficere quis conatur,quę aliarum ma-
giſtra eſſe debet,& eſt. Nec repugnat, ſi dicatur
Eccleſiam de occultis non iudicare,ut dicitur in
c.ſicut tuis,& in c.tua nos de ſimon,nam uerum
illud eſt, in delicto animo tantum concepto
ſecus autem, ubi externo aliquo ſigno delictum
eſt patefactum, tūc enim eccleſia de his iudicat,
ut in huiuſmodi caſibus habetur apud Gloſſ. in
Clem. 1.§.uerum in uerb. Eo ipſo de hęret.eſto
enim iudex id ignoret,non tamen lex,quæ certa
eſt,arg.§.fin.in Inſtit.de uerb.obliga. Poſtremò
ſimpliciter uerum non eſt ſimoniachum menta-
lem non puniri,ut probauimus infra in 2. p.cap.
2.§.1. A propoſita igitur ſententia diſcedendum
non eſt.

Excipio tamen in hoc caſu,ubi parū quid da-
tum, acceptumque eſt, in hoc enim caſu pœnas
huius Bullæ locum non habere ſentio,tum quòd
rei paruitas & à mortifero peccato,& à reſtitutio
ne excuſat,ut ait S. Thom.2.2.q.59.art.4.in reſp.
ad ſecundum,& q.66.art.6.in reſpon. ad tertiū,
& facit,l.ſcio,ff.de iuriſd.omn.iud.tum qđ mo-
dicæ rei datione ſimonia non committitur, arg.
cap.& ſi quæſtiones de ſimo.tum quòd Bulla hęc
lata eſt,ne iudices rei datione moueantur, id qđ
re parua fieri exiſtimandum nō eſt,atque ſic ſen
ſit etiam Nauarr.in eod.Comment.not.10.Hoc
autem quantum,ac quale ſit,iudex arbitrabitur
iuxta cit.ca.& ſi quæſtiones. Eſto contrarium ſen
tirem,ubi pactio,& conuentio etiam de re parua
interueniſſet,ut infra in capite de pretio diſputa
ui. Poſtremò excipiuntur omnes caſus,in quibus
ſupra ſimoniam nō committi probauimus: nam
nec in hoc caſu ſimonia cōmittetur, ſi uno ex di-
ctis modis quidpiam detur,promittaturue, aut
accipiatur. Quare ſi pro mercede laborum quid
tribuatur Bulla hæc locum nō habebit,atque ſic
ſenſit Nauarr.eod.not.17.uerſic. Sed iis non ob-
ſtantibus. Immò de mercede laborum conueni-
ri poterit,ut pote cum aduocato, procuratore, ta
bellione,& etiam cum ſolicitatore, quandoqui-
dem non pro gratia,iuſtitiaque conſequenda pa
ctio fit,ſed pro laboribus,atque ſic dixit Gloſſ.in
extrauag.Bonifacii,& Nauarr.eod.num.34. Lici
te igitur pactum hoc fiet,Rogo te,ut diſpenſatio
nem habendam mihi cures ab irregularitate,uel
abſolutionem à cenſura, & pro tuo labore tantū
tibi dabo. at ſi diceretur dabo tibi centum ſi cu-
raueris mihi conferendum beneficium uel diſpē
ſationem dandam,ſecus.

Iudicibus etiā ſportulæ,nec non xenia de mo-
re tribui poterunt,modo plus iuſto non tribuan-
tur,ut dixit Nauar.ibid.nu.35.

Poſtquam itidem gratia obtenta eſt,Bulla hęc
ceſſat,ſi quidpiam detur:nam Bulla loquitur,ubi
quidpiam datur,promittiturue pro gratia, iuſti-
tiaque obtinenda,ut habetur in uer. Iuſtitia,ſeu
gratia,ergo ſecus pro iam obtenta,incluſio enim
unius,alterius excluſio eſt,arg.l.cum prętor,ff.de
iud.& c.non ne de præſum. Præterea prohibitio

nis

nis ratio ceſſat, ſcilicet ſubornationis timor, ergo & prohibitio arg. c. cum ceſſante de appel. Poſtremo id videtur dari, vt gratus quis appareat, quod naturali iuri conſentaneum eſt, vt ſcilicet benefaciẽti benefaciamus, atque ſic aſſeruit Nauar. pluribus eod. not. 17. nu. 31. verſ. Quinto dico. Hoc tamen verum interpretor, modo, quod poſt datur, antea promiſſum non eſſet; tũc enim Bulla locum ſibi vindicaret, vt per ipſam patet. His quatuor præmiſſis; iam pęnas ponamus, quę in eos inferuntur, qui ſimoniã hãc committunt: id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Excommunicati ſunt ipſo iure, qui per ſimoniam iuſtitiam, gratiamue obtinere nituntur; quę regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Familiares Curiæ, qui dicantur.*

3 *Epiſcopi ſimoniam hanc etiam committentes, Bullãque offendentes excommunicati ſunt.*

4 *Curantes ſibi mandatum dari ad iuſtitiam, gratiamue impetrandam precio interueniente, pactioneue, excommunicati ſunt.*

5 *Quærentes donis, & pollicitationibus eorum gratiã, qui apud eos valent, ad quos iuſtitiam, gratiamque facere pertinet, excommunicati ſunt.*

6 *Fingentes ſe dediſſe precium, munera ue iis, qui gratia valent apud eos, ad quos pertinet gratiam, iuſtitiamque facere, excommunicati ſunt.*

7 *Conſilium, auxilium, fauoremque ad hæc præſtantes excommunicati ſunt.*

8 *Non denunciantes, qui ſimoniam hanc committunt, ipſo facto excommunicati ſunt.*

9 *Abſolutio excommunicationis huius Romano Pontif. reſeruata eſt.*

10 *Acceptum ob hanc ſimoniam, & contra hanc Bullã, inter pauperes diſtribuendum eſt.*

11 *Anathemate prædicti obligati quoque ſunt.*

§. I.

SPœnas nobis explicandas propoſuimus, quæ in eos inferuntur, quibusque ij puniuntur, qui in Romana Curia ſimoniam committunt. Et quoniam nouem ſunt, ideo tres hic, reliquas in ſeq. explicabimus.

1 Primum igitur † ipſo facto excommunicati ſunt, qui iuſtitiam, gratiamue per ſimoniã in Romana Curia habere conantur, vt habetur in propoſita Bulla in initio.

Hæc autem pœna multis modis amplificatur. Nam primo reſpectu habito ad perſonas eam cõmittentes locum habet in quocunque perſonarũ genere; ſiue enim clerici, ſiue religioſi, ſiue laici vtriuſque ſexus in hoc offenderint, in pœnam hanc incidunt, vt dicitur in ead. Bulla verſ. Anathematizauit omnes clericos.

Item vel familiares Curiæ ſint, vt habetur in
2 eod. verſ. († Familiares autem Curiæ dicuntur, qui ijs inſeruiũt, qui in curia ſunt, & cum ipſis aſſidue commorantur, arg. c. licet de priuileg. & c. fi. de verb. ſigni. & Clem. vlt. de celebr. miſſ. & vt dixit Rebuff. in ead. Prax. in regu. 3. cancell.) In curia eos eſſe interprętor, qui in Curia functionem aliquam exercent, & ob id non quoſcunque accipio.

Tertio hac pœna afficiuntur, qui nec in Curia morantur, nec familiares Curiæ ſunt, ſed aliunde ad Curiam veniunt, & ſunt, vt dicitur in eod. verſic. Siue vndecunque alias. Si ergo, qui extra Curiam domicilium habent, ad eam proficiſcãtur, & ibi ſimoniam hanc committant, hanc pœnam non effugient. Immo ſi per literas quis abſens id agat, tantundem cenſeo, cum ob verba, Vndecũque alias; tum quod Eccleſia poluitur, & ab eo, q extra Eccleſiam exiſtens in Eccleſia exiſtentem aut iacto lapide, aut ratione alia interficit, vt dixit Gloſſ. communiter recept. in ca. vnic. in verb. Sanguinis de conſecr. Eccl. vel alt. lib. 6. atque ſic concluſit Nauar. in explicatione dictæ Bullæ.

3 Atqui, † an Epiſcopi, & Cardinales conſtitutione hac comprehendãtur? Quoad Epiſcopos videbatur dicendum ipſos non comprehendi. Primum ob c. quia periculoſum de ſent. excommu. lib. 6 nam ibi ſuſpenſione, interdictoque non obligari Epiſcopos ait Romanus Pont. niſi Epiſcoporum expreſſa mentio habeatur; ergo & in caſu noſtro. Secundo facit c. inquiſitores de hæret. lib. 6. nam, vt ibi dicitur, Si inquiſitor à Papa delegetur, niſi ſpeciatim contineatur in mandato, vt contra Epiſcopos inquirat, inquirere nequit.

Contrariam ſententiã tamen, vt Epiſcopi conſtitutione hac comprehendantur, ſequitur Gloſ. in cit. extrauag. Bonifacij Octaui, in verb. Clericos, & Nauar. in Bulla Gregorij propoſita. num. 10. verſ. Sexto not. Probatur autem hac ratione, quoniam propoſita extrauag. omnes clericos afficit, vt dicitur in initio eius in verſ. Omnes clericos; ergo & Epiſcopos comprehendit, ex quo & ipſi clerici ſunt, vt habetur in c. cleros. d. 21. & in ca. perlectis d. 25. qui enim omnes dicit, neminẽ excludit arg. c. ſi Romanorũ. di. 19. & l. Iulianus. ff. de leg. 3. Hanc opinionem ego etiam ſequor, quandoquidem conſtitutio hæc generalis eſt, & à Romano Pont. lata, cuius legibus omnes ſubiecti ſunt, vt habetur in c. 1. & in c. fi. de conſt. Non repugnant modo iura cit. idcirco enim ſuſpẽſione, & interdicto non obligãtur, quoniam ſpeciatim hoc priuilegium illis conceſſum eſt, ergo in alijs ſecus; conceſſio enim vnius alterius prohibitio eſt, arg. c. non ne de præſump. & l. cum prætor. ff. de iud. nã exceptis hiſce pęnis quoad alias priuilegium ipſos non habere dixit Glo. recept. communiter in cit. c. quia periculoſum, in verb. ſuſpenſionis. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo.

Quoad Cardinales vero quæſtionem hanc diſputauit Nauar. ibid. & contra Glo. quæ habetur in Extrauag. eiuſdem Bonifacii aſſeruit Cardinales in pœnas propoſitæ Bullæ non incidere.

4 Secundo loco † in excommunicationem hãc incidunt, qui mandatum ſibi dari curant ad gratiam, iuſtitiamque impetrandam precio interueniente, pactioneue ſimili, vt habetur in cit. Bulla

in

in verſ.Sed hoc ſcelus adiunct.verſ.Constitutionem prædictam.

5 Tertio † excommunicatione hac ipſo facto obligātur,qui donis, & pollicitationibus eorum gratiam quęrunt,qui apud eos valent,ad quos iustitiam,gratiamque facere pertinet, vt dicitur in ead.Bulla,ibi,Alij alios iunct.eod.verſi. Conſtitutionem.

6 Quarto † excommunicati etiam ſunt,qui fingunt ſe precium,munerave ijs dediſſe,qui gratia apud eos valent,qui,vt proxime dixi,gratiam, iuſtitiamque facere habent, ſicuti habetur in verſ. Quidam etiam iunct.eod.verſ.Conſtitutionem.

7 Quinto † hac eadem pœna afficiuntur ij, qui ad hęc facienda auxilium,conſilium,fauoremue præſtant,vt habetur in ead.Bulla in verſ. Dantesque alijs,& illis,&c.Qui tamen in pœnas non incidunt,ſi ad gratiam obtinendam hæc præſtant, ſi gratia non obtineatur;& ſi ad paciſcendum,ꝓmittendumue, niſi promiſſio ſequatur, ita Nauar.ibi.not.30.num.42.verſ.Trigeſimo,ibi Animaduertendum,& in conſ.11.in fine de ſent.excom.lib.6.

8 Sexto † excommunicati ſunt hac excommunicatione,qui non denunciant eos,quos in hac culpa eſſe ſciunt intra triduum Romano Pontif. vel alteri,per quem ad ipſum id fideliter deferatur, vt dicitur in verſ. Illos etiam,qui intra tridnum. Excipitur tamen,qui in curia non eſt: nam ad denunciandū hic non tenetur, vt dixit Syl. in verb. Excommunicatio 7. caſ.43. & Nauar. eod. not. 22.nu.37. Idque iure merito;tum quod conſtitutio hæc pœnas graues infert,& ob id coarctanda eſt arg.c.in pœnis de reg.iur.lib.6.& l. interpretatione.ff.de pœn.tum quod graue eſſet, & fieri non poſſet,vt quiquam longiſſime à curia abeſt, certiorem Romanum Pont. intra triduum faceret;at lex impoſſibile præcipere non debet,argu. c.erit autem lex di.4.Secundo excipit Nauar.vt ſcilicet intra triduum quis denunciare nō teneatur,ſi fraternam correctionem facere velit; quæ fraterna correctio qua ratione locum ibi habeat, non video:nam,ſi iam in culpa ſunt,quod requirit hæc Bulla,quid correctio proſit non video;ex quo iam in excommunicationem inciderunt ob dationem,promiſſionemue.Si vero nihil horum interceſſit,ſed tantum animus,ac propoſitū,non eſt opus denunciatione. Hi omnes ergo excommunicatione obligantur.

9 Verum † quis excommunicationis huius abſolutionem tribuet? Romanus Pōti.nam in ead. Bulla in verſ. Ac decreuit,ſtatuit, vt hic excommunicatus abſolutionis beneficium non valeat obtinere abſque ſpeciali ſuo mandato; ergo ſibi abſolutionem Summus Pont.reſeruauit, ex quo ꝓhibet,ne abſolutio hæc tribuatur ſine eius mādato;non enim eo opus eſſet,ſi reſeruata ipſi abſolutio non eſſet arg.c.nuper de ſent.excom.Speciale igitur mādatum, articulo mortis excepto, hic poſtulabitur.& ob eam rem generalem facultatem abſoluendi habens à caſibus Romano Pōtif.reſeruatis,abſoluere ab hoc caſu non poterit, ex quo ſpeciale mandatum hic requiritur, arg.c. 1.de excep.lib.6.

10 Immo,† qui quidpiam ob hanc cauſam accepit,abſolui non poterit,niſi in pauperes illud diſtribuat,vt dicitur in Bulla in verſ. Sed nec quiſquam,& hæc ſecunda pœna eſt,quę irrogatur. Et de hac excommunicationis pœna ſatis.

11 Tertia† pœna eſt Anathema;Bonifacius Octauus enim non ſolum excommunicauit Bullam hanc offendentes,ſed etiam anathematizauit,vt refertur hic in principio; hoc autem Anathema, quod verbum ſit,& quid ſignificet abunde id declaraui in Tract.de Cenſ.Tab.2.c.33.§.1.vbi vero ponitur cum excōmunicatione,vt hic, vbi dicitur excommunicauit, & anathematizauit maledictionē ſignificat,vt in prima parte Bullæ Cœnæ Domini,cap.pen.id declaraui; Sed de his pœnis hactenus,ad alias tranſeamus:id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Nulla eſt gratia,iuſtitiaue per ſimoniam in Romana Curia impetrata.*

2 *Priuati ipſo iure ſunt beneficijs eccleſiaſticis, quæ habebant,qui pro iuſtitia,gratiaue habenda in Romana Curia ſimoniam committunt.*

3 *Priuati ſunt officijs Eccleſiaſticis, quæ habent ipſo facto,necnon ſecularibus,qui ſimoniam in prędictis committunt,in Romana Curia.*

4 *Infames perpetuo ſunt ipſo iure etiam.*

5 *Inhabiles eandem ſimoniam committentes in Romana Curia ad beneficia,& officia,quib. priuati ſunt; item & ad alia conſequenda.*

6 *Ad arbitrium iudicis puniri quoque debent.*

§. II.

Tres pœnas in Bullam hanc offendentes propoſitas vidimus ; iam reliquas videamus.

1 Quarta pœna igitur hæc eſt, † quòd ipſo iure iuſtitia, gratiaue contra Bullam hanc impetrata nulla ſunt,vt dicitur in verſ. Iuſtitiæ vero, ſiue gratiæ.Quare beneficiorum collationes,diſpenſationes,abſolutiones,indulgentiæ,& alia huiuſmodi obtenta nulla erunt.

2 Quinta pœna † eſt beneficiorum Eccleſiaſticorum priuatio,quæ prius habebantur; nam Bullā hanc offendentes iure ipſo ſuis beneficiis priuati ſunt,vt dicitur in verſ.Quin etiā eos omnes. Vel igitur beneficium curam animarum habeant, vel non habeant,ſed beneficium ſimplex, vel canonicatum,(hęc enim beneficii nomine comprehenduntur)ipſo facto priuati eis ſunt.

3 Sexta pœna † eſt officii Eccleſiaſtici ipſo iure priuatio,uel officium temporale, vel perpetuum ſit.Si ergo Magiſter Sacri Palatii,ſi Rotę Apoſtolicæ Auditores,ſi Aduocati conciſtoriales,aliiue Bullam hanc offendant,ſuis officiis priuati ſunt. Quæ diximus autem de officiis Eccleſiaſticis,eadem de officiis ſecularibus ſentimus; nam & ipſis ſtatim priuati ſunt,vt dicitur in eod. verſ.

4 Septima pęna † eſt Infamia perpetua; ꝑpetuo

enim

enim infames ipſo facto ſunt, vt dicitur in verſic. Et præterea infamiæ: & quoniam à iure hæc infertur, iuris infamia eſt.

5 Octaua pęna † eſt inhabilitas; reddũtur enim inhabiles ipſo facto, ne poſſint beneficia, & officia habere, quibus priuati ſunt, nec etiam alia, vt habetur in verſ. Ac inhabiles ad illa, & alia eſſe volumus, Ad illa, quibus priuati ſunt: Ad alia ſcilicet, quæ non habebant: idque iure merito, nam, ex quo infames facti ſunt, inhabiles quoque ſunt redditi, vt dicitur in cap. infamibus, de regu. iur. lib. 6.

6 Poſtrema pęna † eſt arbitraria, vt ſcilicet pro delicti grauitate puniatur, vt dicitur in verſ. A quibus etiam, prout quęque res erit, tales pęnę exigantur, quæ cæteris ſint exemplo. His igitur pęnis ipſo iure afficiuntur, qui Bullam hanc offendunt. Atqui an in conſcientiæ foro hæ pęnæ locum habebunt? Hoc in ſequ. explicabimus. Si illud addiderimus impunitatem conſequi, qui criminis huius ſocios denunciat, vt habetur in Bulla in fine.

S V M M A.

1 *Pœnæ propoſitæ an in foro conſcientiæ locum habeant.*

§. III.

§ Pœnas plures in eos inferri declarauimus,
1 qui propoſitam Bullam offendunt, † modo (quod explicandum proxime nobis propoſuimus) an in conſcientiæ foro locum habeant, declaremus.

Quoad excommunicationẽ igitur, & anathema in conſcientiæ foro ipſa locum habere DD. communiter cõcludunt, vt ſentit Nauar. in ead. Bulla not. 26. num. 44. verſ. An etiam in foro conſcientiæ. Hanc opinionem ego etiam ſequor; & hoc ob eam rationem, quod cenſuræ pure latæ executionem ſecum ferunt, nec iudicis operam ad ipſas exequendas poſtulant, vt habetur in ca. paſtoralis. §. verum. verſ. Hos itaque, & ibi DD. communiter de appell. & Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. & Couar. in reg. peccatum. §. 8. num. 6. verſ. Huc pertinet, & Dom. Sot. lib. 1. q. 6. de iuſt. & iur. qui pluribus hanc rem declarauit, & rationem aliam reddit. Non ſolum igitur in foro fori, verum etiã in foro conſcientiæ excommunicatio hæc operabitur. Quare, niſi quis abſoluatur, ſacramenta ſuſcipere non poterit.

Quo ad reſtitutionem quoque eius, quod quis accepit, & in cõſcientiæ foro locum pęna hæc habebit; tum quod acceptum eius factum non eſt, ſed in pauperes eſt diſtribuẽdum; tum quòd Romanus Pontif. aperte cauit, ne abſolueretur, niſi erogatio in pauperes fieret. Excipio tamen, vbi non poſſet: tunc enim & in conſcientię foro excuſatur, vt habetur in reg. impoſſibiliũ de regu. iur. lib. 6. & vt Nauar. hic ait.

Quo ad nullitatem quoque actuum, ſicut etiã quoad inhabilitatem ſine dubitatione hæ pęnæ, & in conſcientię foro locum habebunt: lex enim poteſt actum nullum reddere, & inhabilem quẽ facere ad aliquid, vt id pluribus aſſeruit Couarr. eod. numer. 6. & ob id ſi quid conſequeretur, ad quod inhabilis factus eſt, nec in conſcientiæ foro retinere illud poterit, vt id exemplis declarauit Couar. eod.

Quoad priuationes denique tam beneficiorũ, quam officiorum, quibus conſtitutio hęc ipſo in re priuat, quoniam executiónem ipſa non facit, & graue nimis eſſet, quem contra ſe executionẽ huiuſmodi facere; (abhorret enim natura quem ſe ſuis rebus ſpoliare) ob eã rem in foro conſcientiæ ad ea beneficia, officiaq; omittenda quis non cogitur, atque ſic dixit Nauar. in ead. Bulla not. 26. nu. 44. verſ. Secundo: etenim in foro conſcientiæ pœna à iure impoſita non debetur ante iudicis ſententiam, vt dixit Glo. communiter recep. in c. fraternitas. 12. q. 2. & Couar. in eod. §. 8. nu. 6. verſ. Quod de lege pœnali dicitur, & Domin. Sot. ibid. & facit c. cum ſecundum leges. §. fi. de hæret. lib. 6. Et hæc ſunt, quæ de hac conſtitutione explicanda cenſuimus, quęque ad rem noſtrã pertinere putauimus: iam de pęnis ſimonię confidentialis agamus, quod in ſeq. præſtabimus.

De pœnis eorum, qui ſimoniam confidentialem, ſeu confidentiæ committunt.
Cap. XXII.

S V M M A.

1 *Bulla Pij IIII. de confidentiali ſimonia.*
2 *Bulla Pij V. de confidentiali ſimonia.*

POEnæ à nobis antea explicatæ locum habent, vbi ſimplex ſimonia commiſſa eſt: hæ vero, quas modo explicabimus, locum ſibi vindicant, vbi quis ſimoniam confidentialem commiſſit. Verum quod ſimonia hæc ſimoniæ ſpecies quædam eſt, ob eam rem, quo eius cognitionem abſolutam magis habeamus, de ipſa hæc cõtemplabimur. Primum quid ſit. Deinde quamobrem introducta. Tertio quãdo interueniſſe exiſtimetur. Quarto qua ratione probetur. Quinto qua pęna feriatur. Sexto apud quos iudices agatur. Poſtremo qua ratione ab alia ſimonia differat. Hæc ſunt, quæ contemplanda hic nobis proponimus. Verum, quod hæc omnia, quæ huc afferemus, depromuntur ex Bulla Pij IIII. incip. Romanum Pontificem lata anno Domini 1564. Decimoſeptimo Kalen. Nouẽbr. Pont. ſui anno Quinto, & ex Bulla Pij V. incip. Intolerabilis multorum lata anno Domini 1569. Kalen. Iun. Pontif. ſui anno Quarto; ob eam rem eas Bullas huc inſerendas curauimus. Bulla igi-
1 tur Pii IIII. Hæc eſt. †

Contra quoſcunque in confidentiam recipientes, vel retinentes Eccleſias, & beneficia Eccleſiaſtica.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Romanum Pontificem in excelſa militantis Eccleſiæ ſpecula conſtitutum, vigiles mentis oculos, non ſolum in abſentium extendere, ſed potiſſimum in prȩſentiũ, domeſticorumque fratrum, & filiorum ſuorum mores diligenter perſcrutandos, aliquando reflectere, ac eos, præſertim quos in Apoſtolicæ ſolicitudinis partem auocauit altiſſimus, ne dũ ab omni pactionis illicitæ contagione, verum etiam ab eius omnimoda ſuſpicione, vacuos, & immunes conſeruare decet, vt qui cæteros illuſtris officij ſublimitate antecellunt, eoſdem priſca etiam illa morum integritate præſtare dignoſcantur, Sane licet dudum, cum certam ſimoniachȩ prauitatis ſpeciem, quam beneficiorum confidentiã vocant, etiam Roman. Cur. atque adeo in ſacrum ven. fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium collegium, quaſi per cuniculos irrepſiſſe, ac nonnullos ex ipſis fratribus, nimia quadam facilitate, ſeu potius importunis amicorum familiariumque precibus adductos, beneficia Eccleſiaſtica in confidentiam huiuſmodi recepiſſe, & frequenter recipere intelleximus, hãc illicitam beneficentiæ exercendæ, ſeu amicitiæ colendæ viam, à tanto ſaltem Collegio prorſus eliminare cupientes, eoſdem fratres in Conciſtorio noſtro ſecreto, nõ ſemel admonuerimus, huic aliena beneficiã cuſtodiendi modo ne aſſueſcẽrent, neue illa hoc pacto acciperent, vtque ſic recepta admitterent: nihilominus nuper ad aures noſtras peruenit, eorum aliquos; monitionis noſtræ immo potius ſuimet oblitos, ea quæ cuſtodienda receperant beneficia, nondum tamen dimiſiſſe. Et inſuper illos, & nonnullos alios, etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, ac etiam Camerȩ Apoſtolicȩ Clericos, Eccleſias, Monaſteria, dignitates, & alia beneficia huiuſmodi, in ſui fauorem reſignata, ceſſa, vel alias dimiſſa, acceptaſſe, aut de illis per obitum, vel alias vacantibus, a nobis, & prædeceſſoribus noſtris, ſeu etiam ab ordinarijs, & alijs inferioribus collatoribus, etiam ad patronorum præſentationem, ad alterius commodum ſibi prouideri obtinuiſſe, illaque, ac etiam alia aliter vacantia, ſibi in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias dicta auctoritate conceſſa, quandoque in reſignantium, vel cedentium, ſeu etiam aliorum fauorem ceſſiſſe, vel alias dimiſiſſe, Ac ſibi propterea penſiones annuas, ac fructus, reditus, & prouentus Eccleſiarum, Monaſteriorum, dignitatũ, & aliorum beneficiorum huiuſmodi, in toto, vel in parte, etiam aliquando cum facultate illas, & illos transferendi, ac etiam collationem, prouiſionem, præſentationem, & aliam diſpoſitionem beneficiorum Eccleſiaſticorum ad eorũdem Eccleſiarum, Monaſteriorum, & dignitatum Prȩlatos pro tempore exiſtentes, ac alios huiuſmodi beneficia pro tempore obtinẽtes pertinentium, necnon regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſſus ad Eccleſias, etiam Cathedrales, Monaſteria, ac alia diuerſa beneficia Eccleſiaſtica, ſibi reſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe, ad hoc videlicet, vt confidentes ſic decimarum Apoſtolicarum, vel communis dicti Collegij, & annatæ, aliorumque iurium dictæ Cameræ debitorum, ſolutionem eludant, integriſque beneficiorum, etiã in menſibus Apoſtolicis vacantium, aut alias diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ generaliter reſeruatorum collationib. ac interdum, vt beneficia ipſa, tempore procedẽre, in aliquorum tunc forſan de iure inhabilium, & incapacium, vel nõdum adhuc natorum fauorem, cedantur, ſeu reſignentur, vel vt perſonæ inhabiles, & incapaces huiuſmodi, etiam laici penſionibus, ac fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis fruantur, & gaudeant, ſeu potius illis, & facultate transferendi prædicta abutantur, in animarum ſuarum periculum & pernicioſum exemplum. Quare nos hanc Cardinalium eorundem in monitionibus noſtris parendo incuriã, & tam illorum, quam cæterorum Prælatorum, & clericorum, ac aliorum quorumcunque indignã fallaciam conniuentibus oculis diutius minime diſſimulandam, ſed huic errori, ne radices altius agat, occurrendum tandem eſſe cẽſentes. Et quoniam hanc ipſorum, qui monitioni noſtræ nõ parentes beneficia huiuſmodi in confidentiam, vt præfertur, retinuerunt, & fructus ex eis indebite, vel percipiendos, vel per alios nomine ſuo, etiam per ſimulatas illorum locationes, & fictas de receptis quictantias, ac donationes, & remiſſiones percipi ſinendo, grauiter exceſſerunt Cardinalium metam, potius ex immoderata erga ſuos indulgentia, quam aliquo præceptorum noſtrorũ ſprȩtu proceſſiſſe facile reputamus; Idcirco omnes, & ſingulas Eccleſias, etiam metropolitanas, & alias Cathedrales, & monaſteria etiam conciſtorialia, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, dignitates etiam maiores, & principales, etiam cõuentuales, perſonatus adminiſtrationes, & officiã, cæteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumuis ordinum, regularia, etiam de iure patronatus, etiam laicorũ, etiam nobilium, & illuſtrium, etiam ex fundatione, & dotatione exiſtentia, per eiuſdem Romanȩ Eccleſiȩ etiam Epiſcopos Cardinales, & quoſcunque alios etiam Patriarchas, Archiepiſcopos & alios Epiſcopos, ac etiam eiuſdẽ Cameræ Clericos, in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias in huiuſmodi confidentiam iure prohibitam cuiuſuis perſonȩ, vt prȩfertur, contemplatione, vel intuitu, quouis modo recepta, illorum liberam collationem, & diſpoſitionẽ nobis, & ſedi Apoſtolicȩ harum ſerie reſeruantes, ipſo iure à die receptionis eorundem vacauiſſe, & vacare; Ac fructuum, & pẽſionum reſeruationes, ac facultates transferendi, & collationis beneficiorum conceſſiones, eis, vt prȩmittitur factas, ac regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſſus conceſſos huiuſmodi ceſſare, & ceſſare, ac extinctos eſſe, Et eoſdẽ Cardinales, ſeu quoſuis alios à prima die

receptionis

receptionis beneficiorum huiuſmodi, citra fructus, redditus, & prouentus earundem Eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac penſiones prædictas indebite percipere, ſuoſque facere non potuiſſe, neq; debuiſſe, ſed illos omnes, & ſingulos ad cameram eandem deuolutos fuiſſe, & eſſe, illique deberi, ac ipſos Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet peruenerunt, & eorum hæredes, ad integram illorum reſtitutionem in vtroque foro teneri, & ad id oportunis iuris remedijs compelli debere auctoritate apoſtolica, tenore præſentiũ decernimus, & declaramus. Et inſuper vniuerſis, & ſingulis tam eiuſdem Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, etiam Epiſcopis, quam prælatis, & clericis, & alijs prædictis, præſentibus, & futuris, ne deinceps vllo vnquam tempore aliquas Eccleſias, monaſteria, dignitates, vel alia beneficia, etiã de dicto iure patronatus vti præfertur exiſtentia, aut fructus, vel penſiones, aut regreſſus, ſeu acceſſus in cõfidentiam prædictam, aut ad effectum reſeruationum huiuſmodi ſibi poſtmodum cedentibus procurandarum, recipere præſumant, Cardinalibus videlicet, & alijs prælatis huiuſmodi, in virtute Sãctæ obedientiæ, & ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, reliquis vero ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœna, per contrafacientes eo ipſo incurrenda, à qua niſi à nobis, aut Romano Pont. pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant, diſtrictius inhibemus. Ac quaſcunque collationes, prouiſiones, præfectiones, commendas, reſeruationes, facultates etiam transferendi ac regrediendi, ſiue accedendi, & ingrediendi, ac alias diſpoſitiones de eccleſijs, monaſteriis, dignitatib⁹, & aliis beneficiis, eorumque fructibus, & beneficiorum collationibus per nos, & alios Rom. Pontifices ſucceſſores noſtros, etiam motu proprio, ſeu conciſtorialiter, aut etiam per ordinarios, & alios inferiores collatores, etiam ad patronorum eorundem præſentationem, & alias quomodolibet cum interuentu confidentiæ huiuſmodi, expreſſe, ſiue occulte, ac de iure præſumpto, & alias contra præmiſſa pro tempore factas, nullas, & inualidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, neque cuiquã ſuffragari, ſed eccleſias, monaſteria, dignitates, ac alia beneficia huiuſmodi, ipſo iure vacare, ac noſtræ, & ſedis Apoſtolicę diſpoſitioni reſeruata, fructuſque, & penſiones Cameræ Apoſtolicę applicatos, vt prefertur eſſe, & cenſeri; Sicque in pręmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcũque iudices, & commiſſarios, etiam ipſius Eccleſię Rom. Cardinales, ſublata eis quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, etiam per pręſumptiones, & cõiecturas legitimas, & eorum arbitrio (cum alias confidentias huiuſmodi in lucẽ erui, & probari non poſſe conſtet) procedendo, iudicari, & diffinire debere; Ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſciẽter, vel ignoranter attentari cõtigerit, irritum, & inane ſimiliter decernimus. Non obſtantibus fel. recor. Bonifacii Papę Octaui prędeceſſoris noſtri de vna, & concilii generalis de duabus dietis, ac aliis conſtitutionibus apoſtolicis, nec non collegii pręfati iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; ſtatutis, & cõſuetudinibus contrariis quibuſcunque; Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, nõ faciẽtes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et ne quiſquam vllo vnquam tempore præſentiũ ignorantiam prætẽdere poſſit, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipſę pręſentes literę ad Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe valuas, per aliquem ex Curſoribus noſtris, illarum copia ibi affixa, & dimiſſa, & etiam in Cancellaria Apoſtolica de more publicentur, Ac in eiſdẽ Cancellariæ quinterno, ad maiorem partium illas in iudicio producere volentium, commoditatem deſcribantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſeruationis, declarationis, inhibitionis, decreti, & volũtatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1564. 17. Kalen. Nouemb. Ponti. noſtri anno Quarto.

Hæc eſt Bulla Pii Quarti; iam Bullã Pii Quin-
a ti ponamus. †

De confidentijs beneficialibus, earumque caſibus, præſumptionibus, & probationibus, & de pœnis retinentium beneficia in confidentiam.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Intolerabilis multorum peruerſitas, qui ſacroſanctas conſtitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, ſæpe illarum auctores in neceſſitatẽ adducit cautius prouidendi, quo pertinacium animi ab improbis conatibus grauiore ſanctione propoſita reprimantur. Bene quidem, & prouidenter felicis recordationis Pius Papa Quartus pręceſſor noſter ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptellã, ſtatuit, & decreuit, vt ipſo iure vacarent Eccleſię, Monaſteria, cęteraque beneficia Eccleſiaſtica, in confidentiam à quibuſcunque, etiam S. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, cuiuſuis perſonæ cõtemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum diſpoſitionem ſibi, & Apoſtolicæ ſedi reſeruando; nec valerent ipſorum collationes, ſeu conceſſiones, nec fructuum, nec penſionum reſeruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, ſeu accedendi ad eccleſias, monaſteria, beneficia ſupradicta, illaque recipientes fructus, penſiones, & alias res eorundem indebite perciperent, prohibens quibuſcunque etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, ne quid huiuſmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes, & quaſcunque prouiſiones,

ſiones,præfectiones,collationes,commendas, & alias diſpoſitiones de eccleſijs,Monaſterijs,& beneficiis;nec non reſeruationes fructuum,penſionum,rerum,& iurium,ac etiam transferendi, regrediendi,accedendi,& ingrediendi,aliasque facultates,ſiue per ſe,ſiue futuros Romanos Pont. etiam motu proprio,ac conciſtorialiter,ſiue etiã per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præſentationem cum interuentu confidentiæ huiuſmodi ſiue expreſſe,ſiue occulte,ac de iure præſumpto,& alias contra prædicta pro tempore factas nullius momenti fore, nec cuiquam ſuffragari,ſed Eccleſias,Monaſteria,& beneficia huiuſmodi ipſo iure vacare,ac prędictę diſpoſitioni reſeruata eſſe,ſicque per quoſcunq; etiam per præſumptiones,& coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo cum alioqui confidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtaret,iudicari,& diffiniri debere. Necnon irritum, & inane quicquid ſecus contingeret attentari,quemadmodum confectis ſuper his literis ſuis plenius continetur. Verumtamen præter improbas multorum cupiditates prædicta, quæ ad purgandam hac pernicie Eccleſiam,& animarum ſalutem ab ipſo prædeceſſore ædita ſunt, in multis. deprehendimus viam aperuiſſe grauius delinquendi. Siquidem cum frequentibus plurium querelis pridem concitati,quòd iudices in cauſis huiuſmodi confidentiarum expediendis remiſſiores eſſent,omnes & ſingulas cauſas ipſas vbicunque,& inter quoſcũque motas ad nos aduocauiſſemus,ac omnimodam huiuſmodi cauſarum præſentium,& futurarum,rerumque omniũ ex ipſis reſultantium cognitionem nobis,& ſucceſſoribus noſtris reſeruauiſſemus, & ſuper quibuſdam coram nobis proceſſum fuiſſet, variis inde,nec leuibus coniecturis intelleximus vitium quidem confidentiæ occulte irrepſiſſe, ſed pleriſque cauſis præſumptiones,& cõiecturas, quæ ad illud probandum deducuntur,minime ſufficere eiusque rei cauſa plurimos,qui ante literarũ prædictarum ęditionẽ huiuſmodi confidentias exercebant, vbi cognouerunt obſtructam veritatem propter difficultates probandi in iudiciis,confidentias ipſas contempta conſtitutione prędicta, Eccleſias,Monaſteria,& beneficia ſic recepta, vt prius retinere alios fructus,penſiones,& alias res accipere,alias eorum exemplo ad ſimilia, & grauiora fidentius commoueri. Multi enim ipſa beneficia iure retinere nequeuntes, alii ne cogãtur ad ſacros ordines ad reſidentiam,ad incedendũ in habitu clericali, vt ad bellum proficiſcantur, vt inimicos occidant, alii ut alieno nomine lites agant,aut defendant, alii propter crimina incapaces,quidam vt purgato delicto, vel abſolutione conſecuta illa repetant eadem in alios deponunt,& in pleriſque fructus ipſorum, aut eis miniſtrantur,aut quibus ipſi ſtatuunt,ſæpe laicis,& inhabilibus,plerique vel ſenes,vel infirmi,vt beneficia in domibus ſuis perpetuent,illa renunciarunt,& renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus Eccleſiaſticis alant,vel illa etiamnum infantibus, aut naſcituris aſſeruent, facto interdum circuitu retroceſſionis cum reſeruatione fructuum,& aliarũ rerum, aut acceſſu præſertim ab illis qui præſtandorum iurium Cameræ Apoſt. ſunt immunes,alii,aut incapaces,aut aliis beneficiis onuſti, aut Eccleſiaſtico ordini ſe ſe emancipare refugientes,aut mere laici beneficia eccleſiaſtica aliis conferenda procurãt,vt de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur,fructus etiam percipiẽtes illorum. Ad hæc plerique ordinarii, & alii collatores, ac etiã patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus,ſeu penſiones capiant eorundem,aliiſue faciant miniſtrari. Alia autem per multa eiuſcemodi admittuntur,quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, diſciplinæ eccleſiaſticæ neruus dirumpitur,& imminens patratur exitium animarum. Quare nos volẽtes periculoſam talium audaciã noui iuris ſubſidio cohibere præſentium auctoritate ſtatuimus, vt ſi quis quacunque auctoritate eccleſiam,vel Monaſterium, aut aliud beneficium eccleſiaſticum, qualecunque ex reſignatione, vel ceſſione cuiuſcunque perſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis cum regreſſu, vel acceſſu etiam ſola dimittentis intentione receperit,vt illa,vel illud etiã in euentum regreſſus,vel acceſſus,eidem dimittenti,vel alteri poſtea conferatur,aut illius fructus,vel eorum pars alii,vel alii concedantur,vel penſiones ſoluantur,ex eiſdem hæc confidentia cenſeatur. Itidem ſi ordinarius, vel alius collator contulerit ante hac,aut conferat in futurum beneficium eccleſiaſticum quouis modo vacans ea conditione tacita,vel expreſſa,vt poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius cuiuſcunque cõtra iuris communis ordinationem diſponatur, ſiue vt de eo prouiſus fructus illius, vel partem ad vtilitatem,vel libitum conferentis, vel decedentis, aut alterius reliquat,& remittat, ſeu penſionem illi,vel illis quem,vel quos idem collator,aut cedens,vel alius per ſe,vel alium ſcripto,aut verbo iuſſerit,ſeu ſignificauerit,perſoluat,& pariter ſi a patrono etiam laico,vel alteri præſentatori, ſeu electori contigerit,aut contingat id fieri. Ad hæc ſi Clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis,aut alius à ſolutione iurium ipſius Cameræ, vel etiã Cancellariæ apoſtolicæ exemptus poſt reſignationem,vel ceſſionem alicuius extranei de Eccleſia, Monaſterio, vel alio beneficio Eccleſiaſtico in ſe apoſtolica,vel alia auctoritate factam & ad miſſam illam,vel illud etiam cõfectis literis apoſtolicis,& poſſeſſione apprehenſa in eundem reſignantem,vel cedentem, modo ſpatio interiecto veluti duorum,aut trium menſium retroceſſerit,aut retrocedat in futurum,& ex illa retroceſſione fructus Eccleſiæ,ſeu Monaſterii,aut beneficii,vel eorum pars,ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum,aut regreſſus,ſeu acceſſus,& ingreſſus ad illam,vel illud ipſi clerico,vel Cardinali,aut alii exempto ſit,fueritue conceſſus. Poſtremo ſi quis crimine aliquo abſolutus,aut cumque ſuper irregularitate diſpenſatum eſt, denuo

receperit

receperit quacũq; auctoritate Eccleſiam, Monaſterium, vel aliud beneficium Eccleſiaſticum, qđ ante, vel poſt commiſſum delictum, aut contractam irregularitatem dimiſerit, in quibus horũ caſuũ confidentiæ prauitas ſit contracta, caſusq; huiuſmodi literis prædictis comprehendantur, ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent, licet ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum. Ad probãdum vero plene confidentiarum abuſum inter alias etiam hę pręſumptiones, & coniecturæ habeãtur legitime; Videlicet, ſi quis poſt ceſſam ab ſe Eccleſiã, vel monaſterium, aut beneficium, & publicatã reſignationem, ſeu ceſſionem, captamq; a ſucceſſore poſſeſſionem ſe ſe in illa, vel illo, ſeu rebus illius per ſe, vel alium, ſeu alios de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicũq; ſucceſſor illi, vel eius propinquis ipſos, aut partem aliquam remiſſerit eorundem. Si recipiens beneficium conſtituerit, dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores, ad percipiendum, vel locandũ fructus beneficij dimiſſi, & illi; vel illis de fructib. perceptis, aut percipiendis donationẽ fecerit. Si vel ſola procuratoris depoſitione; vel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis expeditio, quæ perſonam recipientis concernit, proſequuta ſit, ſimulq; expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint. Deniq; ſi quis pro cõceſſione alicui facta quacũq; auctoritate de beneficio eccleſiaſtico per ſe, vel aliũ, ſeu alios interceſſerit, vel alias in negocio conceſſionis ſe ſe immiſcuerit quoquomõ, deinde aliquid de fructibus talis beneficii de facto ẽt per manus poſſeſſoris, ac ẽt ſimplicis donationis titulo ꝑceperit, ſeu de illo poſtmodum ad volũtatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunq;. Teſtes aũt de quaqũe re ſingulares ſingulas probare valeãt præſumptiones, & coniecturas, pluresq; hmõi præſumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterũ criminoſi, & cæteri omnes, qui ad perhibendum in caſibus ſimoniæ teſtimonium recipi poſſunt, ad ꝑdicta omnia admittãtur. Sed ne quiſquam ẽt vana fiducia fretus non intendẽdi contra ſe iudicii in crimine perſeueret, vt quæ hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo vſquequaque prohibeatur oẽs & ſingulos, qui hucuſq; eccleſias, monſiſteria, beneficia, fructus, penſiones, aliaſue res intercedente hoc cõfidentię vitio receperunt, ac retinent, niſi ſtatim ad ſe reuerſi, & reſipiſcẽtes ſceleri admiſſione ſibi ꝓſpexerint, & qui quid tale admiſerint in futurum ẽt omnibus, & ſingulis aliis Eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, adminiſtrationibus, officiis, & beneficiis obtentis, quæ pariter ſub dicta reſeruatione comprehendi volumus, nec non fructibus, pẽſionib. & aliis rebus Eccleſiaſticis, ac etiã Rom. Curiæ, & aliis officiis temporalibus, præſentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris ſubſidium excõicationis ſentẽtia innodamus, à qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio, quam à Romano Pont. abſolutionis beneficiũ valeat obtinere. Nos enim aduocatione cauſarum hmõi, & reſeruatione cognitionis illarum, rerumq; omnium inde emergentium nobis, & prædictis ſucceſſoribus, vt prædictum eſt facta (cauſis illis duntaxat exceptis, quæ iam coram nobis pendere noſcuntur: ac etiã iis, quas ratione Eccleſiarum & monaſteriorũ, quorum diſpoſitio in conciſtorio fieri conſueuit aut debet, itemq; contra ordinarios, collatores, Epiſcopos, & alios ſuperiores prelatos, ẽt Cardinales haberi contigerit, vt iã alijs noſtris literis ſtatutum eſt audiendis, decidendis, & terminãdis, harum ſerie prorſus relaxata, decernimus, ac deinceps quoſcunq; Iudices ordinarios, delegatos, cauſarum Palatii apoſtolici Auditores, ac ꝑdictę Romanę Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & ipſorum cuicunq; quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbiq; iudicari, interpretari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane quicquid ſecus in prædictis per quoſcunq; quauis auctoritate, ſciẽter, vel ignorãter contigerit attentari. Quo circa oĩbus locorũ ordinariis diſtrictius iniungimus, vt in ſuis quiſq; Eccleſiis, Ciuitatibus, Diœceſibus, & locis ẽt exemptis, ad ꝑdicta ſtudioſe attendãt, & quatenus illis relaxauimus, in delinquentes ſeuere animaduertant, ſi diuinæ Maieſtatis iudiciũ, dictæq; ſedis cenſurã voluerint euitare. In cæteris vero cauſis, & negociis (nobis, & ꝑdictis ſucceſſoribus exceptis) eoſdem locorũ ordinarios præſentiũ auctoritate delegamus, vt gratia, & fauore poſtpoſitis, ꝓ ſe quiſq; cũ venerit vſus, cõtra prædictos oẽs ſub ipſa exceptione cõprehenſos diligẽter inquirant, ſuoque inquiſitiones oẽs ſigillo obſignatas ad prædictã Sedẽq; primũ transferãt, vt nos, & prædicti ſucceſſores in cauſis hmõi procedentes, quod iuſtũ fuerit decernamus. Nos. n. ſingulis ordinariis, & delegatis, aliiſq; perſonis quibuſcunq;, ne prędictorũ executionẽ quoquo mõ impediãt, vel alias in illis ſeſe interponant, ẽt per ſimile edictũ inhibẽdi, eoſdẽq;, ac alios ꝯtradictores, & rebelles quoſcunq; per cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, ac oĩa alia iuris, & facti remedia oportuna cõpellẽdi, auxiliũ brachii ſecularis, qñcunq; opus erit innocãdi, cæteraq; in prædictis oĩbus, & ſingulis neceſſaria faciendi, & exequẽdi plenã & liberã tenore ꝑſentiũ concedimus facultatẽ. Non obſtantib. fel. rec. Bonifacii Papę Octaui prædeceſſoris nr̃i de vna, & in Concilio gñali edita de duabus dietis, aliiſq; Apoſtolicis conſtitutionib. & ordinationib. quodq; Epiſcopis, Collatorib. & Pręlatis prędictis, ẽt Cardinalib. vel quibus aliis cõiter, vel diuiſim à prædicta ſit Sede indultũ, vel in poſterũ indulgeri contingat, qđ interdici, ſuſpẽdi, vel excõicari, aut cõtra indulta hmõi ad iudiciũ trahi non poſſint per literas Apoſtolicas nõ facientes plenã, & expreſſam, & ad verbũ de indulto hmõi mẽtionẽ, & qbuſlibet aliis priuilegiis, idulgẽtiis, & literis Apoſtolicis, gñalib. vel ſpãlib. quorũcũque tenorũ exiſtãt, per q̃ ꝑſentib. nõ expreſſa, aut in totũ nõ inſerta effectus ꝑſentiũ, aut attributæ ꝑdictis ordinariis iuriſdictionis explicatio, ſeu exercitiũ, vel executio impediri valeat quõcũq;

vel differri,& de qb. quorũq; totis tenorib. habē da ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, cęteriſq; contrarijs quibuſcũque. Literis prædeceſſoris huiuſmodi nihilominus in ſuo robore duraturis. Volumus autem vt præſentium exempla, etiã impreſſa edãtur, eaque Notarii publici manu, & cuiuſcunque Curiæ Eccleſiaſticæ, eiuſue Prælati ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem in iudicio, & extra vbique locorum faciant, quam ipſæ pręſentes facerent, ſi [illegible] exhibitę, vel oſtē ſæ. Nulli [illegible] omnino hominum liceat hanc pagin[illegible] noſtræ priuationis, ſtatuti, decreti, innouationis, iniunctionis, delegationis, conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, 1569. Kal. Iunij, Pontificatus noſtri anno quarto.

His propoſitis Bullis; iam quid ſimonia confidentialis ſit, quod primo loco faciendũ nobis ꝓpoſuimus ponamus; id quod in ſeq. pſtabimus.

S V M M A.

1 *Simonia confidentialis quid ſit.*
2 *Simonia confidentialis in beneficijs eccleſiaſticis locum tantum habet.*
3 *Simonia confidentialis fit tantum, vbi pactum aut tacitum, aut expreſſum interuenit.*
4 *Simoniam confidentialem non committit, qui beneficium in fauorem alicuius renunciat hac intentione in mente tantum retenta, vt illud poſtea renunciet in fauorem ſui amici.*
5 *Simoniam non committit, qui libere in manu ordinarij beneficium renunciat propoſito in mente retento, vt fratri conferatur.*
6 *Simoniam non committit, qui beneficium alicui conferendum curat, ſperans illud idem ſibi renunciatũ iri ab eodem.*
7 *Simonia confidentialis tunc committitur, vbi conuenitur, vt beneficium ei reſignetur, qui illud conferẽdum curauit, contulitue, aut cui ipſe voluerit.*
8 *Simonia confidentialis committitur, ſi reſignãs beneficium reſeruat penſionem, fructus, eorumue partem alteri.*

§. I.

§. Propoſuimus Bullas, & conſtitutiones, quibus ſimonia confidentialis punitur, iã quid ſimonia hæc ſit vt ſumus polliciti, ponam⁹.
1 †Simonia confidẽtialis eſt ſimonia, qua quis beneficium eccleſiaſticum aut conferendo cuipiã, aut in eius fauorem reſignando, aut ad illud eundem præſentando, eligendoue, aut aliquid prædictorum, vt fiat curando conuenit, aut paciſcitur tacito, expreſſeue cum eo, qui beneficiũ illud habiturus eſt, vt illud idem beneficium aut ſibi, aut alteri reſignet; vel penſionem ex eo, fructus eorũue partem eius alteri præſtet. Hæc deſcriptio ex propoſitis Bullis colligitur, vt videbimus; iã eius ſingulas partes explicemus.

Dixi ergo primum Simonia, quo ſignificetur eſſe ſimoniæ generis ſpeciem; nam omnis ſimonia confidentialis eſt ſimonia; non autem è contrario omnis ſimonia eſt cõfidentialis. Simoniã autem eſſe hinc conuincitur, quoniam Eccleſiaſtica beneficia pure, & ſine conditione, ac pacto conferri, ac reſignari debent, vt habetur in ca. fi. & ibi Gloſſ. ac DD. de pact. hic vero ſub pacto, & conditione, ac modo conferuntur, ac reſignãtur.
2 Dixi, Qua quis beneficium Eccleſiaſticum; †
tum quo ſignificetur, quę ſimonię huius materia
ſit, quæ eſt beneficia eccleſiaſtica; non enim in
alijs ſpiritualibus locum habet, vt habetur in cit.
Bullis. etſi quæcũque eccleſiaſtica beneficia hæc
ſint, aut maiora, minoraue: aut curam animarum
habentia, non habentiaue, aut ſecularia, regulariaue, nihil intereſt; in omnib enim ſimonia hæc per propoſitas Bullas prohibetur, vt in Bulla Pii Quarti, ibi, Idcirco omnes, & ſingulas Eccleſias, & in Bulla Pii V. in principio. Tum quo ſeparetur à ſimplici ſimonia, quæ in omnibus ſpiritualibus committitur, vt videbimus.

Dixi, aut conferẽdo cuipiam, aut in eius fauorem reſignando, aut ad illud eundem præſentando, eligendoue, aut aliquid prædictorum, vt fiat curando; dixi inquam hæc, quo ſignificetur, quacunque ratione beneficium cuipiam conferatur, ſimoniam hanc locum habere poſſe, & a quocunque, vt habetur in Bulla Pii V. in verſ. Quare cum ſeq. nam beneficium confertur, vel per collationem, vel per inſtitutionem, quę duo ſiunt, vel per reſignationem, præſentationem, electionem, nominationemue.

Dixi, Conuenit, aut paciſcitur tacito, expreſſo
3 ue, &c. † quo ſignificetur ſimoniam hanc non cõ
mitti, vbi pactum, conuentioue expreſſa, taci-
taue nõ interuenit: ſic enim habetur in Bulla Pii
V. verſ. Item, ſi ordinarius, ibi, Conuentione taci
4 ta, vel expreſſa. †Non igitur ſimoniam hanc com
mittit, immo nec aliam, qui in Epiſcopi manu be
neficium renunciat, confidens Epiſcopum illud
ſuo fratri collaturum eſſe, qui dignus eſt, vt dixit
Nauar. in Man. c. 23. num. 109. verſ. Ad duodeci-
mum, & verſ. Tum quia hoc conſequitur, & verſ.
Sexto: & in conſi. 15. & in conſi. 17. de ſimon. lib.
5. etenim pactum non interuenit, nec cõuentio,
5 ſed ſola ſpes, quam quis habet. †Nõ itidem ſimo
niam committit, qui renunciat beneficium in fa
uorem alicuius, hoc propoſito in mẽte tamen re-
tento, vt deinceps illud renunciet in fauorem ſui
amici, vt ſenſit Gloſ. in c. ordinationes. 1. q. 1. nã
nec hic pactio vlla interuenit, ſed ſolum ſpes gra-
titudinis, quamobrem etiã fit, vt ei, qui de ſe be-
nemeritus eſt, modo alias dignus ſit, beneficium
conferre quis poſſit. vt dixit Nauar in conſil. 19.
6 de ſimon. lib. 5. † Non denique ſimoniam com-
mittit, qui curat alicui beneficium conferendũ,
eſto ſperet eum erga ſe, ſuosque gratum futurũ,
immo illud idem beneficium aliquando in ſui
fauorem renunciaturum: vt in ſimili conſuluit
Nauar. in conſil. 80. eod. de ſimonia. nam ait ibi
quendam fratrem, ſimoniam hanc non com-
miſſiſſe,

miſiſſe, qui beneficium fratri conferẽdum curauit ſperans poſt aliquod tempus in ſui fauorẽ ab ipſo illud ſibi renunciatum iri. Quotieſcunque igitur pactio, nec tacita interuenit, ſimonia non committitur, immo nec peccatum; quandoquidem natura comparatum eſt, vt ab iis, quibus beneficimus, gratia nobis referatur, arg. l. ſi non ſortem. §. libertus, iunct. Gloſſ. ff. de cond. indeb.

Dixi, Vt illud beneficium, aut ſibi, aut alteri re
7 ſignet, † quo ſignificetur primus modus, quo ſimonia hæc committitur, qui eſt, vbi quis pacto, hoc interueniente reſignat, vt deinceps reſignatarius aliquando, & poſt aliquod tempus in fauorem ipſius reſignantis, alteriuſue idem beneficium reſignet: hac enim ratione ſimonia confidentialis committitur, vt habetur in Bulla Pij V. verſ. Quare nos volentes, ibi, Vt illa, vel illud, & cæt. Si ergo beneficium reſignans paciſcatur, vt deinceps beneficium illud idem ſibi alteriue reſignetur, ſimonia hæc committitur, atque ſic dixit quoque Nauar. in conſil. 53. num. 4. & in conſi. 76. num. 6. lib. 5. de ſimon. Hinc colligitur alia ratio, qua ſimonia hæc à ſimplici differt: nam in ſimplici non conuenitur vt illud idem beneficiũ reſignetur, ſed aliud quid fit, daturue pro beneficij reſignatione, & collatione arg. c. de hoc, & ca. ex diligenti de ſimo.

Dixi denique, Vel penſionem ex eo, fructus, eorumue partem eius, alteri præſtet, ob eam ra-
8 tionem; † quoniam ſimonia hæc confidentialis quoad penſionem, fructuſue præſtandos ex eo beneficio, tunc committitur, vbi pactio, & conuentio interuenit, vt pẽſio, fructus, eorumue pars alteri præſtetur; nam Bulla Pij Quinti, vbi de cõuẽtione fructuum agit, inquit. Aut illius fructus, vel eorum pars alij, vel aliis concedantur, vel penſiones ſoluantur: ergo ſimonia hæc non committitur, ſed ſimplex tantum ſimonia, ſi conferens, reſignans, præſentanſue ad beneficium, fructus, penſionemue ſibi, & non alteri reſeruat, dictio enim illa, Alii ſignificat quem diuerſum ab ipſo reſignante, atque ſic conſuluit Nauar. in conſil. 32. & in conſil. 33. num. 4. & in conſil. 76. num. 6. verſ. Sexto de ſimon. Nec repugnat contrarium conſuluiſſe in conſil. 75. & 78. eod. nam ob eam rem id ab eo factum fuit, quoniam in Bulla Pij Quinti ab initio habebantur loco dictionum earum Alii, vel aliis, Illi, vel illis, & ſecundum eam lectionem, quæ videbatur inferre ſimoniam hãc committi à reſignante, quamuis ſibi fructus, penſionemue reſeruaret, ſic tunc conſuluit. Verum, quòd poſtea impreſſiones eiuſdem Bullæ habere cœperunt dictiones illas Alii, vel aliis, quibus ſignificabatur ſimoniam confidentialem quoad fructus committi, vbi alii reſeruabantur, & non ipſi reſignãti, ob eam rem contrarium deinceps conſuluit Nauar. vt vidimus, atque lectionem eam Alii, vel aliis vſu receptam eſſe teſtatur Additio ad Nauar. in cit. conſil. 78. quamobrem fit, vt confidentialis ſimonia non committatur, vbi quis fructus, penſionemue ſibi, ſed alteri reſeruat ex beneficio, quod renunciauit. Et hic modus ſecundus eſt, quo ſimonia hæc in beneficio committitur. Quare ſimonia ſimplex erit, ſi quis beneficium renuncians pactione fructus, penſionemue ſibi reſeruauit; confidentialis vero, vbi alteri, quamuis contrarium Bulla Pii Quarti ſuadere videatur in verſi. Ac ſibi propterea penſiones. dici tamen fortaſſe poteſt loqui Bullam in ſecunda reſignatione, & non in prima. At ſi conueniatur, vt beneficium reſignatum deinceps reſignetur, tunc nihil intererit, cui reſignatio fiat: quandoquidem confidentialis ſimonia ſemper erit, vt ſupra vidimus; ſed de definitione ſimoniæ huius ſatis; ad alterum, quod explicandum nobis propoſuimus, tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simonia confidentialis, vnde ortum habuerit, & ob quas cauſas introducta ſit.*

2 *Simonia confidentialis vnde dicta.*

§. II.

Alterum, quod explicandum nobis propoſuimus, eſt, vnde ſimonia hæc confidẽtialis ortum habuerit, & ob quas cauſas introdu
1 cta ſit. † Quoad hoc igitur, vt paucis me expediã, à tribus cauſis ortum habuit, vel ob tres cauſas introducta eſt.

Quarum prima eſt, ne annatæ ſoluerentur, & alia onera, quæ apoſtolicæ ſedi debentur; reſignabantur enim beneficia in eorum fauorem, qui priuilegium habebant, ne ea onera ſubirent, quo deinceps reſignatarii aliis reſignarent, ſicut cum reſignatariis conuenerant, vt habetur in Bulla Pii Quarti, paulo poſt principium, & in Bulla Pii Quinti, verſ. Multi enim ipſa beneficia, ibi, Præſertim ab illis.

Altera cauſa eſt, vt ii, qui tunc inhabiles, & incapaces beneficiorum erant, vel ob delictum, vel quòd nondum nati eſſent, quando reſignatio fiebat, vbi habiles, capaceſque facti, ac nati eſſent, beneficia reſignata haberent, vel fructus eorum perciperent; exempli gratia quis ſenex opulentum beneficium poſſidens, quod in ſua familia remanere volebat, neminem habebat, ſed filium fratris aut infantem, aut irregularem, aut ratione alia incapacem: quo igitur beneficium ad hũc perueniret, renunciabat hic beneficium in fauorem alicuius capacis pacto intercedente, vt reſignatarius in fauorem eius nepotis beneficiũ reſignaret, vbi habilis ad beneficium factus eſſet, vel fructuum partẽ interim redderet. Hæc igitur eſt ſecunda cauſa, quamobrem ſimonia confidentialis hæc introducta fuit.

Poſtrema cauſa eſt, quamobrem ſimonia hæc introducta eſt, vt ſcilicet, qui beneficia haberent, ea ſibi reſeruarent, nec amitterent, vel ob delictum ab ipſis commiſſum, vel committendum, vel ob incapacitatẽ, ob aliamue cauſam. Si ergo quis clericus beneficium eccleſiaſticũ habẽs homicidiũ, delictũue aliud cõmiſiſſet: ſi irregularis

factus, quamobrem beneficio priuari pertimeſcebat', ne eo priuaretur, in alterius fauorem illud reſignabat, pacto hoc inito, vt poſt abſolutionem habitam delicti, diſpenſationemque irregularitatis, illud idem beneficium ipſi reſtitueret. Si delictum itidem committere volebat, quamobrem beneficio priuandus erat, eadem ratione beneficium reſignabat. Si itidem beneficium curam animarum habens intra annum ſacerdos fieri, ordiniue ſacro initiari recuſabat, iuxta c. licet canon iunct. c. cùm ex eo de elect. libr. 6. quo liberius viueret. Item, ſi in eccleſia reſidere nollebat, quod debetur, iuxta ca. ex geſtis, & cap. quia non nulli de cler. non reſid. & iuxta Trid. Synod. ſeſſ. 6. cap. 1. de reform. & ſeſſ. 7. ca. 2. & ſeq & ca. 1. ſeſſ. 23. eod. Si clericalem habitum gerere reſpuebat, ſi ad bellum proficiſci cupiebat; arma ferre; procuratoris, patroniue partes agere contra ſacros canones, vt habetur in titul. ne cler. ſecul. negot. ſe immiſc. & in tit. de cler. percuſ. & in tit. de poſtulando. Hic ergo in his caſibus, & huiuſmodi beneficium in alicuius fauorem reſignabat pacto prædicto interueniẽte, vt poſteaquam periculum amiſſionis euaſiſſet, ſuasque libidines expleuiſſet, beneficium ſuum recuperaret, atque ſic habetur in propoſitis Bullis, & præſertim in Bulla Pij V. verſic. Multi enim ipſa beneficia. Hæ igitur cauſæ ſunt, quamobrem ſimonia confidentialis introducta eſt.

2 Ex his colligitur, † quamobrem ſimonia hæc confidentialis dicta ſit: nam quòd reſignans primo beneficium confidebat, eum in cuius fauorem beneficium reſignauerat, ſeruaturum ea, quę promiſerat ob pactum inter ipſos initum, ſcilicet reſtituturum beneficium, aut ſibi, aut alteri, aut fructus, eiusue partem, vt conuentum erat, ob eam rem cõfidentialis ſimonia appellata eſt; nullo enim alio iure eorum pacta, vt de re prohibita nitebantur. Sic enim & fideicommiſſa ob eam rem eo nomine ſunt nominata, vt habetur in Inſtit. de fideicommiſ. hæred. in princip. & in §. fin. ſed de his hactenus; ad alia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simonia confidentialis quando interueniſſe præſumatur.*

2 *Præſumptione vna probata, an ſimonia hæc confidentialis probata ſit.*

3 *Teſtes ſingulares an probent in hac ſimonia.*

§. III.

§. Quoad tertiam quæſtionem, ſcilicet quando ſimonia hæc confidentialis interueniſſe
1 præſumatur, † variç coniecturæ recenſentur
à Pio V. in eadem Bulla in verſ. Quare nos volentes. Nam primo, vt ibidem habetur ſimonia hæc confidentialis interueniſſe exiſtimatur, ac præſumitur, vbi quis beneficium accepit ex reſignatione, aliaue ceſſione aut ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis, vel regreſſus, vel acceſſus, vt deinceps illud reſignanti, alteriue reſignet ad arbitrium ipſius reſignantis'. Vel fructuum partem, penſionemue ex eis alij, vel aliis præſtet. Et hæc præſumptio locum habet, eſto ſola dimittentis intentione beneficium receperit: nam ſi intẽtio hæc probetur, in exteriori foro ſimonia hæc interueniſſe exiſtimabitur, ita dixit Nauar. in Man. c. 23. num. 110. verſ. Quinto not. ibi, Sexto, quod hæc extrauagans.

Quod autem ſupra diximus de regreſſu, & acceſſu, differunt ea inter ſe; nam regreſſus eſt, vbi reſignatio beneficii hoc pacto facta eſt, vt ſi prius moriatur is, cui beneficium eſt reſignatum, ad reſignantem beneficium reuertatur; & differt ab ingreſſu, qui fit, vbi is, cui beneficium collatum eſt, ante poſſeſſionem habitam cum eodem pacto reſignat. Acceſſus vero eſt, vbi beneficiũ vni, confertur, vt deinceps illud alteri cedat, exempli gratia, Summus Pont. vult Epiſcopatum conferri infanti, ſed quoniam ipſe inhabilis eſt, alteri confert, vt ei infanti viro facto illud cedat, ita declarauit Rebuff. in Prax. benefic. in titul. De regreſſibus.

Secundo ſimonia hæc præſumitur, vbi beneficii collator hoc pacto tacito, expreſſoue cuipiam beneficium confert', vel vt deinceps recipiens in alterum pro arbitrio collatoris beneficium conferat; vel vt fructus, eorumue partẽ eadem ratione alteri tribuat, vel penſionem pręſtet, & eadem de patrono, & de eligente dicimus; ſecus ergo ſi ſine pacto percipiantur: eſto enim in exteriori foro, ſimonia interueniſſe præſumatur, in conſcientiæ foro tamen ſecus eſt, ita ſenſit Nauar. in cõſi. 20. de ſimon. lib. 5. Hæc autem pręſumptio habetur in eadem Bulla in verſ. Item ſi ordinarius.

Tertio præſumitur hæc ſimonia, vbi exemptus a ſolutione iurium Curiæ beneficium acceptum per reſignationem, ceſſionemue ab aliquo ei factam, etiam literis cõfectis, & poſſeſſione apprehenſa modico temporis ſpatio interiecto, vt trium menſium, vel duorum eidem, a quo eſt prius reſignatum, vel ceſſum, beneficium reſignat, reſeruatis aut fructibus, aut eorum parte, aut penſione, aut regreſſu, ſeu acceſſu, ingreſſuue ipſi, vel alteri, hæc habetur in verſic. Ad hæc ſi clericus. Quare hinc factum cenſeo, vt in Romana Curia, antequam beneficia conferantur, immo ante concurſum beneficiorum, iusiurãdum prębeatur competitoribus, quo iurent ſe tunc animum beneficii renunciandi non habere, ne ſcilicet ſimonia hęc committatur, & ne quis hoc animo beneficium ſibi conferendum curet, quo deinceps alii reſignet, retenta ſibi penſione.

Quarto ſimonia hæc præſumitur, vbi abſolutus a delicto, vel irregularitate, beneficium iterũ accipit, quod ante, poſtue delictum commiſſum, irregularitatemue renunciauit, hæc in verſi. Poſtremo eod.

Quinto præſumitur etiam, vbi poſt beneficiũ reſignatum, ac reſignationem publicatam, cæptamque à poſſeſſore poſſeſſionem, vel miſcet ſe, aut per ſe, aut per alium in eo beneficio. aut fructus percipit eiuſdẽ, aut a ſucceſſore ipſi, eiusue

propin-

propinquis fructus, horumue pars remittitur, hæc in verſ. Ad probandum vero. Hac ratione committere ſimoniam volebat quidam, qui beneficium reſignare volens fructus pendentes ſibi reſeruare volebat, vnde conſultus ego, an id fieri poſſet, reſpondi id non poſſe; & ſi contra fieret, ſimoniam committi. Quare libere beneficium reſignauit. Hinc conſultus Naua. conſ. 78. de ſimo. libr. 5. an Abbas, qui ceſſerat beneficiũ, poſſet de eius conſenſu, cui ceſſit, poſt poſſeſſionem ab eo habitam, Abbatiam ceſſam gerere, & adminiſtrare; ob hanc præſumptionem reſpondit non poſſe in foro exteriori, ſecus autem in conſciẽtiæ foro.

Sexto ſimonia pręſumitur, vbi qui beneficium per reſignationem accepit, conſtituit dimittentem, eiusue parẽtes, ac propinquos, procuratores ad percipiendos, locãdosue fructus beneficij dimiſſi; & eoſdem fructus perceptos, percipiẽdosue elargitur. Hæc in verſ. Si recipiens beneficiũ.

Septimo præſumitur ſimonia hæc, vbi beneficium reſignans expeditionem, quæ ad recipientem pertinet, ſimulque neceſſarias expenſas pro ipſa expeditione facit. Hæc in verſ. Si vel ſola procuratoris. Verum quid ſi è cõtrario, beneficium recipiens literas penſionis, quam beneficium cedens ſibi reſeruauit, expediat, an ſimoniam hanc commiſiſſe dicetur? Simoniam hanc commiſiſſe, ſentit Nauar. in conſil. 74. de ſimon. lib. 5. cuius opinio mihi non probatur, quandoquidem, vt vidimus, Bulla hæc loquitur, vbi reſignans beneficium ſumptus facit, non autem vbi beneficium recipiens: Simplex tamen ſimonia interceſſiſſe exiſtimabitur in hoc caſu in foro exteriori, niſi de Romani Pont. auctoritate id fecerit; quãuis, ſi ſumptus factos cum penſione compenſare deinceps vellet in foro conſcientiæ ſecus eſſet, vt dixit Nauar. in eod. conſi. & in hac ſimplici ſimonia eius opinio locum habebit.

Poſtremo præſumitur hæc ſimonia, vbi is, qui per ſe, aliosue interceſſit, rationeue alia ſe miſcuit, vt beneficium concederetur; deinceps fructus aliquos eius beneficij etiam donationis titulo percipit, vel de voluntate interceſſoris de eius beneficio diſponitur. Hæc in verſ. Denique ſi quis. Hinc Nauar. eodem conſil. 78. reſpondit eum, qui beneficium reſignauit retenta penſione, accipere fundũ beneficij, & ex fructibus ein penſionem habere ſine licentia Romani Pontif. non poſſe. Hæ igitur coniecturæ ſunt, quibus ſimonia hæc præſumitur, & quæ in Bulla Pij V. habentur.

2 Atqui, † an vna ex his præſumptionibus, coniecturisque probata, ſimonia hæc confidentialis probata erit? Item per quot, & quos teſtes probari debet?

Quoad primum breuiter concludo coniectura vna ex dictis probata ſimoniam hanc probatam non cenſeri; tum quod ſic ſtatuit Pius Quintus in ead. Bulla; Teſtes autem de qua re ſingulares, ait enim ibi, ſingulas probare valeant præſumptiones, & coniecturas: pluresque huiuſmodi præſumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Hæc ibi. Si ergo plures præſumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciunt, ergo vna non facit. arg. l. cum prætor. ff. de iud. & cap. non ne, de præſumpt. Tum quod id dixit quoque Nauar. in Man. cap. 23. nume. 110. verſ. Nota octauo. Contra ſententiam hanc tamen facere videtur coniectura ſecunda ſupra propoſita, vbi ordinarius pacto tacito, expreſſoue beneficium conferet alicui, vt ad libitum de ipſo diſponere poſſit: nam cõiectura hac probata ſola, ſimonia probata videtur; ex quo ſimonia committitur, vbi non pure, ac libere beneficium confertur, vt habetur in ca. fi. & ibi Gloſſ. de pact. Quare ego ſententiam Nauar. ſequor, vt ſcilicet in arbitrium iudicis collocatum id ſit, an vna pluresue coniecturæ plene probent arg. cap. de cauſis. §. 1. de off. deleg. & l. 1. ff. de iur. delib. Nec repugnat, quod dixit Summus Pont. plures cõiecturas plenam probationem facere; nam etſi hoc dixit, non tamen hoc negauit, quin & vna probaret: & de hoc ſatis.

3 Quoad ſecundum, † etſi teſtes ſingulares non probant, vt habetur in ca. bonæ. 1. de elect. & ibi Abb. pro regula, not. 7. verſ. Secunda regula. tamen in hoc caſu probabunt; ſic enim ſtatuit Pius V. in propoſito verſ. Si ergo vnus vnam, alter alteram ex illis cõiecturis probet, probatio valebit. Immo ad teſtimonium ferendum in hac ſimonia & criminoſi, ſicut in ſimplici ſimonia, admittentur, ut habetur in ead. Bulla Pii V. Cæterum, ait enim ibi criminoſi, & cæteri omnes, qui ad perhibendum in caſibus ſimoniæ teſtimonium recipi poſſunt, ad prædicta omnia admittantur. Hæc ibi; de quibus tamen teſtibus infra ſuo loco agemus; & ex his ſoluta quęſtio quarta eſt, quam nobis explicandam propoſuimus: iam ad quintam ueniamus.

SVMMA.

1 *Pœnæ, quibus ſimonia cõfidentialis punitur, hæ ſunt.*
2 *Collationes beneficiorum, regreſſus, fructuum, penſionumque reſeruationes ipſo iure nullæ ſunt.*
3 *Fructus percepti ab huiuſmodi beneficijs per ſimoniam collatis, reſtituendi ſunt.*
4 *Beneficijs, quæ antea quis legitime obtinebat, ipſo iure priuatus eſt.*
5 *Inhabilis ſimoniachus hic ipſo iure fit ad beneficia in poſterum acquirenda.*
6 *Cardinales, & alij Eccleſiæ Antiſtites ſimoniã hanc cõmittentes ipſo iure ingreſſu Eccleſię priuati ſunt.*
7 *Excommunicati reliqui ſunt.*

§. IIII.

1 Quoad quintam quæſtionem, † ſcilicet qua pœna ſimonia hæc puniatur; paucis ut me
2 expediam, multipliciter punitur. † Nam primo beneficiorum collationes, regreſſus, fructuum reſeruationes, penſiones, & huiuſmodi, nullæ ipſo iure ſunt, ut habetur in cit. Bulla Pii Quarti in verſic. Ac quaſcunque collationes, & Pii Quinti in verſic. Sed ne quiſquam, atque ſic

dixit quoque Nauar.in Man.c.23.nume.110. in verſ.Secundo not. Id quod locum habet, eſto ab vtraq; parte executioni mandata non ſit,& ſie eō uentionalis ſimonia ſit;nam, ex quo nullas colla tiones eſſe ijdem Romani Pont.decernunt,expe ctandum non eſt,vt ab vtroque executioni man detur,atque ſie ſenſit Nauar.in Man.c.23.num. 109.verſ. Secundo not. vbi hac ratione peiorem eſſe ſimplici ſimonia inquit;nam ait, ſimul ac qs beneficium in confidentiam prædictam accepit, ipſo iure collationem factam nullam eſſe, quod non fit in alia ſimonia conuentionali.

3 Secunda pęna hęc eſt,† quod fructus huiuſmo di beneficiorum,quæ hac ratione collata ſunt,in conſcientię foro retineri nequeunt,vt habetur in Bulla Pij IIII.in verſ.Et eoſdē, ſed Cameræ apo ſtolicæ reſtituendi ſunt,ſicut eorum beneficiorū collatio Apoſtolicæ ſedi reſeruata eſt, vt dicitur in eod.verſ.Ac quaſcunque.Quamobrem etiam fit,vt alia ſimonia ſimplici,cōuentionali, realiq; peior ſit; quandoquidem per ipſas non aufertur ordinario poteſtas beneficia conferendi per eas ſimonias,quod & notauit Nauar.eod.num.110. verſ.Tertio not.nouam.

Tertia pœna illata per Pium V.in cit. Bulla in verſic. Sed ne quiſquam etiam vana fiducia, hæc

4 eſt; † nam, qui ante eius extrauag. beneficia per ſimoniam confidentialem acceperunt, vel penſiones,& huiuſmodi,ſi ſtatim, eius Bullæ notitia habita,illa non dimiſerint,ipſo iure,& alijs bene ficiis,& officiis etiam temporali licet iure obten tis priuati ſunt.Sicut etiam, & ii qui poſt eam Ex trauag. beneficia huiuſmodi ratione conſecuti ſunt.Grauior igitur ſimonia hęc ipſa ſimplici,cō uentionali,& reali eſt:nam beneficiis alias aequi ſitis ipſo iure priuatus quis non eſt, quod & not. Nauar.nu.110.verſ.Not.decimo, & in conſi.50. de ſimon.lib.5. Beneficia tamen iuſte acquiſita, eſto prædicti ipſo iure priuati ſint,antequam per iudicem ipſis priuentur,ea vltro remittere nō eo guntur, ex quo pœna hæc à lege inuſta eſt, quæ in conſcientiæ foro ante iudicis ſententiam non debetur,vt tradidit Gloſſ.communiter recep. in c.fraternitas.12.q.2.quod eſt not.quandoquidē ſcrupulis animū liberat.At quid ſi quis hoc igno raret? Vide Nauar.ibid.

5 Quarta pœna hæc eſt,†nam,qui ſimoniā hanc committunt, ad futura beneficia inhabiles ipſo iure ſunt, vt decreuit Pius V. in eod. verſ. Sed ne quiſquā,ibi,Et ad futura inhabiles decernimus, & Not.etiam Nauar.in eod.verſ. Not. Decimo, & in cit.conſ.50.num.2.

6 Quinta pœna eſt,† Interdictum in Cardinalibus:nam,ſi hanc ſimoniam committant.ipſo iure ingreſſu Eccleſiæ priuati ſunt, ſicut etiam alii Eccleſiæ Antiſtites, vt habetur in Bulla Pii IIII. in verſ. Inſuper vniuerſis.

7 Poſtrema pęna†eſt excommunicatio,quæ etſi per Bullam Pii IIII. eod.afficit eos tantum, qui Eccleſiæ Antiſtites non ſunt, per Bullam tamen Pii V. in verſ.Sed ne quiſquā,ibi,Et in iuris ſubſidium, omnes complectitur, & abſolutio eius Romano Ponti.reſeruata eſt. Et his pœnis,ſcilicet interdicto, & excommunicatione afficiūtur, eſto alias priuilegium habeant, quacunque ratione conceſſum, ne cenſuris irretiri poſſint, vt habetur in vtraque Bulla in verſ. Non obſtantibus;ſed de hac itidem quæſtione ſatis: ad aliam tranſeamus.

SVMMA.

1 *Simonia confidentialis cognitio ad quem ſpectet.*
2 *Simonia confidentialis qua ratione à ſimplici ſimonia differat.*

§. V.

1 Quoad ſextam quæſtionem, † ſcilicet huius ſimoniæ cognitio ad quem ſpectet: eam ſibi,ſucceſſoribusque ſuis Pius V.reſeruauit in Bulla incip. Licet fel.record. Pius Papa IIII.Ita anno Domini 1568.die quinta menſis Ianuarii.Pont. ſui anno Secundo; ſicut etiam in eiuſdem Bulla incip. Intolerabilis multorum; eſto ſingularibus perſonis cognitionem huiuſmodi aliquando mandauerit, vt habetur in Bulla incip.Cum ſicut accepimus, & in alia incip. Cum alias omnes,& ſingulos caſus eiuſdem Pii V.

2 Quoad poſtremam quæſtionem,†ſcilicet qua ratione à ſimplici ſimonia cōmiſſa in beneficio differat,etſi ex dictis antea colligi poteſt, tamen paucis id perſtringamus.

Primum igitur hæc ſimonia confidentialis in beneficiis eccleſiaſticis tantum locum habet: ſimonia vero ſimplex in ſpiritualib. omnibus,eiſue annexis,vt ex dictis conſtat.

Secundo in ſimonia hac id,quod datur,& accipitur eſt idem beneficium, vel quod habetur ex beneficio,vt fructus,& penſiones ex eo:nam vel paciſcuntur inter ſe,vt idem beneficium reſtituatur,vel fructus,penſioue ex eo præſtetur, vt vidimus:at in ſimplici ſimonia non idem, neque ex eodem eſt,quod datur,aut accipitur; nam datur ſæpius,vel aliud ſpirituale,vel pecunia, vel pecunia æſtimabile.

Tertio ſimonia hæc fit ſub illa ſpe, & fiducia ſemper:at ſimplex non ita; nam ſimpliciter promittitur,aut datur aliquid in ipſa.

Quarto ſimoniam hanc cōmittens beneficiis, & officiis,quæ legitime antea habebat, ipſo iure priuatus eſt,quamuis cōuentionalis ſimonia ſit; quæ pœna in ſimplici ſimonia locum non habet; nullo enim iure hoc cautum habetur.

Quinto ſimoniam hanc committētes excommunicati ſunt,eſto priuilegium habeant ne cenſuris irretiri poſſint, quod non fit in ſimonia ſimplici;non enim id dicitur in extrauag. cum dete ſtabile de ſimo.nec alio iure;ergo nec nos dicere debemus.arg.l.interpretatione.ff.de pœn.& ca. in pœnis.de reg.iur.lib.6.

Poſtremo ſimoniam hanc committentes, vel conuentionalis ſimonia ſit excommunicati ipſo iure ſunt,nec non priuati beneficiis, & officiis legitime antea habitis, & acquiſitis etiam per hane

hanc ſimoniam,necnon inhabiles ad alia conſequenda,quæ pœnæ in ſimplici ſimonia locũ non habent,niſi realis ſit,ut habetur in cit. extrauag. cum deteſtabile de ſimon. & in Bulla Pii Quinti incip.Cum primum Apoſtolatus.lata anno Domini 1566.Calen.April.Pontif.ſui Anno Primò uerſ.Et ut ſimoniacæ prauitatis.Ex his igitur patet,qua ratione ſimonia hęc à ſimplici differat:& de pœnis huius ſimonię ſatis,iam ad pœnas trãſeamus eorum, qui ſimoniam in electione Romani Pont.committunt.

De pœnis eorum,qui in electione Romani Pon. ſimoniam committunt. Cap.XXIII

S V M M A.

1 *Pęna eius,qui per ſimoniam Romanus Pont.electus eſt.*
2 *Pœna eorum,qui aliquem in Pontificem Roma.elegerunt per ſimoniam.*
3 *Pœna eorum,qui mediatores fuerunt, vt quis per ſimoniam in Romanum Pont.eligeretur.*
4 *Pęna eorum,qui viuo Romano Pontif.papatum ambiunt.*

QVARTO loco explicandum mihi propoſui quibus pęnis, afficiãtur, qui in electione Romani Pontif. ſimoniam committunt: & quoniam hæ partim pertinent ad ipſum electũ, partim ad eligẽtes,partim ad mediatores,& omnes hæ pęnæ habentur in Bulla Iulii Secundi incip. Cum tam diuino,& a quo cunque inde elici,ac depromi facile poſſunt, ob eam rem ipſam Bullam tantum huc inſerendam cenſui,quę hæc eſt.

De ſimoniacha Pont.electione,& huiuſmodi ſimonia complicibus,eorumque pœnis.

IVlius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum tam diuino, quam humano iure,in ſpiritualibus præcipue,deteſtabiliter ſit ſimoniæ labes prohibita, & longe magis in electione Rom.Pont. Vicarii Ieſu Chriſti D.N.abominabilis ſit, & uniuerſali Eccleſiæ, pernicioſa,Nos,qui regimini eiuſdem uniuerſalis Eccleſię(meritis licet imparibus) annuẽte domino pręſidemus,cupientes quantum cum Deo poſſumus in pręmiſſis pro tantæ rei neceſſitate, ac periculi magnitudine, ut tenemur in poſterũ ſalubriter prouidere,de fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & unanimi conſenſu hac noſtra perpetuo ualitura conſtitutione,Apoſtolica autoritate, & de pote-
1 ſtatis noſtræ plenitudine,†ſtatuimus,ordinam⁹, decernimus,& deffinimus,qđ ſi,(qđ Deus ꝓ ſua clementia,& ineffabili bonitate auertat)contigerit,poſtquam nos,uel ſucceſſores noſtros ſucceſſiue,ipſe Deus ab huiuſmodi uniuerſalis Eccleſię regimine abſoluerit,humani generis inimico procurante,& ambitione, uel cupiditate ad hoc inclinante, ſeu impellente, electionem Romani Pont.ab eo,quem eligi contigerit,uel ab aliquo, ſeu aliquibus de cętu Cardinalium quomodolibet uotum dãtibus,per ſimoniacam hæreſim (in dando,promittendo,uel recipiendo pecunias,bona cuiuſque generis,caſtra,officia,uel beneficia, ſeu promiſſiones,& obligationes) commiſſam ꝑ ſe,uel alium,ſeu alios quomodocunque, & qualitercunque(etiam in duarum partium,uel omniũ Cardinalium unanimi concordia, quomodolibet,etiam per uiam aſſumptionis unanimiter,nemine diſcrepante,etiam ſine ſcrutinio factæ) celebrari,uel fieri,nõ ſolum huiuſmodi electio, uel aſſumptio,eo ipſo nulla exiſtat,& nullam eidem ſic electo,uel aſſumpto adminiſtrandi in ſpiritualibus,& temporalibus,facultatem tribuat, ſed ẽt contra dictum ſic electum,uel aſſumptum,de ſimoniacha labe,a quocunque Cardinali,qui eidẽ electioni interfuerit,opponi,& excipi poſſit,ſicut de uera,& indubitata hæreſi,ita quod à nullo ꝓ Romano Pont.habeatur,quinimo ipſe ſit à priori ſuo Cardinalatu,& alio quocunque honore,eccleſiis cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus,monaſteriis, & dignitatibus, & aliis quibuſcunque beneficiis, & penſionibus,ꝗ tunc obtinebat in titulum, uel in commendam, aut alias quomodocunque, eo ipſo abſque alia declaratione, priuatus exiſtat, & idem electus, non Apoſtolicus,ſed apoſtaticus, & tanquam ſimoniachus,& hæreſiarca,& ad prædicta omnia, & ſingula ꝑpetuo inhabilis habeatur, & ſit. Nec huiuſmodi ſimoniacha electio per ſubſequentẽ ipſius intronizationem,ſeu temporis curſum,aut etiam omnium Cardinalium adorationem, ſeu obedientiam,ullo unquam tempore cõualeſcat. Liceatque omnibus,& ſingulis Cardinalibus,etiam illis,ꝗ huic ſimoniacæ electioni, ſeu aſſumptioni conſenſerint, etiam poſt intronizationẽ, & adorationem,ſeu obedientiam, ac etiam uniuerſo Clero,Populo Romano, nec non ſubditis, & Sancti Angeli de Vrbe,ac quarumuis aliarum Romanæ Eccleſiæ arcium Præfectis,Caſtellanis, Capitaneis,& aliis officialibus (quocunque homagio,ſeu iuramento,uel cautione pręſtitis non obſtantibus)à talis electi,etiam intronizati, obedientia,& deuotione,impune,& quandocunque diſcedere(ipſis,fidei Romanæ Eccleſiæ, & obedientię futuri Romani Pontificis canonice intrãtis nihilominus aſtrictis permanentibus) & eũ, ut magum,ethnicum,publicanum, & hæreſiarcham euitare.Ad cuius quoque confuſionẽ,poſſint Cardinales,qui præfactę electioni ſe opponere uoluerint,ſi præſumpſerit,ſe regimini uniuerſalis Eccleſiæ,prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachii ſecularis contra eum implorare.Nec tales ab eius obedientia diſcedentes,tanquam tunicæ Domini ſciſſores, aliquarum propter dictum diſceſſum pęnarum,ſeu cenſurarum ultioni ſubiaceant.

Cardinales

2 Cardinales uero, † qui eum ſic ſimoniace elegerunt, à ſuis ordinibus, etiam Cardinalatu, titulis, & honore à quibuſcũque Patriarchalibus, Archiepiſcopalibus, Epiſcopalibus, & aliis prælaturis, ac dignitatibus, & beneficiis, quæ in titulum, uel commendam tunc obtinebãt, uel in quibus, ſeu ad quæ ius tunc habebunt, abſque alia declaratione, priuati exiſtant. niſi ab illo penitus, & cũ effectu diſceſſerint, & reliquis Cardinalibus, qui huiuſmodi ſimoniæ non conſenſerint, infra terminum octo dierum, poſtquam fuerint ab eis requiſiti, perſonaliter ſi fieri poterit, aliàs per edictum publicnm, ſe abſque fictione, uel fraude uniuerint, & coniunxerint. Et tunc ſi præfatis aliis Cardinalibus ſe uniuerint, & coninnxerint in priſtinum ſtatum, & ad priſtinos honores, & dignitates, etiam Cardinalatus, ac eccleſias, & beneficia, quibus præerant, & obtinebãt, reintegrati, rehabilitari, ac reſtituti, & repoſiti, & ab huiuſmodi ſimoniæ labe, & cenſuris, ac pœnis eccleſiaſticis quibuſcunque, abſoluti eo ipſo exiſtant.

3 Mediatores uero, † proxenetę, trapezatæ tam clerici, quam laici, cuiuſcunque dignitatis qualitatis, & ordinis fuerint, etiã Patriarchali, Archiepiſcopali, uel Epiſcopali, uel alia ſeculari mundana, ſiue Eccleſiaſtica dignitate præditi, etiã quorumcunque Regum, & Principum Oratores, uel Nuncii, huius ſimoniacæ electionis participes, ſint omnibus ſuis eccleſiis, beneficiis, prælaturis, & feudis, ac aliis quibuſcunque honoribus, & bonis, eo ipſo priuati, & ad ſimilia inhabiles, ac ẽt actiue, & paſſiue inteſtabiles, & eorum bona ipſo facto, ad inſtar reorũ criminum leſę maieſtatis, Fiſco Apoſtolicæ ſedis applicentur, & deuoluantur, ſi prædicti delinquentes eccleſiaſtici fuerint, uel aliàs Romanæ Eccleſię ſubditi. Bona uero, & feuda taliter delinquentium, non ſubditorum ſecularium, in partibus exiſtentia, Fiſco ſecularis Principis, in cuius territorio bona ſita fuerint, ipſo facto ſimiliter aplicentur. Ita tamen, quod ſi infra tres menſes, à die, quo notum fuerit illos ſimoniam commiſiſſe, uel participaſſe, Principes dicta bona fiſco ſuo actualiter hoc applicauerint, ex tunc illa Fiſco Eccleſię Romanæ applicata cẽſeantur, & ſint eo ipſo, abſque alia ſimili declaratione. Promiſſiones quoque, & obligationes, ſiue ſponſiones propterea quandocunque, etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra perſonas Cardinalium, per quoſcũque alios quomodocũque factæ cum quauis inexcogitabili ſolemnitate & forma, etiam iuratæ conditionales, ſiue euẽtuales, & in forma excommiſſarum, ex quacunq; cauſa, etiam depoſiti, mutui, cambii, confeſſionis de recepto, donationis, arrendamenti, uel uenditionis, permutationis, uel alterius cuiuſcunque contractus, etiam in ampliori forma Camerę Apoſtolicæ, factæ, ſint nullæ & inualidæ, & ad agendum inefficaces, nullusque illarum uigore cogi, uel conſtringi poſſit in iudicio, uel extra. Liceatque omnibus, ab illis impune, abſque aliquo metu, ſiue periurii nota, recedere. Et inſuper liceat Cardinalibus, qui electioni prædictæ ſimoniacę interfuerint & à præfato ſic electo diſceſſerint, adhibitis ſecum aliis Cardinalibus, etiam illis, qui huiuſmodi ſimoniacæ electioni conſenſerunt, & poſtea eiſdem Cardinalibus in dicta ſimonia nõ complicibus ſe uniuerint, ſi ſe cum eiſdem unire uoluerint, alioquin ſine eis ad alterius nihilominus Pontificis electionem, non expectata alia ſententia declaratoria ſimoniacæ electionis huiuſmodi (eadẽ tũ præſente noſtra conſtitutione ſemper in ſuo robore permanente) libere, alias tamen Canonice, deuenire, & concilium etiam generale inducere, & conuocare in loco idoneo, prout eis uidebitur expedire. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & præcipue fel. recor. Alexandri Papæ III. quę incipit. licet de uitanda diſcordia, & aliorum Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, etiã in conciliis generalib. editis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Inhibentes poſtremo omnibus, & ſingulis S.R.E. Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum Sacro Collegio, ne Apoſtolica ſede uacante, prędictis contrauenire, uel cõtrà præmiſſa, uel aliquod præmiſſorum ſtatuere, diſponere, & ordinare, uel aliquo modo facere, ſeu attentare præſumant, quocunque exquiſito colore, uel cauſa ſub excõmrnicationis latę ſententiæ pœna, quam ipſo facto incurrant, & à qua non niſi per Romanum Pontificem canonice electum, abſolui poſſint, niſi in mortis articulo. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, uel aliquo præmiſſorum, à quoquam ſcienter uel ignoranter, etiam per nos contigerit attentari. Vt autem præſentis conſtitutionis, decreti, ſtatuti, ordinationis, ac inhibitionis noſtrę tenor ad omnium notitiam deducatur, uolumus præſentes literas noſtras in ualuis Baſilicę Principis Apoſtolorum, nec non in Cancellariæ, ac acie campi Florę affigi, nec aliam eatundem literarũ publicationis ſolemnitatem requiri, aut expectari debere, ſed huiuſmodi affixionem pro ſolemni publicatione, & perpetuo robore ſufficere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum conſtitutionis, ordinationis, ſtatuti, decreti, definitionis, applicationis, approbationis, & inhibitionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinto, 19. Calen. Februarii, Pontificatus noſtri anno Secundo.

Hæc igitur Bulla Iulii Secundi eſt, ex qua pœnę habentur, depromique facile poſſunt, latæ ob ſimoniam tam contra electum in Romanum Põtif. quam contra ipſum eligentes, & mediatores.

4 Verum quid † ſi niuo adhuc Romano Pont. per ſimoniam quis Pontificatum ambiat, an & hic propriis pęnis afficitur? Plane, & hunc propriis pęnis affici concludendum eſt: nam ipſum Pius Quartus uariis pęnis afficit in Bulla incip. Cum ſecundum Apoſtoium Anno Domini 1558. 17.

Calend.

Calend. Iannarii, Pont. ſui anno Quarto, quæ pœnæ, quòd inde elici qneunt, ob eam rem Bullam huc inſerendam exiſtimaui. Atqui de pœnis tam communibus, quam propriis ſimoniæ, & de effectibus ipſius tam de iure diuino, quàm poſitiuo hactenus, ad Materiam tranſeamus.

De Materia communi ſimoniæ, quatenus contractus eſt, Cap. XXIIII.

S V M M A.

1 *Materia Simoniæ, alia communis, alia propria eſt.*
2 *Materia communis ſimoniæ duplex eſt.*
3 *Materia communis ſimoniæ, quatenus conuentionis rationem habet, eſt contractus.*
4 *Emptione, venditioneque an ſimonia tantum committatur.*
5 *Contractibus non gratuitis omnibus ſimonia committitur.*
6 *Contractus non gratuiti quinam ſint, quibus ſimonia committitur.*

ABSOLVTIS effectibus ſimoniæ, tertio loco de materia eiuſdẽ
1 nobis agendũ eſt, † ſed quoniã duplex ipſa eſt communis, &
2 propria, † & communis itidẽ bipertita, alia quatenus contractus, alia quatenus eſt crimen. Ideo prius de materia communi, & primo quatenus contractus eſt, deinceps de reliquis agam'.

3 Materia igitur communis ſimoniæ, † quatenus cõuentionis rationem habet, contractus eſt. Id quod hinc patet, quoniam ſimonia definitur, ut in initio poſuimus, eſſe ſtudioſa uoluntas emẽdi, uendendique ſpirituale, uel ſpirituali annexũ, ergo eius materiam contractum eſſe fatebimur: nam & de contractu rei ſpiritualis, & de profana contractus dicitur.

Atqui, quoniam contractuum ſpecies plures ſunt, ut habetur in §. fin. in Inſtitu. de oblig. & in pluribus ſeq. tit. & in l. 1. ff. de act. & oblig. ob eam rem, quibus contractibus ſimonia committatur, inſpiciamus.

4 Videbatur igitur dicendum † emptione, & uẽditione tantum ſimoniam committi, & hoc ob eam rationem, quoniam ſimonia definitur, ut ꝓxime diximus, eſſe ſtudioſa uoluntas emendi, uẽdendiue ſpirituale, aut ſpirituali annexum, ergo per emptionem, & uenditionem tantum committi dicendum uidetur.

Contrariam opinionem amplexari nihilominus debemus, ſcilicet, & per contractus alios ab emptione, & uenditione ſimoniam committi. Id quod probatur primo, quoniam ſic inquiũt DD. communiter S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. in reſp. ad quintum argumentum, & Archiep. Flor. in 2. pa. Sum. tit. 1. cap. 5. §. 1. de ſimon. ibi, Nomine autẽ emptionis, & Syl. in uerb. Simonia, nu. 1. uerſ. ſecundum, & Ioann. Tabien. eod. num. 2. uerſi. Nomine autem emptionis, & Mar. Socin. Sen. in Rubric. de ſimon. num. 11. & Ioann. de Anan. eod. in loco, ubi & alios idem ſentientes refert uerſ. Eſt autem ſimonia, & Dom. Sot. de iuſtit. & iur. li. 9. q. 5. art. 1. concl. 3. uerſ. Sub illis autem uerbis emendi, & Guliel. Redoan. in Tract. de ſimo. 3. p. cap. 1. num. 6. & ſeq. & Nauar. in c. fin. nu. 10. eo. de ſimon. ubi communem hanc DD. ſententiam eſſe teſtatur. Probatur id etiam: nam ſpiritualia gratis danda ſunt, ex quo gratis nobis ſunt tradita, ut habetur apud Matth. 10. capi. 2. & refertur in c. quicquid 1. q. 1. & in c. ſunt nonnulli cum ſimil. & ſi contra fiat ſimonia committitur, arg. eorum iurium: ergo uel quid aliud detur præter pecuniam, qua ſola emptio, & uenditio fit, ſimonia committitur, non enim gratis dantur, quod, ne ſimonia interueniat, poſtulatur. Poſtremò id habetur in c. de hoc de ſimon. & in c. cum eſſent: nã in c. de hoc, cum quidam beneficia nonnullis ꝓmiſiſſet, quo electioni de ſe faciendæ aſſentirentur, & id ab ipſis factum eſſet, ſimoniam ab ipſis commiſſam eſſe habetur, & tamen ibi emptio, uẽditioque non interceſſit (non enim pecunia numerata interuenerat, quæ ad emptionem, & uenditionem perficiendam requiritur, ut dicitur in §. pretium autem cum ſeq. in Inſtit. de emp. & uẽdi.) ſed beneficiorum promiſſio. Item in c. cum eſſent, ſimoniam commiſſam ibi habetur, propterea, quod pro beneficio eccleſiaſtico habẽdo negocia cuiuſdam ſe curaturum, quidam promiſerat, facit quoque c. ex diligenti, eod. ubi ſimonia etiam ab eo cõmittitur, qui pro ſpiritualibus habendis homagium facit, ſicut etiam ſimoniã cõmittit, qui, ut in canonicum recipiatur, hac cõditione ſua bona eccleſiæ offert, ut dicitur in c. tua nos de ſimon. Ex quibus omnibus patet ſimoniã committi, eſto pro ſpiritualibus habendis pecunia numerata pretii nomine non tribuatur, ſed aliud quid detur, & ob id eſto emptio, & uenditio non interueniat: ſat enim eſt, ut pro ſpiritualibus conſequendis aliquid pretii loco tribuatur: nam ſemper ſimonia committitur, quoties non gratis præſtantur. Nec repugnat ratio contraria à definitione ſimoniæ deprompta, tum quod definitio illa à iure tradita non eſt, & ob id iuri præiudicium facere nullum ualet, arg. c. ſi diligenti, de for. compet. & c. contingit de ſent. excommu. tum quòd emptionis nomine, ac uenditionis cõtractus omnis intelligitur, per quem alienatio rei fit nõ gratuita, ut habetur in l. ſtatu liber. §. Quintus, ff. de ſtat. liber. & ut dicit Alciat. in l. alienationis uerbum, ff. de uer. ſign. & Abb. in c. prælatorum, num. 4. de accuſat. & ibi quoque Feli. & Guliel. Redoan. in re noſtra in Tract. de ſimon. 3. p. cap. 1. in fine, tum quòd eſto uenditionis tantũ, mentio facta ſit, nihil tamen hoc officit, quod. n. ſæpius per emptionem, ſcilicet pretio dato ſimonia committitur, ob eam rem ad eam ſe lex accomodauit, arg. l. nam ad ea, ff. de leg. quo caſu contractus minus frequentes non excluduntur, arg. l. 1. C. de rapt. uirg. Pro certo igitur habebimus & per alios contractus ab emptione ſimoniam committi.

Atqui

5 Atqui† contractus hi, per quos ſimonia com-
mittitur quinam ſunt? Plane omnes, qui gra-
tuiti non ſunt, ita DD. cit. communiter inquiunt,
& Nauar. ibid & Ioan. de Anan. in Rub. eo. de ſi-
mon. in uerſ. Eſt autem ſimonia, & Gabrie. Byel.
d. 25. q. 2. uerſicul. Dicitur emendi lib. 4. & ob id
omnes, in quib. mutua obligatio oritur, hi enim
proprie contractus dicuntur, ut habetur in l. La-
beo, §. contractum, ff. de uerb. ſign. & not. Glo. in
6 §. fin. in Inſtit. de oblig. † Hi autem ſunt, exempli
gratia, uẽditio, locatio, & huiuſmodi. Quare hinc
colligitur, ubi quis ultrò aliquid donat, ſimoniã
hunc non committere: id quod habetur in c. & ſi
quæſtiones, & in c. tua nos de ſimon.

Item duplicis generis ſunt, ſ. partim noïati par
tim innoïati. Nominati, ut emptio, uẽditio, loca-
tio, & conductio. Innominati, ſ. Do, ut des. Do,
ut facias. Faccio, ut facias. Faccio, ut des, qui con
tractus innominati reſpectiuẽ dicuntur, ut tradi-
dit Iaſ. in l. naturales, num. 3. cum ſeq. ff. de præ-
ſcript. uerb. Sed de his contractibus generatim
hactenus, iam ſpeciatim qua ratione in ſingulis
ſimonia committatur, contemplemur. Id quod
in ſeq. præſtabimus.

De emptione, & venditione contractu, quo ſimonia committitur. Cap. XXV.

S V M M A.

1 *Emptione, & venditione ſpiritualium ſimonia com-
mittitur.*
2 *Emptione, & vẽditione ſpiritualium ſimonia commit
titur, vbi pretium in pecunia numerata tribuitur,
vel promittitur, eſto emptionis, venditionisque nul
la mentio fiat.*
3 *Remiſſione debiti pro re ſpirituali ſimonia commit-
titur.*

EMPTIONE, uenditione-
1 que ſpiritualium igitur †
ſine dubitatione ſimonia
committitur, ut ex dictis
patet, & habetur in ca. non
ſatis, & in c. ſeq. & in c. quæ
rebatur de ſimon. cum ſi-
2 mil. † Id quod locũ habet,
vel emptionis, uenditioniſque nulla mentio fiat,
ſed aliis uerbis utẽdo pretium in pecunia nume-
rata pro re ſpirituali conſtituatur, quandoquidẽ
uerba ad ſubiectam materiam interpretamur, ar
gum. l. ſi uno, ff. locat. & l. plenum, §. equitii, ff. de
uſu, & habit. Quicunque ergo pro re ſpirituali cõ
ſequenda pecuniam tribuit, promittitue, exem-
pli gratia dicendo, Dabo tibi centum, ſi mihi be
neficium contuleris, eſto nnn cogitet de emptio
ne, & uenditione, tamen ſimoniam committit,
ita dixit Nauar. in c. fin. nu. 10. uerſ. Nobis tamẽ
primo de ſimon.
3 Verum quid † de eo, qui pecuniam nõ tribuit,
nec promittit, ſed eam, quæ ipſi debebatur, remit
tit, an hic ſimoniam committet? Concludendũ
eſt ſine dubitatione ſimoniam ab hoc committi, ut habetur in c. ueniens 1. de teſtib. nam ibi ſimoniam commiſſam habetur à quodam presbytero, propter ea quòd ſingulis parochianis quinque barilos uini remiſerat, quos ſuo parocho ipſi debebant, ſi ad eccleſiam eius Parochię, in qua iuſpatronatus habebant, eum præſentaſſent, atq; ſic not. ibi Abb. nume. 1. uerſic. Not. 3. & Felin. Si ergo remittendo eam obligationem ſimonia committitur, ergo etſi pecuniæ obligatio remittatur, ſimonia committetur. Idque iure merito, tum quod ſpirituale gratis non datur, quod debet, ut habetur in c. quicquid, 1. q. 1. ſed aliquo interueniẽte, quod ſimoniam committit, tum qđ, qui debitum remittit, dare, & qui liberatur, accepiſſe uidetur, ut dicitur in l. quin etiam, ff. de calumn. nam ibi docens Iureconſ. quinam dicatur pecuniam accepiſſe, quo calumnię cauſa negocium faceret, inquit etiam eum accepiſſe dici, q obligatione liberatus eſt, ergo idem & h. c, atque ſic ait Gloſſ. in cit. c. ueniens, ubi multa ad id citat, & ſequitur Abb. ibi, & Add. ad eum. Idem dicit Gloſſ. in c. ſi quis ordinauerit de ſimon. eſto alias non idem ſit dare, quod remittere, ut DD. in eo. c. ueniens. Si ergo remittam centum, quæ mihi Epiſcopus debet, quo beneficium mihi cõferat, ſine dubitatione à me ſimonia committetur:

Id quod locum habet, non ſolum, ubi tunc liberat, uerumetiam ubi ſe liberaturum promittit, ut ſenſit Abb. in eod. c. ueniens, num. 5. & nu. 1. id quod dubium mihi non uidetur: nam & qui pręſentem pecuniam non tribuit pro re ſpirituali conſequenda, ſed ſe daturum pollicetur, ſimoniam committit, argu. c. cum eſſent, & c. ueniẽs, & c. nobis, & c. ſeq. cum ſimil. de ſimon.

Item ſimoniam committit non ſolum obligationem iam ortam remittens, uerumetiam & oriundam, id quod hebetur in c. ueniens de teſtibus. ubi promittebatur remiſſio debiti, quod nõdum reſpectu habito ad presbyterum ortũ erat, ex quo nondum eam eccleſiam adeptus erat, cuius Parochis obligatione illa conſtringebatur, & facit c. per tuas, & c. ſi quis ordinauerit de ſimon. & not. ibi DD.

Excipitur tamẽ, ubi quis nulla antecedente cõuentione, pactoque poſtquam ſpiritualia quis adeptus eſt, obligationem remitteret, ut exempli gratia, ſe gratum præberet: nam tunc ſimonia nõ committitur, ex quo non pretii nomine, ſed gratitudinis gratia benigne, ac liberaliter condonatur, atque ſic not. Ioan. Andr. in eod. ca. ueniens de teſtibus, quem refert, ac ſequitur Abb. ibi, nu. 5. Idque merito, nam & ante condonari poteſt, modo ſpiritualium nomine non tribuatur, arg. c. & ſi quæſtiones, & c. tua nos de ſimon. & ut nos ſupra ſuo loco probauimus. Si tamen ſtatim, uel nõ multo poſt id fiat in foro exteriori pro rei quantitate, & perſonarum qualitate, an ſimonia commiſſa ſit, exiſtimabitur. Sed de emptione, & uẽditione ſatis, ad alios contractus tranſeamus.

De locatione, & conductione contractu, quo ſimonia committitur. Cap. XXVI.

S V M M A.

1 *Locatione, & conductione ſpiritualium ſimonia committitur.*
2 *Locare, & conducere vaſa ſacra, & veſtes ſacras, quando ſimonia ſit, Item &*
3 *Beneficia Eccleſiaſtica. &*
4 *Munera, & functiones Eccleſiaſticas, &*
5 *Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, &*
6 *Operas ſuas ad diuina facienda.*

1 LOCATIONE itidem, & cõductione ſpiritualium † ſimonia committitur: nam nec contractus hic gratuitus eſt, ſed pecunia intercedente fit, ut habetur in Inſtit. in princ. de locat. & uendit. & in l. 2. ff. eod. Verum ut rem hanc dilucidiorem habeamus, breuiter hæc contemplanda ſunt. Primum, an liceat ſine ſimoniæ uitio ſacra uaſa, & calices, nec non ueſtes ſacras locare. Item, an beneficium eccleſiaſticum. Tertiò, an munera & functiones eccleſiaſticas. Quartò, an iuriſdictionem eccleſiaſticã. Poſtremo, an operas ſuas ad functiones Eccleſiaſticas obeundas.

2 Quoad primam quęſtionem igitur † ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quis uult ſacra uaſa, ueſteſque ſacras, propterea quòd talia ſunt, maiori conſtituta mercede locare, & ſic non ſolum id, quod temporale eſt, uerumetiam & quod ſpirituale, & id ſine ſimonię uitio fieri non poſſe cenſeo, tum quòd ea ratione, quin ſimonia committatur, nec alienari omnino poſſunt, ut ꝓbauimus ſupra Cap. 10. tum quod hoc eſt ſpiritualium uſum pretio locare, quod etiam ſimonia eſt, cum gratis dandus ſit, ex quo gratis tributus eſt, ut dicitur in c. quicquid 1. q. 1. & alibi ſæpe diximus. Aut locat ea reſpectu habito ad ipſam materiam tantum, ut pote ad aurum, argentum, & ad pannum, & huiuſmodi, & id ſine ſimoniæ uitio fieri, tunc concludo, nã & ea ratione alienari poſſunt, ut habetur in c. Apoſtolicos, & in c. aurum 12. q. 2. & probauimus in eod. §. 10. etenim uſu hęc cõſumuntur, quamobrem, ut aliquid præſtetur, conueniri poteſt, atque ſic dixit Dom. Sot. de iuſti. & iur. lib. 9. q. 6. art. 1. verſ. Per hæc & de uaſorum uſu, etenim ſe habet ſicut ubi quis locat operas ſuas ad inſeruiendum parochiæ, quod licet, ut dixit Sot. ibid. paulo ante, & nos ſupra ſuo loco. Et ſi huiuſmodi contractus frequentandus non eſt, uel quod auaritiæ ſpecimen pręſefert, uel quod ſcandalum facile dare poteſt, & ob id cauendum ob c. 2. de oper. nou nunc. ſiuntetiam locanda eccleſiaſticis perſonis tantum ſunt, quoad uſum deſtinatum, & ipſis pręſcriptum utantur, non autẽ laicis, nec ad profanas functiones, cum laici nec ea contrectare poſſint, ut dicitur in c. in ſancta, & in c. ueſtimenta de conſecr. d. 1. & arg. ca. aurum 12. q. 2. Ex his iam patet, quando hæc pignori dari poſſint.

3 Quoad ſecundam quęſtionem † an eccleſiaſticum beneficium locari poſſit ſine ſimonię uitio, hic etiam diſtinguẽdum eſt. Nam aut quæritur, an fructus, & obuentiones omnes, quæ percipiũtur ob beneficium, cuiuſmodi ſunt fructus fundi eccleſiæ, uineæ, item oblationes, quæ fiunt in eccleſia, & huiuſmodi. Et hæc quòd profana ſunt, locari ſine dubitatione poſſunt: uã & uendi queũt, ut probauimus eod. cap. ubi & fructus iuriſdictionis eccleſiaſticæ uendi poſſe aſſeruimus. Aut quęritur, an ius cum ea percipiendi, tum exercendi functiones eccleſiaſticas, ſcilicet ſacramenta adminiſtrandi, &c. & neutrum id fieri poſſe cõcludo Non primum, quoniam ſpirituali annexum eſt, quo caſu ſimonia committeretur, arg. c. quanto de iud. etenim ſimonia non ſolum in ſpiritualibus committitur, uerumetiam & in annexis ipſorum, ut ſenſit Gl. communiter recept in Sum. 1. q. 1. Non ſecundum, quoniam ſpirituale per ſe eſt. Non igitur capellanię, id eſt ut quis capellanus ſit in aliqua eccleſia. Non uicariatus conduci poſſunt, nec locari, ut habetur in c. ad noſtram de ſimon. Diſcretioni ueſtrę mãdamus, dicitur enim ibi, quatenus pro miniſterio eccleſiaſtico exercendo, ſiue pro uicariis aſſignandis, ſeu pro chriſmate nullatenus pecuniam exigatis. Hęc ibi, ex quibus propoſita concluſio aperte probatur. Si ergo quis, ut animarũ curam eccleſiæ, ubi oblationes plurimæ fiunt, conſequeretur, pecuniam tribuit, pro certo ſimoniã committet, eſto ſimonia non committatur, ſi obuentiones illæ aperte emantur, ut diximus antea: nam profanæ
4 ſunt, functio autem illa eſt ſpiritualis. † Et ex his ſolutio tertiæ quęſtionis habetur, ſcilicet functiones eccleſiaſticas locari non poſſe.

5 Quoad quartam quæſtionem † iuriſdictio eccleſiaſtica etiam locari nõ poteſt, alioquin ſimonia committitur, arg. c. ad noſtram de ſimon. & habetur in c. 1. cum duobus ſeq. & ibi Innocẽ. & Abb. ac DD. not. ne pręlat. uic. ſuas, & Syl. in uer. Vicarius, qu. 7. Si ergo Epiſcopus pretio ductus uicarium aliquem conſtitueret, uel generalem, uel foraneum, ſimoniam committet, & e contrario, qui huiuſmodi iuriſdictionem mercede conduceret. Quare mea ſententia ſimoniam mentalem committit Vicarius ille, qui hoc animo tribuit aliquid Epiſcopo, ne ipſum eo munere priuet, eſto Epiſcopus non hoc animo accipiat, arg. c. nemo presbyterorum de ſimon.

6 Quoad poſtremam demum quæſtionem † an ſcilicet locare operas ſuas, quis poſſit ad diuina facienda, quod hanc quæſtionem abſoluimus, c. 9. §. 1. ob eam rem, quæ huc pertinent, illinc promantur. Et de locatione, ac conductione ſatis.

De permutatione contractu, quo ſimonia committi poteſt. Cap. XXVII.

S V M M A.

1 *Permutatione ſimonia aliquando committitur.*

2 *Permu-*

2 *Permutatione rei ſpiritualis cum temporali ſimonia committitur.*

3 *Permutatio beneficiorum eccleſiaſticorum fieri poteſt.*

1 PERMVTATIONE quoq; †ſimonia aliquando committitur:id quod ut dilucidius habeamus, hæc contemplanda ſunt. Primum quid ſit permutatio. Deinde an poſſit permutatio fieri rei ſpiritualis cum temporali. Tertiò an beneficii Eccleſiaſtici cum alio beneficio ſine ſimoniæ uitio. Quartò, quando in permutatione ſimonia committatur. Quintò, quando permutatio ſimoniacha non ſit. Sextò, an res una ſpiritualis cum alia ſpirituali permutari ſine ſimoniæ uitio poſſit.

Quo ad primum permutatio nil alind eſt, quã duarum ſpecierum mutua facta præſtatio, arg.l. 1.ff.de rer.perm.& ut ſenſit Rebuff. in ſua Prax. benefi.in tit,de permut.

2 Quoad ſecundum †Permutatio rei ſpiritualis cum temporali facta ſimoniacha eſt: nam permutatio huiuſmodi prohibetur in ca.fin.de rerũ permut.id quod & nnt.Gloſſ. ibi,in uerb. Temporalia,& Abba.num.3.& Syl.in uerb. Permutatio,1.q.13.uerſi.Decima.Idque merito,tum q͛ ratione hac ſpiritualia pro profanis dantur,quaſi pretio,quod prohibitum eſt,ut in c.quicquid,1.q.1.tum quòd pactione traditur,quæ in ſpiritualibus prohibita eſt,ut in c.quàm pio,1.q.2.Quare,qui nuptui ſororem tribuit alicui beneficium eccleſiaſticum habenti,nondum tamẽ ſacris initiato,hac conditione,ut ipſe beneficium ei renũciet,ille uero totum ſuum patrimonium, certe ſimoniam committit,ſecus,ſi ſimpliciter pro dote patrimonium promitteret, rogaretue ipſum, deinceps ut beneficium ſibi renunciaret,ex quo retinere illud non poteſt,tunc enim id poſſet Romani Pontificis autoritate intercedente,ut infra uidebimus.Simoniam itidem committit,qui ius percipiendi decimas habens,quod eſt ſpirituale,cum rebus temporalibus permutat etiam autoritate Epiſcopi intercedente, atque ſic dixit quoque Nauar.lib.3.de iur.patron.conſi.3.uerſ. Secundò.

3 Quoad tertium, † an beneficium eccleſiaſticum cum alio beneficio eccleſiaſtico permutari poſſit. Concludendum eſt id poſſe, ut habetur in c.quęſitum,& in c.ad quæſtiones cum ſeq. de rer.permut.in antiq & in c.unic.eod. lib.6. & in Clem.unic.eod.atque ſic DD.communiter concludunt,& uſu etiam ſeruatur. Non eſt igitur q͛ hac de re dubitemus,ex quo iure ipſo permutatio hæc permiſſa eſt,quę regula locum habet, ut permutatio fieri poſſit etiam,ubi unum beneficium cum pluribus permutatur, & beneficium curam animarum habens cum alio ſimili,aut cũ ſimplici,ut notatur,in c.cum uenerabilis,ubi Abba.num.3.qui communiter hoc receptum eſſe teſtatur,& ibi,quoque Dec.in princip. de rer. permut.idem ait quoque Rebuff.in eod. Tract nu. 40.& Quint.Mandoſ.in Tract. de ſignat. grat.in tit.Permutationes paulo poſt princip.ubi & beneficium æquale cum inæquali permutari poſſe concludit,non enim iure id prohibitum eſt.Sed iam quartum aggrediamur,quod in ſequen.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Permutatione beneficiorum ſimonia committitur,ſi abſque ſuperioris autoritate permutatio fiat.*

2 *Permutatione beneficiorum ſimonia committitur,ſi ob maiorem dignitatem,iuriſdictionemque vnius beneficij pecunia detur,ab eo,qui illud accipit,*

3 *Permutans beneficium pinguius cum tenui ſimoniã committit,ſi penſionem ſibi retineat ſine autoritate Romani Pont.*

4 *Permutans beneficium cum penſione, quæ pro titulo non eſt,ſimoniam committit.*

5 *Permutans ius ad rem, quod habet ad beneficium cũ alio ſimili ſimoniam committit.*

6 *Permutans beneficium non ob neceſſitatem,vtilitatemue eccleſiæ,peccat.*

7 *Renuncians beneficium alicui,vt quod ipſe habet,alteri renunciet,ſimoniam committit.*

§. I.

1 Quoad quartum†ſimonia cõmittitur in permutatione beneficiorum,quoad titulum,ſi abſque ſuperioris autoritate fiat, ut habetur in c.quæſitum de rer.permu.Generaliter itaque teneas,dicitur enim ibi,quod commutationes præbendarum de iure fieri non poſſunt,præſertim pactione premiſſa, quæ circa ſpiritualia, uel connexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſimoniæ.Hęc ibi.Si ergo commutationes prębendarum, ac beneficiorum ſemper labem continet ſimonię,ubi præſertim pactio interuenit,ergo,ex quo permutationes non fiunt ſine pactione(eſt enim permutatio contractus, & in omni contractu pactio,& conuentio quædam interuenit)contra faciendo ſimonia committetur, atq; ſic Abb.ac DD.ibi not.idem dixit Syll. in uerb. Permutatio,2.q.1.& Rebuff.in Prax. benefic.in tit.de permut.num.52.& Nauar. in Man. capit. 23.num. 100.uerſic. Tertiò. Idque iure merito, ex quo enim pactio interuenit,quæ in re ſpirituali improbatur,ut dicitur in cap.quam pio, 1.q.2. & in c.enim pridem,& in c.ulti. de pact. & ut ait Gloſſ.in eod.c.quęſitum in uer.Simoniæ,ſine dubitatione ſimonia committitur. Accedit,quod uidetur ratione hac ſpirituali quaſi pretio quodam aliud ſpirituale uterque conſequi uelle, cũ pure,& gratis tribui debeat,arg.cit.c.quam pio, 1.q.2.Simonia igitur committitur in permutatione beneficiorum,quoad titulum ſi ſine ſuperioris autoritate fiat,atque ſic dixit quoque Guliel Redoan.de ſimon.p.3.cap.12.num.1.Quare ſimoniam committeret,qui de autoritate ſuperioris eccleſiam cõſtituit,& idcirco ius patronatus

natus acquiſiuit,ſi cum alio conueniret,ut ſibi aliud beneficium eccleſiaſticum relinqueret, ſeu renunciaret,ipſe uero eũ renunciantẽ ad bñficiũ a ſe conſtitutum præſentaret,& vterq; conuẽtionẽ impleret ſuperioris autoritate nõ interueniẽte:nã ſic in ſimili rñdit Nau.conſ. 10.de ſim.li.5.

Secundò loco† in hmõi permutatione ſimonia committitur, ſi ubi beneficia permutantur,quæ reſpectu habito ad fructus paria ſunt,ob id pecunia præſtatur,qm alterum altero maiorem dignitatem,iuriſdictionẽq; hẽt,uã ea pecunia pro pretio dignitatis,ac iuriſdictionis ſpiritualis datur, quod nõ licet,arg.tot.tit.de ſim.&c. quicquid 1. q. 1.Item quoniam permutatio libere,ac pure fieri debet,non aũt pactione,conuentioneq; aliqua intercedente,arg.c.quã pro 1,q.2. & ut dicit Gl. in c.quęſitum de rer.permu.& facit,c cum pridẽ, & c.fi.de pact.atq; ſic ſenſit Abb.in c.ad quęſtiones,nu. 3.de rer.perm.nam ibi ait pinguiorem eccleſiam nõ poſſe permutari cũ eccleſia tenui, uel minus pingui interueniente pecunia ſimpliciter ex ea parte,quia uideretur pecunia dari pro reddítibus ſpiritualibus,uel pro re ſpirituali obtinẽda.Si ergo in hoc caſu ſimpliciter non licet pecuniam dari,ubi & præſumptio cadere põt,pro temporali dari,multominus in re noſtra , ubi aperte pro re ſpirituali tribuitur , atque ſic dixit Syl. in uerb.Permutatio.2.n.6.q. 6.& Guliel.eo.ca.n. 8. uerſ.Tertiò,quòd non detur,& Dom. Sot.de iuſti.& iu.li.9.q.7.art.2.uerſic. Eſt tamen exceſſus chriſtiano cauendus,& Ludouicus Paleſtrelus in libello inſcripto Reſponſiones caſuum conſcientiæ in caſ.37.uerſ.De tertio quæſito pag. 165.Immò,nec ſuperioris autoritate intercedente id fieri poteſt,ut dixit Arch.quem refert, ac ſequitur Syl.ibid.Idque meritò:nam,ut ſpiritualia uẽdãtur,diſpenſari non poteſt, quandoquidem diuino iure id eſt prohibitum iuxta illud Gratis accepiſtis,gratis date.

Tertiò ſimonia committitur, † ſi permutans beneficium pinguius cũ tenui penſionem ſibi ſuper fructus reſeruat Romani Pont.autoritate nõ intercedente:nam,etſi permutatio à iure pmiſſa ſit autore ſuperiore , qui Romano Pont.inferior eſt,hoc tamen permittitur,modo pure,ac ſimpliciter,& libere fiat,ut dixit Quint.Mandoſ.in Tracta.de ſign.grat.de perm.in fine,at hic permutatio ſimpliciter non fit,ſed pactione,& conuentione reſeruando ſibi penſionem,quæ pacta,conuẽtioneſque prohibitę ſunt , ut ſæpe diximus in c. cum pridem,& in c.fi.de pac.& in c.quam pio 1. q.2.ergo Romano Ponti.autore tantum id fieri poteſt,& ita Naua.in Man.cap.23.nu. 100.uerſi. Tertiò,ibi,& idem de permutatione , & Guliel. Redoan.de ſimo.3.p.cap.11. Quare ob eandem rationem ſimonia etiam committitur,ſi paciſcãtur inter ſe permutaturi,ut cui oppulentum magis beneficium confertur,impenſas ad literas pmutationis expediendas faciat , etenim uideretur pro ſpirituali temporale dare, quod nõ licet, ut habetur in c.fin.de rer.permut. idem ſi pecunia præbeatur,ita Nauar.ibid.Idem,ſi ut fructus pręſtentur,qui excedunt fructus beneficii minoris,ita Nauar.in conſ.50.de ſim.li.5. Idem ſi fieret pactio,ut ſi beneficium aliquod eorum haberet penſionem,is eam ſolueret,qui ante permutationem habebat illud beneficium:nam & hic ſimoniam committi ſi abſque Romani Pont.autoritate id fiat,conſuluit Nauar.conſ.51.eod. autoritas ſuperioris igitur intercedere in hoc debet.

4 Quartò† ſimonia committitur ,ſi etiam ſuperioris Epiſcopi autoritate intercedente permutatio fiat beneficii,quoad titulum cum penſione,q̃ pro titulo data non eſt,ſed tanquam temporale quoddam:nam tunc ſimonia committitur,quandoquidem ea penſione tanquam pretio temporali pro ſpirituali conſequendo data uidetur, ita Zab.in Clem.1.§.ead.q.8.de ſuppl.neglig.pręla. Imol.atque alii,quos refert , ac ſequitur Caccialup.in Tract.de penſion.q.14.

5 Quinto† ſimonia committitur ab eo, qui permutat ius ad rem,quod habet ad beneficiũ cum alio,qui ſimile ius habet: nam beneficiorum pmutatio eorum tantum permiſſa eſt,quæ iam pmutatium ſunt,ut dicitur in cap.unic. uerſi. ſua beneficia permutare uolentes,de rer.permut. li. 6.Pronomen enim illud ſua,dominium ſignificat,arg.l.ſeruos autem ſuos,ff.de leg. 3. & no.ibi Phil.Franc.uerſ.Tertiò uot.& Anch.& Gem.nu. 5.& nu.7.at qui habet ius ad rem, non eſt beneficii dominus,arg.c.ſi tibi abſenti de præben.li.6. ibi enim dicitur, ſi tibi abſenti per Epiſcopum beneficium collatum ſit,antequam collationem ratam habueris,dici tuum non poſſe , & hoc ob eam rationem,quoniam habet ius ad rem . In re autẽ quis ius habere dicitur , ubi quis dominus iam eſt,ergo permutatio huiuſmodi fieri non poteſt,ex quo permiſſa non eſt:nam ſpirituali quaſi pretio quodam uterque uti uellę uidetur , quod prohibitum eſt,arg.c.quam pio 1.q.2. Præterea pactio,& conuentio interuenit, quæ etiam in ſpiritualibus ſine ſimonię uitio interuenire non poteſt,ut habetur in c.cum pridem,& in ca. fin. de pact.Quare,ſi quis expectaret per Apoſtolicas literas beneficia aliqua etiam uacantia, tamen ante collationem , & acceptionem permutare illa non poteſt,quoniam adhuc ſua non ſunt,licet ei debita ſint,arg.cit.c.ſi tibi abſenti, atque ſic dixit de duobus permutare uolẽtibus iura hæc Anchar.in eod.c.unic.uerſ.Tertiò collige,& Franc. ibid.& Gemin.idem Fel.in c.ad audientiã, uerſ. Not.etiam de reſcrip.& Abb.in c.cum olim,n.4. uerſ.Item dubitatur eod.de permu.& Ioã. And. quem refert,ac ſequitur Syl.in uerb.Permutatio q.13.num.13.uerſ.Nona habens ſola,& qu.7.& Nauar.in conſi.43.n.2.de ſim.li.5.quãuis hodie ne mandata de prouidendo,& gratiæ,quæ expectatiuæ dicuntur,concedantur,& cõceſſæ, ut nullę ſint,omnino prohibuerit Trid.Syn.ſeſſ. 24.de reform.cap.19.Idem & de aliis, qui ratione alia ad rem ius habent,ut pote,quia electi pręſentati, nominatiue ſunt:nã neque hi pmutare ius illud poterũt cum alio ſimili,aut cũ beneficio iã acquiſito,ita DD.cit.ibid.& Nau.in Man.c.23.n. 100.

uerſ. Tertiò, quod permutatio, ibi & quia iura ſo
lum permittunt, & Nau. eo. n & Rebuff. in Prax.
beneſ. de Permutatione, nu. 23. uerſ. Octauò reg
ritur, ubi & alios idem ſentientes refert. Excipi-
tur, tamen, ubi de licentia Romani Pont. id fie-
ret: nam, ex quo eius permiſſu beneficiorũ, quæ
quis plenè acquiſiuit, permutatio fieri pôt, mul-
to magis huiuſmodi iurium, arg. c. cui licet de re
gu. iur. in 6. & l. non debet, cui plus, ff. eod.

6 Sextò † ſimonia cõmittitur, uel certe peccatur,
ubi non ob neceſſitatẽ, utilitatẽue eccleſię, & id-
circo, ut Deo melius inſeruiat, permutatio fit, ꝓ
dẽt, ut habetũt in c. quęſitũ iunc. iis, quæ tradunt
ibi Abb. ac DD. de rer. pm. ſed ob terrenũ cõmo
dũ nullo reſpectu habito, ad diuinũ cultũ. Et hoc
ob eam rõnem, quoniã re ſpirituali quaſi pretio
parare nititur, quod prohibitum eſt tot. tit. de ſi-
mo. Præterea, qm̃ pactio interuenit, quod ẽt iure
prohibitum eſt, c. quàm pio, t. q. 2. & c. cũ pridẽ,
& e. fi. de pact. atque ſic ſenſit S. Th. d. 25. q. 3. art.
3. ad octauum li. 4. nã ibi inquit, ſi pro aliquo ter
reno cõmodo utriuſq;, vel alterius fiat permuta-
tio, eſſe ſimoniam, idem inquit Syl in uerb. Per-
mutatio, 2. q. 3. Quare, qui beneficium, quod hẽt,
permutat cũ alio ob id, quod ubi illud aliud eſt,
uenationib. piſcationibuſque operam dare pôt,
plane hic peccabit, ex quo ob has cauſas permu-
tatio permiſſa non eſt, ſecus autẽ, ſi permutatio
fiat, ut Dei cultus magis augeatur, & liberius, ac
tutius Deo inſeruiat. Non igitur ſimoniam com
mittet, qui ob inimicitias, ob peſtilentem aerem,
& huiuſmodi cauſas beneficium permutat, ita S.
Thom. ibid. & Syl. eod. q. 12.

7 Septimò † ſimonia cõmittitur, ſi hac pactione,
ego renuncio meum beneficiũ tibi, ut tu meo Ne
poti, uel amico tuum renuncies, ita dixit Anç. in
c. unic. uer. Tertio nò. ibi Primum, quod ipſis per
mutantib. & Phil. Fr. uer. In tex. ibi ſua beneficia,
& Gem. n. 5. uerſ. An ualeat permutatio, qui & a-
lios idem ſentientes referunt, & Nau. in cõſ. 43.
n. 3. uerſ. Quartò de ſim. li. 5. non enim hæc per
mutatio eſt, ut ſcilicet tu mihi tuũ, ego tibi meũ
reſignem, ſed eſt renũciatio adiecto pacto facta,
& ob id ſimoniacha, arg c. cũ ptidem, & ca. fi. de
pac. & c. quàm pio, t. q. 2. nam & pretii noĩe meũ
beneficium renunciaſſe uideor, quo ſuũ meo ne
poti renunciaret, & facit c. cũ uniuerſorũ de rer.
permu. Hi ergo modi ſunt, quib. ſimonia in per-
mutatione committitur, ex quibus ẽt, quando ſi
monia non committatur, colligi facile pôt, quod
erat nobis poſtremò loco explicandum, cognito
enim uno ex contrariis, aliud cognoſcitur, arg. l.
qui accuſare, ff. de accuſ. & in Inſt. in prin. de his,
qui ſunt ſui uel allen. iur. ob eã rem ſigulos caſus
breuiter explicemus: cum tamen illud explicaue
rimus, an permutationem beneficiorum facturi
tractare inter ſe de permutatione queãnt ſine ſu-
perioris autoritate, quam quæſtionem in ſeq. ex-
plicabimus.

S V M M A.

1 *Permutaturi beneficia an ſine ſuperioris autoritate
tractare de permutatione queant.*

§. II.

§. Vidimus ſupra ſimoniam committi, ſi abſq;
ſuperioris autoritate permutatio beneficio
1 rum fiat: † modo uideamus, quod proxime
polliciti ſumus, an de permutatione tractare in-
ter ſe ſaltem queant ſuperioris autoritate nõ in-
tercedente. In hac quæſtione, quæ uariis in locis
tractatur, tres DD. ſententię ſunt, quarum prima
fuit Hoſt. cum quo tranſit Ioan. Audr. ut ſcilicet
tractatio hęc fieri non poſſit, ait enim permuta-
tionem debere compleri, ſeu procedere de auto-
ritate Epiſcopi, affert tamen remedium quod-
dam habenti cauſam permutandi, ut ſcilicet con
ferat ſe ad Epiſcopum, & permutationis cau-
ſam narret, rogando eum, ut ſibi prouideat in ali
quo loco. Immò addit poſſe ſubiicere ſuperiori,
quodnam beneficium ſibi accõmodatum eſſet,
& cui ſuum, non autem debere ipſum tractare
cũ eo, quo cum uult beneficiũ permutare. Hanc
opinionem ſequitur etiam Gl. in c. cum uniuer-
ſum, ibi Tractare de rer. perm. Et pro hac opinio
ne facere uidetur ca. cum uniuerſorũ eo. nã ibi ui
tiatur permutatio, & ibi habetur inter ſe tracta-
tionem habuiſſe, Abb. tamen ibi inquit eũ cano-
nem pro contraria ẽt ſnĩa facere. Ego autem bre
uiter reſpondeo ius illud opinionẽ hanc non pro
bare: nã ob eã rem uitiatur ibi permutatio, quo-
niam non permanſerant in ſimplici tractatione,
ſed ex parte iã erat adimpleta ante conſenſum ſu
perioris, quod non poterat, alter enim ex ipſis ꝑ-
mutare uolentibus iam præbendã reſignauerat.
Quare, cum opinio hæc nec ratione, nec iure nitã
tur, contrariam amplexatur Gl. in Clem. unic. in
uerb. Volentib. eo. de perm. Eandẽ ſequitur Zab.
ibid. n. 5. uerſ. Septimò no. & n. 7. uerſ. Secũdo op
pono, ſcilicet tractationem quidem fieri poſſe de
permutando, at non ipſam permutationẽ ſine ſu-
perioris autoritate. Eã quoque ſequitur Io. And.
ſibi cõtrarius, & Gofr. & Abb. qui ipſos refert in
c. quæſitum, n. 10. uerſ. Sed quæro eo. de perm. &
idem Abb. in c. cum uniuerſorum, n. 2. eod. & Io.
Tab. in uerb. Beneficium, 3. n. 17. q. 15. Probatur
autem per cit. Cle. unic. in uerb. Volentib. nã ibi
iubetur, ut beneficia reſignata ex cauſa permuta
tionis aliis, quàm ipſis uolentib. permutare, non
conferantur. Si ergo uolentibus permutare reſi-
gnati debent, qua rõne ſciri poterit, an id uelint,
niſi inter ſe prius id tractent, ita Gl. ibi argumen
tatur. Ad hanc tamen rationem reſponderi poſ-
ſet, à ſuperiore id inquiri poſſe, ubi expedire Ec-
cleſię uiderit, arg. c. quæſitum de rer. perm. Secũ-
dò ratio hæc etiam redditur, ſcilicet ſi contrariã
opinionem ſequeremur, fore opinionem hanc
periculi plenam, cum nulla permutatio fiat, niſi
prius inter ſe de permutatione tractauerint. Ter
tia fuit opinio Syl. in uer. Permutatio, 2. quęſt. 5.
qui ſenſit, & contractum fieri poſſe de permuta-
tione, & concludi etiam poſſe, ſub hac conditio
ne tamen, ſi ſuperiori placuerit. Et hoc ob
eam rationem, quia talis concluſio non eſt cõclu
ſio,

ſio, cũ pendeat actus, quouſque ſuperior conſenſerit: idq; merito, nã conditio nihil ponit in eſſe, arg. l. ſi quis ſub conditione dandorum decẽ, ff. ſi quis omiſſ. cau. teſt. & §. ex conditionale in Inſti. de uerb. obl. Hinc, etſi alienatio emphyteuſis facta ſine directi domini autoritate nulla eſt, & emphyteota à iure ſuo cadit, tamen valet, & periculũ illud euadit, ubi conſenſum directi domini reſeruat, ut tradunt DD. in l. fi. C. de in. emph. Hãc opinionẽ ſequitur Rebuf. in Prax. benef. in tit. de p̃mu. nu. 52. uerſ. Vigeſimo q̃n fuerit inuentum.

Quid igitur concludendum? Ego cõcludo primũ tractationẽ de permutando beneficio ſine ſimoniæ uitio fieri poſſe iuxta ſecundã opinionẽ, quæ ueriſſima eſt: nam, ex quo permutatio cõtractus eſt, neceſſario tractare inter ſe poſſe de p̃mutatione permutare uolentes debent, cum & uſus doceat nullã permutationem ſine tractatione huiuſmodi fieri, & in hoc caſu ſequor opinionẽ eam prima improbata. Secundò itidẽ ſentio ipſos inter ſe concludere ẽt poſſe de permutando, & inſtrumentum ẽt fieri ab eiſdem poſſe de hac promiſſione, hac tamen ſemper adiecta conditione. Si ſuperiori placuerit, & in hoc ſequor opinionẽ Rebuf. & Syl. ob rõnes allatas: immò in foro conſcientiæ ad ſimoniam uitandam ſat eſſe ait Syl. ibid. ut eã conditionem animo cõceptã habeat. Hinc matrimoniũ valet contractum cũ cõſanguinea ſub conditione, ſi diſpenſatio haberi poterit, nec offenditur Cle. unic. de conſan. & affi. Poſtremò concludo ad ipſam permutationem actu faciendam, ita ut alter alteri beneficiũ reſignet, & poſſeſſio etiam tradatur, ſuperioris autoritate oĩno requiri, arg. cit. c. cum uniuerſorum de rer. p̃mut. & hoc dubitationem non habet ob c. quæſitũ eo. & ſi prima opinio id uellet, ueriſſima eſſet, alias uero ſimoniacha, ſi in poſſeſſionẽ ingrederẽtur beneficiorũ, quæ permutarunt, eſto clauſula illa adijciatur, ſcilicet, ſi ſuperiori placuerit, factũ enim proteſtationi contrarium eſt, & idcirco nõ prodeſt. In hac quæſtione igitur ſic concludẽdũ cenſeo: iam caſus ponamus, in quibus ſimonia in permutatione non committitur, id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Simonia quamobrem in permutatione nõ cõmittatur.*
2 *Superior quiſnam ſit in permutatione facienda.*

§. III.

Caſus nobis explicandos propoſuimus, in q̃bus permutãdis beneficiis ſimonia nõ committitur, iã ergo rem ipſam aggrediamur.

1 Primum igitur † ſimonia non committit, ubi ſuperioris autoritate permutatio beneficiorũ fit quoad titulũ, & ſic ceſſat primus caſus † ſuperior
2 autem hic Epiſcopus eſt in ſua diœceſi, ita dixit Gl. in Cle. unic. in uerb. Conferant de rer. permu. & ſequitur Anc. ibid. nu. 7. & Zab. n. 15. q. 8. & habetur in c. quæſitum eo. in antiq. quid iuris autẽ ſi in diuerſis diœceſibus ſint beneficia docuit Zaba. in ead. Clem.

Item ſimonia non committitur, ubi permutatio ſimpliciter, & pure fit, nullo alio pacto, & conuentione intercedente, & ſic ceſſat caſus ſecũdus & tertius: ita dixit Quint. Mandoſ. in Tract. de ſignat. grat. in tit. Permutatione in fine.

Tertiò ceſſat ſimonia, ubi permutatio fit beneficii quoad titulum cum alio beneficio eadem ratione, & ſic ceſſat caſus quartus.

Quartò ceſſat ſimonia, ubi permutatio beneficiorum ab iis fit, qui ea, & re ipſa, & legitime aſſecuti ſunt, & ſic ceſſat caſus quintus.

Quintò ſimonia ceſſat, ubi permutatio beneficiorum mutua fit inter eos, qui beneficium habent, & ſic ceſſat caſus ſeptimus.

Sextò ſimonia ceſſat, ubi ob utilitatem neceſſitatemq; Eccleſię permutatio fit, & ſm formã traditam à Pio V. in Bulla incip. Quanta Eccleſiæ Dei incommoda lata anno 1568. Calend. April. Pont. ſui Anno tertio.

Septimò ſimonia ceſſat, vbi permutatio nõ fit tituli ad titulum beneficii, ſed ob proprietatẽ iuxta c. ad quęſtiones de rer. perm. Si ergo quis permutaret eccleſiã, cuius dñs quoad proprietatem eſt, cũ alia hmõi ſine ſuperioris autoritate, q̃uis contra ius faceret, tamen ſimoniã non committeret: nam autoritas illa in hoc caſu requiritur, propterea quod alienatur ius Eccleſię, q̃ alienatio fieri ſine ſuperioris autoritate non põt, arg. ca. nulli de reb. eccl. nõ alien. non aũt ob ſimoniã. Quare multo minus ſimonia cõmittetur, ſi res ſacra cũ alia ſimili permutetur, ut pote calix ſacratus cũ alio ſimili ſacrato. Minime oĩum, ſi fundi eccleſiæ, uineę, prata, ſyluæ, & hmõi alienentur: nã eſto ſine licentia horũ alienatio fieri nequeat, & ob id peti debeat, quæ & dari ſolet adhibita clauſula, ſi in euidentem, de qua habetur apud Quint. Mandoſ. in Trac. de ſign. grat. pag. 98. in tit. ſi in euidẽtem, tamen ſimonia non committitur, ut id aſſeruimus ſupra ca. 10. non enim hæc proxime dicta ſpiritualia eius generis ſunt, quorum alienatione ſimonia committatur.

Verum quid ſi cõuẽtũ eſt de permutatione in manib. Apoſtolicæ ſedis, ſed anteq̃ ſupplicatio ſignaretur, alter eorũ pecuniã alteri mutuã dedit aĩo ipſam recuperandi: item poſt ſignatã ſupplicationẽ alia officia eidẽ pręſtitit partim ob amicitiam inter ipſos iã diu contractã, partim ut ſe gratum oſtendat, partim ne à permutatione diſcedat, an ſimoniam hic committit? Breuiter cõcludendum eſt hunc ſimoniã non cõmittere, & hoc ob eam rõnem, q᷑ ea pręſtat, non ut pretium permutationis, ſed ob cãs p̃dictas, eſtò ſperet deinceps eũ à permutatione nõ diſceſſurũ, atq; ſic conſuluit Nau. conſ. 22. de ſim. li. 5. Sed de his hactenus, ad poſtremã quæſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Permutari præter beneficia an res aliæ ſacræ ſine ſimonia poſſint.*

§. IIII.

Quoad poſtremam quæſtionẽ, an ſcilicet res aliæ ſacrę cum aliis ſacris permutari poſſint, ſine ſimonia, breuiter concludendum eſt id licite poſſe, quandoquidem prohibitum id nõ eſt, modo rei tantum ualor ęſtimetur, & artificij,

non autem conſecrationis. Calix ergo cum alio calice licite committabitur, ut dicit Sot. de inſtit.& iur.lib.9.q.5.artic.2. prope finem uerſicu. Quo circa res alias ſacras,& Ludouicus Palęſtrellus in libello inſcripto Reſponſiones caſuum cõſcientiæ,caſ.37.pag.163.uerſi. Reſpondetur qđ licet permutare,& ueſtes ſacræ cum aliis ſimilibus ueſtibus,ſed de permutatione hactenus, ad renunciationem tranſeamus.

De renunciatione contractu,quo ſimonia committitur. Cap. XXVIII.

S V M M A.

1 *Renunciatione rei ſpiritualis ſimonia aliquando cõmittitur.*
2 *Renunciatio beneficij eccleſiaſtici quid ſit.*
3 *Renunciatio beneficij eccleſiaſtici quotuplex ſit.*

1 PER renunciationem † quoque rei ſpiritualis ſimonia aliquando committitur,ut uidebimus,uerũ,quod renũciationes huiuſmodi locum habẽt potiſſimum in beneficiis eccleſiaſticis,ob eam rem, ut materiã hanc dilucidiorem habeamus,hæc contemplanda nobis ſunt.Primum renunciatio hæc quid ſit. Secũdò quotuplex.Tertiò,an ſimonia committatur, ſi pecuniam quis accipit,quo beneficium renunciet.Quartò,an ſimonia committatur,ſi ſimpliciter,& pecunia non interueniente in fauorem alicuius beneficium renunciet.Quintò,an ſimonia committatur,ſi beneficium quis renunciet retenta ſibi penſione.Poſtremò,ſi quis renunciet electioni nominationiue, de ſe factis, uel literis expectatiuis,quas habet,in alicuius fauorem,an ſimoniam committat, his enim explicatis materiam hanc cognitam habebimus,quatenus ad rẽ noſtram pertinet.

2 Quoad primum igitur Renunciatio†beneficii eccleſiaſtici nil aliud eſt,quam renũciatio uoluntarie facta de beneficio Eccleſiaſtico,qđ quis habet,ita colligitur ex tit.extra de renunc. & ex dictis ab Hoſt.in Sum.tit.De renunc. in principio,& à Rebuff.in Prax.benef.in 3.p.in tit.de renunciat.

3 Quoad ſecundum † Duplex eſt alia expreſſa, alia tacita:omiſſa in pręſenti tacita, quæ ad nos non pertinet,de expręſſa agamus,quę duplex itidem eſt:nam altera pura,& ſimplex eſt,quæ permittitur ex cauſa legitima, & de qua agitur in eo.tit.de renun.extra,& de hac agendum nõ eſt, quandoquidem ſimonia in ipſa non cõmittitur, ex quo nullo pacto,nullaue conuentione intercedẽte,quo caſu ſimonia committitur,ſed pure fit, arg.c.quam pio,1.qu.2.& c.cum pridem,& c.fi. de pact. Altera eſt,quę non pure fit,& de hac hic agendum eſt.Et quoniam hæc renũciatio fit aut data pecunia, alioue temporali, aut ad fauorem alicuius,aut de retenta ſibi penſione,iõ de his,& prius de prima,agendum eſt,id quod in ſeq.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Renuncians,ſeu reſignans beneficium ob pecuniam ſimoniam committit.*

§. I.

1 §. Tertia quæſtio eſt,†an ſimoniam committat, qui pecunia ductus beneficium reſignat: in qua quęſtione breuiter concludo ſimoniã committi,quãdoquidem reſignationes,ac renũciationes beneficiorum fieri debent pure,ac ſimpliciter,non autem pecunia data,arg.c. quã pio, 1.q.3.& c.fin.de pact.atque ſic ſenſit Do. Sot.de iuſtit.& iur.lib.9.q.7.art. 2.ibi, Quod ſi pactum contra ius diuinum & Guli.Redoan.de ſim.p. 3. c.9.nu. 3.in ſeq.& facit c.querelam de ſim. Quare,uel pecunia in hoc caſu det,ut reſignatio ſimpliciter ſiat,eſto in fauorem huius,uel illius non ſit,tamen ſimonia committetur,arg.c.nemo preſbyterorum de ſimon.ſed de hac quæſtione ſatis,ad quartam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Reſignatio,ſeu renunciatio beneficij in fauorem alicuius facta ſimoniacha eſt.*
2 *Renuncians beneficium ſimoniace,an ipſo iure priuatus eo ſit,ubi renunciatio eſt nulla.*
3 *Renuncians ſimoniace beneficium, eſto renunciatio nulla ſit,tamen in pęnas ſimoniæ incidit.*
4 *Renunciatio facta in fauorem alterius Rom. Pon.autoritate ſimoniaca non eſt.*
5 *Renunciatio facta in fauorem alterius in manu Legati de latere ſimoniacha eſt.*

§. II.

1 §. Quarta quæſtio eſt,† an ſimoniam cõmittat, qui beneficium in fauorẽ alicuius reſignat, quam quęſtionem,ut paucis diſſoluã,cõcludo hunc ſimoniam committere:Nã renunciatio hęc libere facta non eſt,ſed pacto, ſeu cõuẽtione interueniẽte,at renunciatio huiuſmodi ſimoniacha eſt,ex quo pure,& ſine conditione fieri dẽt, arg.cit.c.quam pio,1.q.2.& c.cum pridem,& c. fi.de pact.ergo,atque ſic inquiunt DD.cõiter Inno.in c.ex parte 1.& Gl.1.iunct.2.de off. dele.& ibi,quoque Abb.& Fel.idem Glo.in c.dilecto,& ibi quoque Abb.n.3.de præb.& Gl.in c.ordinationes 1.q.1.& Gl.in c.cum inter R. in uerb. Ex conſenſu,ibi & no.quod, qui renũciat de elec.& Archiep.Flor.in 3.p.Sum.ti.1.c.5.§.11.uer.No. 4.idem Crau.conſ.122.to.1.& 2.ubi probat pluribus idẽ eſſe,ſi conſtituatur procurator ad reſignandum in fauorem eius,cui procurator uoluerit:nam nihilominus ſimonia committitur,tum quod libere facta nõ eſt,ſed ſub cõditione,arg.l. ſi.C.de contrah.emp.& §.pretiũ uerſ.Sed noſtra in Inſti.de empt.& uend.tum quòd perinde eſt, atque ſi ipſe id faceret, & nominaret, argum.l. item eorum,§.ſi decuriones,ff.quod quiſque uniuer.nomin.Idem Innoc.& Abb.& DD. communiter in c.cum uniuerſorum per eum canonẽ,de

rer.

rer.permut.& Rebuff.in Prax.benefi.tit.De reſignatione conuentionali,quam in fauorem nocãt paulo poſt princip.& Nauar.in Man.cap. 23.nu. 107.uerſi.Ad decimam.Non eſt igitur quòd hac de re dubitemus,nec quòd ab hac communi opinione diſcedamus.

Verum quid,ſi renunciatio beneficii ſimoniacha publicata nõ eſt iuxta Bullã Gregorii XIII. inc.Humano uix iudicio latam anno 1583.Non. Ianuarii Pont.ſui Anno Decimo, quo caſu renũciatio nulla eſt,ſicut etiam ubi ſimonia realis cõmittitur,an reſignans nihilominus beneficii reſignati dominium retineat? Et ubi realem ſimoniam commiſſit,an in pœnas cõtra ſimoniachos
2 reales latas incidet? † Quoad primam quæſtionem concludo hunc reſignantem ius ſuum, quod in beneficio hẽt nõ amiſiſſe:nam ſic dixit Innoc.in c.cum uniuerſorum de rer.permuta & ſequitur Rot.deciſ.7.in antiqu. de renunciat. & Nauar.in conſil.21.& conſil.36.de ſimon. lib.5. & in Man.cap.23.num. 105. Idque iure merito, ex quo enim reſignatio non ualuit,beneficii dominium apud reſignantem remanſit, non entis enim nullæ ſunt qualitates,arg.l.eius, qui in prouincia,ff.ſi cer.pet. Quare is,in cuius fauorẽ reſignatum fuit,eſto ſimoniam commiſſam ignoraret,fructus perceptos ſuos non fecit de eorundẽ
3 ſententia. † Quoad alteram quæſtionem concludendum etiam breuiter eſt in pœnas hunc incidiſſe latas contra ſimoniachos in beneficio:nã pœnę huiuſmodi locum habent, eſto reſignatio nulla ſit,ut habetur in extrauag.2.de ſimon.Nec repugnat.ſi dicatur,ex quo renunciatio nulla eſt nullum effectum parere poſſe, ut proxime dixi: nam uerum illud eſt,quo ad renunciationẽ, quæ nulla fuit,at ſimonia re uera commiſſa eſt,& realis,& ob eam rem mirandum non eſt,ſi eius pœnę locum habeãt,quamuis actus ſuper quo commiſſa eſt, nullus ſit.ſimoniacis pœnis igitur hic obligatus erit,atque ſic concluſum eſſe in officio ſacrę Pœnitentiarię refertur apud Nauar.in conſil.36.in fine de ſimon.lib.5.Et Gregorio XIII. concluſionem eam relatã ab ipſo probatam.Reſignatio igitur beneficii in alterius fauorem facta,& ſimoniacha eſt,& quamuis nulla ſit,punitur.

4 Excipitur tamen, † ubi renunciatio in manu Romani Pont.fit,tunc enim ſimonia non cõmittitur,quandoquidem,ex quo iure pontificio prohibitum eſt,ne ſpiritualia hæc ſub conditione,modoue renuncientur,ut in c. cum pridem, & in c.fin.de pact.& in c.quam pio, 1.q.2.ei iuri derogaſſe Summus Pon.exiſtimatur,ubi permittit huiuſmodi renunciationem,arg.l.conſulebãt ff.de re iud.atque ſic Craue.ibi in fine.& Rebuf. ibidem in princ.& Nauar.eo. in loco, & Quint. Mandos. in Tract de ſigna.grat.in tit.de reſignationibus,& renunciationibus uerſ. In reſignationibus:nam & ibi ait coram Papa admitti clauſulam in fauorem alterius,& nõ alias, nec alio modo,de qua clauſula multa tradit ibi Mandoſ. Idẽ Guliel.Redoan.de ſimo.p.1.c.25.n.6.cum duobus ſeq.& nu.fin.& p.2.ca.12.uiden. & ca.ſeq.& Bero.conſ.87.nu.7.uol.1.& DD.in ca. non ſatis de ſimon.& Dom.Sot.de iuſt.& iur.li.9.q.7. art. 2.uerſ.Ad quæſtionem.Ac plane,ſi Pontificio iure prohibitum id non eſſet,ſed diuino,Romanus Pont.non poſſet reſignationes huiuſmodi admittere,& in hoc diſpenſare,at admittuntur,ergo,et enim in hoc caſu ſpirituale pro temporali nõ datur,Canonico iure igitur id prohibitum eſt,atq; ſic ſenſit Syl.in uerb.Renunciatio,qu.6. nam ait ibi renunciare beneficium,ut alteri detur,ſimoniachum eſſe,quia id prohibitum eſt,ita quoque ſenſit Crauet.conſ.122.nu.12.tom.1.& 2.inquit tamen Nauar.&ſi ſtylus hic olim Romanę Curiæ erat,hodie tamen nõ ſeruari cęptum eſſe,ſed permitti,ut una cum renunciatione unius offeratur petitio alterius,cui renuncians beneficiũ cõferri uelit,& ita etiam ego audiui ſeruari.Quare, ſi renunciatio hac forma fieret, Ego renuncio tibi meum beneficium, ſi & quatenus Sedi Apoſtolicæ placuerit,nec aliter,nec alio modo,ſimoniacha renunciatio hæc non erit,modo tamẽ ex parte ante placitum Apoſtolicę ſedis executio non fiat,ut dixit Nauar.ibid.

5 Verum quid, † ſi fiat reſignatio in manu legati de latere in fauorem alicuius,an ſimonia cõmittetur? Et hic ſimoniam committi concludendum eſt:nam contra ius poſitiuum hoc eſt, in quo diſpenſare legatus non poteſt, ita dixit Craue.eod.conſ.ubi & alios idem ſentientes refert.Id quod adeo uerum eſſe inquit,ut reſignatio nec facta ualeat,nec reſignanti obſit,& ſic iudicatum eſſe teſtatur Rebuff.quem refert,ac ſequitur idem Crauet.ibid.idem Nauar. dixit de Cardinali conſ.35.nu.3.de ſimon.lib.5.Minus ergo apud alios inferiores Eccleſiæ antiſtites id poterit,ut id pluribus concluſit Guliel.Redoan.p.2. cap.22.per totum,& n.13.& 14.ex quo enim iuribus cautum eſt,ut beneficia pure conferantur, iure merito reſignationes huiuſmodi ab his infimis recipi nequeunt,cum iuri communi ſubiecti ſint,arg.c.1.& fin.de conſtit.

Secundo excipitur,ubi renunciatio etiam fit in manibus inferioris Romano Pont.eo animo, ut alicui eius cognato,uel alteri conferatur,nulla conditione,pactoue expreſſe intercedente: nam neque hic ſimonia committitur,tum quòd definitio ſimoniæ ei non conuenit,ut per ſe patet, & ob id iure diuino ſimonia non eſt,tum quod nec vlla pactio,quamobrem nec iure poſitiuo ſimonia efficitur,atque ſic dixit Gl.in c.ordinationes 1.q.1.quam communiter receptam eſſe teſtatur Nauar.in Man.cap.23.n.107.uerſ.Secundò.Idẽ ait Archiep.Flor.ibid.

Atquid,ſi quis roget ordinarium, in cuius manu beneficium reſignat,ut beneficium illud cuipiam conferat,an ſimoniam tunc cõmittet? Breuiter concludendũ eſt ſimoniam quidem non cõmitti,ut ſenſit Rebuff.in ſua Prax.benef.in tit.De pura reſign.uerſ.Pùt tamẽ ſic reſignans: nam ibi ait reſignãtem poſſe rogare ſine ſimonia ſuperiorẽ,ut conferat tali,arg.c.tua nos de ſimon. Facit quoq; pro hac ſententia,quòd mandatũ datũ ad

renunciandum beneficium in manibus ordinarii libere,& ad petendum ab eo poſt liberam renunciationem,ut de hoc beneficio huic, uel illi prouideat,ſimoniachum non eſt, ſed ualet ſicut etiam collatio ui eius mãdati facta,& tamen negari non poteſt, quin ex eo mandato colligatur intentionem renunciantis fuiſſe,ut à ſe nominato conferatur,ita Rota declarauit,ut aſſeruit Caſſadot.deciſ. 2.de ſimon.quem refert,ac ſequitur Nauar.eod.num.107.uerſ.Secundò,ibi Pro quo facit,qui & Dec.& Abba.contrarium ſentientes reprobat.Simonia quidem igitur non committitur:attamen hodie prohibitum hoc eſt per Bullam Pii V.incip.Quanta Dei eccleſiæ incommoda.lata Anno Domini 1568.Calen.April.Ponti. ſui Anno tertio: nam prætérquam quòd in ipſa cauſę legitimæ reſignationum numerantur,prohibetur etiam ne ratione ulla admittantur ad beneficia reſignata,qui deſignantur quacunque ratione à reſignantibus. Immò ea beneficia reſignata Epiſcopos nec ſuis conferre poſſe ibid.dicitur,alioquin collatio nulla eſt,&,qui contra fecerint,à collatione ſuſpenduntur. Quare hodie ſolum apud Romanum Pont. reſignationes huiuſmodi fieri tantum poſſunt. Sed de quæſtione hac ſatis,ad alteram tranſeamus.

S V M M A.

1 *Renuncians beneficium in fauorem alicuius retenta ſibi penſione ſimoniam committit.*
2 *Renuncians beneficium in fauorem alicuius retenta ſibi penſione ſimoniam non committit, ſi autoritate Romani Pont.id fiat.*
3 *Penſio quid ſit.*
4 *Penſio quot modis concedatur.*
5 *Penſio eſt materia ſimoniæ.*
6 *Penſionibus ipſis quando ſimonia committatur.*
7 *Penſiones an redimi poſſint.*
8 *Penſionibus in ipſis vbi ſimonia committitur,quæ pœnæ inferantur.*

§. III.

1 §. Quinta quæſtio eſt† an ſimonia committatur,ſi reſignans beneficium,in fauorem alicuius cum eo conueniat, ut ſingulis annis penſionem quampiam ſibi præſtet. In qua quęſtione concludimus ſimoniam committi:nam & hæc renunciatio libere non fit,ſed pactione intercedente,& ob id ſimonia committitur: cum renunciatio beneficiorum pure,& nullo pacto, nullaque conuentione intercedente fieri debeat, ut ſępiſſime diximus,& habetur in ca. quàm pio, 1. q. 2.& in c.cum pridem,& in c.fin.de pact.atque ſic DD.communiter ſentiunt,& Dom.Sot.de iuſtit.& iur.lib.9.q.7.art.2.uerſ.Ad quæſtionẽ ibi. Et pariter ſi quis non per uiam permutationis.

2 Excipitur tamen † ſi conuentio fieret, ut dixi in antecedenti quęſtione,adiecta cõditione hac ſi apoſtolicæ ſedi id placuerit,nec aliter,nec alio modo,tunc enim ſimonia non committitur, ex quo conditio nihil ponat in eſſe,ut in antecedenti quæſtione diximus.Quare renunciationẽ ſub hac forma factam Romano Pont. notam faciat, quam ſi admiſerit, ſimonię uitium purgabitur, ita dixit Caccialup.q.19.pag.65.uerſ.Ita non cadit in reſignatione in manu Papæ in Tracta. de penſ.& in tot.ea quæſt.ubi hoc diſputauit, & Felin.in cap.ad audientiam, 2.uerſ. Tertia concluſio de reſcrip.& Guliel.eod.p.1.cap.25. num.6. & p.2.cap.15.ubi late hanc materiam diſputauit,ſecus autem ſi de hac conuentione Romanũ Pont.certiorem non fecerint, eſto enim renuncians penſionem impetret à Romano Pont. tamen,ex quo uitium illud ignorat, purgare illud non cenſetur.

Secundò excipitur collatio beneficiorum alias etiam uacantium à Romano Pont. facta: nã, ſi ipſe Summus Pont.penſionem,dum beneficiũ confert,ſibi,alteriue reſeruat, ſimoniam nullam committit,tum quòd ſuper fructus imponitur, qui ſpirituales non ſunt, & ob id nulla ſimonia diuino iure prohibita committitur, tum quòd, & ſi non libere beneficia confert, tamen id iure poſitiuo cautum eſt in cit.c.cum pridem,& in c. fi.de pact.cum ſimil.cui iuri Romanus Pont. nõ ſubiicitur,ut habetur in c. propoſuit de conceſſ. præben.Id quod & ſenſit Caccialup. ibid. Tum quòd nõ retinet nomine pretii,ſed ſuo iure,quo liberam fructuum Eccl. adminiſtrationem hẽt, & idcirco poteſt ſibi,alteriue penſionem ex beneficii fructibus reſeruare. Verum penſio quid eſt? Quot modis cõceditur? An materia ſimonię eſt? Quando in ipſa ſimonia committitur, & q. bus pœnis afficiuntur, qui in penſionibus ſimoniam committunt? Hæc breuiter nobis hic explicanda ſunt,quod ad rem noſtram pertinet.

3 Quo ad primum,† quoniam penſio conſtituitur aliquando non ut eccleſiaſticum ius, quoddam,ſed ut ſtipendium, cuiuſmodi concedi ſolet laicis cuiuſcunque ſexus,uel ob benemerita, uel ob aliquod officium,& obſequium exercendum,quale habent, quidam medici chirurgici, & fœminæ curantes infirmos in hoſpitalibus, q̃ beneficiis annexa ſunt,ut inquit Nauar.in conſ. 63.lib.5. de ſimon. aliquando, ut ius quoddam eccleſiaſticum,ut ſenſit Nauarr.ibid. & Cardin. in Clem.1.§.eadem,q.3.& 4.de ſuppl. neg. prælat.ob eam rem, quod de hac penſione hic agimus,quæ annexa ſpirituali eſt,ideo quid hęc ſit, breuiter deſcribamus. Penſio igitur hæc, eſt ius quoddam ſpirituali annexum, quo quis pecuniam,ſeu fructus ex beneficio aliquo eccleſiaſtico conſequitur.

4 Quo ad ſecundum, † vt ex dictis proxime conſtat ſumendo ipſam penſionem generatim, duobus modis conceditur.

5 Quo ad tertium † penſionem ſimoniæ materiam eſſe pro certo habendum eſt: nam ex quo ius ſpirituali annexum eſſe concluditur,iure materia ſimoniæ ponitur,quandoquidem ſimonia, & in annexis ſpiritualibus locũ habet,arg.c.quæſitum de rer.permut.& ut infra ſuo loco probabimus.

Quo ad

6 Quoad quartum † multis modis ſimonia in penſione committitur. Nam primò, ſi quis beneficium reſignet in alterius fauorem retenta ſibi penſione ſine Romani Pont. autoritate ſimoniam committit, ut concluſimus in initio huius §. Item ſimonia committitur, ſi Epiſcopus, & inferior Pontifice Max. beneficium conferat reſeruata ſibi, alteriue penſione, tum quòd beneficia ſimpliciter conferenda ſunt, ut ſępe diximus, tũ quòd beneficia eccleſiaſtica ſine diminutione conferri debent, ſicut habetur in titu. ut Eccl. beneſ. ſine dimin. confer. etenim his canones trãſgredi non licet, ſed pro uiribus tueri eos debẽt, arg. c. 1. de conſtit. iunct. c. ego de iureiur. Tertiò ſimonia committitur per tranſlationem penſionis, ſi enim facultatem transferendi penſionem, quis habens pecunia accepta eam transferat, ſimoniam committit, ita ſenſit Naua. à contrario ſenſu in conſil. 66. de ſimon. lib. 5. & apertius in conſil. 93. eod. nam ibi traſlationem factã pẽſionis pro extinguenda alia penſione ſimoniacam fuiſſe ait, ex quo de Romani Pont. autoritate facta non fuit. Immò, ſi quis penſionem hac conditione transferat, ut transferẽs fructus habeat, donec uiuat, ſimoniam committit, non enim & hoc fieri ſine Romani Pont. autoritate poteſt, ut dixit Nauar. in conſil. 65. eod. tit. Multo minus ergo emi poterit ſine ſimoniæ uitio, ut de communi teſtatur idem Nauar. in conſ. 63. n. 4. & in conſi. 60. eod.

7 Atqui † an penſiones debitę ex beneficiis eccleſiaſticis redimi ſine ſuperioris autoritate poſſunt uitio ſimonię ceſſante? Nauar. in Man. capi. 23. num. 111. uerſic. Ad duodecimum, ait pẽſionem conſtitutam ſuper beneficium eccleſiaſticum redimi pecunia non poſſe anticipata ſolutione ſine ſimonia, & ſi redimatur redemptionem non ualere. Idem aſſeruit in conſil. 63. ubi quæſtionem hanc diſputauit, & in conſil. 61. eo. de ſimon. lib. 5. nam ſtylum Curiæ teſtatur hũc eſſe, ut remitti penſio gratis poſſit, non autẽ conſtitui, redimi pretio, transferriue ſine autoritate Papę. Hanc eandem opinionem ſequuntur non nulli, quos refert Quint. Mandos. in Tracta. de ſignat. grat. in Tit. extinctiones uerſ. extinctio.

Contrariam opinionem ſequitur Caiet. in Tracta. 31. art. 5. reſpon. 10. & Hieronym. Gigas de penſ. q. 52. Probatur autem hæc opinio à Caieta. primò hac ratione, quoniam penſio reſpectum habet ſolum ad fructus beneficii non autem ad ſpiritualia. Secundò, quoniam & laicis concedũtur. Hæc Caieta. Quid igitur concludendũ? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut penſiones conſtitutę ſunt pro ſtipendiis, & non ut quid annexum ſpirituali, ut in prima quæſtione diximus, & in hoc caſu ſententiam Caiet. ſequor ob rationes iã allatas. Aut aſſignatæ ſunt, ut quid ſpirituali annexum, uel pro titulo, & in hoc caſu opinionem Nauar. ſequor. Id quod & ſenſit Dom. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 9. q. 7. art. 2. uerſ. De tertio mẽbro: nam ait functionibus ſpiritualibus penſiones adiudicatas, redimi non poſſe, ſecus autem ſi ſub ſeculari titulo conceſſæ ſint. Pro certo igitur habebimus pecunia redimi penſiones has non poſſe Romani Pont. autoritate non interueniente, tũc enim id poteſt, ut dixit Mandos. eod. uerſic. Aut ſuper huiuſmodi extinctione. Sed de hoc ſatis.

8 Quoad poſtremum, † ſcilicet qua pœna ſimoniachus hic afficiatur uel ſimonia realis ſit, concludendum eſt arbitraria pœna, hunc puniri, quandoquidem nulla certa pœna contra hunc ſimoniachum præſcripta eſt. Non igitur in excommunicationem incidit extrauag. 2. de ſimon. ſi penſionem per ſimoniam quis conſequatur: nã citat. extrauag. loquitur de ſimonia in ordine, beneficioue commiſſa, pẽſio uero neque ordo, nec beneficium eſt, ſed ſpirituali annexum, ut iuſpatronatus, atque ſic concluſit Nauar. in conſi. 63. de ſimon. lib. 5. Poſtremo nec inhabilis ad beneficium ſimoniachus hic ſit per Bullam Pii Quinti contra ſimoniachos latam, quam poſuimus in Tab. De ſimonia Reali: nam ea Bulla loquitur ſolum de ſimonia commiſſa in dignitate, ac beneficio, cuiuſmodi penſio ẽt non eſt, atque ſic in ſimili concluſit Nauar. in conſil. 93. eod. tit. Excipitur tamen, ubi penſio emeretur, conſtitueretur ue tanquam medium acquirendi beneficium ſpirituale, uel ordinem, tunc enim puniretur, ut is, qui ſimoniam committit in beneficio, ordineue, ut dixit Nauar. in conſil. 60. num. 2. eod. tit. Hoc caſu excepto alias arbitraria pœna ſimoniachus hic punietur: ſed de his hactenus, ad poſtremam quęſtionem tranſeamus.

S V M M A.

1 *Electiones, & nominationes, præſentationes, literæ expectatiuæ, & huiuſmodi in fauorem alicuius renunciari non poſſunt.*

§. IIII.

1 Quo ad poſtremam quęſtionem, † an ſcilicet renunciari poſſint in alterius fauorem electiones, nominationes, præſentationes, literę expectatiuæ, & huiuſmodi ſine ſimonia, primum concludo hęc renunciari in alterius fauorẽ non poſſe. Et hoc ob eam rationem, quoniã hæc ſunt perſonalia quædam, & uidetur electa induſtria perſonæ, quo caſu transferri in alium non poteſt, arg. c. quoniam, §. is autem cui de off. deleg. & facit, c. cui de præbend. lib. 6. Hinc permutari hæc non poſſe antea concluſimus. Secundò dico, ſi in fauorem alterius id fiat, ſimoniam cõmitti, etſi pro commodo temporali, ut pote, quia pecunia renuncianti promittitur dubitationem non habere, nam ita inquiunt DD. Butr. Dominic. & Abb. quos refert, ac ſequitur Felin. in eod. c. ad audientiam, 2. uerſ. literę non dant ius de reſcript. & Guliel. Redoan. de ſimon. p. 2. capi. 15. num. 37. cum ſeq. eſto enim ſpiritualia non ſint, tamen ad ſpiritualia præparant, & ſicut pro præſentatione habenda ſi pecuniam quis preſtat, ſimoniam committit, eſto ſpiritualis præſentatio non ſit, ita & hic. At ſi nihil recipiat, adhuc cẽſeo

ſimoniam

ſimoniam committi,ex quo non pure renunciatur,etenim & de renunciante beneficium idem concluſimus,ergo idem & de renunciante huiuſmodi iura dicendum eſt,cum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis,ut dicitur in c.acceſſorium,de r. g.iur.lib.6.& in c. unic.de conſecr. Eccl.uel alt.Ita igitur in hac quæſtione cócludo. Sed de renunciatione hactenus,ad tráſactionem tranſeamus.

De tranſactione,contractu,quo ſimonia committitur. Cap. XXIX.

SVMMA.

1 *Tranſactione facta de re ſpirituali ſimonia aliquando committitur.*

2 *Tranſactio quid ſit.*

1 TRANSACTIONE itidem †ſuper re ſpirituali facta téporali aliquo dato ſimonia cómittitur,ut uidebimus. Verum,ut rem hanc dilucidiorem habeamus,hæc cótemplanda nobis ſunt Primum , tranſactio , quid ſit. Deinde,quãdo per ipſam ſimonia committatur. Tertiò,qua ratione.Quartò,an uera ſimonia per ipſam committatur. Poſtremò quãdo ſine ſimonia tranſactio fiat,his enim explicatis abſolutam materiam hanc habebimus,quatenus ad rem noſtram pertinet.

2 Quo ad primum igitur † tranſactio eſt de re dubia,& lite incerta non gratuita pactio. ita tradidit Hoſt.in Sum.de tranſact.in princi.& Syl.& Ioan.Tabien.in uerb. Tranſactio, ſenſit quoque idem Iaſ.in Rubr.C.eod.nam ad tranſactionem duo ſimul requiri ait.Primum, ut aliquid detur, retineaturue,& ob id gratuita eſſe non poteſt.Deinde,ut de re dubia fiat.Probatur quoque definitio hæc per l. 1.ff.de tranſact.iũct.l.tranſactio nullo dato,C.eod. Sed de his ſatis, ad alia tranſeamus.

SVMMA.

1 *Tranſactio hæc ſimoniæ ſpeciem habet, ſi cum de titulo beneficij lis ſit, temporali dato tranſactio fiat.*

2 *Tranſactio hæc ſimoniæ ſpeciem habet , ſi fiat ab ijs, quorum uterque aſſerit ſe ad aliquam eccleſiaſticã dignitatem ius habere per concurſum.*

3 *Tranſactio hæc ſpeciem ſimoniæ habet,ſi lite orta de iure patronatus,ſeu de iure præſentandi inter aliquos alter temporali accepto alteri ius ſuum cedat.*

4 *Tranſactio fieri non poteſt ſuper ſubiectione ſpirituali.*

§. I.

1 § Quo ad ſecundum †ſimoniæ ſpecies in tranſactione cómittitur.Primò,ſi ubi lis de beneficii eccleſiaſtici titulo eſt, temporali dato tranſactio fiat,ita enim habetur in c conſtitutus de tranſact.nam,cum ibi lis eſſet ſuper quandam capellam,& tranſactio ea ratione interueniſſet,Romanus Pont.aditus ab altero eorum, qui tranſegerant,propterea quòd alter nolebat eam ſeruare,mandauit irritam tranſactionem eam fieri,& hoc ob eam rationem,quoniam tranſactiones huiuſmodi ſpeciem continent ſimoniç.Ecce hic manifeſto conſtat tranſactionem ſuper eccleſiaſtico beneficio fieri non poſſe. Idem quoque habetur in c.ſuper eo eod & ibi Abb ac DD.no. Ex quibus patet tranſactionem in ipſis ſpiritualibus temporali dato ſine ſimoniæ uitio fieri non poſſe,ut dixit Gloſſ in c. 2.in uerb.ſuper decimis, & ibi,quoque Innoc.& Abba.num.5.de tranſac. & Gloſſ.in c.præterea in fin. eod. & Syl. in uerb. Tranſactio eod.q.2.uerſ.Si uero clericus petit beneficium,& Tabien.eod.num.4.uerſic.Aut petitur res ſpiritualis.nam inquiunt ibi, ſi dicat quis ſe electum,uel canonice in beneficio inſtitutum, non ob id ab hoc tranſactionem fieri poſſe ſine

2 ſimonia.†Quare ſi plures in cuiuſpiam beneficij concurſu fuerint,& inter ſe contendant tranſigere inter ſe non poterunt,atque ſic ſenſit Naua.in conſi.44.de ſimon.lib.5.

3 Item tranſactio ſimoniæ ſpeciem continet, † ſi fiat de annexis ipſis ſpiritualibus , utpote de iure patronatus,uel de pręſentatione,ut habetur in c.præterea de tranſact.nam conſultus ibi Romanus Pont quid iuris,ſi inter laicos, & religioſos, orta quæſtione de præſentatione alicuius eccleſiæ ab ipſis ſic tranſigatur, ut laici pręſentationẽ habeant,religioſi uero penſionem, reſpondit trãſactionem eam non tenere,& hoc ob eam rationem,quoniam pactio ipſa ſimoniacha eſſe uidetur:ergo hinc colligitur, & in connexis ſpiritualium tranſactionem ſimoniacham fieri,iuſpatronatus enim ſpirituali annexum eſt,& pertinet ad hoc c.cum eſſent & ibi not Abb.de ſimon. Si ergo de huiuſmodi iure trãſigens ſimoniam committit,multo magis ſi illud emere conetur, atq; ſic dixit quoque Abb.in eod.ca.cum eſſent.Quæ diximus autem ſupra ſi temporale pro ſpirituali detur,locum habent,& ubi ſpirituale datur nam neque in hoc caſu tranſigi poteſt, ut inquiunt Innoc.& Abb.num.3.in eod.c.ſuper eo. de tranſa. Quare,ſi renunciet quis beneficium ſimplex alicui,quo à lite mota de beneficio diſcedat, ſimoniam committit.

4 Poſtremo†ſine ſimoniæ uitio tranſigi non poteſt ſuper ſubiectione ſpirituali,ut habetur in ca. præterea 2.de tranſact.nam ibi Romanus Ponti. ait idcirco non ualuiſſe tranſactione de huiuſmodi re à quibuſdam facta , quoniam iniquitatem ſimoniacham contineret.Nó licet igitur de hac re ſpirituali tranſigi temporali dato, atque ſic dixit Innoc.ibi in fin.& ſequitur Abb.num. 2.uer. Vltimò not.Idem Abba.in c.de cætero 2.uerſic. In Gloſſ & in c.ſuper eo num. 3 .uerſi.Aut contenditur de beneficio ratione ſubiectionis, eod. de tranſact. Idque iure merito,nam qui ſubiectionẽ eccleſiaſticam temporali dato remittit, iuriſdictionem

ctionem eccleſiaſticam pretio dato remittit, hoc dubitationem non habet, at, qui pretio accepto iuriſdictionem eccleſiaſticam emit, ſimoniā cōmittit, arg. c. nemo presbyterorum de ſimon. etenim ſicut nō licet uſum eius alienare, ut habetur in eod. c. nemo presbyterorum, & c. 1. ne prælat. uic. ſuas, multominus ipſammet iuriſdictionem, arg. auth. multo magis, C. de ſacroſanct. eccl. Quare, ſi eccleſia aliqua neget ſe ſubiectā alicui Epiſcopo, ut pote quoad ſacramenta ſuſcipienda, uel quoad iura Epiſcopalia ei reddenda, de quibus in c. conquerente de off. ordin. ſine ſimonię uitio tranſigi non poteſt. Excipitur tamē, ubi ſpirituale etiam daretur, tūc enim ſine ſimoniæ uitio trāſigi poterit, ſic enim dixit Inn. in eod. c. 2. de trāſact. & ſequitur Abb. num. 5. uerſic. Dic tamen ſecundum Inn. & in eod. c. 2. de cętero uerſ. In ead. Gloſſ. 2. à contrario ſenſu. Hoc tamen intelligo, ubi ſuperioris autoritas interuenit: ſed de ſecunda quæſtione ſatis, iam tertiam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Tranſactione ſimonia qua ratione committatur.*
2 *Tranſactione an ſimonia proprie committatur.*
3 *Depoſitionis pœna non afficitur, qui per tranſactionē ſimoniam committit.*

§. II.

1 Tertia quæſtio eſt, † qua ratione ſimonia in tranſactione committatur: quam quęſtionē ut paucis abſoluamus, dicimus in trāſactione ſimoniam committi, ſeu per tranſactionē, quoniam, ex quo tranſactio fit, ubi hinc inde aliquid datur, accipiturue, fieri poteſt, ut qui nullum ius in ſpirituali, ut pote in beneficio, habet, de quo lis eſt, illud conſequatur, per hanc tranſactionē dando, promittendoue temporale, at, qui dat, promittitue, ut ſpirituale habeat, ſimoniam committit, ut dicitur in c. ſuper eo de tranſact. & in c. de hoc, & in c. cum eſſent de ſimo. ergo ratione hac ſimonia hic committitur, atque ſic dixit Abb. in c. 2. num. 5. uerſic. Et hęc differentia & inter compoſitionem de tranſact. & in eod. c. ſuper eo, nu. 1. uerſic. Not. primam regulam, etenim ſpiritualia pote dari, accipiue debent, non pretio intercedente, ut dicitur in c. cum pridem, & in ca. fin. de pact. & in c. quam pio 1. q. 2. Reſoluitur ergo cōtractus hic in ſimoniam hac ratione.

2 Ex his, quæ diximus † tacito quæſtionis quartæ ſolutio habetur, ſcilicet, an ſimonia per tranſactionem proprie committatur, & ob id trāſactio de re ſpirituali prohibita ſit: nam cōcludendum eſt ſimoniam proprie non cōmitti. Id quod hinc probari primò poteſt: nam etſi contingit aliquādo quempiam, qui nullum ius habet in ſpirituali, illud conſequi dando, promittendoue temporale, quo caſu ſimonia committitur, ut proxime diximus, tamen & è contrario cōtingere poteſt, ut, qui temporale dat, ius in eo ſpirituali habeat, & ob id dando, promittendoue ſimoniam non committat, ex quo id facit, ut uexationem redimat, arg. c. dilectus filius 1. & nos antea ſuo loco explicauimus. Ob hanc igitur rationē, quod modo ſimonia interuenire poteſt, modo non interuenire, ſimonia proprie per tranſactionem non committitur. Poſtremò id probatur etiam, quoniam iura ipſa nunquam tranſactionem ſimpliciter ſimoniam continere inquiunt, ſed modo ſpeciem ſimonię continere, habereue, ut in c. cū pridem de pact. & in c. conſtitutus, & in c. ſuper eo de tranſact. modo pactionem ſimoniachā uideri, ut in c. præterea 1. eod. modo iniquitatem ſimoniacham, ut in c. præterea 2. eo. ergo hac quoque ratione non proprie ſimoniam continere uidetur, atque ſic ſenſit Inn. in eod. c. conſtitutus, & Abb. ibi num. 3. nam ait ob eam rem dici in eo canone ſpeciem ſimoniæ tranſactionem eam cōtinere, & non pure ſimoniacham eſſe, quoniā is, qui dat aliquid ſimpliciter, ut in beneficio quiete perſiſtat, poteſt habere ius in eo, & ſic non conſequi per tranſactionem aliquod ſpirituale. Verum, quia contrarium contingere poteſt, ob eam rem eccleſia ſuper re ſpirituali tranſigi uetuit, ut Abba. ibi, & Innoc. inquiunt, non ſolum enim à malo, ſed à ſpecie mali abſtinendum eſt, ut habetur in c. cum ab omni de uit. & honeſt. cleric. idē dixit quoque Abb. in eod. c. ſuper eo.

3 Quare † quod per tranſactionem non cōmittitur ſemper uera ſimonia ob eam rem per tranſactionem ipſam committens non deponitur, ut ſentit Innocen. in c. conſtitutus, & apertius Abba. num. 3. in uerſicu. Et ex hoc infert eod. de trāſact. Et de quęſtione hac ſatis, ad poſtremam trāſeamus.

S V M M A.

1 *Amicabilis compoſitio vbi interuenit in ſpiritualib. ſimonia non committitur.*
2 *Iudicis autoritate pro bono pacis ſi quid temporale detur, vbi lis eſt de beneficio ſimonia non committitur.*
3 *Tranſactione ſimonia non committitur, vbi non de titulo beneficij, ſed de proprietate litigatur.*
4 *Tranſactione, qua ſpirituale pro ſpirituali datur, ſimonia non committitur.*

§. III.

Poſtrema quæſtio eſt, ubi in tranſactione ſimonia non committitur: caſus ergo explicādi hi ſunt, in quibus tranſactio ſimoniæ uitio caret. (Accipimus autem hic tranſactionem

1 large, ac communiter.) † Primum igitur ſimonia non committitur, ubi ſuper re ſpirituali, de qua lis eſt, compoſitio amicabilis fit, ut dicitur in ca. ſuper eo de tranſact. Verum, ut dilucidior res hæc habeatur præmittēdum prius eſt. quid amicabilis compoſitio ſit. Item unde ſit dicta. Tertiò, quamobrem ſimoniam non contineat. Quoad primum amicabilis compoſitio nil aliud eſt, quam compoſitio gratis facta, ideſt nullo pretio intercedēte, pretiiue nomine aliquo dato, ita habetur in cit. c. ſuper eo, Alias, ſi gratis, & amicabi

liter

liter inter ſe litigantes componant,dicitur enim ibi,ſacris canonibus nequaquam dicimus obuiare.Hæc ibi,ex quibus paret amicabilem compoſitionem eam dici,quę gratis fit,atque ſic no.Abba.ibi,nu.2.ſicut etiam Inn.Idem Inn.in c.2.nu.1.uerſi.Compoſitio autem interuenire poteſt,& Abb.num.5.ubi ait ibi,Compoſitio uero eſt gratuita pactio.eod.Ex quo patet,quamobrē in ſpiritualibus admittatur, quoniam ſcilicet gratis fit,qua ratione ſpiritualia tradi debent, arg.c.q̄pio,1.q.2.cum ſimil.& tot.titu. de ſimon. Patet etiam inde,quamobrem tranſactio prohibeatur, ſcilicet, quoniam non gratuita pactio eſt, in ea enim aliquid datur,uel retinetur,ut à lite diſcedatur,ut uidimus antea in principio, & ut dixit Abba.in eod.c.2.num. 5. qua ratione ſpiritualia dari prohibentur.Dicta eſt autem amicabilis cōpoſitio,uel quia interuentu amicorum fit, uel qa inter ſe,ut amici conueniunt, utpote ut ad arbitrium iuriſperiti lis terminetur, cuius dicto promittunt ſe ſtare,ita dixit Abba.in eod.c.ſuper eo num.2.uerſ.Sed quæro de exemplo.Quare iudicis autoritas hic non requiritur,ut dixit Abba.in eod.c.ſuper eo num.1.in fine.Ex his patet diſſolutio tertiæ quæſtionis,ſcilicet quamobrem compoſitio ſimoniam non contineat, ſcilicet quoniā gratis fit.His præmiſſis,ut ad rem redeamus,concludendum eſt primum,ubi neuter litigantium beneficium poſſidet, ſi à lite alter eorum diſcedat,uel ſponte,uel amicorum precibus ſimoniā non committi,ſi alteri deinceps beneficium conferatur, ex quo nihil pro re ſpirituali tribuitur, retineturue,quo caſu ſimonia interuenit, ita dixit Innoc.in c.ſuper eo,& ibi Abb.nu.2. & uterque in c.2.eod.de tranſact.& Syl.in uerb.Tranſactio in primo dicto uerſ.Si uero clericus, & Tabien.eod.Quare ſi ad beneficium(quod nūc iuxta Trid.Syn.fit)concurſus fiat,& plures deinceps poſt cōcurſum inter ſe litigent, ſimonia ceſſabit, ſi alter compoſitione hac interiecta a lite diſcedat.Non itidem ſimonia committitur, ſi is, qui in poſſeſſione beneficii eſt,hac compoſitione beneficium dimittat,quamuis ſine ſuperioris autoritate dimittere non poſſit,ut habetur in c.admonet,& in c.quod in dubiis de renunciat.atque ſic dixit Abb.in eod.c.ſuper eo,& in c.cum pridem num.3.de pact.Vbi ergo hæc compoſitio interuenit ſimonia ceſſat.

2 Item†ſimonia nō committitur,ſi, ubi duo de beneficio litigant,quo à lite diſcedatur, & ſic ꝓ bono pacis,& ut inter ſe concilientur,ob impenſas factas,non autem pro ſpirituali,iudex aliquid temporale tribuendum decernit,arg.cit.c.cū pridem à contrario ſenſu,& not.Abba. ibi nume.8. nam ait Iudicem ex officio ſuo prouidere poſſe, ut una pars cedat liti ſupra ſpirituali ob bonum pacis,& recipiat impenſas factas ab altera.Idem ſenſit Gloſſ.ibi in uerb.Non duximus de pac.nō enim iudex exiſtimatur pro ſpirituali dare, atq; ſic aſſeruit ibi Abba.in c.niſi de præben. num.8. & Goff.quem refert,ac ſequitur Abba.in c.2.nu.5.de tranſact.& Guliel.Redoan.de ſimon.p.2.c.31.num.42.Quare ob eandem rationem & penſio à iudice imponi poterit,ut habetur in cit.c.niſi,& not.ibi Abb.& in eod.ca.cum pridem, non enim hæc tranſactio,ſed compoſitio eſt.Idem ſi partes inter ſe conuenirent,& deinceps iudex cōuentionem probaret,ut ſenſit Naua.in conſ.46. de ſimon.lib.5.modo is,apud quem remanet beneficium,in eo ius haberet. Pro bono igitur pacis iudex ſtatuere hoc poteſt,ut aliquid detur, alias ſine eius autoritate fieri id nequit, ut dicitur in cit.c.cum pridem,quippe,quia ſimonia committeretur.Hinc meo iudicio errant ii,qui intromittunt ſe inter huiuſmodi litigantes, & ut à lite diſcedatur,aliquid cedēti tribuendum curāt, ex quo enim iudicis autoritas requiritur, ſine ea non poteſt,arg.c.non ne de præſump. & l.cū prætor,ff.de iud.Immò,ſi penſio imponeretur,& Romanus Pont.eam comprobaret,ſi tamen tractatus hic Pontifici non explicaretur,ſimonia nihilominus committeretur, ut alibi probauimus. Si tamen id bona fide facerent, exiſtimantes id fieri poſſe, in foro conſcientiæ excuſarentur à peccato.

3 Simonia†denique non committitur,ſi tranſactio fiat,ubi non de titulo beneficii, ſed de proprietate litigatur,licet enim hic tranſigi,ut dixit Gloſſ.in cit.c.ſuper eo in uerb.Super re ſacra,ibi ſi uero res ſacra,& ſequitur quoque Innoc.ibid. ſicut etiam in c.2.ubi quoque Abb.num.6.uerſi. Quid autem,ſi litigatur eod.de tranſact. etenim tunc,ut ait Abb.eod.num.6.non poteſt dici quęſtio illa ſuper re ſpirituali,& pertinent huc ca.1. de eo,qui mit.in poſſ.ſ. & quæ dixit Abba. ibi, num.3.& in c.contingit,num.12.de dol.& cont. idem quoque aſſeruit Guliel.Redoan.de ſimon. p.2.cap.31.nume.40.Quare,quod multa monaſteria ſunt,quæ beneficia quam plura animarum curam habentia poſſident, & proprietatis eorū domini ſunt,ob eam rem,ſi monaſterium beneficium aliquod ſuum eſſe aſſerat, ratione hac trāſactio fieri poterit.Multo magis autem hoc locū habebit,ſi de calice,ueſtibuſque ſacris,aliiſue ad diuina facienda pertinentibus, lis de dominio, ac proprietate ſit,tranſigi enim ſine ſimonię uitio hic poterit:nō enim fit,quatenus res ſpirituales ſunt,ſed quatenus ꝓfanę,qua ratione eas alienari poſſe antea concluſimus,& de ipſis ergo trāſigi,& permutari ſine ſimoniæ uitio poterit. Itē, ſi ſuper decimis fiat,hac ratione ualet,ut habetur in c.ex multiplici de ſimon.& ita Guliel.eo.ca. num.17.cum multis ſeq. Minus etiam ſimonia committitur,ſi de terris, fundiſque Eccleſiaſticis tranſigatur,eſto enim ſine ſuperioris autoritate alienari nequeant,ſi tamen contra fiat, ſimonia non committitur,cum non ſint ex iiis factis, in quibus ſimonia committatur, ut alibi probauimus.Quæ diximus autem de prædictis,locum etiam habent in aliis iuribus temporalibus Eccleſiæ,ut habetur in c.de cætero, & ibi Abb.eod. de tranſact.

4 Poſtremò excipitur,†ubi pro re ſpirituali, de qua lis eſt,ſpiritualis alia datur:nam tunc ſine ſimonię

moniæ vitio tranſigi poteſt, ita dixit Inn. in eod.
c. 2. num. 1. verſ. Quidam dicũt, ibi, Nos dicimus
licitam eſſe tranſactionem, & permutationem, &
ſequitur eum Abb. num. 5. in fi. Si enim de bene-
ficio aliquo lis ſit, tranſigi poterit, ſpirituali ali-
quo dato, quod tamen intelligo ſuperioris aucto
ritate. Ex his diſſoluta eſt quæſtio illa, an tranſa-
ctio fieri poſſit ſupra alia re ſpirituali a beneficio
ſed de tranſactione ſatis; ad alios contractus tran
ſeamus.

De contractibus quatuor innominatis, quibus ſimonia committitur. Cap. XXX.

S V M M A.

1 *Contractibus innominatis ſimoniá committitur.*
2 *Contractus innominati in ſpiritualibus locum non ha bent.*
3 *Dans aliquid, vt ſpirituale quid faciat, ſimoniam com mittit.*
4 *Faciens aliquid, vt ſpirituale quid fiat, ſimoniam com mittit.*
5 *Faciens aliquid, vt ſpirituale detur, ſimoniam com- mittit.*
6 *Dans aliquid, vt ſpirituale detur, ſimoniam committ- tit.*
7 *Renuncians alicui hæreditatem, legatum, patrimoniũ ue ſuum, quo beneficium eccle. filio renunciet, ſimo- niam committit.*

1 POſtremo † per contractus
etiam alios innominatos
ſimonia cõmittitur, vt vi-
debimus; nam & hi gratui
ti non ſunt, ſcilicet Do, ut
des, Do, ut facias: Facio,
2 ut des: Facio, ut facias: †
& ob id in ſpiritualibus lo
cum non habent, ut dixit Gloſ. in cap. inter R. in
uerb. Ex conſenſu de elect. & Abb. num. 13. uerſ.
Secunda ſolutio, ibi, Nam iſta ſpiritualia, & Go-
meſſ. in reg. de trien. poſſeſſ. q. 12. uerſ. Secundo
præter, & Guliel. Redoan. de ſimon. p. 2. c. 4. nu.
19. cum ſeq. idem ſenſit Rebuff. in Prax. benefi.
in tit. De requiſit. ad collat. num. 2. nã ibi ait ho-
die paucos eſſe collatores à labe ſimoniæ exem-
ptos beneficium nulli conferentes ſine contra-
ctu innominato. Non eſt igitur, quod hac de re
dubitemus. Idque iure merito, nam in ſpirituali
bus nulla pactio, nullaque conuentio interueni-
re ſine uitio ſimoniæ poteſt, ut habetur in c. quã
pio. 1. q. 3. & in c. cum pridem, & in ca. fi. de pact.
& in c. tua de ſimon. ergo & hi contractus com-
prehenduntur, cum nomina ea generalia ſint.
3 Si ergo † quis quidpiam tribuat, ut ſpirituale
fiat; exempli gratia, ut Epiſcopum, Abbatem, pſ-
byterum in ſedem ponat, uel mortuum ſepeliat;
uel ſponſos benedicat, uel ut Eccleſias conſecret
præter procurationẽ, uel ut electioni de ſe facien
dæ conſentiat: uel quo in monaſterium recipia-
tur, in omnibus his caſibus ſimoniam hic com-
mittet, ut habetur in c. cum in Eccleſiæ, & in ca.
cum ſit Romana, & in cap. de hoc, & in ca. nemo
presbyterorum, & in c. ex diligenti, & in cap. no-
bis, & in c. ad noſtram, & in c. ueniens de ſimon.
cum ſimil. Idem, ſi mutuam pecuniam præbeat,
quo eum præſentet, eligatue ad beneficium, uel
ipſi conferatur, ſimoniam committit, ita Nauar.
in Man. ca. 17. num. 206. uerſ. In quinto, & ſexto
notabili, ibi, Et ita mutuare. Simonia itidem cõ-
mittitur, ſi renũciet quis in fauorem alicuius be
neficium hoc adiecto pacto, ut reſtituat ſibi pe-
cuniam, quam impendit pro redimenda penſio-
ne, quæ erat impoſita ipſi beneficio, nõ enim eſt
pactum, quod ex natura rei inſit, ſed aliud, & id-
circo ſimoniachum, cum pure reſignari debeat.
cap. fi. de pact. ita Nauar. in conſi. 30. de ſimonia
libr. 5.
4 Item, † qui aliquid facit, facturumue ſe pro-
mittit, quo aliquid ſpirituale ſibi fiat, ut pote ſe
curaturum negotia alicuius, quo ad beneficium
eum præſentet, ſicut etiam, qui ſua bona Eccle-
ſiæ offert, quo in ipſam recipiatur, ſimoniam etiã
committit, ut dicitur in c. cum eſſent de ſimo. &
in c. tua nos, & in c. per tuas 3. eod. ſicut etiam, q
promittit ſe moleſtiam non affecturum quem-
piam, ſi ad ordinem eum præſentet, ut in ca. pen.
eod. & in c. ſi quis eod. qui itidem renunciat be-
neficium alicui eo pacto, ut aliud beneficiũ ſim-
plex in fauorem ſui nepotis, alteriusue renũciet,
ſimoniam committit, ut dixit Nauar. cõſi. 30. de
ſimon. lib. 5. non enim hæc permutatio eſt. Poſ-
ſet tamen Romanus Pont. id permittere.
5 Qui † itidem facit, ut detur, ſimoniam etiam
6 committit: † ſicut etiam, qui dat, ut ſibi detur.
7 † Quare, qui aut legatum, aut hæreditatem omit
tit, ut alius eam conſequatur, ſibi uero, filioue be
neficium eccl. relinquat, ſimoniam committit.
Sicut etiam is, qui uolẽti ſororem ſuam uxorem
ducere, ſuam patrimonij partem relinquit, quo
beneficium Eccl. quod habet, ei relinquat, atque
ſic dixit quoque in ſimili Rebuff. in Prax. benef.
in tit. Quot mod. benef. acqui. nu. 3. nam ibi ait,
eum, qui reſignat beneficium fratri uxoris, ut il-
le bonis paternis renunciet in fauorem reſignan
tis beneficium, uel ut maiorem dotem conſequa
tur, ſimoniam committere, Qui itidem benefi-
cium renunciat in fauorem alicuius hoc adiecto
pacto, ut eius frater ſuam neptem in uxorem du-
cat, ſimoniam committit, ut ſenſit Nauar. conſi.
31. de ſimon. lib. 5. Qui demum renunciat bene-
ficium alicui hoc pacto, ut penſionem ſibi præ-
ſtet, ac impenſas ipſe faciat pro expeditione Bul
læ penſionis, ſimoniam committit, ita Nauar. cõ
ſil. 37. eod. tit. Qua in re offenderet etiam is, qui
Epiſcopo quid elargitur, quo ſuo filio, fratriue
beneficium conferat; ſimonia enim & hic cõmit
titur arg. ca. etſi quæſtiones à contrario ſenſu de
ſimon. Et ex his iam patet, per quos contractus
ſimonia committatur. Verum ſi in ultimis uolũ-
tatibus quid pro ſpiritualibus relinquatur, an ſi
monia cõmittet? Hoc in ſequenti explicabimus.

De

De vltimis voluntatibus, quando ipſis ſimonia committatur. Cap. XXXI.

S V M M A.

1 *Relicta legata, hæreditateſque eccleſiis, vt miſſæ, diuinaque alia officia fiant, an valeant, ſimoniamue inducant.*

2 *Hæredes, & legatarij obligari poſſunt, vt miſſas, officiaue diuina facienda curent.*

3 *Legatum factum monaſterio hac conditione, vt tot puellas in monaſterium recipiant, an valeat.*

QVæſtio nobis explicanda hæc, propoſita proxime nobis eſt, an relicta, & legata, hæreditateſue valeant, exempli gratia, vt tot miſſæ, diuinaue officia pro ſe fiant. Quã quæſtionem, vt abſolutã magis habeamus, duo contemplabimur. Primum quid iuris in propoſitis caſibus, vbi pro tot miſſis, diuiniſque officiis quid relinquitur; alterũ, vbi aliquid relinquitur monaſterio hac conditione, vt tot puellæ in monaſterium recipiantur.

1 Quoad primum igitur † pro regula habendum eſt legata, atque hæreditates eccleſiis ob propoſitas rationes relicta, ſcilicet vt tot miſſæ, totque diuina officia fiãt, valere. Nam primo ſic aſſeruit Rip. in l. nemo poteſt. nu. 125. cum ſeq. vbi quæſtionem hanc diſputauit. ff. de lega. 1. & eum refert, ac ſequitur Paul. Fuſch. De viſit. & regimin. Eccl. lib. 1. cap. 20. num. 38. ibi, Vnde valet legatum: idem tradidit Nauar. in Man. cap. 17. num. 257. ibi enim ait legatum pecuniæ parocho alicuius Eccleſiæ, vt perpetuo ſingulis mẽſibus tot miſſæ pro legante dicantur, valere. Immo eod. c. & nu. verſ. Ad quęſtionem hic de pecunia, concludit legatum pecuniæ huiuſmodi valere, vt tot miſſæ pro legante celebrẽtur, quot celebrari poſſunt ex lucro eius pecuniæ ad rationem quinque pro centũ ad ſingulos annos; legari enim & vſusfructus pecuniæ poteſt, ut habetur in l. 1. & 3. ff. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſum. idem ſenſit in conſ. 8. de reb. eccl. non alien. libr. 3. Secundo propoſita regula probatur etiam ratione; nam ſuæ rei quiſque poteſt, quam uult conditionem, & pactum adiicere, ut habetur in cap. uerum, & ibi not. de condit. appoſit. & in c. cum dilecti de donat. & in l. in traditionibus. ff. de pact. ergo & pactum huiuſmodi, ut tot miſſæ, totque diuina officia pro ſe celebrentur, adiicere poteſt, & facit c. ſignificatum de præben. Poſtremo in c. fin. de teſtam. ſtatuitur, ne ab huiuſmodi relictis canonica portio detrahatur, ergo ualent, alioquin fruſtra id caueretur. Contra ſententiam hanc tamen facere uidetur, quod pro ſpiritualibus precii nomine nihil dari, recipiue poteſt, ſed pure tribui debent, arg. cap. quam pio. 1. q. 2. & c. cum pridem, & cap. fi. de pact. Atqui a propoſita regula diſcedendum non eſt. Nec repugnat ratio allata; ea enim locum habet, ubi precii nomine relinquerentur, ſecus autem, ubi relinquuntur, aut ob ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, qui ea diuina officia faciunt: aut quo facilius alliciantur ad ea diuina officia obeunda; in his enim caſibus, & huiuſmodi ſimoniam non committi antea probatum eſt, & in hanc ſententiam Eccleſiæ conſuetudo teſtatoris uolũtatem interpretatur, arg. cit. c. fi. de teſtam. Excipitur ergo ſolum, ubi expreſſe precii nomine id relinqueretur: tunc. n. ſimonia committeretur. Et de hac quæſtione ſa-
2 tis. † Quare ob eaſdem rationes hæredibus, ac legatariis onus hoc adiici poterit, ut ſi hæreditatẽ, legataue uelint, tot miſſas, diuinaque officia facienda curent.

3 Quoad ſecundam quæſtionem, † ſcilicet quid iuris ſit, ſi legatum alicui monaſterio fiat hac adiecta conditione, ut tot puellas ad habitum religioſum recipiat, an legatum hoc ualeat. Hanc quæſtionem pertractarunt DD. multis in locis, ut refert Natta in conſi. 618. tom. 3. incip. Ex facto narratur, ubi quæſtionem hanc diſputauit. Verum, quo dilucidior quæſtio hæc habeatur, duo contemplabimur. Primum, an legatum hoc ualeat. Deinde, eſto non ualeat, quid de illo faciendum ſit.

Quoad primum uidebatur dicendum legatum hoc ualere: & hoc ob eam rationem, quoniam, ut proxime concluſimus, legatum ualet relictum Eccleſiæ, ut tot diuina fiant: ergo idem in hoc caſu, & multo magis, ex quo miſſæ factum ſpirituale magis eſt, quam ingreſſus monaſterii. Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet legatum hoc relinqui nõ poſſe. Primum, quoniam pro ingreſſu monaſterii, & ut quis in monaſterium recipiatur, ſi quid præſtetur, ſimonia committitur, ut ſuo loco antea probauimus, & habetur in cap. quoniam de ſimon. ergo nec ubi quis quidpiam relinquit in ultima uoluntate, id fieri poterit, cum eadem ratio in utroque caſu ſit. Nec repugnat ratio contraria, quandoquidem, ut uidimus, conſuetudo Eccleſiæ interpretatur ea præſtari, relinquiue, uel pro alimentis, uel quo facilius impellantur ad diuina facienda: quam interpretationem non facit in propoſito caſu religionis, quandoquidem nec ratione alimẽtorum conditio adiici poteſt quoad ingreſſum monaſterii, & hoc, quia prohibitum eſt in cit. cap. quoniam, ibi, Prætextu paupertatis, & in Extrauag. Sane, ne in ninea Domini de ſimonia; quamobrem autem id factum ſit, ea potiſſimum ratio redditur in cit. extrauag. ne auocentur homines à ſtatu religionis, ad quem Eccleſia optat, ut homines accedant ob tutiorem uiã ſalutis. Id quod in prædictis non ſit. Et de hoc ſatis.

Quoad ſecundum uero caſum quid de legato illo faciendum ſit, omiſſo in præſenti caſu, ubi monaſterium legatum recepiſſet, & puellas ad habitum religionis admiſiſſet, quandoquidem ſupra explicatum eſt, an receptio hæc ualeat, & quid de pecunia recepta faciendum ſit: omiſſo, inquam, hoc caſu, ſolum uidendum eſt, ubi nec

legatum

legatum receptum, nec puellæ in monaſterium admiſſæ ſunt. In hoc igitur caſu tres DD. ſententiæ ſunt, vt refert Natta eod. conſi. nume. 7. Quatum prima fuit Bart. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. qui exiſtimauit legatum hoc purum reddi, & cõditionem reiici: nam ibi ait, ſi relinquo aliquid monaſterio, ſi receperit filiam meam in monacham, talem conditionem reiici, & legatum remanere purum, & hoc ob eam rationem, quoniam conditio hæc turpis eſt, vt quæ ſimoniam contineat, argum. c. non ſatis de ſimon. & ob id conditio reiicienda eſt, legatum uero firmum debet remanere: idque iure merito; nam conditio turpis, quæ pro impoſſibili habetur à iure, ſi adiiciatur vel inſtitutioni, vel legato pro nõ ſcripta habetur, & inſtitutio, legatumque ut purum ſeruatur vt habetur in l. conditiones. ff. de cond. inſtit. & l. obtinuit ff. de condit. & demonſt. & l. vnic. C. de ijs, quæ pen. nomin. & facit Gloſſ. in §. fin. in Inſtit. de legat. & in §. impoſſibilis eod. de inſtit. Altera eſt opinio, vt legatum, & conditio vitientur; & ob id nec legatum, nec conditionem valere, & hanc opinionem tenuit Bart. ſibi contrarius in l. Titio. § 1. ff. de condit. & demonſtr. & hoc ob id, quoniam conditio illa eſt turpis, & inhoneſta, & idcirco relictum etiam nullum, & cum hac opinione tranſeunt DD. nonnulli ibi, immo Alexan. in d. l. 2. C. de inſtit. & ſubſt. communem opinionem hanc eſſe inquit. Tertia fuit opinio quorundam, qui exiſtimarunt & legatũ, & conditionem valere, vti legatum honeſtum, & pium, & relictum pro eleemoſyna, & pro anima teſtatoris. Hæc tamen opinio, quod repugnat cita. c. quoniam de ſimo. & cit. extrauag. ſane ne in vinea Domini, reiicienda eſt.

Quid igitur concludendum? Ego ſequor opinionem Bar. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. vt ſcilicet legatum valeat, & monaſterium petere illud poſſit, eſto conditio non adimpleatur. Et hoc ob duas potiſſimum rationes. Primo reſpectu habito ad naturam diſpoſitionis. quæ eſt vltima uoluntas, cui ſi conditio impoſſibilis adiiciatur, reiecta ipſa conditione, relictum tamen ualet, iuribus ſupra cit. Poſtremo, quoniam adhuc animæ teſtatoris ſubuenitur, ex quo monaſterium legatum habet. Nec facit, ſi dicatur voluntatem teſtatoris non adimpleri; nam adimpletur quatenus poteſt; uoluit enim ipſe in pios uſus ſua bona diſtribui, & eo modo, quo exiſtimabat id poſſe; ſi enim id non poſſe ſciuiſſet, conditionem eã fortaſſe non addidiſſet. Addo opinionem hanc communem contra Alex. eſſe, ut ait Iaſ. in cita. l. 2. C. de inſtit. & ſubſtitu. & ſequitur etiam Natt. eod. conſi. in fin. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo: ſed de ſimonia quatenus cõtractus eſt ſatis: de ipſa iã agamus quatenus delictum eſt; id quod in ſequẽ. præſtabimus. Si hoc addiderimus, qui in ultima uoluntate ratione hac quidpiam relinquere uult, duobus modis id facere poſſe, uel relinquẽdo ipſi monaſterio ſimpliciter propter amorem Dei, & deinceps rogando ipſas moniales, ut has, illasue puellas in monaſterium recipiant: nam tunc legatum purum eſt, receptio autem puellarum precibus petitur, arg. ca. tua nos de ſponſ. Vel relinquendo legata tot puellis, quæ monaſticum habitum ſuſceperint; hac etenim ratione ſimonia non committitur, & relictum ualebit: ſed iam rem propoſitam aggrediamur.

De Materia communi Simoniæ, quatenus crimen eſt. Cap. XXXII.

S V M M A.

1 *Materia ſimoniæ quatenus crimen, eſt delictum.*
2 *Simonia publicum crimen eſt.*
3 *Simonia æquiparatur crimini læſæ maieſtatis.*
4 *Appellatio non admittitur à ſententia contra ſimoniachum lata.*

1 MATERIA communis ſimoniæ uero, † quatenus crimen, eſt delictum. Id quod probatur primo hac ratione, quoniam, ſi ipſam definierimus, quatenus talis eſt, dicemus Simonia eſt delictũ, ſeu crimen, quod committitur ſpiritualia, eiſue annexa uenalia reddendo, ut probatur in toto titu. de ſimon & ut ſenſit Ioan. de Anan. in Rub de ſimon. verſ. Deinde dicit D. Florent. Secundo id etiam probatur, quoniam ſimoniaci puniuntur, & grauiſſimis pœnis afficiuntur, ut ſupra probauimus; ergo ſimonia delictum, crimen, ſeu peccatum eſt: nam pœnæ peccatorum medicinæ ſunt, ut dixit Philip. libr. 2. Moral. cap 3. & S. Thom. 1. 2. quæſt. 87. articul. 3. in 2. oppoſ. & probatur in l. 1. ff. de iuſtit. & iure. Poſtremo id expreſſum habetur in capit. per tuas, e. de ſimon. & in cap. tanta eod. & in cap. fi. 1. quæſt. 7. in quibus iuribus habetur ſimoniam non ſolum crimen eſſe, uerum etiam ad eius cõparationem cætera crimina, quaſi pro nihilo reputari. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus ſcilicet ſimoniam crimen eſſe, ac delictum.
2 Item † delictum publicum, ſeu crimen publicũ
eſt, atque ſic aſſeruit quoque Anan. ibidem, uerſic. Quis autem admittatur ad accuſandum, nam
quilibet admittitur ad accuſandum, & teſtificandum, ut ait ibi Anan. & infra uidebimus, publicum crimen eſt, ergo arg. inſtit. de public. iud. in
3 principio uerſic. Publica autem, † & æquiparatur
4 crimini læſæ maieſtatis, † & a ſentẽtia cõtra ſimoniachum lata nõ appellatur, ut inquiũt Fel. in c. ſicut de ſimon. & Marant. in ſuo ſpecul. in 6. par. num. 187. ſed ſtatim ſententia executioni mandari debet.

Verum, ut eius cognitionem abſolutā habeamus, quatenus delictum eſt, de ipſa nobis hæc in hoc capite contemplanda ſunt. Primum quisnā iudex de hoc crimine cognoſcat. Deinde, quoniam de hoc crimine, ſicut etiam de aliis & ciuiliter, & criminaliter agi poteſt, hic quando criminaliter, & quādo ciuiliter agatur. Tertio, quinam accuſare ſimoniachum poſſit. Quarto, quibus teſtibus, & quibus rationibus ſimonia probetur; his enim explicatis abſolutā ſimoniæ cognitionem habebimus, quatenus delictum eſt: iam igitur primam quæſtionem aggrediamur, id qđ in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Index Eccleſiaſticus de ſimoniæ crimine cognoſcit.*
2 *Iudex Eccleſiaſticus duplex eſt.*
3 *Index fori conſcientiæ quinam ſit, qui a peccato ſimoniæ abſoluat.*
4 *Index fori contentioſi, qui de crimine ſimoniæ cognoſcit, quinam ſit, vbi ſimonia ſimplex eſt.*
5 *Clerici ſeculares, ac laici ſimoniaci à ſuo Epiſcopo puniuntur.*
6 *Moniales ſimoniam committentes ab Epiſcopo loci puniri poſſunt.*
7 *Monaci, ac regulares ſimoniaci à quibus puniantur.*
8 *Index Eccleſiaſticus quis nam cognoſcat de ſimonia, vbi hæreſim coniunctam habet.*
9 *Punitus ſimoniachus hæreticus, quatenus hæreticus, an & quatenus ſimoniachus eſt, puniri poſſit.*

§. I.

1 QVoad primam quæſtionem igitur, † ſcilicet quisnam iudex de crimine ſimoniæ cognoſcat, concludendum breuiter eſt Eccleſiaſticum iudicem eſſe, ita dixit Gloſſ. in ca. cum ſit generale in uerb. Malefactores de foro comper. & ſequitur Abb. ibi num. 20. qui ait crimen hoc ſimoniæ eſſe mere crimen Eccleſiaſticum, & ob eam rem ſecularem iodicem ei ſe intromittere non poſſe, idem ſequuntur Add. ad practicam crim. canon. Diaz. ca. 91. in litera A. & DD. communiter, ut teſtatur Aoan. in Rubr. de ſimonia, numer. 9. & refert, ac ſequitur Clar. lib. 5. recept. ſent. §. ſimonia, uerſ. Hoc crimen eſt mere eccleſiaſticum. Id quod & ratione probatur, nā materia ſimoniæ res ſpiritualis, eiue annexa eſt, ergo ad iudicem Eccleſiaſticum, & non ſecularē eius cognitio pertinet. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus.

2 Verū quòd † eccleſiaſticus index duplex eſt, alius fori conſcientiæ, ſeu pœnitentiæ, alius fori contentioſi; ideo quis nam ex his ſit in hac mate
3 ria, uideamus. Index igitur † fori conſcientiæ,
ac pœnitentiæ in hoc crimine ſimoniæ, ſicut etiā in aliis criminibus, ac peccatis, ſacerdos eſt, qui iuriſdictionem ordinariam, delegatamue in ipſum ſimoniachum habet. nam ad ipſum cauſam hanc cognoſcere pertinet, & ipſum pœnitentem abſoluere, ut habetur in cap. omnis de pœnit. & ibi communiter not. Proprius ergo Parochus, ab eoue delegatus ſimoniachum pœnitentē abſoluere poterit, & facit cap. fin. de ſimon. Excipitur tamen, ubi ſimoniachus excommunicatus eſſet, ut pote, quia ſimoniam realem in ordine, beneficioue commiſit, nam, quòd tunc in excommunicationem ipſo iure incidit, ut habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. ſimplex Parochus, qui iuriſdictionem fori contentioſi non habet à ſimoniæ peccato ante ſublatam excommunicationem non abſoluet, non enim pœnitētiæ ſacramenti capax excommunicatus eſt, ut dicitur in cap. pen. de ſenten. excommun. Idem in omnibus aliis caſibus, in quibus quis ſimoniam committens in excommunicationem incidit, ut pote, uel quia ſimoniam confidentialem, uel in Romana Curia eam committit, in his enim caſibus, ut ſupra uidimus, in excommunicationem incidit, & ob id ante ſublatam excommunicationem abſoluere à peccatis ſimplex parochus non poterit.

4 Iudex autem † fori contentioſi, ubi clericus, laicusue ſimoniam commiſit, Epiſcopus eſt eius diœceſis, in qua domicilium habent, qui ſimoniam commiſſerunt. Id quod probatur in ca. de hoc de ſimon. ibi enim cauetur, ut Archiepiſcopus deponat quoſdam clericos, qui per ſimoniā quendam in epm elegerant, & inducat Regem, & Principes quoſdam ad pecuniam acceptam reſtituendam, ergo Epiſcopi ius cognoſcēdi crimen hoc habent, & quoniam alterius ſubditum iudicare nemo poteſt, arg. ca. fin. de conſtit. lib. 6. & l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. ob eam rem ſubditos Archiepiſcopi fuiſſe concludendum eſt. Idem habetur in cap. inſinuatum, & in c. ex tuæ, & in cap. dilectus filius 1. & 2. & in cap. ad apoſtolicam eod. de ſimon. Poſtremo id probatur etiam ratione, quoniam, ex quo ſimonia Eccleſiaſticum crimen eſt, ad iudicem eccleſiaſticum pertinet, ut probauimus, at in tota diœceſi communi iure ordinarius iudex Epiſcopus tantum eſt, ut habetur in cap. cum Epiſcopus de offic. ordin. lib. 6. Cum Epiſcopus in ſua tota diœceſi iuriſdictionem ordinariam noſcatur habere, dicitur enim ibi, dubium non exiſtit, quin in quolibet loco ipſius diœceſis non exempto per ſe, uel per alium poſſit pro tribunali ſedere, cauſas ad Eccleſiaſticum forum pertinentes audire, perſonas Eccleſiaſticas, cum earū exceſſus exegerint, capere, ac carceri deputare, necnon & cętera, quę ad ipſius ſpectant officium, libere exercere. Hæc ibi, ex quibus patet, id quod diximus, ſcilicet Epiſcopum in tota diœceſi ordinarium iudicem eſſe, item cauſas ad Eccleſiaſticum forum ſpectātes, cuiuſmodi hæc eſt, ad ipſum pertinere, id qđ & dixit Abb. in c. conquerente, nu. 2. uerſ. Quin
5 to habet Epiſcopus de off. ordin. † Pro certo igitur habendum eſt, ſi ſimoniaci, aut clerici ſeculares, aut laici ſint, ab Epiſcopo puniri ipſos poſſe.

Vbi

6 Vbi itidem† moniales ſimoniam committũt, ad Epiſcopos earum correctio pertinet, arg. cap. quoniam de ſimon. & facit ca. unic. §. fin. de ſtat. reg. lib. 6. nam ibi iuriſdictionem ordinariam in moniales habere Epiſcopos loci dicitur. Idem quoque ſenſit Paul. Fuſch. de uiſitat. & regimin. Eccl. lib. 3. c. 18. nu. 42. nam de uiſitatione ipſarũ agens inquit Epiſcopos inquirere debere, ne ſit aliqua recepta per ſimoniã: ergo de ſimonia ab ipſis commiſſa cognoſcere poteſt, & iudicare argu. l. de qua re. ff. de iud.

7 Verum, † quid de monacis, & regularibus? Quoniam ob multa priuilegia, quę ipſis a Romanis Pontif. conceſſa ſunt, à iuriſdictione Epiſcopi ſunt exempti: ob eam rem ad ipſorum ſuperiores eorum in hac re correctio pertinebit; nam & in grauiſſimis delictis in ipſos iuriſdictionem habent, arg. cap. ſignificaſti 2. & cap. ſicut ex literis, & cap. ſuſcepimus de homicid. & ut id pluribus egit Abb. in cap. cum contingat. nu. 21. uerſi. Et primo quæro de foro competen. & Foller. in ſua Prax. criminal. p. ultim. cap. 36. num. 39. ergo & quoad ſimoniam. Si ergo intra ſua monaſteria ſimoniam commiſſerint, uel in electionibus, uel in petitionibus magiſtratuum, & huiuſmodi, a ſuo priore, uel Abbate, uel alio ſuperiore punientur. Idem etſi in aliis ſpiritualibus, eiuſue annexis.

Excipitur tamen primo, ubi extra monaſterium ſimoniam ita notorie committerent, ut populo ſcandalum darent, nam, ſi Epiſcopo inſtante intra tempus ab ipſo præſcriptum ſeuere a ſuo ſuperiore non punientur, ac de punitione Epiſcopum certiorem non fecerit, ab Epiſcopo puniri poſſunt, ita de regularibus delinquentibus generaliter cauit Trid. Synod. ſeſſ. 25. de regul. cap. 14.

Secundo excipitur, ubi monachus ob ſimoniam deponendus eſſet, nam tũc ad Epiſcopum id etiam pertinet, vt dixit Foller. in eod. loco, ubi & Rom. idem ſentientem refert, & Ioann. de Lignan. quem itidem refert, ac ſequitur Abb. in eodem cap. cum contingat, num. 22. ibi, Et a prædictis excipit.

Poſtremo excipitur, ubi monacus curam animarum haberet, ſunt enim ſæpius monaſteria, quæ parochias habent, uel Eccleſias animarum curam habentes, quibus ſuos monachos perficiunt. Si ergo hi monaci ſimoniam committunt in ſacramentis adminiſtrandis, & in aliis diuinis officiis obeundis, ſicut alii ſeculares clerici, ab Epiſcopo puniri poterunt, ita ſenſit Paul. Fuſch. eod. lib. 2. cap. 16. num. 21. Et hactenus de ſimonia ſimplici.

8 Quoad ſimoniam autem, † cum hæreſi coniunctam non ſolum Epiſcopus, ſed & inquiſitor cognoſcere poteſt, & punire, argum. cap. ut officium, & cap. inquiſitores cum ſimil. de hæret. libro 6.

9 At quid ſi is, † qui ſimoniam huiuſmodi commiſit, ſolũ quatenus hæreticus eſt, punitus fuit, an deinceps, & quatenus ſimoniachus, puniri poterit? Ego ſentio ſine dubitatione id poſſe; non enim plura delicta ſimul concurrentia immunitatem præbent, vt dicitur in l. nunquam plura. ff. de pub. delict. Poſtremo de eo delicto, quatenus ſimonia eſt, pęnam non eſt paſſus; ergo puniri iterum poterit, & faciũt, quæ dixit Clar. lib. 5. in ſua Prax. Crimin. §. fi. q. 57. verſ. Dictum eſt non poſſe ꝓcedi: ſed de iudice criminis huius hactenus; iam de accuſatore agamus.

S V M M A.

1 *Criminaliter, ciuiliterque an agatur contra ſimoniachum.*

2 *Criminaliter, ciuiliterùe quando contra ſimoniachũ agi dicatur.*

§. II.

§. Secunda quæſtio propoſita hæc eſt, quando de ſimonia, ſeu in ſimoniachum criminaliter, ciuiliterue agi dicatur: quam quæſtionem, vt dilucidiorem habeamus, explicandum prius eſt, an de ſimonia, ſeu cõtra ſimoniachum

1 criminaliter, ciuiliterque agi poſſit. † Concludo igitur breuiter contra ſimoniachum, & de ſimonia criminaliter, ciuiliterque agi poſſe: nam ita expreſſum habetur in c. 1. de teſtib. lib. 6. & in c. per tuas. 1. verſ. Tales igitur contra talem de ſimon. & in eiſdem locis DD. not. Id quod & ratione probatur; nam pro quocunque crimine & ciuiliter, & criminaliter agi poteſt, ut dixit Blãc. in ſua Pract. crimin. quem refert, ac ſequitur Iul. Clar. in ſua Prax. Crim. lib. 5 quæſt. 1. paulo poſt princip. uerſ. Scias ergo. Cum igitur ſimonia crimen ſit, idemque grauiſſimum, ut dicitur in ca. tanta de ſimon. & in cit. c. per tuas, non eſt, quod dubitemus an de ipſa & ciuiliter, & criminaliter agi poſſit. Secundo explicandum etiam eſt, antequam propoſitam quæſtionẽ diſſoluamus, duas pœnas pro quouis delicto imponi poſſe, ſcilicet aut ordinariam, aut extraordinariam. Ordinaria pœna delicti ea dicitur, quæ lege, ſtatutoue imponitur committenti delictum illud, quod in iudicium deducitur, ut exempli gratia pro delicto homicidij pœna capitis imponitur, & pro furto, ut fuſtibus cędatur. Extraordinaria uero eſt, ubi quis punitur non ea pœna, quæ pro delicto ſtatuta eſt, ſed alia, ut exẽpli gratia, ubi quis priuatur ob crimen officio, aut beneficio, aut dignitate, & huiuſmodi, ita dixit Clar. ea q. 1. uerſic. Scias etiam duo eſſe genera pœnarum, quæ pro delictis imponuntur. His præmiſſis.

2 Quoad quæſtionem propoſitam † criminaliter de ſimonia agi tunc dicitur, quando agitur, ut ab ordine deponatur: nam hæc ordinaria ſimoniæ pœna eſt, ut habetur in capit. dilectus filius iunct. Gloſſ. ſeueritatis de ſimonia, & in cap. per tuas 1. & in cap. de hoc eod. & in cap. inquiſitionis. Ciuiliter uero, ubi agitur, ut ab adminiſtratione ammoneatur, beneficioue priuetur ut dicitur in cita. cap. per tuas. uerſic. Tales ergo

contra talem,& vt not. Abb. ibi num 1.& Mar. Socin. Sen. num. 11.& idem Soc. in ca. ſuper his. numer. 14. cum ſeq. de accuſat. & ibi quoque Abb. & iidem in c. de his eod. de accuſat. & Hælias in præſuppoſit. ſuo in eod. ca. 1. de teſt. lib. 6. Idque iure merito, nam propria pœna ſimoniaci depoſitio ab ordine eſt,& ob id ordinaria eſt pęna; priuatio vero beneficii, ac dignitatis extraordinaria pœna eſt, quandoquidem videtur remoueri tanquam indignus,& inutilis. Et de hac quæſtione ſatis: iam tertiam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Accuſare de ſimonia omnes poſſunt, qui ad alia crimina accuſanda admittuntur.*
2 *Accuſare de ſimonia poſſunt,& qui alias non admittuntur.*
3 *Mulieres, Meretrices, Serui, Criminoſi* } *accuſare de ſimonia poſſunt.*
4 *Excommunicatus an de ſimonia accuſare poſſit.*
5 *Hæretici an de ſimonia accuſare poſſint.*
6 *Laici an clericos de ſimonia accuſare poſſint.*

§. III.

Tertia quæſtio eſt, quinam accuſare ſimoniachum poſſint: id quod, ut ordinatim agamus, duas nobis regulas ponendas exiſtimauimus.

1 Primum igitur † accuſare ſimoniachum poſſunt, qui in aliis criminibus ad accuſandum admittũtur, id quod hinc probatur: nam, ex quo ad accuſandum admittuntur, qui in alio crimine reiiciuntur, ut uidebimus, multo magis, qui non reiiciuntur argu. auth. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccle. Qui autem ſint, qui in aliis criminibus admittantur. hi omnes ſunt, qui non prohibentur. arg. l. qui accuſare. ff. de accuſ. & ut dixit Clar. in Prax. Crim. §. fin. q. 14.& de prima regula ſatis.

2 Poſtremo † etiam hæc ſecunda regula eſt, qui alias in aliis criminibus ad accuſandum non admittuntur, ad ſimoniachum accuſandum recipiuntur.

3 Nam ecce primo † propter ſexum mulieres accuſare non poſſunt, ut habetur in l. 1.& ſeq. & in l. qui accuſare. ff. de accuſat. & in le. de crimine. C. qui accuſ. non poſſ. & tamen ad ſimoniachum accuſandum admittuntur, arg. c. tanta de ſimonia; nam ibi dicitur meretricem accuſare poſſe, & ibi communiter not. & Diaz. in Pract. crimin. canon. capitul. 91. quæ tamen alias ob uitæ ſuæ turpitudinem excluditur, ut in le. quæ adulterium. C. de adult. ergo multo magis mulieres aliæ admittentur.

Item propter ſtatus conditionem, ut ſerui: nã ne quempiam accuſent,& præſertim ſuos dominos, prohibentur, arg. l. uix certis. ff. de iud. & tamen de ſimonia nõ ſolum alios, ſed & dominos accuſare poſſunt, ita dicitur in cit. c. tanta; Tanta eſt labes huius criminis, quòd & ſerui ſuos dominos,& quilibet criminoſi admittuntur ad accuſandum. Hæc ibi, atque ſic not. Abb. Socin. Ioan. de Anan. verſi. nota caſum, ac DD. & Diaz. in Prax. crim. can. ca. 91. verſ. ideo propter eius grauitatem.

Tertio criminoſi etiam accuſare prohibẽtur. Item & infames,& huiuſmodi alii, qui recenſentur in ead. l. 1.& ſeq. & in l. qui accuſare de accuſa. cum multis ſeq. & tamen in hoc crimine admittuntur, vt dicitur in cit. ca. tanta, ibi, Et quilibet criminoſi. Idem probatur per ca. ſi dominus eod. de ſimon. nam ibi dicitur quemlibet catholicum precibus etiam alliciendum eſſe, vt ſimoniacham rabiem patefaciat, atque ſic ibi not. & Diaz. ibid.

4 Verum † quid de excommunicato, an accuſare ſimoniachum poteſt? Ego cenſeo id ei non licere; nam nec hæreticũ accuſare poteſt, vt id pluribus aſſeruit Carter. in Tract. de hæret. nu. 107. verſ. De effectu autem diuino,& facit c. præſidentes de hæret. lib. 6. nam ibi iudicibus excommunicatis tantum permittitur,& in quibuſdam tantum caſibus, vt iudicium exerceãt: facit quoque cap. in fidei fauorem eod. vbi ad teſtimonium ferendum admittuntur, ergo, ex quo in accuſatore id cautum non habemus, à communi iure non diſcedemus, arg. l. iubemus. C. de teſtam. & l. præcipimus. C. de accuſ. atque ſic inquiunt Ala. & Vincen. quos ſequuntur DD. ut refert Ioa. de Anan. in c. ſi dominus verſ. Vltimo not. de ſimon. Quid

5 iidem † de hæretico? Neque hunc admittendũ concludo,& hoc ob ci. ca. ſi dominus de ſimon. nam ibi ait Rom. Ponti. non quemlibet catholicum reſpuendum eſſe ab accuſatione ſimonię: ergo ſecus ſi non catholicus ſit; valet enim argumẽtum à contrario ſenſu, vt habetur in l. 1. & ibi cõmuniter not. ff. de offic. eius. Hæreticus igitur ad accuſandum de ſimonia non admittetur, atque ſic dixit Glo. in cit. c. ſi dominus, in verb. Catholicus. Non etiam admittẽtur infideles, vt Iudęi, & qui Chriſti fidem profeſſi non ſunt, atque ſic ſenſit Gloſ. ibid. dum ait, nec Paganos admitti; & DD. ut ait Anan. ibi cit.

6 Quarto † laici ad clericos accuſandos non admittuntur, ut dicitur in ca. cum P. Manconella,& ibi Not. Gloſ. Abb. ac DD. de accuſ. & Glo. Sum. 2. q. 7.& facit quoque c. 1. cum multis ſeq. ead. q. 7.& Iacob. Nouell. Tom. 2. ad regul. Adduen. regu. 54. incip. Laicus, Et hoc ob eam rationẽ, quoniam ſæpius laici clericos odio proſequuntur, vt dicitur in ca. laicus ead. q. 7.& Clar. in ſua Prax. eod. lib. §. fi. q. 14. verſ. Propter reuerentiam dixi; & tamen ad accuſandos eoſdem de ſimonia admittuntur, ita dixit Glo. in eod. c. cum P. Manconella,& Iacob. Nouell. ead. reg. n. 6. uid. Abb. & Fel. in c. ueniens 1. de teſtib.

Excipitur tamen primo, ubi laici, qui accuſant, infames, uileſque homines ſunt: tunc enim nec ad accuſandum clericum de ſimonia admittuntur, niſi & ipſi clerici de eo crimine infamati ſint, ita inquiunt Gloſſ. ac DD. in eodem cap.

cum P.Manconella,& in c.tanta, & Gloſſ. Sum. 2.q.7.Quamuis contra laicum admittantur,uel qui accuſatur,infamatus non ſit,ita Innoc. in eodem c.cum P.Manconella. Item excipitur, ubi qui accuſat,inimicus accuſati eſt,nā eſto de crimine infamatus ſit & clericus, tamen non auditur,atque ſic habetur in eod.cap.cum P. Manconella, nam ibi clericus infamatus erat de ſimonia,id quod hinc patet,quod purgatio inducitꝰ, quæ non fit,niſi ab infamato,quod Gloſſ.ibi ſentit in uerb.Purgationem,ſed quia accuſator inimicus erat,ob eam rem non fuit auditus, atque ſic Gloſſ.1.ibi not.in fi.& DD.communiter.Poſtremo excipitur,ubi catholicus non eſt,ut diximus ſupra,ſed de accuſatore ſatis; ad probationes, tranſeamus.

S V M M A.

1 *Teſtes admittuntur ad ſimonia crimen probandum, qui ad alia crimina admittuntur.*
2 *Teſtes ad ſimonia crimen probandum admittuntur, qui alias paſſim non admittuntur ad quęuis criminoa probanda.*
3 *Criminoſi,ideſt,qui in crimine perſeuerant ad ſimoniam probandam admittuntur.*
4 *Proxeneta in ſimonia committenda, an ut teſtis admittatur ad eam probandam.*
5 *Inimici,& conſpiratores non admittuntur teſtes ad ſimoniam probandam contra ſuum inimicum.*
6 *Socius in ſimonia committenda, an ad eam probandam admittatur contra ſocium.*
7 *Teſtis unus an ſimoniam probet.*
8 *Teſtis cum fama an ſimoniam probet.*
9 *Iusiurandum an detur ad ſupplendam probationem ſimoniæ.*
10 *Torqueri an poſſit accuſatus de ſimonia.*
11 *Probatio ſimoniæ per ſigna fieri poteſt: & quæ ſigna.*
12 *Excommunicati an admittantur ad teſtimonium contra ſimoniachum.*

§. IIII.

Poſtrema quęſtio eſt,quibus probationibua ſimonia probetur. Ideo ut ordinatim agamus,primo de teſtibus agamus,de quibus & duas regulas ponamus.

1 Primum igitur† ad ſimoniam probandam hi teſtes admittuntur,qui ad alia crimina probāda non repelluntur,nam, quod & mox uidebimus, ad hoc crimen probandum, & hi teſtes recipiuntur,quorum teſtimonium in aliis criminibus improbatur;ergo multo magis,qui ad alia probanda admittuntur,& huc admittentur.

2 Poſtremo † ad crimen hoc probādum,(quod pro altera regula nobis erit,)& hi admittuntur, qui alias admitti non ſolent. Id quod hinc probatur.

3 Nam ecce primo,† etſi teſtimonium eius,nec in criminali,nec in ciuili cauſa admittitur, qui in aliquo crimine perſeuerat,ut habetur in c.teſtimonium de teſtа.& ibi not. & ut Abb. inquit in c.per tuas 1.num.13.uerſ.Secunda lectura, & ibi DD.de ſimoni.tamen locum hoc non habet in crimine ſimoniæ,nam in crimine perſeuerās, teſtimonium tamen contra ſimoniachum ferre poteſt,ut habetur in eod.c.per tuas,uerſ. Cæteras autem exceptiones,ibi enim, poſtquam Sūmus Pontifex expreſſit quæ exceptiones contra teſtes propoſitæ reiiciendę eſſent,ſcilicet conſpirationes,& capitales inimicitię,alias,ſcilicet furti,& adulterii,repellendas eſſe non ait,pręſertim quod teſtes illi de dictis criminibus erant emendati.Si ergo præſertim,quod emendati erant, recipiuntur,idem ſi non eſſent emendati,nam dictio illa,Præſertim idem, quod maxime ſignificat,ut Abb.ibi,ac DD.declarant, & ſic explicat caſum minus dubium, & tacet magis dubium, ut DD.Abb.Fel.qui de communi DD.ſententia teſtatur ibid.inquiunt.Hæc tamen locum habēt interuenientibus cōditionibus,ac qualitatibus, quæ habentur in eod.c.per tuas.Criminoſi ergo ad teſtimonium ferendum cōtra ſimoniachum admittuntur.

4 Item† Proxenetæ,qui alias mediatores dicuntur,& ſunt ii,per quos contractus fit,quamuis ad contractus probandos non admittantur, quorū ipſi auctores fuerunt,ut fierent, niſi conſentientibus partibus,ut habetur in §.quoniam uero in auth.de teſtib.& not.Gloſſ.in c.1.in uerb.Ciuiliter de teſtib.cogend.lib.6.& Viu.in ſua Syl.opi. 959.num.13. qui communem opinionem hanc ait,tamen ad ſimoniam probandam etiam eius, cuius auctores ipſi fuerunt,admittuntur,ſi ciuiliter agatur,& nihil receperunt,ut dicitur in eo. ca.1.de teſtibus.Mediatores, per quos ſcelus ſimoniæ plerūque committitur,dicitur enim ibi, ad teſtimonium contra ſceleris huius auctores in teſtationem criminis,admittuntur,ſi non agatur criminaliter,ſed ciuiliter, & emolumentum exinde non fuerint aſſecuti. Hæc ibi, ex quibus propoſita concluſio habetur. Duo igitur neceſſario poſtulantur quo Proxenetæ ad hoc, ut teſtes admittantur,& ut ciuiliter agatur,& emolumentum ne fuerint conſecuti,copula enim, Et utrunque adimpleri poſtulat argu.l. ſi hæredi plures. ff.de condit.inſtituen. Verum quid ſi tantum ei promiſſum ſit emolumentum? Adhuc ſentio excludendos ipſos eſſe,nam ſic inquiunt Ioan.Andr.& Gemin.hic,& Dec.conſil.28.num.5.ut refert Addit.in cita.cap.1.de teſt. Non admittentur igitur Proxenetæ huiuſmodi, ubi quidpiam eis datum, aut promiſſum ſit. Item nec ubi criminaliter agitur. Excipitur tamen, ubi eſſet ſimonia cum hæreſi coniuncta,nam tunc,& in his caſibus admittentur in fidei fauorem, ut habetur in cap.in fidei fauorem de hæret.libr.6.In fidei fauorem,dicitur enim ibi, concedimus, ut in negotio inquiſitionis hæreticæ prauitatis excommunicati, & participes, uel ſocii criminis, ad teſtimonium admittantur, &cæt. modo falſa non dicere præſumantur. Hæc ibi. Si ergo in hæreſi participes, ac ſocii admittuntur: ergo multo magis, ubi ſimonia ſimul adeſt,

rit,atque ſic ſenſit Viu.in ſua Sylu.opin.951.nume.4.Item ubi in Curia Romana ſimonia in beneficio,ordineue commiſſa eſt;nam tunc nõ modo nõ excluditur ſocius,ac particeps ſimoniæ,verum premium,& veniam conſequitur, vt ſuo loco vidimus,& habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon.Proxenetæ igitur,ut diximus, admittuntur.

5 Verum† quid de inimicis.Item quid de ſocio criminis,an ad teſtimonium ferendum de ſimonia admittentur?

Quoad primum, nec in crimine ſimoniæ inimici admittuntur,nec conſpiratores,ut habetur in cap.per tuas.1. in uerſ. Nos uero de ſimonia. Nam non iuſtitiæ gratia, ſed odio ducti teſtimonium ferre exiſtimantur,ut dicitur in eod.c.per tuas eod.uerſ.Inimici autem dicuntur, qui capitales inimici ſunt,ut in cit. uerſ. habetur atq; ſic dixit quoque Nauar.in conſ.76.num. 3.de ſimo. lib.5.

6 Quoad ſecundum,† ſocius etiam non admittitur,ut habetur in c.ueniens. 1.& ibi not.de teſtibus, quod tamen locum non habet,ut diximus, ubi hæreſim coniunctam haberet ob cit.ca.in fidei fauorem:ſicut etiam,ubi in curia Romana,ſimonia cõmiſſa eſt in ordine, beneficioue ob cit. extrauag.in ſi.de ſimon.Poſtremo excipitur,ubi ſimonia coniuncta eſſet cum crimine læſæ maieſtatis,ut habetur in cap.ſi quis Papa.diſ.59.& ut ait Gloſſ.in c.nemini 15.q.3.& Abb.in eod.cap. ueniens.num.7.& facit ca.in fauorem de hæret. lib.6.

7 Atqui,† an unus teſtis ſimoniam probet?Plane concludendum eſt per unum teſtem ſimoniã non probari,ita ut condemnari de ſimonia quis queat,ut dicitur in cit. cap. ueniens de teſtibus, eſto ciuiliter agatur, & præſumptio etiam orta ſit ex alterius dicto,qui delicti particeps fuit,ob citat.cap.ueniens:nam ibi unus teſtis ſimoniam commiſſam ꝓbauerat, & idem dixerat quidam ex iis,qui ſocii criminis fuerant, & tamen Romanus Pont.ibi ait,non probari,atque ſic not.Abb. ibi num.4.

8 Verum, † an uno teſte cum fama pleniſſime ſimonia probabitur?Neq; hac ratione:non enim coniungitur cum fama unus teſtis ad perfectam probationem,ut dixit Gloſſ.in eod.cap.ueniens in uerb.Illorum de ſimon.quam communiter receptam teſtatur Mar.Socin.Sen.in cap. ſicut.nu. 8.de ſimon.

9 Non itidem † iuſiurandum ad ſupplemẽtum probationis datur:quandoquidem cauſa grauis eſt,ex quo eſt criminalis, atque ſic dixit Abb. in eod.c.ueniens.num.4. etenim in criminali cauſa etiam ciuiliter mota, licet actor præſumptionem pro ſe habeat, non tamen ei iuſiurandum defertur ad ſupplendam probationem, ſed locũ regula ſibi uindicat.l.qui accuſare.C. de edend. ſcilicet actore non probante reus abſoluitur, atque ſic dixit Gloſſ.in c.tam literis in uerb.Probata de teſta.& ſequitur Abb.ibi. Quid ergo fiet,ſi ſemiplene ſimonia probata ſit? Plane,ſi infamatus de ſimonia quis erit,tunc ipſi purgatio indicetur,ut in ca. cum P.Mancinella de accuſ.& in c.de hoc de ſimon.etſi deficiet in purgatione,ut conuictus punietur,ſicut ibi dicitur, etenim uiolenta præſumptio tunc eſt contra ipſum, ut dixit Gloſſ.communiter recept.in c. inſinuatum in ſi. de ſimon.

10 † Poterit etiam torqueri, uel ciuiliter agatur,ſi præterquam quod infamatus eſt, indicia ſint contra eum,uel ſemiplene delictum probatum;alias eſto indicia cõtra clericum ſint,ubi tamen infamatus non erit,torqueri non poterit: nec è contrario,ſi infamatus tantum ſit, indicia uero nõ adſint,ita dixit Abb.antiq. quem refert, ac ſequitur Fel.in c.ueniens 1.in fine de teſtib.& in eod,ca,de hoc,& alij allegati ab eo,& Abb. in c.cum in contemplatione.nu.6. de reg. iur. Nec repugnat cit.c.de hoc,ubi infamatis purgatio indicitur,nam indicia contra ipſos non erant,& ob id torqueri non poterant.

11 Tertio, † & ſi in criminalibus probationes luce meridiana clariores eſſe debent,ut habetur in l.ſi.C.de probat. & ibi not. tamen ad ſimoniam probandam ſat eſt probatio,quæ per ſigna, & cõiecturas,& præſumptiones ſit,ut dicitur in cap.ſicut de ſimon.Sicut ſimoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos uincit, dicitur enim ibi,ita ſine dilatione mox,ut eius ſigna per aliquam perſonam clatuerint de Eccleſia Dei debet eliminari,atque repelli; Ecce hic ſignis ſimoniam probari,atque ſic not.Abb.ibi,& Mar.Socin.Sen.& Felin.& Clar.in Prax.Crim.libr.5.§. ſimonia in fine.Id quod ſit,tum ob criminis grauitatem, tũ quod clam ſæpius ſit, & ob id probari non facile poteſt,ita Crauet.conſil.122.numer.8.tom.1.& 2.ubi,& Corn.idem ſentiẽtem refert.Idem Bertach.in Repert.in uerb.Simonia.uerſi. Simoniæ crimen cum clam. Re dubia tamen in foro fori ob animæ ſalutem ſimoniam potius commiſſam præſumi dixit Burgn.Cauale.deciſ.27.num. 72. par.1.ubi pœna corporis nõ imponitur,alias autem ſecus.Ea tamen ſigna,& coniecturæ euidentes,ac de crimine reum conuincentes,& probata eſſe debent,ita ſenſit Gloſſ.in cap.inſinuatum in fine,quam DD.communiter ſequuntur,ut ait Alexand.de Neu.conſi.64.num.2.& ſeq.& conſil.97.num.6.in cit.conſi.crim.tom.1.Clar.eod. §.in fin.& Addit.ad eum, & Additio ad Diaz.in Prax.crimin.canon.capit.91.in litera.C.& facit c.ſicut ſimoniacha eod.de ſimonia.

12 Excommunicati † etiam ad teſtimonium ferendum contra ſimoniachum non admittuntur, ut dicit Abb.in cap.licet Hęly.num.21.& ſequitur Mar.Socin.Sen.num.54.de ſimon. & Ioann. de Anan.uerſi.in Gloſſ.indifferenter.idem Abb. in cap. per tuas.num.3.& Socin. numero 6. eod. Id quod & ratione probatur,nam nuſquam cautum reperitur excommunicatos ad teſtimonium ferendum contra ſimoniachum admitti; ergo repellendi ſunt,argum.cap. decernimus de ſent.excomm.lib.6.Contra ſententiam hanc tamen duo facere uidentur. Primum citat.cap.licet Hæly,& cap.per tuas, ubi criminoſi ad teſti-

monium

monium ferendum admittuntur. Secundò contra facit c. eos 1. q. 1. nam ibi dicitur tollerabiliorem eſſe quorundam hęreſim, quàm ſimonia, at ad hæreſim probandam & excommunicati admittuntur, ut habetur in c. in fidei fauorem de hęret. lib. 6. ergo & ad ſimoniam probãdam admitti poſſe uidentur. Atqui à propoſita ſententia diſcedendum non eſt ob ea, quæ diximus. Nec repugnant contraria, non prius argumentum, tum quod etſi criminoſi in cit. iuribus admittuntur, non tamen excommunicati eo in numero habẽtur, declarant exẽpla, ibi propoſita furti, & adulterii, tum quòd alii criminoſi ab excommunicatis hominum communione non carent, qua cõmunione excommunicati priuati ſunt, ut habetur in c. illud de cler. excom. min. & in ca. pen. de ſent. excomm. Non eſt igitur mirandum, ſi criminoſi, & non excommunicati admittuntur. Non obſtat ſecundum, id eſt cit. c. eos: nam ibi agitur de ſimonia quę hæreſim cõiunctam habet, ut ibi aperte habetur. Ob hęreſim igitur illud fit, non ob ſimoniam. Pro regula igitur habebimus excõicatos ad ſimoniam probandam non admitti. Excipitur, ubi hæreſim coniunctam haberet, ut in cit. c. eos, atque in hanc ſententiam Gl. uerum ſentit in eod. c. licet Hæly in uerb. Indifferenter. & ita inquit Anan. ibi. Verum, an criminoſi ſemper admittuntur? Hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Teſtes criminoſi an admittant contra ſimoniacos, &*
2 *Contra quemcunque, & quacunq; ratione agatur, &*
3 *Admiſſi an plene probent.*

§. V.

§. Vidimus criminoſos teſtes admitti contra ſimoniachos, modo uidendum eſt, quacunq; ratione agatur, an admittantur. Item an cõtra quemcunque. Poſtremò, an plene probent. Tria igitur hic contemplanda ſunt.

1 Quoad primum † ergo concludendum eſt, ubi de ſimonia ciuiliter agitur, criminoſos teſtes admitti, ita habetur in c. per tuas 1. uerſ. Hos uero, ibi Cæteras autem exceptiones de ſimon. & Abba. not. ibid. num. 2. uerſic. Nota ſecundò, & Mar. Soci. Sen. nu. 9. & ſequuntur DD. communiter de ſimon.

Id quod locum habet, eſto criminoſi illi de crimine emendati non ſint: nam nihilominus admittentur. Id quod probatur eo c. per tuas uerſ. Præſertim cum teſtes de crimine fuerint emendati: nam ibi dicitur criminoſos eos teſtes præſertim eſſe admittendos, quoniam de crimine fuerant emendati: ergo idem ſi non eſſent emendati ob dictionem illam. Præſertim, quæ ſignificat idem etiam in caſu contrario, ut dixit Abb. ibi, num. 5. & num. 13. quaſi dicat admittuntur, & ſi non ſint emendati, ſed maxime, ubi ſunt emẽdati, atque ſic de communi ſententia teſtatur Felin. ibid. num. 9 in uerſ. In Gl. in uer. Prę ſertim.

Excipitur ergo, ubi criminaliter agitur, ex quo enim admittuntur, ubi agitur ciuiliter, ergo ſecus, ubi criminaliter, incluſio enim unius alterius excluſio eſt, arg. l. cum prætor, ff. de iud. & c. non ne de præſumpt. atque ſic habetur in eod. c. per tuas, & ut DD. communiter ibi not. Quod tamen locum non habet, ubi ſimonia hęreſim coniunctam habet, tunc enim ob hęreſim admittuntur, eſto criminaliter agatur ob fidei fauorem, argum. c. in fidei fauorem de hęret. lib. 6 atque ſic dixit Abb. in eod. c. per tuas num. 2. & Socin. nu. 9. uerſ. Octauò not. in fin. & idem Abba. in cit. c. licet Hæly de ſimon. num. 21. & Socin. nume. 54. Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum † an ſcilicet admittãtur contra quemcunque teſtes huiuſmodi criminoſi Concludo hic etiam breuiter non ſemper, ſed habita ratione perſonæ contra quam producuntur: nam ſi perſona, contra quam producuntur, regularis ſit, ſi infans, ſi ſine ſcandalo puniri poteſt admittuntur, ſicut habetur in eod. c. per tuas uerſi. Item utrum ipſe ſit. Alias ſecus, atque ſic Abb. ibi, numer. 13. Excipio tamen, ubi ſimonia hæreſim coniunctam haberet, ut ſupra dixi. Et de hoc etiam ſatis.

3 Quoad tertium † an criminoſi teſtes, ubi admittuntur, plene probent, concludendum eſt nõ plenè ipſos probare, ſed modo maiorem, modo minorem fidem facere habita ratione conditionis teſtium, & qualitatis, quantitatiſque criminũ quę ipſis obiiciuntur: nam, ſi teſti obiiciatur crimen grauius, quàm ſimonia ſit, minor fides ipſis adhibebitur, quàm ſi crimina leuiora pauciorave obiiciantur, atque ſic ſenſit Gloſſ. in eod. c. per tuas in uerb. An parua. & ſequitur Abb. num. 13. uerſ. ſed quanta fides ſit eis adhibenda. Item inſpiciendum eſt, an alia adminicula concurrant, ut dicitur in cit. c. per tuas ſi enim, exempli gratia is, contra quem producũtur, aliàs de ſimonia conuictus fuerit, maior fides criminoſis teſtibus adhibebitur ob regulam c. ſemel malus de regu. iur. lib. 6. Quare, quicquid nonnulli contrarium ſenſerint, an maiorem, minoremue fidem faciãt, iudex arbitrabitur, ut ſenſit Abb. in eod. cap. per tuas. An autem, ſi in quempiam ciuiliter actum ſit, criminaliter deinceps iudicio priori abſoluto agi poterit? Id declararunt Iul. Clar. in ſua Prax. Crimin. lib. 5. §. fin q. 2 & præſertim prope finẽ, & Marant. in ſuo Speculo in quarta parte primæ partis iud. uerſ. Quia tamen ſupra dixi, quod poteſt, quis agere ciuiliter, & criminaliter: nam cõmuniter concludũt, agi poſſe, ubi ad diuerſa agitur: ſed de materia communi hactenus, ad materiam circa quam ſimoniæ tranſeamus.

De ſpiritualibus materia propria circa quam ſimonia. Cap. XXXIII.

S V M M A.

1 *Spiritualia ſunt materia propria circa quam ſimonia*
2 *Spiritualia, circa quæ ſimonia committitur, quid ſint.*

3 *Scientia.*

3 *Scientias, & artes ſi quis doceat pecunia accepta, ſimonia non committitur.*

4 *Temporalium alienatione pecunia accepta, an ſimonia aliquando committatur.*

MATERIA uero propria
1 circa quam ſimoniæ, † ideſt ea, in quibus ſimonia committi poteſt. Primum ſpiritualia ſunt, ut inquiũt S.Thom. 2.2.q. 100.arti. 1, & art.3.cum ſeq. & Domi. Sot.de iuſtit.& iur.libr. 9. q.6.paulo poſt principium uer.Iam ſupra,& Syl. in uerb.Simonia, num. 1.& Ioan.Tabien.eod.nume.1.uerſ.Spirituale autem dicitur triplex, & n. 7.uerſi.Sextò,& Ang.eod.1.num.1. & Nauar.in Man.cap.23.num.99.uerſ.Spirituale,& ut pertinet,& Gloſſ.Sum.1.q.1.& Abb.Felin Mar.Socin. Sen.& communiter Pontificii iuris interpretes in c.conſulere de ſimon.& facit ca. quæſitum de rer.permut. Verum quo rem hanc dilucidiorem habeamus cõtemplanda de his ſpiritualibus generatim hæc ſunt. Primùm quid ſint. Deinde unde dicta. Tertiò à quo inſtituta, & quæ nam ſint. Poſtremò cur in ipſis ſimonia committatur.

2 Quoad primum igitur † ſpiritualia hęc, circa quod ſimonia committitur, nil aliud ſunt, quàm ſpiritualia quędam ſupernaturalia ad animarum ſalutem per ſe, atque immediate data, atque inſtituta à Chriſto Domino.

Dixi ſpiritualia, ut ſub quo genere poſita ſint, dignoſcatur, non ſolum enim ſpiritualia de ſpiritualibus ſupernaturalibus dicuntur, quo in numero habentur gratia gratum faciens, dona ſpiritus ſancti, & ſacramenta, uerumetiam & de ſpiritualibus naturalibus, cuiuſmodi ſunt uentus, aer, anima, & flatus hominis, ut ſenſit S.Thom. 1. p.q.41.art.3.in reſpon.ad quartum, & Naua.eodem num. 99. & Dom.Sot.lib.9.q.5.art.1. uerſ. Secunda concluſio de iuſti.& iur.& Syl.in uerb. Simonia, q.3. Tum ut ab omnibus ſepararetur, quæ ſpiritualia non ſunt.

Dixi ſupernaturalia primum, ut eo tanquam differentia à ſpiritualibus omnibus naturalibus ſeparentur, quæ ſunt proxime dicta, ut aer, aĩa, &c. Deinde, ut ſeparẽtur & à ſcientiis, & artibus oĩbus, quæ, etſi ſpiritualia ſunt, in ſupernaturaliũ numero tamen non habentur, atque ſic dixit Sot. ibidem
3 uerſ. At uerò, quia etiam naturalia. † Quare, qui eas docet pretio accepto ſimoniam nõ committit, ut dixit Gloſſ. in c.uendentes, 1.q.3. ſicut nec etiam iuriſdictionem ſecularem, & dignitates, & officia ſecularia, ut dixit Guliel.Redoan.de ſim. p.2.cap.35.nũ.25.& nos ſuo loco ſupra tradidimus.

Dixi Ad animarum ſalutem, quo tanquã alia differentia ſeiunguntur ab illis ſpiritualibus, quæ ſupernaturaliter quidem conceſſa ſunt, non tamen ob animarum ſalutem, cuiuſmodi uictoriæ aliquæ, ut inquit Nauar.ibid.uerſ.Dixi Ad ſalutem animarum, atque ſic ſenſit Sot.ead concl.2. uerſ. Colligamus ergo: nam ibi ait ſpirituale, circa quod ſimonia committitur, eſſe ſupernaturale, ideſt gratiam, ſacramenta, dona ſpiritus ſancti, quæ ad æternam nos fęlicitatem amouent.

Dixi Per ſe data, inſtitutaque, quo tanquã alia differentia ab omnibus aliis temporalibus ſeiungantur, quæ omnia, & etſi ad eum finem referri debent, ſcilicet ad animarum ſalutem, cuius gratia creata ſunt, & in primis ad Dei laudẽ, ut ſenſit S.Thom. 2.2.q. 100. in reſpon. ad prim. & ut declarauit Dom.Sot.de inſtit.& iur.lib.9.q.7.artic.1.in reſpon.ad primum argu. non tamen per ſe, & immediate, ſed ob aliud data ſunt, licet ad corpora ſuſtentanda, & ad uitam hanc uiuendã. Non ergo ſimonia committetur, ſi fructus rerum temporalium, ſi fundi, ſi ędes, ſi æqui, ſi currus, ſi denique omnia, quæ ad uictum noſtrum neceſſa
4 ria ſunt, uendantur. Simonia † tamen committeretur, ſi cariori ob id uenderentur, quòd quis per ipſa animarum ſalutem conſequi poſſet. Qui igitur, exempli gratia carius locaret æquũ alicui, propterea quod infantem deferre uult ad baptizandum, ne ſine baptiſmo moriatur, id quod cõtingeret, ſi equum non conduceret, plane hic ſimoniam committet: id quod ſenſit S. Tho. eod. uerſ. Ad primum, ubi generatim inquit ratione finis temporalia uendi non poſſe.

Dixi à Chriſto Domino, quo ſeparentur ab iis, quę ſpiritualibus annexa ſunt, & ſimonię itidem materia, ſed ab eccleſia inſtituta ſunt, ſed de hoc primo ſatis, ad alterum tranſeamus.

S V M M A.

1 *Spiritualia, circa quæ ſimonia committitur, unde dicta ſint.*

§. I.

2 Quoad ſecundum † ſcilicet ſpiritualia hęc unde dicta ſint, DD. variæ ſentẽtię ſunt. Nõnulli exiſtimarunt ſpiritualia à ſpiritu dicta eſſe, id quod ſenſit Nauar. in Man ca. 23 in prin. nu.99. Caiet. autem ait in Summ. in uerb. Simonia in prin. appellari à Spiritu Sancto; ut ſunt ſpiritualis ratio uitæ, qua in Chriſto uiuimus, ſentimus, intelligimus, & operamur.

Ego, etſi horum ſententias non improbo, quãdoquidem prior ſententia conſiderat ipſa ſpiritualia generatim ſumpta, unde dicta ſint. Poſterior uero cõſiderat illa ſpeciatim, quatenus ſunt talia, ut circa ipſa ſimonia committatur. Ego inquam tamen dico ſpiritualia hæc dicta eſſe, uel ab efficiente cauſa ipſorum ſpiritualium, uel a fine, uel ab eorum materia. Ab efficiente, quoniã, qui illa inſtituit, ſpiritualis in primis eſt, ſcilicet Chriſtus Dominus, ac Deus. A fine, quoniam ob ſalutem animę, quæ ſpiritualis eſt data, inſtitutaque ſunt, ut DD. communiter concludunt. A materia denique, quoniam ſpiritualia hæc magna ex parte incorporalia, & ob id ſpiritualia ſunt. Item, quoniam ſpirituale, quod eſt in ipſis, nobilius ipſo non ſpirituali eſt. Iure igitur ab eo nominata ſunt, arg. l. cum quæritur, ff. de ſtatu. homi-

nia.

min.ita Ego ſentio. Et de hoc itidem ſatis.

S V M M A.

1 *Spiritualia à Deo, & à Chriſto Domino data, inſtitutaue, quanam ſint.*

§. II.

2 Quoad tertium † ſpiritualia hæc, quæ à Chriſto Domino, & à Deo ſunt, ut ſupra uidim⁹, & modo probabimus, hæc in primis numerantur, ſcilicet gratia gratum faciens, Dona ſpiritus ſancti, Donum propheriæ, & miracula faciendi, uirtutes theologicæ, ſacramenta nouæ legis, ac Iuriſdictio eccleſiaſtica.

A Deo antem hæc data, inſtitutaque eſſe, ſcilicet Dona ſpiritus ſancti, prophetiæ, & miracula faciendi, nemo recte ſentiens id inficiabitur, ab alio enim haberi hæc nequeunt, ut per ſe patet, & ut id ſignificauit S. Petrus in Act. Apoſtol. cap. 8. ibi enim reprehendens Simonem illum Magũ, qui pecuniam ei obtulerat, quò miracula faciendi poteſtatem ipſi traderet, Pecunia tua, inquit ibi, tecum ſit in perditionem. qui donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Id quód refertur etiã in c. qui ſtudet, 1. q. 1. ſacramenta quoque uniuerſa à Chriſto Domino inſtituta eſſe, præter quam quod communis Theologorum ſentẽtia hęc eſt, nouiſſime decretis Sacroſanctæ Trid. Synod. id declaratum, & aſſertum eſt ſeſſ. 7. canon. 1. de ſacram. Iuriſdictionem eccleſiaſticam demũ fuiſſe ab eodem Chriſto Domino ſuę Eccleſiæ traditã habetur cap. 18. apud S. Matth. ibi quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Sed de his ſpiritualibus ſatis, ad annexa ſpiritualibus, quę & ipſa ſimonię materia ſunt, tranſeamus: nam, quamobrem ſimonia in ipſis committatur, in ſequẽti capite id explicabimus.

De annexis ſpiritualibus materia circa quam ſimonia. Cap. XXXIIII.

S V M M A.

1 *Annexa ſpiritualibus materia ſimoniæ ſunt.*
2 *Annexa ſpiritualibus quid ſint.*
3 *Annexa ſpiritualibus vnde dicta ſint.*
4 *Annexa ſpiritualibus cur inſtituta ſint.*
5 *Annexa ſpiritualibus quot ſint.*
6 *Annexa ſpiritualibus antecedenter quæ ſint.*
7 *Annexa ſpiritualibus conſequenter quanam ſint.*
8 *Annexa ſpiritualibus à quo inſtituta.*

ANNEXA ſpiritualibus iã dictis ſimoniæ materia circa quam itidem ſunt, id eſt circa quæ ſimonia cõmitti poteſt, ut DD. allegati in antecedenti capite in principio inquiunt, & Ioan. And. in c. conſulere, ibi Sunt quædam ſpiritualibus annexa, & Abb. & Zaba. ac DD. de ſimon. Verum, ut rem hanc dilucidiorem habeamus de his annexis hęc nobis contemplanda ſunt. Primum quid ſint. Deinde, unde dicta. Tertiò, quamobrem inſtituta, & inuenta. Quartò, quot eius ſpecies ſint. Poſtremò, à quo inſtituta.

Quoad primum igitur Annexa ſpiritualibus iam dictis ſunt ea omnia, quæ ab eccleſia inſtituta ſunt, quo ſpiritualia antecedentia aut ſanctius, fructuoſiuſque conficiantur, adminiſtrẽturque, aut quo conſeruentur, ut paulo poſt uidebimus.

Quoad ſecundum, dicta ſunt Annexa, ideſt ad aliquod aliud Nexa, ideſt Applicata, quoniam hæc nõ ſunt eiuſdem ſpeciei, cuius ſunt ſpiritualia, quibus annectuntur, ſed extrinſecus aduenjunt, & ut diuerſa illis applicantur, & annectuntur, ut id quoque probabimus, uerbum enim Annecto, unde Annexum ductum eſt, ſignificat applicationem alicuius alterius ad id, quod iã eſt.

Quoad tertium, cur annexa hæc inſtituta ſint, atque inuenta, ut paucis rem expediam ob id inſtituta ſunt, quo ſpiritualibus iam dictis inſeruiant, ut dixit Dom. Sot. lib. 9. q. 6. art. 1. uerſicu. Quartò denique loco, ibi enim enumerans ſpiritualia, quę ſimoniæ materia ſunt, quarto loco inquit eſſe ſpiritualia per annexionem, qualia ſunt ſacerdotalia (ideſt beneficia eccleſiaſtica, quę ſacerdotibus conferri debent, & ob id ſacerdotalia dicta, & prebendę, quæ ſpiritualibus functionibus inſeruiunt. Ecce hic aperte haberi Annexa hęc ſpiritualibus inſeruire, & ob id inſtituta eſſe, beneficia enim, & præbendæ in numero horum annexorum ſunt, ut paulo poſt uidebimus. Idem ait, q. 7. art. 1. in principio. Idem quoque dixit Nauar. in Man. cap. 23. num. 99. uerſic. Vel ab Eccleſia, ibi enim declarans quænam ab Eccleſia inſtituta ſint, & circa quę ſimonia committi poſſit, inquit eſſe ſcaramentalia, & eis annexa, quibus ſacramenta parantur, conficiuntur, & cõſeruantur. Ecce hic quoque & apertius haberi annexa hęc inſtituta eſſe, quo ſpiritualibus iam dictis inſeruiant, ſacramenta enim in eorum ſpiritualium numero habentur, ut uidimus.

Quoad quartum, ſcilicet quot ſpecies horum annexorum ſint. Non nulli tres ſpecies ponunt, quarum altera eſt eorum, quæ antecedunt ipſa ſpiritualia, & annexa antecedenter nominantur, & huius ſpeciei numerantur ædes ſacrę, cęmeteria, & altaria, calices, patenæ, vaſa, ſacra, veſtes, & ornamenta eccleſiarũ, & huiuſmodi, quod enim hæc ex ſpiritualibus prędictis non ſunt, ſed ad ea ſpiritualia pertinent, annexa ipſis dicuntur, qđ uero prępàrantur pro ipſis ſpiritualibus, & ob id tempore priora quodammodo ſunt, ob eam rem annexa antecedenter nominantur, ita S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. in reſpon. Quædam ſunt annexa ſpiritualibus in quantum ad ſpiritualia ordinantur, ait enim ibi, ſicut ius patronatus, quod ordinatur, ad præſentandum clericos ad eccleſiaſtica beneficia, & vaſa ſacra, quæ ordinantur, ad ſacramentorum vſum, vnde huiuſmodi non præſupponunt ſpiritualia, ſed magis ea ordine temporis

poris præcedunt. Hæc ibi S. Thom. ex quibus annexa quædam huius ſpeciei habentur, & quamobrem etiam annexa ſpiritualibus antecedẽter dicantur. Idem ſenſit Angel. in uerb. Simonia, 1. num. 4. & apertius Syl. eod. q. 1. uerſic. Quartum: nam ibi annexum antecedenter appellat ordinatum ad ſpirituale, ſpirituale uero annexum, inqt enim ibi, ſecundum S. Thom. & alios num. 4. dicitur dupliciter. Primum, ſicut ad ſpirituale ordinatum, ſicut ius patronatus, quod ordinatur ad præſentandum clericos ad beneficia, & vaſa ſacra ordinata ad ſacramentorum vſum. Adde & generaliter omne, in quo ſpirituale miniſtratur, vt ſacra ueſtis, eccleſia, cęmeterium, reliquiæ ſanctorum, & omnis huiuſmodi res. Idem Guliel. Redoan. de ſimon. p. 1. cap. 27. & capi. 28. & in hoc omnes conueniunt, vt ſenſit Syl. ibid. Altera ſpecies annexorum eſt eorum, quæ annexa conſequenter, & dependenter dicuntur, & hęc ſunt beneficia Eccleſiaſtica quæcunque, item ius percipiendi decimas, primitias oblationes, & quæ in funeribus offeruntur, & huiuſmodi, ut citati autores eiſdem in locis, & DD. communiter concludunt, & penſiones. Etenim, quòd & hæc ad eadem ſpiritualia pertinent, & ex ipſis ſpiritualibus non ſunt, ob eam rem annexa ſpiritualibus dicuntur. Quod itidem ipſis conferũtur, qui clericale officium habent, & idcirco neceſſe eſt, vt clericale officium quis habeat, antequam hęc ei applicentur, ob eam rem annexa conſequenter, ſeu dependenter nominantur. Habere beneficia eccleſiaſtica, ait enim ibi S. Thom. in cit. loco, dicitur ſpirituale annexum, quia non competit niſi habenti officium clericale, idem Syl. & DD. cõmuniter, unde hinc etiam apparet, quamobrem & dependenter nominata ſint, quia ſcilicet à clericorum officio pendent. Addunt Syl. & Redoã. in huius ſpeciei annexis numerari etiam, quicquid clericis competit ordinis ratione, ut miſſæ ſacrum facere, & alia diuina officia obire. Quorum ſententia mihi non admodum probatur: nã functiones huiuſmodi non extrinſecus adueniunt, ſicut annexa, ſed potius ab ipſis ſpiritualibus enaſcuntur, alioquin & ſacramenta adminiſtrare dicendum eſſet eſſe annexum huiuſmodi. Proprie igitur hæc annexa mihi non uidentur, ſed potius effectus, qui ab ipſis emanant. Tertia ſpecies annexorum eſt eorum, quæ annexa concomitanter dicuntur, & in horum numero labor in primis numeratur, ſic enim inquiunt Ricard. de Media Villa d. 25. art. 3. q. 3. uerſ. Reſpõdeo, ibi vel concomitanter, & labor annexus ſpiritualibus officiis, & Gabriel. Biel. ead. d. q. 2. uerſicu. Concomitanter, vt labor, & Redoan. eod. cap. 7. num. 3. & cap. 29. num. 2. verſic. Et concomitanter. Horum ſententia mihi etiam in hoc non ſatisfacit, & hoc ob eam rationem, quòd labor ipſe, & operatio, atque actio, quæ adhibentur, dum ſpiritualia conficiuntur, adminiſtranturue, natura poſtulantur, & pars quodammodo ſpiritualis, quatenus reſpectum habent ad miniſtrum. ſunt, non enim ſine ipſis ſpiritualia confici, adminiſtrariue poſſunt. Hanc ergo ſpeciem inter annexa non commode numerari poſſe cenſeo.

Quare ego ſententiam S. Thom. ſecutus duas priorum annexorum ſpecies eſſe concludo, quarum altera eorum eſt, quæ ad ſpiritualia prædicta præparantur, & antecedenter annexa dicuntur, altera eorum, quæ conſequuntur. Prioris ſpeciei ea omnia annexa ſunt, quę præparationis rationem habent, & tripartita ſunt. Partim pertinẽtia ad id, ut ſpiritualia prædicta honeſtius, ſanctiuſque conficiantur, atque adminiſtrentur, cuiuſmodi ſunt, quæ annexa antecedenter dicuntur, ut omnia ſacra vaſa, veſteſque benedictæ, eccleſiæ, altaria, & cęmeteria, & huiuſmodi. Partim pertinentia, ut fructuoſius ſpiritualia eadem adminiſtrentur, & ut facilius eorum effectus, quis conſequatur, & ſunt hęc exorciſmi, catechiſmi, & preces uariæ, quæ ad ſacramenta adhibentur, ut id ſenſit Nauar. in Man. cap. 23. num. 99. uerſ. Vel ab eccleſia, his enim adhibitis precibus, ac ſacramentalibus uis dęmonum cõprimitur Dei auxilium imploratur, & idcirco ſpiritualium effectus fructuoſior, & vberior percipitur. Partim pertinentia, vt commodius eadem ſpiritualia adminiſtrentur, vt varii magiſtratus, nec non pœnæ, ut in ſequenti videbimus. Poſterioris uero ea omnia ſunt, quæ ad ipſa ſpiritualia, eorumq; miniſtros ſuſtentandos pertinent, & hæc ſunt beneficia eccleſiaſtica omnia, ius percipiendi decimas, oblationes, & alia, quæ annexa conſequenter à DD. & S. Thom. dicuntur, vt ſupra vidimus. Hæc igitur annexa ſpiritualibus ſunt, iam, à quo inſtituta ſint, contemplemur, hac enim ratione ipſorum cognitio, & dilucidior, & perfectior habebitur.

SVMMA.

1. *Annexa ſpiritualibus ab eccleſia inſtituta ſunt autoritate diuinitus ipſi tradita.*
2. *Poteſtas à Deo eccleſiæ tradita duplex eſt.*
3. *Ordinis poteſtas quid ſit,*
4. *Annexa ſpiritualibus qua ratione ipſis inſeruiant.*

§. I.

§. Annexa uero hæc ab eccleſia autoritate ipſi diuinitus tradita inſtituta ſunt, vt dixi: Nauar. in Man. cap. 23. num. 99. uerſic. Secundò quòd omnia, & vt ſenſit etiam Domi. Sot de iuſtit. & iur. lib. 9. q. 5. art. 2. verſicu. Aliquantulo autem grauior, ibi Nihilo ſecius. Verum, quòd poteſtas hæc à Deo eccleſiæ tradita duplex eſt, ordinis ſcilicet, & iuriſdictionis, eſſet hic agendum, quæ annexa Eccleſia inſtituerit ordinis poteſtate, & quæ iuriſdictionis, ſed quoniam hęc expoſita ſunt ſupra cap. 3. §. 3. & §. 4. ob eam rẽ, quæ huc pertinent, illinc ſumantur, hic uero duo ponemus. Primũ poteſtas hæc ordinis quid ſit, (iuriſdictionis enim poteſtatis definitionem infra oportuniori loco collocabimus.) Alterum qua ratione annexa hæc ſpiritualibus à Deo datis, inſti tutiſque inſeruiant.

Quoad

Quoad primum igitur, poteſtas ordinis hæc eſt poteſtas tradita eccleſię ſupra Chriſti corpus uerum, Chriſtus enim Dominus in nouiſſima cęna, quam cum diſcipulis ſuis habuit, eccleſiæ characterem ordinis tradidit illis uerbis. Hoc facite in meam commemorationem, id eſt accipite poteſtatem hoc faciendi, ideſt conſecrãdi, ut id pluribus egit Nauar. in capitu. nouit not. 3. numer. 83. de iud. ubi & communiter receptum hoc eſſe teſtatur.

Quoad ſecundum ſpiritualibus à Deo, Chriſtoque Domino datis, inſtitutiſque annexa ab eccleſia inſtituta narie inſeruiunt. Nam primo ipſa ſpiritualia honeſtius, maiorique pietate conficiũtur, & hoc ob conſecrationes & ueſtium, quibus & miniſtri, & altaria exornantur, hæc enim omnia ob eaſdem cauſas conſecrantur, ut habetur in c. 1. cum multis ſeq. de conſecr. d. 1. & in c. miſſarum ſolemnia, & in c. hic ergo, & in c. ſeq. & in c. eccleſię, uel altaria ead. di. & dę altari ſpeciatim in c. altaria, & de ueſtibus, & de vaſis in c. in ſancta, & in c. ueſtimenta, & de corporalibus in cap. conſulto ead. d.

Secundò fructuoſius eadem ſpiritualia recipiuntur, ut baptiſmus ob catechiſmum, & exorciſmos, qui fiunt, de quibus in c. ante baptiſmum & in c. ſiue de conſecr. d. 4. & ſacramenta reliqua ob preces, quę adhibentur, ut mittam alia diuina oficia cum ad diuinam opem implorandam, tũ ad Dei laudes celebrandas inſtituta.

Tertiò ob oculos per cæremonias ipſorum ſpiritualium effectus magis, magiſque ponuntur.

Quartò ob titulorum eccleſiarum diuiſionẽ, magiſtratuumque uarietatem iuriſdictio eccleſiaſtica tam fori conſcientię, quàm fori exterioris facilius adminiſtratur, ut per ſe patet.

Poſtremò eadem ſpiritualia ob iura aſſignata percipiendi fructus præbendarum, & beneficiorum, & decimarum, & oblationum, melius cõſeruantur, his enim emolumentis, & miniſtri, & & ſpiritualia ſuſtentantur, & ſine ipſis eſſe diutius non poſſent, ut dicitur in c. ſi quis obiiciat 1. q. 3. His igitur rationibus annexa ab eccleſia inſtituta (cuiuſmodi antecedentia ſunt, ut antea uidimus) ſpiritualibus inſeruiunt.

Ex his iam conſtat, quę materia circa quam ſimoniæ ſit: nam & ſpiritualia, & ipſis annexa ſunt, ut probauimus. Verum, quòd hæc generatim cõtemplati ſumus, iam ſpeciatim magis, ut ſimonię materia eadem ſint, contemplemur: id quod ut ordinatim fiat, ſpiritualia, quæ à Deo, Chriſtoq; Domino data, inſtitutaque ſunt, proponemus, & ipſis annexa ſuo quæq; loco ſimul tractabimus. Primum ergo Gratiam gratum facientẽ, & Dona Spiritus Sancti. Deinde ſacramenta. Tertiò iuriſdictionem eccleſiaſticam ſimoniæ materiam eſſe probemus: id quod in ſequenti præſtabimus, quibus abſolutis, quamobrem in ipſis ſimonia cõmittatur, quod hic explicandum nobis antea propoſueramus, commodius explicabimus in Capite 48. §. fin. huius Tab.

De Gratia gratum faciente, & de donis ſpiritus ſancti, & alijs ſpiritualibus à Deo datis, materia propria circa quàm ſimoniæ, ideſt circa quæ ſimonia committi poteſt. Cap. XXXV.

S V M M A.

1 *Gratia gratum faciens, & dona ſpiritus ſancti ſunt ſpiritualia, circa quæ ſimonia committi poteſt.*

2 *Gratia gratum faciens, & dona ſpiritus ſancti vendi nec de facto poſſunt.*

PROPOSVIMVS nobis contemplandum proxime ſpeciatim magis, vt ſpiritualia, eiſque annexa ſimonię materia ſint: Et primo id in gratia gratum faciente, & donis ſpiritus ſancti, & aliis ſimilibus, iam igitur
1 rem aggrediamur. † Primũ igitur Gratia gratum faciens, nec non dona ſpiritus ſancti, & alia huiuſmodi à Deo proficiſcentia ſimoniæ materia propria circa quam ſunt, ideſt circa quæ ſimonia cõmitti poteſt. Id quod hinc probatur: nam ſpiritualia hæc ad animarum ſalutem à Deo condonantur, unde illud Gratia Dei uita æterna, at ſpiritualia huiuſmodi ſimoniæ materia circa quam ſunt, ergo. Contrarium tamen dicendum uidebatur, ſcilicet ſpiritualia hæc ſimoniæ materiam non eſſe, & hoc ob id, quod ſimonia committi in ipſis non poteſt, ſimonia enim eſt ſtudioſa uolũtas emendi, uendendiue ſpirituale, uel ſpirituali annexum, ut DD. communiter concludũt, & ut
2 in initio huius operis poſuimus, † at ſpiritualia hæc nec de facto uendi poſſunt, ut dicitur in ca. iudices uerſ. Poterat 1. quæſ. 1. & in cap. ſaluator uerſic. Nec Apoſtolus ead. q. 3. & ut dixit Gloſſ. 1. in c. 1. 1. q. 1. & Abb. in c. conſulere, num. 3. uerſi. Vnde aduerte, & Mar. Socin. Sen. num. 5. de ſimon. & Ioan. Tabien. in uerb. Simonia numer. 7. uerſ. Sextò, ibi eſſentialiter, ut gratia, charitas, & virtutes infuſę, & Angel. eod. nume. 1. & Do. Sot. de inſtit. & iur. lib. 9. q. 6. paulo poſt principium uerſic. Iam ſupra, ibi, Hæc autem quadruplici, ergo ſimonia circa hæc uerſari non poſſe uidetur. Atqui à propoſita concluſione diſcedendum nõ eſt ob rationem in initio allatam. Nec repugnat ratio contraria, nec iura allegata: nam ex quo ſimonia eſt ſtudioſa uoluntas emendi ſpirituale, non neceſſario requiritur, vt res tradatur, ſed voluntas ſat eſt, hinc & ſimonia mente tantum concipitur, ut habetur in cap. fin. de ſimon. & cõuentionalis etiam, eſto non fuerit adimpleta. Hinc crimini huic nomen Simon ille Magus dedit, q ſpiritum ſanctum pecunia adipiſci conatus eſt, eſto illud nõ fuerit adeptus. Quare ratio hęc magis concluſionem propoſitam tuetur, quàm oppugnat. Non iura allegata etiam repugnant, nęc DD. autoritates: nã eſto inquiant uendi hęc nec de facto poſſe, non tamen ſequitur, quin ſimonia

committi

committi in ipſis animo poſſit: nam & qui animum committendi delictum aliquod habet, peccat, etſi committere illud nequeat, ut ſenſit Palud. quem refert, ac ſequitur Ioan, Tabien. in uer. Simonia num. 7. uerſic. Sextò pro declaratione, ibi, Videtur tamen. Et facit quoque cap. iudices, ubi & ſi ſpiritualia hęc uendi nequeunt, ſimulari tamen uenditio poſſe ibi dicitur. Materia igitur ſimoniæ, ideſt ſimonia in his ſpiritualibus committi poteſt. Hoc autem fiet, pecunia quærendo ea ſpiritualia, ut habetur in eod. ca. iudices, & in c. ſaluator: ſed de his hactenus, iam ad ſacramēta tranſeamus.

De ſacramentis generatim, materia propria circa quam ſimonia, Cap. XXXVI.

S V M M A.

1 *Sacramenta noua legis ſimoniæ materia circa quam ſunt.*

2 *Sacramenta noua legis ſine ſimoniæ vitio vendi nequeunt, qua regula, quouſque pateat, declaratur.*

1 SECVNDO loco † ſacramenta nouæ legis quoque à Chriſto Domino inſtituta materia circa quam ſimoniæ ſunt, ut ſenſit Do. Sot. de iuſtit. & iur. libr. 9. q. 6. art. 1. in principio. Id quod probatur primò, quoniam ea eo ſpiritualiū genere ſunt, quæ in primis ob animarum ſalutem ſunt inſtituta, ut diximus ſupra, quamobrem etiā fit, ut gratiam uniuerſa conferant, quantum in ipſis eſt, ut aſſeruit Trid. Syno. ſeſſ. 7. canon. 6. cum duobus ſeque. de ſacram. at ea materia ſimoniæ ſunt, ut proxime diximus, ergo & hæc. Secundò, ſi pro ipſis conferendis, adminiſtrandiſque aliquid pretii nomine exigatur, ſimonia committitur, ita enim inquiunt DD. communiter S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. in reſpon. & Archiep. Flor. in 2. p. Sum. titu. 1. cap. 5. §. 16. & Angel. in uerb. Simonia, 1. num. 1. uerſic. Secundò accipitur per cauſalitatem, & Tabien. eod. num. 29. iunct. nume. 31. & Syl. eod. q. 8. Idem ſenſit Gloſſ. in c. baptizandis, 1. q. 1. & Guliel. Redoan. in Tracta. de Simonia, 3. p. cap. 5. nu. 2. Facit poſtremo pro hac ſententia c. cū in eccleſiæ de ſimo. nam cum delatū eſſet ibi Romano Pont. pro ſacramentis, & aliis ſpiritualibus pecuniam exigi, ſic inquit. Ne igitur hęc de cętero fiant, uel perſonis eccleſiaſticis deducendis in ſedem, & cæ. ſeu aliis ſacramentis conferendis, ſeu collatis aliquid exigatur, diſtrictius prohibemus. Si quis autem contra hoc uenire præſumſerit, portionem cum Giezi ſe nouerit habiturum. Hęc ibi. Si ergo, ut ait Romanus Pont. pro ſacramentis conferendis, collatiſue q̄d piam exigens portionem cum Giezi habebit, ſimoniam committit: nam & Giezi eam commiſſit, ut DD. communiter concludunt. Idem habetur in c. ad apoſtolicam eo. ubi quoque iubetur, ut eccleſiaſtica ſacramenta libere conferantur, & ob id ſine pretio, ut in c. fin. 1. q. 3. Ex quibus omnibus manifeſto concluditur pro ſacramentorū adminiſtratione pretii nomine nihil dari, exigiue poſſe, ita Anan. in eod. c. cum in eccleſiæ uerſ. Not. hic regulam, & DD. & Dom. Sot, eod. art in prima concluſione uerſi. Prior Pro ſpitituali ſacramentorum gratia, & DD. allegati omnes in eiſdem locis, alioquin ſimonia committitur, & ob id ſacramenta ſimoniæ materia ſunt, quod in primis probandum nobis propoſueramus. Pro ſacramentis igitur adminiſtrandis, conficiendiſque pretii nomine nihil exigi, petiue poteſt. Verum quid de ſacramentalibus ab eccleſia inſtitutis? Hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Sacramentalia materia circa quam ſimoniæ ſunt.*

§. I.

1 §. Item † nec pro ſacramētalibus quicquam exigi poteſt, alioquin ſimonia committitur, & ob id materia ſimoniæ ſunt, vt ſenſit Naua. in Man. cap. 23. num. 99. uerſic. Dixi uel ab eccleſia poteſtate ſupernaturali ſibi data. Sacramentalia uero ſunt ea, quę non ad eſſentiam ſacramentorum pertinent (cuiuſmodi ſunt materia, & forma eorū, quæ à Chriſto Domino inſtituta ſunt) ſed quę ab eccleſia inſtituta, uel ad ſacramenta ſanctius honeſtiuſque adminiſtranda, conficiendaue adhibentur, uel ad eorum effectus facilius conſequendos, illuſtriuſque explicandos fiunt, ita ſentiunt DD. S. Thom. q. 66. art. 10. in 3. pa. in reſpon. & Sot. d. 3. q. 1. art. 10. concluſ. 2. libr. 4. & Vig. cap. 16. §. 8. uer. 5. & Tabien. in uerb. Baptiſmus. 5. num. 13. & Catech. de ſacram cap. De cæremoniis, & nos in Tractatu De ſacramētis Tab. 1. cap. 15. Hæc autem partim uerba, partim facta ſunt. Verba, ut in Baptiſmo exorciſmus, & Catechiſmus, & Conſecrationes, benedictioneſq;, in omnibus alijs preces, atque orationes, ut c nō diuinæ ſcripturę lectiones. Facta, cuiuſmodi ſunt unctiones chriſmate, oleoue ſacro factæ in baptiſmo, miſſio ſalis in os baptizandi, ut mittā in præſenti ſacras ueſtes ad ſacramenta conficienda, adminiſtrādaue inſtitutas. Pro his igitur nec pecunia pretii nomine exigi poteſt, ut ſpeciatim infra ſuo loco videbimus.

S V M M A.

1 *Labor, ſeu opera, quæ adhibetur ad ſacramenta conficienda, adminiſtrandaque, quando materia ſimoniæ ſint, ideſt in ipſis ſimonia committatur.*

§. II.

1 §. Tertiò † nec pro labore, quo ſacramenta, ſpiritualiaue alia adminiſtratur exigi quicquā poteſt, alioquin ſimonia committitur. An igitur pro labore, quo ſacramenta, ſpititualiaue

alia

alia adminiſtrantur,pretii nomine nihil exigi po teſt? Videbatur dicendum id licere. Primũ,quoniam labor ille non uidetur eſſe quid ſpirituale, ſed temporale,ut ſenſit Nauar.eod.uerſi. Tertiò quòd quædam, ibi, Alia mixta,at ſimonia circa ſpirituale cõmittitur. Hæc ratio tolli poteſt, eſto enim temporalis res ſit,proficiſcitur tamen à poteſtate ſpirituali,ut uidebimus. Secundò pro hac ſententia facere uidetur,quoniam licet nobis paciſci,ut tantum in ſingulos annos detur, quo in aliqua Eccleſia miſſæ ſacrum faciamus,parochiue munus obeamus,ut DD.communiter concludunt,& nos alibi diximus. Ad hanc rationem ſolutio paulo poſt habebitur. Hęc igitur opinio,q̃ tenuit Ant.ut refert Abb.in c.ſuam,num.4.de ſimonia,nulla ratione conſiſtere uidetur.

. Quare contrariam opinionem, ut ſimonia cõmittatur,ſi quid pro laboec adminiſtrandi ſacramẽta pretii nominẽ exigatur,DD. communiter ſequuntur,ut teſtantur Abb.in eod.c.ſuam num. 4.& Mar.Socin.Sen.num.12.eo. Idem ſenſit Abba.in cap.cum ſit Romana,& ibi Anan.Ioan.Andre.& Zab.de ſimon.ſequitur quoque Caieta.in Sum.in uerb.Simonia uerſic.Quinta regula,ibi Primum eſt,quod locatio,& 2.2.q.100.art.3.uerſi.Ad ſecundam dicitur,quòd ratio diuerſitatis, & Gabriel Byel.d.25.q.2.uerſi. Concomitanter lib.4.& Dom.Sot.lib.9.q.5.art.1.concluſ.2.uerſicu. Tertiò arguitur de iuſtit.& iur. Probatur autem primò horum ſententia hac ratione,quoniã labor hic connexus omnino eſt ſacramentis,argum.c.ſi quis obiecerit,1.q.3.& ob id uideretur exigi,ſi quid pretii nomine exigeretur, tam pro labore,quam pro ſpiritualibus,quod eſt prohibitum,& ſimoniachum,ita Abb.inquit in cit.iuribus. Hæc ratio mihi non omnino probatur:nam ſolum locum habet,ubi ſimpliciter pro ſacramẽtis aliqd exigitur, & quid, ſi ſpeciatim paciſcat, ut pro labore,quẽ in ſacramentis adminiſtrãdis patitur,tñ ſibi detur,nõ aũt pro ſacramẽtis? Plane,ex quo ſpeciatim de labore paciſcitur, p̃ſumptio illa pro ſacramentis id exigi,ceſſat, & ob id etiam ratio,argum.cap.cum ceſſante de appell. & l.adigere,§.quamuis,ff.de iur.patron.nõ enim probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe,argumen.l.neque natales,C.de probat.& leg. non hoc.C.unde legit. Secundo loco Caieta. ibidem, ob eam rationem id non poſſe, inquit in illis actionibus ſpiritualibus,quę plus ſunt ſpirituales, ut miſſæ, prædicationes, conſecrationes uirginum,& huiuſmodi,quoniam,ſi id fieret, ex quo ſpirituale,quod eſt in ipſis,principale eſt,pro ſpirituali dari uideretur, cum in una quaque re id, quod primum eſt,conſideretur. Ad hanc rationem eodem modo, quo ſupra reſpondendum eſt, ſcilicet eam locum habere, ubi ſimpliciter, & generatim pactio interueniret,non autem,ubi ſpeciatim de labore.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut id,quod datur,promittiturue,uel exigitur,pro eo labore datur, promittitur,exigiturue,quo ſacramenta, & ſpiritualia alia immediate fiunt,uidelicet pro ea opera,quę ad ſpiritualia facienda adhibetur, ut exempli gratia pro labore, qui adhibetur, ad formas ſacramentorum enunciandas,ut baptiſmi,Euchariſtiæ,pœnitentiæ, & aliorum ſacramentorum, uel pro labore,qui adhibetur ad ablutionem faciendam in baptiſmo, uel ad exorciſmos, catechiſmoſque faciendos, confeſſionesue audiendas, & ſic pro opera eſſentialiter coniuncta illi ſpirituali,adeo,ut ſine illa opera ſacramenta nec confici, nec adminiſtrari poſſint, & in hoc caſu pro huiuſmodi laboribus atque operis paciſci, quem de mercede non poſſe concludo. Et hoc non ob rationes ſuperius allatas,quæ non omnino probant,ſed ob hanc potiſſimum quod labor ille, & opera illa proficiſcitur à poteſtate ſpirituali data à Deo, uel ab eccleſia autoritate ſibi diuinitus tradita,ſacramenta enim conficere,eaque adminiſtrare ſpiritualis poteſtatis eſt, argumen.capitu.omnis de pœniten.& capitu.1.§. ad preſbyterum cum ſequent.d.25. ſicut etiam alios ſpirituales actus exercere, nec non iuriſdictionem eccleſiaſticam,quamobrem neque pro ipſa exercenda quicquam recipi poteſt pretii nomine ſine uitio ſimoniæ, argumen.cap.nem[illegible] præsbyterorũ de ſimon. Sunt igitur quodammodo ſpirituales operæ huiuſmodi, ac labores, ex quo à ſpirituali poteſtate proficiſcuntur,non autem mere temporales,ut DD.exiſtimaſſe uidentur. Id quod & hinc patet,quoniam,ſi quis formas ſacramentorum ſuper debitam materiam proferat,nihil tamen faciet, ſi poteſtatem eam non habeat. Pro hoc igitur labore exigi pretii nomine nihil poteſt. Qui ergo pro ea opera, quam impendit in ſacramento aliquo adminiſtrando,uel pro miſſæ ſacro faciendo,uel pro diuinis officiis obeundis,uel pro concione habenda,uel pro exorciſmis,catechiſmoque faciendo in baptiſmo,uel pro audiendo pœnitẽtem dum quis peccata confitetur,& ad ſummam pro opera,quam quis immediate adhibet ad ſpiritualia prædicta,& alia huiuſmodi facienda, ſimoniam committit,& ſine ſimoniæ uitio paciſci, exigiue nihil poteſt,& in hoc caſu communis DD. ſententia locum habet pro labore ſpirituali adminiſtrandi pretii nomine nihil exigi,petiue poſſe,atque ſic ſenſit Caietan.2.2.quęſt.100.art.3.uerſi. Ad ſecundum dicitur:nam ait laborem,qui in ipſa celebratione,& prędicatione interuenit, partem eſſe celebrationis, & prædicationis per ſe, quoniam ſpiritualia per tales actus humanos diſpenſat Deus,ita Caietan.ibid.inquit,quæ & propoſitam concluſionem confirmant, idem aſſeruit Dom.Sot.de iuſtit.& iur.lib.9.q.6.art.1.uerſi. An uero in mercedem:nam ait laborem hunc concomitantem ſpiritualia,& ſacramenta. imò de eorum ſubſtantia uendi non licere,quãdoquidem eſſet idem,quod uendere ipſa ſacramenta, & ſpũalia. Nõ eſt igĩ quod hac de re dubitemus.

¶ Aut datur,exigitur, promittiturue quidpiam pro eo labore, qui non neceſſario ad ſpiritualia facienda requiritur, & de eſſentia ſpiritualium

non eſt,ſed per accidens,exempli gratia exigitur pro labore,qui adhibetur ad eundum aliquo ad diuina facienda,ut miſſæ ſacrum, concionem,aliudue diuinum officium, & in his caſibus pro hoc labore ſine ſimoniæ uitio de pretio paciſci nobis licet. Id quod hac ratione probatur,quoniam labor hic ſpiritualis non eſt, nec pars ſpiritualium,& idcirco ſimoniæ materia eſſe non poteſt,eſto per accidens requiratur, ut eo quis eat, ſi ibi diuina facere vellet. Pro his ergo laboribus, & operis,quæ non neceſſario ad diuina facienda poſtulantur,paciſci nobis licet,& in hac quæſtione ſic concludendum cum communi cenſeo. Verum quid,ſi pro licentia danda cuipiam,ut in ſua parochia ſacramenta adminiſtret, pretii nomine quicquam exigat, an ſimonia committatur? Hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Licentia concedenda gratia,vt quis in ſua parochia ſacramenta adminiſtret,ſi pretij nomine quicquam exigatur,ſimonia committitur.*

2 *Licentiam concedens Parochus ſacerdoti, vt ſacramentum pœnitentiæ in ſua parochia adminiſtret pecunia interueniente ſimoniam committit.*

3 *Licentiam concedens alicui in ſua parochia, vt baptiſmum conferat,ſponſos benedicat, functioneſque alias exerceat, pretio accepto, ſimoniam committit.*

4 *Licentia data alicui, vt in ſua parochia ſacramenta adminiſtret,reſeruatis ſibi emolumentis, quæ dari conſueuerunt in diuinis illis adminiſtrandis, an ſimonia committatur.*

5 *Parochus tribuens ſacerdoti pecuniam, quo cum adiuuet in parochia adminiſtranda,ſimoniam non cōmittit.*

6 *Licentiam ſi petat parochianus à ſuo parocho confitendi alteri ſua peccata,an ſimonia committatur,ſi parochus eam dare nolit,niſi pecunia tributa.*

§. III.

1 §. Poſtremò † nec pro danda licentia,ut quis in ſua parochia ſacramēta adminiſtret,pretii nomine quicquam recipi poteſt, ut habetur in capitu.ad noſtram de ſimon. & in cap. 1.& fin.ne prælat.uic.ſuas. Verum quid ſi pretio ductus Parochus ſacerdoti permittat, ut pœnitentiæ ſacramentum ſuis parochianis adminiſtret,an & hic ſimonia committetur? Quid ſi itidem parochianus licentiam petat à ſuo parocho confitendi ſua peccata alteri, parochus autem nolit, niſi pecunia accepta,an & hic ſimonia cōmittetur?

2 Quoad primam quæſtionem † concludimus ſimoniam committi. Primum,quoniam licentiā hanc dare nil aliud eſt,quàm iuriſdictionem fori pœnitentiæ delegatam uendere,quę eſt res ſpiritualis,arg.c.omnis de pœnit. & ut antea diximus,at uendere ſpiritualem eccleſiaſticamque iuriſdictionem,ſeu uſum ipſius,ſimonia eſt,ut habetur in cap. 1.& in cap.ſeq.ne prælat.uic.ſuas,& ibi not. Abba.ac DD.ergo & hic ſimonia erit. Secundò facit,quoniam hic pecunia iuriſdictionē hanc delegans,iuriſdictionem exercet;nam delegare iuriſdictionis eſt,ut habetur in l. imperium in fine,ff.de iuriſd.om.iud.at iuriſdictionem eccleſiaſticam pecunia exercens, ſimoniam committit,argum.capi.nemo præsbyterorum de ſimon.ergo & hic. Tertiò facit,quoniam pro uicariis aſſignandis,& pro exercendo miniſterio eccleſiaſtico nihil exigi debet, & ſic pro generali conceſſione,ut dicitur in capi.ad noſtram de ſimon.& facit,c.conſulere eod.ergo nec pro ſingulari functione exercenda,licentiaue deleganda, quicquam exigi debet,ualet enim argumentum de toto ad partem,argum.l.quæ de tota, ff.de rei uend. Non eſt igitur,quod hac de re mea ſententia dubitemus. Quæ autem diximus de licentia ſacramenti pœnitentiæ adminiſtrandi, generatim ſentimus,& de licentia conceſſa adminiſtrādi omnia ſacramenta,& obeūdi omnes alias functiones eccleſiaſticas,cum ob cit.cap.ad noſtrā, & c.conſulere,tū ob eaſdem rationes,quæ,& hic locum habent,ergo & diſpoſitio arg.l.illud,ff.ad leg.Aquil.& c.cum dilecta de confirma.util.uel

3 inutil. † Simoniam ergo committet, qui pretio accepto licentiam tribuit baptiſmum conferendi,ſponſos iungendi in matrimonium, ac benedicendi in ſua parochia, nec non alia ſpiritualia adminiſtrandi.

4 Verum quid † ſi Parochus non ob ſpirituale petit quid ſibi dari pro licentia danda alteri ſacerdoti,exempli gratia iungendi in matrimonium ſponſos,ſed ob emolumenta, quæ amittit, an ſimonia hic committetur? Simoniam non committi dixit Syl.in uerb.Simonia q.8.uerſ. Secundum,ibi,Dicit tamen Vec. Huius ſentētiam ego etiam ſequor:nam nō pro ſpirituali exigitur, ſed pro temporali,quod amittitur. Hinc etſi cuique liberum eſt ſepulturam ſibi eligere,tamen parochialis Eccleſia canonicam portionem habere debet,ut dicitur in ca.1 & ſeq.& in c.ex parte de ſepult. Ac plane iniquum uideretur,ſi ſponſi,qui iungendi in matrimonium ſunt,alium ſacerdotē quærerent,qui licentiam a proprio parocho impetraret ipſos iungendi,ac benedicēdi, & ob id priuandi eum emolumento,quod condonari ſolet in huiuſmodi benedictionibus à ſponſis:nam ex quo parochus totius diei pondus ſuſtinet, æquum poſtulat,ut commodum etiam non amittat,ut dicitur in l.ſecundum naturam,ff.de regu. iur. Quę diximus autem de matrimonio eadem ſentimus,& de aliis eccleſiaſticis functionibus. Quare ſimoniam non committit mea ſententia qui licentiam tribuit alicui ſacerdoti,ut in hębdomada ſancta Chriſti fidelium ædes aqua benedicta de more aſpergat,ac benedicat,ſi ob emolumenta,quę tunc conſequitur, non ob licentiā aliquid ſibi dari poſtulet.

5 Atqui † an ſimonia committitur,è cōtrario, ſi parochus conueniat cum ſacerdote, ut parochiale

chiale

chiale munus in ſua parochia exerceat precio da to? Videbatur dicendum ſimoniam committi: nam, quod operatur propoſitum in propoſito, o- peratur oppoſitum in oppoſito arg. l.fin.§.fin.ff. de leg.3.at ſupra vidimus non poſſe emi licentiã hanc, ergo nec conduci quem ad huiuſmodi Ec- cleſiaſticas functiones poſſe videtur. Cõtrariam ſentẽtiam nihilominus ſequi debemus: nam pre tium, quod præſtatur, non pro ſpiritualibus illis exercendis tribuitur, ſed ob victum, quem habe re inde debet, cum ſuis ſtipendijs nemo militet vnquam: item ob id, quod incommodum ſentit, ex quo ſua negotia dimittens, hæc agit, vt antea id pluribus probauimus, atque ſic dixit Abb. in ſimili in cap.1.num.4.ne prælat.uic.ſuas, quam- obrem oppoſita ratio nihil facit. Hinc conſuetu- do inueterata conducendi capellanos, conciona tores, & huiuſmodi, quo animarum curam ge- rant, & miſſæ ſacrum, diuinaque officia alia fa- ciant: ſed de quæſtione hac ſatis, ad alteram tran ſeamus.

6 Qnoad † ſecundam quæſtionem an ſi paro- chianus licentiam a ſuo parocho petat confiten di alteri ſua peccata, ſimonia committatur, ſi pa rochus eam concedere nolit, niſi pecunia tribu ta: breuiter, & hic concludimus ſimoniam com- mitti, tum quod dans licentiam huiuſmodi, & delegans facultatem, hanc iuriſdictionem Eccle ſiaſticã exercet, pecunia accepta: delegare enim iuriſdictionis eſt, vt dicitur in l.imperium in fin. ff. de iuriſdict.omni.iudi. at pecunia iuriſdictio- nem Eccleſiaſticam quis exercendo, ſimoniam committit, arg. cap. nemo preſbyterorum de ſi- mon. ergo & hic: Tum quod parochus hic licen- tiam hanc concedens, pecunia accepta, iuriſdi- ctionis facultatem vendere cenſetur: at hoc eſt ſi moniacnum, vt habetur in cap.1.& 2. ne prælat. vic.ſuas. Pro licentia igitur alteri confitendi ni- hil pretij nomine exigi poteſt; alioquin ſimonia committitur, atque ſic dixit Sylu. in uerb. Simo- nia.quæſt.8. verſi. Quartum, ibi, Imo ſecundum Ray. & Ioan. Tabien. eod. num.32. verſ. Trigeſi- moprimo, ibi ſacerdos etiam, & Archiep. Floren. in 2.part. Sum. titul 1.cap.5.§.16. verſ. Sacerdos etiam, qui & alios idem ſentientes teferũt, & Gu lielm. Redoan. 1.par.cap.7.num.2.& par.3.cap. 6.num.8. Hæc autem regula amplificatur, & co- arctatur, vt antecedens ſupra poſita. Addo ſimo- niam committi ſi pecunia exigatur, etiam pro ſpirituali non adminiſtrando, vt habetur in cap. nemo preſbyterorum, & ibi DD. not. de ſimon. Ioan. de Anan. & Zab. & alii.

Verum quid ſi Epiſcopus concedat facultatẽ abſoluẽdi a caſibus ipſi reſeruatis, modo aliquid præſtetur in aliquod opus pium, an ſimonia com mittitur? Nauar. in conſil.18 num.4.& 5. de pœ- nit. libr.5. ait hunc peccare, & dificile poſſe a la- be ſimoniæ ſaluari, nam conceſſio hęc eſt iuris ſpiritualis, ius autem tale ſine modo, & conditio ne, & libere, & pretio non interueniente dari de bet, vt habetur in cap.fi. & ibi Gloſſ. de pact. Ego autem ſic diſtinguendum cenſeo. Aut uult, vt ali quid præſtetur pro ea conceſſione, & ſentẽtiam Nauar. veriſſimam cenſeo, gratis enim accipi- mus, & gratis date debemus. Aut uult pro pęna peccati, & id poſſe concludo, nam ſimplex paro- chus id poteſt pęnitenti mandare, ut in paupe- res, opusue aliud pium quid tribuat: ſed genera tim de ſacramentis hactenus, iam ſpeciatim de ſingulis, & primo de baptiſmo agamus.

De baptiſmo, Sacramento noua legis materia propria circa quam ſimonia.

Cap. XXXVII.

SVMMA.

1 *Baptiſmus eſt materia propria circa quam ſimonia, ideſt circa quem ſimonia committi poteſt.*

2 *Baptiſmi adminiſtrandi gratia ſi quid pretij nomi- ne promittatur, exigatur, deturue, ſimonia commit titur.*

3 *Baptiſmus dum confertur, ſi quid ſponte offeratur, li cite, & ſine ſimonia recipi poteſt.*

1 BAptiſmus igitur † nouæ legis ſacramentum ma teria propria circa quã ſimoniæ eſt, ideſt id, circa quod ſimonia cõ mitti poteſt, nam ſacra mẽtum nouæ legis eſt, vt cuique notum, & aſ- ſeruit Trid. Synod. ſeſſ. 7.can.1. de ſacram. at ſacramenta omnia ſunt materia propria circa q̃ ſimoniæ, ideſt circa quæ ſimonia committi po- teſt, vt proxime probauimus, ergo & hoc.

2 Pro baptiſmo igitur conferendo, † ſi quid pre- tii nomine promittatur, detur, exigaturue, ſimo- nia committetur, vt habetur in ca. ut dictum eſt. 1.q.1.& ut dixit Gloſſ. in c. quicquid in uerb. Ex communicatione ead. q.1. & vt ſentiunt Archi- epiſc. Flor. in 2.p. Sum. tit.1.cap.5.§.10. verſ. Pro baptiſmo autem, & Sylu. in verb. ſimonia. q.8.nu me.8. verſ. Tertium, & Ioan. Tabien. eod. nu.29. verſ. Vigeſimooctauo, & Guliel. Redoan. part.1. cap.6. ubi ſimoniam mentalem in ipſo commit ti poſſe pluribus aſſeruit, cõmunis denique DD. ſententia hæc eſt. Ergo nihil dari, promitti, exigi ue poteſt pretii nomine pro baptiſmo admini- ſtrando, tum ne ſimonia committatur, tum ne qs a baptiſmi ſuſceptione ratione hac auocetur, ut habemus in ca. baptizandis.1.q.1. Baptizandis, conſignandisque fidelibus, dicitur enim ibi, ſa- cerdotes pretia nulla præfigant, nec illationi- bus quibuslibet impoſitis exagitare cupiant re- naſcentes, quoniam, quod gratis accepimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à præ- dictis prorſus exigere moliantur, quò uel pau- pertate cogente detenti, vel indignatione reuo- cati, redemptionis ſuæ cauſas iure deſpiciant, certum habentes, quòd, qui prohibita deprehen

ſi fuerint admiſiſſe , vel commiſſa non potius
ſua ſponte correxerint, periculum ſubituri pro-
prii honoris. Hæc ibi, Zelaſius Pontifex . Ex
quibus tria habentur. Primùm à baptizandis
nihil exigi debere. Alterum, quamobrem, ſci-
licet,& quòd gratis accepta, gratis dari debent,
& ne quis paupertate, indignationeue motus,
baptiſmi ſuſceptionem ommittat: quam ratio-
nem reddidit quoque in capitu.relatum 1o.quę
ſtio. 3.& Abba.in capit.cum ſit in fine de ſimon.
& Gul.Redoan.p. 1.cap.6.numero 6.& 3. p.cap.
5.numero 26.Poſtremum eſt pœna,qua contra-
faciens punitur. Nihil igitur pro baptiſmo ad-
miniſtrando exigi debet . Idem habetur in
capit.quicquid,vbi & contrafaciens punitur, &
in capit.placuit 2.& in cap.emendari, & in capi.
ſeq.ead.q.

3 Excipitur tamen † ubi ab iis, qui baptizan-
tur,uel,qui baptizandos offerunt , ſponte quid
daretur , tunc enim ſimonia non committitur,
& ob id licite accipitur,ut dicitur in capit.quic-
quid 1.q.1.& in citat.capit.placuit 2.ead.quæſt.
Quare,quòd alicubi cęreus offertur, alibi ſuda-
riola aliqua , ob eam rem licite à baptizantibus
hæc recipientur , quod tamen ſic interpretor,
modo pretii nomine non offerant, ſed pietatis,
gratitudiniſue gratia , alioquin, ſi pretii nomi-
ne daretur,recipienda nõ eſſent, Imò admonen-
di ſunt idiotæ,ne dum quid huiuſmodi offerunt,
quaſi baptiſmi pretium ſe offerre credant. Item
excipitur,ubi pro ſuſtentatione,ita de baptiſmo
dixit,& aſſeruit Gulielm.Redoan.p.1.capitu.6.
numero 18.verſicu.Verum pro reconcil. Verum
quòd ad baptiſmum adminiſtrandum multa ad
hibentur,ſcilicet exorciſmi,& catechiſmi, item
aquæ benedictio,tertio ſal, quarto oleum, quod
dicitur catechumenorum: quinto chriſma, quæ
omnia benedicta ſunt,poſtremò patrini, qui ba-
ptizandum ſuſcipiunt,ob eam rem,an hęc ſimo-
niæ materia ſint, id eſt ſimonia committi in ip-
ſis poſſit,& quando,contemplemur, id quod in
ſequenti præſtabimus,eo ordine,quo ipſa poſui-
mus.

S V M M A.

1 *Exorciſmi, catechismi quę materia ſimoniæ ſunt, ideſt in ipſis ſimonia committi poteſt.*

2 *Exorciſmi,& catechismi ab Eccleſia inſtituti ſunt.*

3 *Exorciſmos,catechiſmoſque adhibendi gratia nihil pretij nomine peti poteſt,alioquin ſimonia committitur.*

4 *Libri continentes res ſacras ac ſpiritualia an ſi venduntur,ſimonia committatur.*

§. I.

1 §. † Exorciſmi,ergo,& catechiſmi,qui adhibē-
tur, dum baptiſmi ſacramentum admini-
ſtratur,ut habetur in ca.ſicut paruuli cum
multis ſeq.de conſecra.d.4. materia propria cir
ca quam ſimonię ſunt,ideſt in ipſis ſimonia com
mitti poteſt: nam ſacramentalia ſunt, ut ſenſit
Nanarr.in Man.cap.23.num. 99. verſicu. Dixi
uel ab Eccleſia , at in ſacramentalibus ſimonia
committi poteſt,ut ſupra probauimus:ergo & in
his.Præterea ſpiritualia ſunt, cum habito reſpe-
2 ctu ad poteſtatem,qua ſunt inſtituta. †(Eccleſia
enim poteſtate ipſi diuinitus tradita hæc inſti-
tuit,)tum habito reſpectu ad poteſtatem,qua ex
ercentur,ordinis enim poteſtatis ſunt,ex quo ab
iis tantum,qui ordinis poteſtatem habent, adhi
beri poſſunt, qua ratione itidem ſimonia com-
mittitur,ſi pretium præſtetur,quo adhibeantur.
Poſtremò ſpiritualia ſunt,quę baptizandum ad
baptiſmi gratiam facilius recipiendam diſpo-
nunt,ergo hac quoque ratione uendi ſine ſimo-
3 nię uitio nequeunt. † Non igitur ſacerdos,dum
baptiſmum adminiſtrat,quo exorciſmos, cate-
chiſmũq; adhibeat,pretii nomine quicquam exi
gere debet, alioquin ſimonia committitur, at-
que ſic dixit Dom.Sot.de iuſt.& iur.lib.9 quæſt.
6.artic.1.uerſic.Nequit enim ſacerdos pro exor
4 ciſmis. † Emi tamen poſſunt libri omnes, qui
non ſolum catechiſmos, & exorciſmos conti-
nent,uerumetiam & ſpiritualia alia omnia,cuiuſ
modi ſunt formæ ſacramentorum, ſacra Euange
lia,& alia diuina officia,quandoquidem non ip-
ſa ſpiritualia uenduntur, ſed ſumptus facti cum
aliquo honeſto lucro recuperantur. Quare miſſa
le,Breuiarium,teſtamentum uetus,ac nouum,&
huiuſmodi libros,qui de diuinis tractant, uen-
dentes,ſimoniam non committunt, committe-
rent tamen, ſi maiori pretio ob id uenderent,
quod ſpiritualia continerent , ſed iam ad alia
tranſeamus.

S V M M A.

1 *Aqua benedicta,ſal benedictum,nec non oleum, & chriſma itidem benedicta,qua ad baptiſmum adminiſtrandum adhibentur,materia circa quam ſimoniæ ſunt,id eſt in ipſis ſimonia committi poteſt.*

2 *Aqua,& ſal benedicta,ſi vendantur reſpectu habito ad ipſam benedictionem,ſimonia committitur.*

3 *Aqua,& ſal benedicta ſi vendantur reſpectu habito ad ipſorum ſubſtantiam,non autem ad benedictionem,ſimonia non committitur.*

§. II.

1 §. † Aqua benedicta itidem baptiſmi materia,
quæ de eccleſiæ inſtitutione benedicitur,
item ſal benedictum, nec non oleum , &
chriſma itidem benedicta,quæ omnia ſtatuto ec
cleſiæ ad baptiſmum adminiſtrandum adhiben
tur,ut de ſale habetur in cap.ex hinc, & in capit.
ſequent.& de oleo in capitu.deinde,& de chriſ-
mate in capitu.poſtquam,& in cap. accepiſti de
conſecra.d.4.hęc inquam omnia materia ſimo-
niæ ſunt , id eſt in ipſis ſimonia committi po-
teſt.

2 Si ergo † aqua,& ſal benedicta,quatenus ta-
lia ſunt,id eſt habito reſpectu , ad ipſam benedi-
ctionem,vendantur, vel ob id maiori pretio, ſi-
monia committitur,tum quòd hæc ſacramenta-
lia ſunt,

lia ſunt, vt dixit Nauarr. in eodem capitu. 23. numero 99. verſicu. Dixi uel ab Eccleſia, & ob id in ipſis ſimonia committitur, vt ſupra probauimus, tum quòd benedictiones illæ ſpiritualia ſunt ab Eccleſia autoritate ipſi diuinitus tradita ad animarum ſalutem inſtituta, in quibus etiam ſimoniam committi antea probauimus. Non igitur ſine ſimoniæ vitio vendi poſſunt.

8 Excipitur tamen, † vbi quis emit aquam, vel ſal habito reſpectu ad ipſorum naturam, non autem ad benedictionem: nam tunc licite uenduntur, & emuntur, atque ſic de aqua dixit S. Thom. 2.2. quæſtio. 100. articul. 2. in reſpon. ad primum argum. & ſequitur Felin. in cap. cum in eccleſiæ de ſimon. Id quod & probatur ratione: nam aqua ſecundum ſe non eſt quid ſpirituale, ſicut nec ſal, ergo in eius emptione ſimonia committi non poteſt, cui enim verba legis non conueniunt, nec diſpoſitio conuenire debet, argumen. l. 4. §. toties, ff. de damn. inſect. Poſtremò facit, quoniam, & hac ratione licet ſacros calices, nec non veſtes benedictas emere, ut dixit Nauar. in Man. capitul. 23. nume. 99. verſic. Tertiò in fine, & nos alibi. Non eſt igitur, quòd hac de re dubitemus. Sed iam ad chriſma tranſeamus.

S. V M M A.

1 *Chriſma quot modis ſummitur.*
2 *Chriſma ex balſamo, & oleo factum, & ab Epiſcopo benedictum reſpectu habito ad eius conſecrationẽ vendi non poteſt.*
3 *Chriſma reſpectu habito ad eius materiam, an vendi poſſit.*
4 *Chriſmate ſacerdos vngens baptizatum pro unctione nihil recipere poteſt.*

§. III.

Verum, an pro chriſmate pretiũ peti poteſt? Quo rem hanc dilucidiorem, & abſolutiorem magis habeamus, † præmitto nomen
1 hoc Chriſma aliquando ſummi pro ſacramento ipſo, quod aliàs dicitur confirmatio, de quo in ſequenti capite agemus. Item ſummi pro oleo, & balſamo ſimul mixto, ex quibus vnctio fit, quæ græce chriſma dicitur, ut habetur in cap. unic. §. ad exhibendum autem de ſacra vnctione, & in hanc ſententiam hic accipimus. Secundò loco chriſma hoc modo acceptum adhiberi primo ad vngendum baptizatum in capite, ut habetur in eodem cap. vnic. §. quia vero iunct. uerſic. In uertice uero, & uerſicu. Et poſt baptiſmum chriſmate ſancto. Item ad vngendum in fronte ab Epiſcopo baptizatum dum confirmatur, & confirmationis ſacramentum confertur, ut dicitur in eodem capitul. vnic. §. per frontis chriſmationem. Tertiò, ad vngendum Epiſcopum, dum conſecratur, ſcilicet quoad caput, & manus ipſius, ut legitur in eod. c. §. hoc ergo chriſmate. Quartò ad vngendum Regem in brachio, ſeu humero, vel in armo, vt ibidem habetur, §. unde in ueteri teſtamento. Quintò ad conſecrandum altare, calicem, templum, ut dicitur eod. in loco in §. fin. His præmiſſis, quoad quæſtionem propoſitam tres caſus contemplandi ſunt. Primus, an liceat reſpectu habito ad conſecrationem ipſius chriſmatis: nam ab Epiſcopo conſecratur. Alter, an reſpectu habito ad materiam ex qua confectum eſt. Poſtremus, an reſpectu habito ad adminiſtrationem, & vſum eius.

Quo ad primum igitur pro certo habendum
2 eſt † uendi non poſſe: nam id prohibetur primò in capitu. non ſatis 1. de ſimon. nam quod in hæbdomada ſancta, parochiales eccleſiæ, ac cathedrales chriſma pro vngendis baptizatis ſicut etiam oleum cathechumenorum ad vngendos catechumenos ante baptiſmi ſuſceptionem, nec non oleum benedictum ad vngendos infirmos, recipiunt, quidam uero Epiſcopi pro huiuſmodi chriſmate, & oleis pretium ſibi dari volebant, ob eam rem id ibi prohibetur: Pro ſepultura quoq; & chriſmatis, & olei receptione, dicitur enim ibi nulla cuiuſque pretii exactio attentetur. Ecce hic prohibitio facta, ne quicquam pro chriſmate exigatur, ergo pro huiuſmodi chriſmate conſecrato nihil recipi debet, conſecratum enim ab Epiſcopo recipitur. Idem habetur in ca. ea, quæ eod. de ſimon. Audiuimus, dicitur enim ibi, quod numos pro chriſmate ab eccleſiis extorquetis, quos nunc cathedraticum, aliquando paſchalem præſtationem, interdum paſchalem cõſuetudinem appellatis: Quia uero hoc ſimonia cum eſſe cognoſcitur, mandamus, quatenus prætextu alicuius conſuetudinis vel prælationis præſcriptos denarios nullatenus exigatis. Ecce hic pro chriſmate nihil exigi poſſe, alioquin ſimonia committitur. Idem habetur in capi. in tantum, & in cap. ad noſtram eod. & in ca. quicquid 1. q. 1. & in capi. placuit 2. ead. quæſtio. atque ſic ſenſit Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 6. articu. 1. uerſi. Per hæc & uaſorum vſu, ibi Pari modo iun. uerſic. Niſi hoc in iniuriam. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus. Idque iure merito: nam cõſecrationes illæ mere ſpirituales ſunt, & ob id pretio alienari nequeunt, atque ſic ſenſit Naua. cap. 23. num. 99. uerſic. Tertiò in fine, ergo idem & de oleis prædictis benedictis: Et de caſu hoc primo ſatis.

3 Quoad ſecundum † an ſcilicet reſpectu habito ad materiam uendi poſſet, videbatur dicendum, neque ratione hac uendi poſſe. ob citat. capitul. placuit, ibi enim ſic dicitur Placuit, ut nullus Epiſcoporum pro modico balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per Eccleſias datur, (quia ſinguli tremiſſem pro ipſo exigere ſolent) aliquid vlterius exigat, ne forte, quod pro ſalute animarum per inuocationem ſpiritus ſancti conſecratur, ſicut Simon Magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemur. Hæc ibi. Si ergo pro modico balſami nihil exigi debet, ne damnationem quis conſequatur, ergo nec pro ipſa materia quoque exigi quicquam de-

bet,balſamum enim eſt materia, ex qua chriſma fit,vt ſupra diximus.Nec facit. ſi dicatur id fieri ob conſecrationeminam conſiderare videtur ſolum Romanus Pontif.materiam ipſam dum ait. Pro modico balſami. Poſtremò id ſenſiſſe videtur etiam Abba.in cit.c.ea,quę de ſimon.nam ibi no: ex eo textu non ſolum prohiberi pecuniam exigi pro chriſmate, in quantum eſt ſacramentum,uerumetiam pro ipſo liquore chriſmatis. Hæc tamen ratio mihi non ſatisfacit: nam canon ille prohibet,ne exigatur pecunia ab Eccleſijs pro chriſmate, quod ſingulis annis præſtatur,vbi eſt benedictum,ad quod præſtandum Epiſcopi tenentur,Prohibitio igitur illa, uel reſpicit ipſam conſecrationem,quamobrem etiam ait illud eſſe ſimoniachum,vel ipſam obligationem,quamobrem illicite exigitur,quod ipſis nō debetur. Contra opinionem hanc tamen facere uidetur,quod calices conſecrati,veſtes,& huiuſmodi,reſpectu habito ad materiam,ſine ſimoniæ vitio vendi poſſunt.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut loquimur in foro conſcientiæ,& in hoc caſu ſimoniam non committi cenſeo,ſi id,quod exigitur, pro materia ex qua chriſma confectum eſt exigitur, non autem pro conſecrationenam,vt proxime diximus, & calices ratione hac legitime emuntur, non enim re vera hic ſpirituale uenditur, quamobrem ſimonia committitur,atque in hanc ſententiam opinio Dom.Sot.accipienda eſt, qui de iuſti.& iur. lib.9.q.6.artic.1.verſicu.Per hęc de vaſorum,ibi Pari modo, dixit vendi poſſe. Aut loquimur in foro fori, & in hoc caſu locum habere cenſeo priorem ſententiam: id quod mihi ſuadet cit.ca. placuit:nam, ex quo tam modicum balſamum ineſt in eo chriſmate,exiſtimatur non ipſum balſamum,ſed ipſum chriſma conſecratum vendi, & ob id dicitur ibi.Pro modico balſami. Item id prohibitum eſt,ne ſi concederetur, paulatim inducerentur ad ipſum chriſma, non autem ad balſamum vendendum, imperiti enim fortaſſe exiſtimare poſſent pro eo, quod conſecratum eſt,id exigi,quamobrem contingeret ſic venundantes damnabiliter venundari,& hoc eſt,quod dicitur,in cit.cap.placuit in verſi.Ne forte,quod pro ſalute animarum,&c.nos venundantes damnabiliter venundemur, quaſi dicat, nec contingeret aliquando vendendo balſamum vendi etiā conſecrationem ipſam. Ob periculum igitur illud vitandum Eccleſia id vetuit, non antē, quòd ſemper eſſet ſimonia:nam,ſi ſemper ſimonia cōmitteretur,non forte,ut ibi ait,ſed pro certo dixiſſet,damnabiliter venundaretur, quamobrem ſequitur eo iure probari ſimoniam non committi,vbi balſamum ſolum uenditur,ſed ſolum, ubi & conſecratio,quod,ne contingeret, etiam ne pro modico balſamo quicquam exigatur, prohibitū eſt,vel fortaſſe ſimonia eſt,quoniam prohibita.Caueāt igitur,qui diſtribuendis illis oleis, ac chriſmate in hębdomada ſancta in cathedralibus Eccleſiis præpoſiti ſunt, qua in re multi ſæpius difficiles ſe præbent,ubi oua,caſeus, & huiuſmodi ipſis non defferuntur: nam uel ſimoniā committunt, ſi pro illis ſacramentalibus quidpiam exigant,uel ſaltem auaritiæ notam non effugiunt Nec conſuetudo eos excuſat,nec, quòd ſe non pretii nomine,ſed beneficentiæ gratia, accipere inquiunt,excuſantur, ut habetur in capit. non ſatis,& in cap.ea,quę,& in c. in tantum de ſimon.Quare ob id nec Epiſcopi in hoc negligentes eſſe debent.Et de hoc caſu etiam ſatis.

4 Quoad tertium caſum † pro vngendo etiam huiuſmodi chriſmate baptizatos nihil recipi poteſt,id enim ob ſimoniam prohibitum eſt,ut habetur in cap.baptizandis verſicu. Conſignandis iunct Gloſſ.& in c.quicquid 1. q. 1. quandoquidem ſpirituale hoc eſt, & ob id pro eo exercēdo nihil recipi ſine ſimonię uitio poteſt, vt habetur in c.ad noſtram de ſimon.ſed de patrinis iam agamus.

S V M M A.

1 *Patrini ſolum interueniunt in baptiſmo, & confirmatione.*

2 *Cognatio ſpiritualis,quæ naſcatur ex baptiſmo,& cōfirmatione inter eum,qui baptizatur,vel confirmatur,& baptizantem,vel confirmantem,& patrem, & matrem baptizati,vel confirmati, & inter ipſum leuantem in baptiſmo,vel chriſmate, & leuatum,& patrem,& matrem leuati.*

3 *Cognationem ſpiritualem,vt quis contrahat ſecum,ſi pretium ei præſtet,ſimonia committitur.*

4 *Donata mutuo inter compatres ſimoniam non inducunt.*

5 *Donata à patrinis ſuis filijs ſpiritualibus, poſteaquā de fonte baptiſmatis eos leuarunt, vel in confirmatione ſuſceperunt,ſimoniam non inducunt.*

§. IIII.

1 S †Duo ſacramenta ſunt Baptiſmus, & confirmatio,in quibus præter miniſtrum, qui ea ſacramenta adminiſtrat, alius adhibetur, qui aut de ſacro fonte leuat,aut ſuſcipit in confirmatione,ut tradidit Catechi. de confirmatione cap.De patrinis,& apud Trid.Synod. ſeſſ.14.ca.
2 2.de reform. matrimon. † Inter quos, ſcilicet miniſtros & patrinos reſpectu habito ad ipſum leuatum,& ſuſceptum,nec non patrem,& matrē leuati,cognatio ſpiritualis naſcitur,matrimoniū contrahendum impediens, & poſt contractum dirimens,vt habetur in cap.1.& c.fin.de cognat. ſpirit.libr.6.iunct.iis, quę ſanciuit Trid.Synod.
3 eod.cap.2.His præmiſſis,†an ſi, ut quis eam cognationem ſpiritualem ſecum contrahat,pretiū polliceatur,tribuatue, ſimoniam committat? Breuiter ego ſentio ſimoniam committi: nā eſt res ſpiritualis ab eccleſia inducta ad animarum ſalutem, quo ſcilicet tanquam pedagogi ſuſceptos in Chriſti fide inſtruant,ut DD.communiter concludunt,& Catech.eod.capi. at in huiuſmodi ſpiritualibus ſimonia committitur, uti antea probauimus,ergo & hic.

Non

4 Non tamen † ſimoniam committunt compa
tres, ſi mutuo deinceps aliquid inter ſe elargian-
5 tur; † nec patrini, ſi ſtatim, vt de foute baptiſmi,
vel de confirmatione ſuſceperunt, ipſis baptiza-
tis, confirmatisque aliquid elargiantur, quod de
more fieri conſueuit; nam hæc non ob cognatio-
nem contractam, quaſi precium tribuuntur, ſed,
ut beneuolentiæ ex ea cognatione ortę ſigna nō-
nulla appareant, qua ratione ſimonia non com-
mittitur, atque ita conſuetudine ſeruatur. Licite
igitur conſuetudo eſt, & ob id ſine ſimoniæ vi-
tio ſeruari poteſt. Atqui de baptiſmo ſatis: iam
ad confirmationem alterum ſacramentum tran
ſeamus.

De confirmatione Sacramento nouæ legis materia propria circa quam ſimonia. Cap. XXXVIII.

S V M M A.

1 *Confirmatio eſt materia ſimoniæ, ideſt circa quam ſi-
monia committi poteſt.*
2 *Confirmationis conferendæ gratia nihil recipi pretij
nomine poteſt ſine vitio ſimoniæ.*
3 *Christianus quatenus talis ſine ſimoniæ vitio vendi
non poteſt.*
4 *Reliquiæ ſanctorum ſine ſimoniæ vitio vendi ne-
queunt.*
5 *Reliquiæ licite redimuntur, ab ijs, qui eas contem-
nunt.*
6 *Reliquiæ præponi non debent fidelibus cauſa lucri.*

1 Confirmatio itidem † nouæ legis
ſacramentum eſt materia pro-
pria circa quam ſimoniæ, ideſt
id, circa quod ſimonia commit-
ti poteſt; nam ſacramentum no
uæ legis eſt, vt aſſeruit Trid. Sy-
nod. ſeſſ. 7. canon. 1. de ſacram.
at ſacramenta omnia ſunt materia propria ſimo-
niæ, ideſt circa quæ ſimonia committi poteſt, ut
2 probauimus c. 30. ergo, & hoc. Pro confirmatio-
ne igitur tribuenda, ſi quid pretii nomine exiga
tur, ſimonia committitur. Nihil ergo Epiſcopus,
(qui ſacramenti huius ordinarius miniſter eſt,
ut dicitur in c. pręsbyteri, & in ca. pręsbyteris de
conſecr. d. 4. & in c. 1. cum multis ſeq. de conſec.
diſt. 5. & in ca. vnic. §. per frontis de ſacr. unct. &
ut nos id latius probauimus in Commētario no
ſtro de ſacramentis, Tab. 2. c. 2. num. 4.) nihil in-
quam pro confirmando, ſeu pro confirmationis
ſacramēto adminiſtrando, exigere ſine ſimoniæ
uitio poteſt, & ob eam rem id non debet: etenim
ſic inquiunt Abb. in c. ad noſtram de ſimon. & in
c. ea, quæ, & ibi quoque Mar. Soc. Sen. nu. 2. eod.
& Archiep. Flor. in 2. par. Sum. tit. 1. c. 5. §. 16. uer
ſic. Eodem modo, nec pro confirmatione, & Syl.
in uerb. Simonia q. 8. uerſ. Quartum, & Gulielm.
Redoan. 1. p. c. 7. in principio, ubi idem ait de pę
nitentia, & extrema unctione, & de Euchariſtia,
& par. 3. cap. 6. in principio, & communis deniq;
DD. ſententia hæc eſt. Idem quoque habetur in
c. dictum eſt. 1. q. 1. ibi, Et ut de cætero, nec pro
ordinatione, nec pro chriſmate uel baptiſmo, uel
balſamo; manifeſto enim ibi prohibetur, ne pro
chriſmate quicquam exigatur, quod nomē chriſ
ma pro confirmatione Sacramento accipitur: nā
& communiter à Chriſti fidelibus ſacramentum
illud chriſmatis nomine nominatſ, nomine ſum-
pto à materia ex qua fit, quæ eſt chriſma, ſcilicet
ex oleo, & balſamo confectum, & ab Epiſcopo
conſecratum, ut habetur in cita. §. per frontis, &
in c. 1. cum ſeq. 26. q. 6. Præterea ibi pro materia
ſacramenti huius accipi nō poteſt, tum quod ſpe
ciatim deinceps balſami mentio fit, quod, ut di-
xi materia quoque ſacramenti huius eſt: tum qđ
& ante, & poſt de ſacramentis aliis ibi agitur, &
non de eorum materia, ergo illud Chriſmate, qđ
interiectum eſt pro ſacramento quoque recipi
debet. Nō eſt igitur quòd hac de re dubitemus.
Ac plane ſi pro ſignandis in uertice infantibus
chriſmate nihil a ſacerdotibus exigi poteſt, ut di
citur in c. placuit 2. ead. q. 1. minus licebit pro ip
ſomet ſacramento conferendo quicquam exige
re, arg. auth. multo magis. C. de ſacroſan. Eccleſ.
Excipitur tamē, ubi quid ultro offertur: id enim
recipi poteſt, arg. c. placuit, 3. & c. nullus Epiſco-
pus 1. q. 1. Ex his ergo apparet pro confirmatio-
ne, quæ eſt ſacramentum nouæ legis, quo bapti-
zatus ad Chriſti fidem publice ex officio tuen-
dā adſcribitur, atque corroboratur, ut poſuimus
in ead. Tab. 3. ca. 12. quando recipi ſine ſimoniæ
uitio aliquid poſſit.
3 At quid, † ſi homo Chriſtianus, quatenus Chri
ſtianus eſt, uendatur, an uendens ſimoniam com
mittet? Hanc quæſtionem à nemine tactam inue
ni, ſentio tamen ſine dubitatione hūc ſimoniam
committere; nam, ſi ratione hac uenditur, chara-
cter, qui baptiſmo imprimitur, uenditur, qui eſt
ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, ut tra
didit Trid. Synod. ſeſſ. 7. de ſacram. canon 9. quo
ſeparantur baptizati à non baptizatis, at ſpiritua
le huiuſmodi uendens ſimoniam committit, er-
go & hic. Poſtremo, ſi committitur ſimonia, ubi
Eccleſia cōſecrata uenditur, uel calix, uel ueſtes
benedictæ, uel chriſma benedictum, ut ſupra pro
bauimus, ubi quatenus ſacra, benedictaque ſunt,
uenduntur, eadem ratione, & chriſtianum uen-
dendo habito reſpectu ad ipſum, quatenus chri-
ſtianus eſt, ob id pluris eum uendendo, ſimoniā
committet. Quare ob eaſdem rationes, qui chri-
ſtianum pluris uenderet, uel quòd confirmatus
eſt, uel quòd ordinibus eſt initiatus, uel Abbatē,
quoniam eſt benedictus, uel Epiſcopum, quo-
niam eſt cōſecratus, ſine dubitatione ſimoniam
committeret, nam & conſecrationes, & benedi-
ctiones, & collationes ordinum ſunt res ſpiritua
les, & ob id precio ęſtimari nequeunt.
Hæc autem, quæ diximus locum habere cen-
ſeo, eſto chriſtiani prædicti mortui ſint, nam ad-
huc ſpirituale quoddam in ſe retinent, ex quo ui
4 ui templum ſpiritus Sancti fuerunt. † Quare reli-
quiæ

quiæ ſanctorum eum ob id uendi non licet, tum; quod ſanctæ ſunt, & ad excitandos Chriſti fideles ad pietatem deſignatæ, & ad diuinam gratiã implorã dam propoſitæ. Simonia igitur committitur, ſi uendantur, atque ſic ſenſit Gloſſ. in c. fin. de reliq. & uenerat, ſanct. & ibi Abb. & Syluеſ. in uerb. Reliquiæ, num. t.

5 Excipio tamẽ, ubi precium † daretur pro ipſis redimendis, exempli gratia apud Chriſtianæ fidei hoſtes Turchas reliquiæ ſanctorum aliquæ ſunt, quas illi non uenerantur, ſed contemnunt; plane in hoc caſu redimere ipſas licebit, quando quidẽ ea ratione non ſpirituale, quod in illis eſt, emitur, ſed uexatio illa, ut ita dicam, tollitur, ex quo ab ijs redimuntur, qui eas aſpernabantur. Qua ratione, & chriſtiani captiui licite redimuntur, quamobrem etiam res Eccleſiæ licite alienantur, ut habetur in ca. aurum 12. quæſt. 2. cum ſimil. Vide aliam exceptionem infra cap. ſequẽ. in fine.

6 Verum, † an licet reliquias proponere a clericis, quo per ipſas lucrantur? Neque id licet, ut habetur in cit. ca. fi. de reliq. & uenerat. ſanct. & ibi not. Abb. Idem ſenſit Trid. Synod. ſeſſ. 25. de reliquiis in uerſ. In has autẽ ſanctas, ibi, Omnis porro ſuperſtitio, nam hoc eſſet uenales ipſas facere. Caueant igitur Parochi, ne in tam graue ſimoniæ crimen incidant, quod tamen euadent, qui bona fide, & ad excitãdos Chriſti fideles ad pietatem, eas preponunt; eſto enim deinceps quid offeratur, ſimoniam tñ nõ committent. At quid de iis, qui indulgentias ſuis Eccleſiis concedendis curant, quo lucrum inde percipiant, an ſimoniam committent? Infra agetur, ubi de indulgentiis tractabitur. ſed de cõfirmatione ſatis, ad Euchariſtiam tranſeamus.

De Euchariſtia ſacramento nouæ legis materia propria circa quam ſimonia. Cap. XXXIX.

S V M M A.

1 *Euchariſtia eſt materia ſimoniæ circa quam, ideſt ſacramentum circa quod ſimonia committi poteſt.*

2 *Euchariſtia conficiendæ gratia precij nomine nihil exigi debet, alioquin ſimonia committitur.*

3 *Euchariſtia adminiſtranda gratia pretij nomine nihil exigi debet.*

4 *Euchariſtiam ſummentes, ſi quid offerant vltro, licite recipitur.*

5 *Conſuetudo offerendi ſe ſtatim cum patina, ſeu lance ijs, qui Euchariſtiam ſumpſerunt, laudabilis non eſt.*

6 *Vocatus ad deferendam Euchariſtiam alicui, qui alias ad id non eſt obligatus, licite pro eo itinere aliquid petit.*

7 *Hoſtias non conſecratas, ſi ſacerdos emat, an recuperare pretium ab ijs poſſit, quibus conſecratas prabet.*

8 *Iudas an ſimoniam commiſit Chriſtum vendendo.*

9 *Vendentes exules, inimicosue ſuis inimicis ſimoniã non committunt.*

1 EVchariſtia quoque † ſimoniæ materia eſt, ideſt id, circa quod ſimonia cõmitti poteſt, nam & ipſa ſacramentum nouæ legis eſt, ut aſſeruit Trid. Synod. ſeſſ. 7. canon. 9. de ſacram. imo omnium aliorum eſt præſtantiſſimum, quippe, quod gratiæ fontem cõtineat, quam alia ſacramenta conferunt.

2 Primum igitur † pro Euchariſtia conficienda nihil recipi a ſacerdote poteſt, aut debet, alioqn ſimonia committitur, quandoquidem uſum ordinis uenderet, quod ſimoniachum eſt, nam pro miniſterio Eccleſiaſtico exercendo nihil, ſine ſimoniæ uitio exigi poteſt, ut dicitur in ca. ad noſtram de ſimon.

3 Pro Euchariſtia quoque † iam conſecrata adminiſtranda nihil exigi debet, atque peti, alioqn ſimonia committitur, ut habetur in c. nullus Epiſcopus. 1. q. 1. Nullus Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus, dicitur enim ibi, qui ſacram diſpẽſat communionem, à percipiente gratiam communionis aliquod precium exigat, neque enim uenditur gratia, neque pro precio gratiam ſpiritus ſancti damus, ſed dignis muneribus ſine defraudatione participare concedimus. Si quis uero eorum, qui cõnumerantur in clero, ab eo, qui ſacram communionem diſpenſat aliquod precium exegerit, deponatur, ſicut immitator ſimoniacæ fraudis. Hæc ibi, ex quibus tria habemus. Primum nihil ab accipiente Euchariſtiam accipi poſſe. Secundo rationem, quamobrem id prohibeatur, ſcilicet, quoniam gratia non uenditur, neque Spiritus ſanctus, alioquin ſimonia committitur. Tertium pœnam, quæ eſt depoſitio. Si ergo nihil exigi poteſt pro Euchariſtia adminiſtranda, & contrarium faciens punitur, ut ſimoniachus, pro Euchariſtia adminiſtranda exigi nihil poteſt, alioquin ſimonia cõmittitur. Nec repugnat, ſi dicatur ibi Euchariſtiæ mentionem nõ fieri, ſed ſacræ communionis, nam ſacramentum corporis, & ſanguinis domini, quod eſt Euchariſtia, uario nomine nominatur, dicitur enim Euchariſtia, dicitur & communio, ut perbelle declarauit Romana Catechiſmus in ca. de Euchariſtia paulo poſt principium, uerſ. Huius ergo admirabilis ſacramenti dignitatem, ubi, & quamobrẽ ſic nominetur, optime declarauit, id quod & nos in commentario noſtro de Sacramentis fecimus Tab. 4. cap. fi. num. 10. Nihil ergo pro adminiſtranda Euchariſtia exigi debet. Idem habetur in c. dictum eſt ead. q. 1. atque ſic inquiunt quoque Archiep. Flor. in 3. par. Sum. tit. 1. c. 5. §. 16. uerſ. Item pro Euchariſtiæ collatione, & Syluеſt. in uerb. Simonia. q. 8. uerſ. Quartum, & Guliel. Redoan. 1. par. ca. 7. num. 2. uerſ. Pari modo, & par. 3. cap. 7. & communiter DD Poſtremo id probatur ratione, nam inter alia ſacramenta ſan

ctitate

ctitate,& dignitate ſacroſancta Euchariſtia principem locum obtinet, continet enim Chriſtum dominum ſanctitatis fontem,ut aſſeruit Triden. Synod.ead.ſeſſ.7.canon.1.innct.cap.1. & cap.3. de Euchariſtia ſeſſ.13. ergo gratis adminiſtrari, & non pretio debet.

4 Excipitur tamen, † ubi gratis ultro euchariſtiam ſummentes aliquid offerunt, illud enim ſine ſimoniæ nota recipi poteſt: nam exactio ſolū prohibetur,non autem uoluntaria oblatio, ſic enim & à miniſtro baptiſmi ſponte oblatum recipi poteſt,ut dicitur in cap.placuit,1.& in c.quicquid 1.q.1.

5 †Non mihi tamen quorundam locorum conſuetudo placet, laudabiliſque uidetur, in quibus parochi Euchariſtiam adminiſtrantes pueros paratos habent,qui ſtatim atque ipſi Euchariſtiam adminiſtrarunt,præſto adſint cū lancibus,ſeu patinis iis, qui Euchariſtiam ſumpſerunt,quo aliquid ab eis tribuatur, tum quod pro Euchariſtia adminiſtrata pretium petere uidentur,tum quòd pauperes, qui pecuniam non habent,rubore perfunduntur,& à frequenti Euchariſtiæ communione quodammodo auocantur, imò & diuites quandoque erubeſcunt,cū ad manus pecuniam tunc non habent,tum quòd auaritiæ ſpecimen præſeferunt.Ne igitur Euchariſtia uendi exiſtimetur,ne auaritiæ nomen ſubeatur, ne à freqnenti Euchariſtiæ ſuſceptione Chriſti fideles auocent̃ cõſuetudo hęc tolli deberet arg.c. baptizādis,& c. placuit,1. 1.q.1. Honeſtius mea ſnia igitur facerent parochi, ſi menſis paratis, & mantilibus impoſitis Euchariſtiam conferāt: nam,qui deinceps offerre aliquid uolent,in paratis iam menſis imponi poterit, qua ratione propoſita uitia effugient.

6 Excipitur etiam, † ubi quis ad deferendam Euchariſtiam ægroto uocaretur,& pro eo labore quid peteret, non enim hic ſimonia committetur,quamuis,ſi parochus ſit,& ob id ad hoc obligatus,auaritiæ nomen ſubeat,& ob id puniri etiā poſſit.

7 Verum quid† ſi ſacerdos ab iis,quibus Euchariſtiam adminiſtrat,pretium exigat,quod impēdit aut in frumento emendo pro hoſtiis faciēdis, aut pro ipſis hoſtiis non conſecratis uenduntur enim publice,ut Bononiæ,& alibi hoſtiæ non cõſecratę)ego ſentio hunc ſimoniam non committere,Et hoc ob eam rationem,quoniam frumentum illud,& hoſtiæ illæ,quamobrem petitur pretium,res ſpirituales non ſunt,in quibus ſimonia committitur,tamen id non debere,& facientem peccare ſentio Primum ob ſcandalum,quando quidem uidetur ea ratione ſacramentum uendere,non paruam illam materiam,Præterea auocātur Chriſti fideles ab euchariſtia ſuſcipienda.Ad do,ſi parochi ſint,ad id obligatos ſuis ſumptibus eſſe,argum.c.omnis de pęnit.& eorum,quę dixit Trid.Synod.ſeſſ.16.de ſacram. Euchariſtiæ cap. 6.etenim & ob hanc rationem beneficia tribuuntur,quo eccleſiaſtica onera ſuſtineant,argum.c. fin.de reſcript.lib.6.Hinc nec epiſcopi pro modico chriſmate, & oleo, quę eccleſiis in hæbdomada ſancta,& ad baptiſmum, & ad extremam unctionem diſtribuunt,recipere quicquam poſſunt,ut habetur,in cap.ſtatuimus,1.q.1. Hinc & hac ratione ad candelas in feſto die purificationis,& ad palmas etiam in die palmarum diſtribuendas ſuis ſumptibus,parochi tenentur. Eſto igitur ſimonia non committatur ob prędicta, nihilominus id facere non debent.

8 Atqui † an Iudas ſimoniam commiſſit, qui Chriſtum Dominum uendidit? Breuiter concludo ſimoniam commiſiſſe,tum quod id habetur in c.qui ſtudet,1.q.1.tum quod Chriſtus Dominus res maxime ſpiritualis diuina,& ſacra eſt,at

9 que ſic Gloſſ.ibi ait.†Non tamen ſimoniam cōmittunt,qui exules noſtri temporis uendunt,uel inimicos ſuis inimicis:nā non eos eo animo uendunt,quatenus Chriſtiani ſunt,ſed quatenus,uel exules,ideſt patrię hoſtes,uel inimici ſunt.Atqui de euchariſtia ſatis,ad pœnitentiæ ſacramentum tranſeamus.

De pœnitentia ſacramento nouæ legis materia propria circa quam ſimonia. Cap.XL.

S V M M A.

1 *Pœnitentia ſacramentum quid ſit.*
2 *Pœnitentia miniſter quisnam ſit.*
3 *Pœnitentię materia tam remota, quam proxima quanam ſit.*
4 *Pœnitentia ſacramentum eſt [illegible] circa quam ſimonia.*
5 *Pœnitentia ſacramenti a[illegible]randi gratia pretij nomine nihil recipi debet, alioquin ſimonia committitur.*

1 POENITENTIA itidem † quæ eſt ſacramentum nouæ legis, per quod peccatum poſt baptiſmum commiſſum deletur, ut diximus in commentario noſtro de ſacramentis Tabu. 5.cap.13.†

2 cuius miniſter ſacerdos,iuriſdictionem ordinariam,delegatam ue habens,eſt,

3 †materia uero remota ipſa peccata,& proxima pœnitens ipſe contritus,confeſſus propoſitum ſatisfaciendi habens, ut ibidem probauimus capit.2.& cap.15.

4 † Pœnitentia inquā hæc eſt materia propria circa quam ſimoniæ,ideſt circa quam ſimonia committi poteſt: nam, ex quo ſacramentum nouæ legis eſt, ut proxime innuimus,& aſſeruit Trid.Synod.ſeſſ.7.canon.1. de ſacrament.ſacramenta uero huiuſmodi materia ſimoniæ ſint,iure & hoc materia huiuſmodi eſt.

5 Pro ſacramento pœnitentiæ igitur † adminiſtrando pretii nomine nihil recipi debet,alioqn ſimonia committitur,ut dixit S.Thom.2.2. quę. 100.art.2.uerſic.Ad tertium,quem ſequitur Syl. in uerb.ſimonia q.8.uerſic.Quartum,ubi & Pet. de Palud.& Hoſt.idem ſentientes refert, & Ioā. Tabien.

Tablen.eod.numer.32.verſ.Trigeſimoptimo, & Archiep.Flor.in 2.par.Sum,tit.1.c.5.§.16.verſi. Nec pro pœnitentia,& Guliel.Redoan.ca.7.nu.1.verſ.Et pro pœnitentia 1.p.& par.3.ca.6.nu.6, & habetur id in c.nemo pręsbyterotum de ſimonia,vbi prohibetur, ne præsbyteri minus digne pœnitentem gratia vel fauote ad reconciliationem adducant. Item ne è contrario eadem ratio ne digne pœnitentem à reconciliatione remoueant,quandoquidem ſimoniachum id eſt;Nec quemquam pœnitentem,vel minus digni pœnitentem,dicitur enim ibi,gratia, vel fauore ad reconciliationem adducat, & teſtimonium reconciliationis ferat eidem: vel quocunque liuore digne pœnitentem à reconciliatione remoueat,qa ſimoniachum eſt vtrunque. Hæc ibi. Si ergo pro ſacramento pœnitentiæ adminiſtrando,non adminiſtrandoue gratia,vel fauore,vel odio, ſimoniam committit,quibus modis ſicuti pecunia, ſimonia committitur,vt dicitur in c. ſaluator, 1.q.3.iure merito,ne ſimonia committatur,nihil recipi debet,non ſolum ab eo, qui ſibi pœnitentiæ ſacramētum adminiſtrare vult, ſed neque etiam ab alio,quandoquidem ſimonia cōmittitur,eſto abſolutio tributa,& actus non valeant,argum. c. quod quidam de pœnit.tunct.cit.ea.nemo pręsbyterorum,& arg. extrauag.cum deteſtabile de ſimon.etenim & uoluntate ſola committitur, ut alibi uidimus. Verum quid,ſi parochus in articulo mortis conſtitutum abſoluere nolit, niſi pecuniam ei tribuat?Quid,ſi pecuniam tribuat parocho alicuius,ne aliquem abſoluat?Quid,ſi parochianus pecuniam tribuat parocho ſuo,ne deſerat Epiſcopo eum ſtatis temporibus ſacramentum pœnitentiæ,Euchariſtiæque non ſuſcepiſſe? Quid de ſacerdote,qui libentius hunc, quam illum pœnitentem audit, propterea quòd vberiorem eleemoſynam ab hoc, quam ab illo accipit, & ſpetat? In omnibus igitur,his caſibus contemplādum eſt,an ſimonia committatur; & prius de primo,de quo in ſequenti agemus.

S V M M A.

1 *Pœnitentia ſacramentum in articulo mortis conſtituto,ſi parochus adminiſtrare nolit, niſi precio dato,an potius ſine ſacramento huiuſmodi mori quis debeat,quam precium dare.*

§. I.

1 Prima quæſtio eſt, † ſi parochus cuipiam in articulo mortis conſtituto pœnitentiæ ſacramētum adminiſtrare nolit, niſi precio dato,eo in ſtatu verſans, an potius mori ſine huius ſacramenti ſuſceptione debeat,quam preciū præſtare. Cuius quidem quæſtionis ſolutio haberi poteſt ex quæſtione antea de baptiſmo in huiuſmodi caſu propoſita ſupra,ubi concluſum eſt adultum.& qui rationis uſum habet(ex quo uoluntas ei pro baptiſmo ſat eſt,ut habetur in c.debitum de baptiſ.)debere potius mori,quam precium pro baptiſmo præſtare: ergo idem & in caſu noſtro;perinde enim eſt, atque ſi hic pœnitēs facultatem ſacerdotis non habeat cui confiteatur:huic enim ſat erit contritio. Hinc illud. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitias meas, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Quamuis,qđ fieri poteſt,ut uere contritus non ſit, ſed tantum attritus,non aſpernarer eorum ſententiam, qui ab adulto quoad baptiſmum ob eandem rationem,quòd attritus fortaſſe tantum eſt,dari poſſe aliquid inquiunt, non pretium ſacramenti, ſed ad uexationem tollendam,& impedimentum illud auaritiæ eius:pręſertim quod ius petendi habet,& eſt in eius quaſi poſſeſſione:Etenim,& ab uſurario ſub uſuris pecuniam accipere poſſum⁹ in neceſſitate, quando alias mutuum ſine uſuris præſtare non uult. Hęc quæ de pęnitentia, & baptiſmo diximus,in aliis ſacramentis locum non habent,quandoquidem non ita neceſſaria ſunt, ut hæc Et de quæſtione hac itidem ſatis; ad ſecūdam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simonia committitur,ſi pecunia ſacerdoti detur, ne alicui ſacramentum pœnitentia adminiſtret.*

2 *Simonia propria an ſit prædicta.*

§. II.

1 Secunda quæſtio eſt,† an ſimoniam committat, qui pecuniam parocho tribuit, ne alicui parochiano pœnitentiam adminiſtret. Et uidebatur dicendum ſimoniam non committi,quoniā in hoc caſu ſpirituale nec emi,nec uendi uidetur:Simonia uero eſt ſtudioſa uoluntas emendi,uendendique ſpirituale, uel ſpirituali annexum,ut dixit Gloſſ. Sum.1.q.1.& ut in initio huius operis poſuimus.

Atqui cōtrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet ſimoniam & hic cōmitti. Primum, quia hoc habetur in c.nemo pręsbyterorum de ſimonia,ibi enim prohibetur pręsbyteris,ne quis eorum quempiam minus digni pœnitentem gratia,uel fauote ad reconciliationem adducat, & è contrario,ne digni pęnitentem quocunque liuore à reconciliatione remoueat;& hoc ob eam rationem, quoniam utrunque ſimoniachum eſt; Nec quemquam pœnitentem, uel minus digne pœnitentem,dicitur enim ibi,gratia, uel fauore ad recōciliationem adducat,& teſtimonium reconciliationis ferat eidem:uel quocunque liuore digne pœnitentem à reconciliatione remoueat,quia utrunque ſimoniachum eſt. Ecce hic ęque prohibetur, ne quis pręsbyterorum minus digne pœnitentem ad reconciliationem adducat,& ne digne pęnitentem a recōciliatione amoueat,at,ſi pecunia præſtetur,ut quis ad reconciliationem admittatur, ſine dubitatione ſimoniam committit,(uult enim ſpirituale, ideſt ſacramentum emere,)ergo & ſimoniam committet,qui pecuniam præſtat, ne digni pęnitens ad reconciliationem admittatur. Præterea ibi id expreſſe dicitur,ſcilicet,quia ſimoniachum utrunque

que

que eſt, quæ ratio ad vtrũque caſum pertinet. Poſtremo facit, quoniam videtur permutatio quædam ſpiritualis cum temporali fieri: nam pro tēporali ſpirituale negatur; ergo, ex quo temporalis permutatio cum ſpirituali fit, ſimonia committitur, quamobrem ceſſat etiam ratio contraria in initio poſita, quæ potius hanc, quam contrariam opinionem tuetur, nam, ex quo ſimonia eſt voluntas emendi, vel vendendi ſpirituale, q̃tum in ipſis eſt, ſpirituale emitur, ac uenditur. Non eſt igitur, quod de hac quæſtione dubitemus.

2 Atqui ✝ an ſimonia uera hæc erit? Inn. in eod. c. nemo presbyterorum, ſentit hanc non eſſe ueram ſimoniam; nam inquit contrafacientes puniri ad inſtar ſimoniæ, quod autem ad inſtar alicuius eſt, non idem cum illo eſt. Tancr. etiam idem ſentire uidetur, nam ait ſimoniam large committi, & ob id non proprie. Ratio autem horum eſſe poteſt, quoniam ſpirituale non uidetur uendi, neque emi, quę ratio proxime ſublata eſt, nam emitur ſpirituale illud, ne detur alteri temporali dato. Quare cõtrariam opinionem ſequitur Abb. ibi, & eam uti ueriſſimam, ego etiā amplector, quæ probatur ratione deprompta ex cit. c. nemo presbyterorum, nam, poſteaquam prohibuit ibi Eccleſia, ne quis presbyterorum minus digne pęnitentem gratia, uel fauore reconcilijet, & digni pœnitentem ne odio a reconciliatione remoueat, rationem hnius reddens, inquit Quia utrumque ſimoniachum eſt. Si ergo ſimoniachum eſt contrafacere in utroque caſu ibi ꝓpoſito, in primo uera ſimonia committitur; ergo & in ſecundo, ex quo enim ratio illa æque utrunque caſum ſpectat, & eadem ratione utrunque determinare debet, nam ubi una determinatio plura determinabilia reſpicit, ęqualiter debet ea determinare, argu. l. eum, qui ædes. ff. de uſucap. & l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupil. Id quod eo magis hic dicendum eſt, quoniam, ex quo dicitur, ibi Simoniachum eſt, illud eſt ſignificat rei eſſentiam, proprietatem, & ueritatem, ita tradũt DD. in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. quamobrem ſignificatur in prædictis duobus caſibus ſimoniam uere, ac proprie committi. Quæ diximus autem de ſacramento pœnitentiæ, eadem ſentimus, & de aliis ſacramentis, ac ſpiritualibus omnibus ob eandem rationem: Sed iam ad tertiam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Parochus non deferens Epiſcopo ob pecuniam parochianum, qui ſtatis temporibus pœnitentiæ ſacramentum, Euchariſtiamue non ſuſcipit, ſimoniam cõmittit.*

2 *Iudex Eccleſiaſticus, qui pecunia corruptus abſoluit, non abſoluendum: condemnatue, non condemnādum, ſimoniam committit.*

§. III.

1 § Tertia quęſtio eſt ✝ an ſimoniam committat parochianus, qui ſuo parocho pecuniā tribuit, ne deferat Epiſcopo ipſum ſtatis tēporibus pęnitentiæ, Euchariſtiæque ſacramentum non ſuſcepiſſe, nam quiſque ubi rationis uſum habet ſemel in annum ſaltem peccata confiteri, & in Paſchate Euchariſtiam ſuſcipere debet, ut habetur in c. omnis de pęnit. An igitur ſimoniam hic committat. Videbatur dicendum ab hoc ſimoniam non committi, quoniam ſpirituale nec emi, nec uendi uidetur. Simonia uero, ut in initio poſuimus, eſt ſtudioſa uoluntas emēdi, uendendique ſpirituale.

Atqui cõtrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet ab hoc ſimoniam committi. Probatur autem primo hac ratione, nam parochus hic ſe habet ſicut presbyter, qui pretio ductus, uel amicitia aliquem publice peccantem Epiſcopo nõ denunciat, (non enim ratio diuerſa reddi poteſt,) atqui ſe habet, ſicut presbyter, (ille) ſimoniam committit, ut habetur in ca. nemo præsbyterorum de ſimonia. Nemo presbyterorum, dicitur enim ibi, xenium, uel emolumentum quodlibet temporale, imo ſpirituale detrimentum a quocunque publice peccante accipiat, ut Epiſcopo, uel miniſtris eius peccatum illius celet, nec pro reſpectu cuiuſque perſonæ conſanguinitatis, aut familiaritatis hoc Epiſcopo innoteſcere detrectet. Ecce hic prohibetur, ne pecunia, ratione ue alia præsbyter publice peccantem celet, & Epiſcopo ne id ſignificet: Et hoc ob eam rationem, quia dicitur in fine eius canon. quia ſimoniachum eſt utrunque, ratio enim hæc nõ ſolum ad poſtremum dictum ibi, ſed etiam ad primum dictum iam hic poſitum refertur, ut DD. ibi cõmuniter interpretãtur. Si ergo ſimoniachum id eſt non patefacere publice peccantem, ſi precio id fiat, ergo idem, & in caſu noſtro. Præterea facit, quoniam hic parochus nõ ſignificans id Epiſcopo deſinit ſuum munus exercere ob pecuniā, ergo ſimoniam committit, etenim & ſacerdos non reconcilians digne pęnitentem ob pecuniā ſimoniam committit, ut concluſimus antea, & habetur in eod. c. nemo præsbyterorum.

2 Quare ✝ ob eaſdem rationes, & Iudex Eccleſiaſticus, qui pretio corruptus non abſoluendum abſoluit, & abſoluendum non abſoluit, ſimoniā committit, ob cit. ca. nemo præsbyterorum. Caueant igitur tam ſacerdotes, quam iudices Eccleſiaſtici, ne in ſimoniam hanc incidant. Mea ſentẽtia igitur Vicarius cuiuſdam Epiſcopi prudenter reſpuet peenniam ſibi oblatam, quo cellaret quendam ſacerdotem ob neſcio quid delicti, ne Epiſcopo id nunciaret, nam ſimoniam commiſiſſet, ſi pecuniam eam accepiſſet ob cit. c. nemo præsbyterorum. Quamuis ſi ob pęnam, quæ ei ſacerdoti deberetur, eam non reſpuiſſet, & in eam ipſum condemnaſſet, ſimoniam non commiſiſſet, quod fortaſſe etiam factum fuit, nam & ob hanc cauſam, qui delictum commiſit, preces

offerre

offerre poteſt, ideſt ſupplicare, ut Epiſcopus, cui ſupplicatur, ei delictum condonet. & Epiſcopus pœnam pecuniariam imponere: quandoquidem non ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam redimendam ſed ad uitia coercēda imponitur. Atqui de quæſtione hac itidem ſatis.

S V M M A.

1 *Confeſſionem huius audiens ſacerdos libentius, quam illius ob id, quod ab illo pecuniam, & non ab hoc expectat, an ſimoniam committat.*

2 *Simoniam an committat ſacerdos, qui libentius huc, quam illuc ad diuina facienda uadit, propterea quod ibi plus datur quam alibi, & quid etiam de concionatore, qui ob eandem rationem ad opulētum magis locum, quam tenuem uadit ad concionandum.*

§. IIII.

1 QVarta quæſtio eſt, †an ſimoniam committat ſacerdos, qui libentius hunc, quam illū audit confitentem, propterea quod ab illo, & non ab hoc emolumētum aliquod, uel maius ſperat. In qua quæſtione breuiter cōcludo ſimoniam hunc non committere: nam ſic ſenſit Syluo. in uerb. Simonia. q. 8. uerſ. Quartum, ibi, Quod intellige. & dixit Marcus Antonius Berarduc. in ſua Sum inſcripta Summa Corona. p. 3. De ſimonia, ca. 10. num. 15. uerſ. *Può anco aſcoltare le confeſſioni.* Et hoc ob eam rationem quoniam nulla uēditio, emptioue ſpiritualis hic interuenit, ſed ſolum expectat eleemoſynam, quam ille gratis, & ultro dare conſueuit: ergo ſimonia non committitur, cum ea committatur, ubi uenditio, emptione ſpiritualis interuenit; ut diximus in ini-
2 tio †Quare ob eandem rationē, qui ad diuina aliquo facienda libentius uadit, quam alio, propterea quod ibi, & pecunia & prandium tribuitur; non autem alibi, ſimoniam non committet; Nō itidem concionator, nec capellanus, qui libētius obligant ſe ad ſuum munus exercēdum, ubi plus emolumenti habent, quam ubi minus; atque ſic ſenſit Dom. Sotus de iuſt. & iur. lib. 9. q. 6. art. 2. uerſ De prædicationibus, ibi, Neque uero ſimoniacham labē: nam ait ſimoniam non committere, ſi mallit cōcionare, ubi melius ſuſtentatur, ſi quando prędicatio nō eſt neceſſaria. Immo ſi renuat concionari ubi uictum ſibi ſupeditandum non ſperat, ſed tunc peccare ait; Non denique, qui libentius eunt ad diuina propter diſtributiones quæ dantur, quamuis nōnullam auaritiæ notam ſubeant, ſi abſque cauſa id faciant, Nō enim mea ſententia, ſi clericus pauper ſit, & parentes alere habeat, uel alios ſibi neceſſitudine coniunctos, auaritia notandus eſt, ſi mallit eſſe cappellanus, ubi emolumētum maius habet, quo ſe, ſuoſque ſuſtentet: Non etiam eximius concionator, ad quem ſumptus plurimos facere oportet cum in ueſtitu, tum in uictu, & in libris, & in itineribus, ſi & ipſe ob has, & alias huiuſmodi cauſas curat, ut locus ad concionandum ipſi deſtinetur, ubi plus emolumenti eſt habiturus, & multo minus, ſi huiuſmodi locum optat ob maiorem ſpiritualem fructum faciendum. Simonia igitur in prædictis caſibus non committitur. Excipio tamen, ubi quis id, quod ſibi daretur, pro pretio prædictorum diuinorum acciperet, nam eſto pœnitens non hoc animo tribuat, uel alij, ſimoniam mentalem tamen accipiens hoc animo affectus committet arg. c. tua nos, & c. ſi. de ſimon. atque ſic ſenſit Archid. quem refert, ac ſequitur, & declarat Sylu. eod. uerſ. Quartum, ibi, Imo ſecundū Archid. & in hac ſententia uera eſt opinio Gulielmi Redoan. 1. par. ca. 7. num. 1. uerſ Et pro pœnitente, ubi ait ſacerdotem qui audit confeſſionem ad lucrum intendens, ſimoniam committere: nam accipiendum eſt, ſi pretij loco accipit, alias ſecus, eſto auaritiæ ſpecimen committat, nā ſimonia non committitur, niſi interueniat pretium. quod hic non adeſt, quicquid dixerit Ang.

Verum quid de eo, qui imponit pœnitenti pro pęna, ut tot miſſas celebrandas curet, quo pęnitens ei onus hoc iniungat, & ſic eleemoſynam ab eo dari ſolitam accipiat? Hanc quæſtionem in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Sacerdos pœnitenti imponens, ut miſſas aliquas celebrandas curet, an ſimoniam committat, ſi onus hoc ſibi imponendum curet, quo eleemoſynam illam habeat.*

§. V.

1 QVoad primam quæſtionem igitur, †an ſcilicet ſacerdos ſimoniam committat, qui pęnitenti pro pęna imponit, ut tot miſſas celebrandas curet, quo pęnitens ei onus hoc iniungat, & ſic eleemoſynam dari ſolitā accipiat. Breuiter concludo ſacerdotem hunc ſimoniam non committere, nam, ut in facto proponitur, non in animo habet uendere ſpirituale, quo caſu ſimonia committitur, ſed habere eleemoſynam, quæ gratis, & ex conſuetudine dari conſueuit, quo caſu ſimonia non committitur, ut alibi ſupra diximus. Quod tamen auaritiæ ſpecimen hoc præſefert, & ſcandalum præbere poteſt, ob eam rem ſatius erit huiuſmodi pęnas non imponere, uel impoſitas ipſum ſacerdotem imponentem ſibi perſoluendas nō ſummere; Quamobrem etiam prudēter in aliquibus diœceſibus Epiſcoporum ſtatutis prohibitum eſt, ne huiuſmodi miſſas celebrandas, qui in pęnitentiæ foro eas imponūt, ad ſe auocent. Non hic ergo ſimonia committetur, ut uidimus. Excipio tamen, ſi in impoſitione huiuſmodi pęnæ ſic diceretur. Tot miſſas celebrandas cures, pro quibus ſingulis tantum mihi dabis. hic enim ſine dubitatione ſimonia committeretur, ſed de quæſtione hac ſatis, alteram uero infra opportuniori loco abſoluemus, iam ad extremam unctionem tranſeamus.

De

De extrema vnctione Sacramento noua legu materia propria circa quam ſimoniæ. Cap. XLI.

S V M M A.

1 *Extrema vnctio quid ſit.*
2 *Extrema vnctionis miniſter, & materia quæ ſint, & quibus conferatur.*
3 *Extrema vnctio eſt materia propria circa quam ſimonia.*
4 *Extrema vnctionis adminiſtrandæ gratia nihil pretij nomine dari debet, alioquin ſimonia committitur.*
5 *Olei cauſa quo oleo extrema unctio fit, ſi quid detur, an ſimonia committatur.*

EXTREMA vnctio iti-
1 dem, † quæ eſt ſacra-
mentum nouæ legis,
per quod reliquiæ pec
catorum tolluntur, vt
probauimus in Com-
mentario de ſacramen
2 tis Tabu.6.cap.11.† &
cuius miniſter ſacer-
dos eſt, vt aſſeruit Tri-
den.Synod.ſeſſ.14.cap.3.eod.& nos in ead. Ta-
bul.cap.2.num.3. Materia vero oleum ex oliuis
ab Epiſcopo conſecratum, ut declarauimus eod.
cap.19.& iis confertur, qui in articulo mortis cō
ſtituti ſunt, & ægroti ſunt, ut ibidem probaui-
3 mus cap.16.† Extrema unctio, inquam eſt ma-
teria propria circa quam ſimoniæ, ideſt circa quā
ſimonia committi poteſt; nam ſacramentum no
uæ legis eſt, ut aſſeruit Trid. Synod. ſeſſ.7.canon.
1. de ſacram. at ſacramenta omnia ſunt materia
propria ſimoniæ, ideſt circa quæ ſimonia com-
mitti poteſt, ut probauimus capit.30. ergo & ex-
4 trema unctio. † Pro ea igitur adminiſtranda ni-
hil pretii nomine dari, exigiue poteſt, alioquin
ſimonia committitur, ut habetur in cap. fin. 1.q.
3.& vt inquiunt Archiepiſcop.Florent. in 2.par.
Sum.titul.1.capit.5.§.16.uerſic. Eodem modo,
nec pro confirmatione, & Sylueſt. in uerb. Simo-
nia.quæſt.8.uerſic.Quartum, & Guliel.Redoan.
cap.7.in princip.1.par.& par.3.cap.7.nume.13.
5 cum ſeq.& communiter DD. † Simonia itidem
committitur, ſi pro oleo benedicto, quatenus be
nedictum eſt, aliquid exigatur, ut habetur in ca.
non ſatis de ſimon. eſt enim materia, ut dixi, ex
qua ſacramentū conficitur: de huiuſmodi tamen
oleo egi ſupra de baptiſmo cap.32.§.3. Quæ igi
tur huc pertinent, illinc ſumentur; iam de ordi-
ne agamus.

De ordine Sacramento noua legū materia propria circa quam Simoniæ. Cap. XLII.

S V M M A.

1 *Ordo materia propria circa quam ſimoniæ eſt, ideſt ſacramentum, circa quod ſimonia committi poteſt.*
2 *Ordinis conferendi gratia nihil pretij nomine dari, recipique poteſt.*

1 ORDO etiam † materia
propria circa quam ſi-
moniæ eſt, ideſt ſacra-
mentum, circa quod ſi
monia uerſari poteſt,
ob rationes, quas de a-
liis ſacramentis reddi-
dimus. Verum, ut quan
do ſimonia in ipſo cō-
mittatur, omnino co-
gnoſcamus, duo nobis contemplanda ſunt. Pri-
mum reſpectu ordinis ſuſcipiendi quando ſimo
nia committatur. Alterum reſpectu habito ad
eius uſum, ideſt quando ſimonia committatur
ordinis functionib. exercendis: his enim duobus
explicatis, abſolutam ordinis materiam habebi
mus: iam igitur primum explicemus de quo hęc
contemplabimur. Primum, an pro collatione or
dinum ſimonia committatur, ſi quid pretii no-
mine detur, promittaturue. Deinde, quid ſi ali-
quid Epiſcopo detur pro literis dimiſſoriis ob-
tinendis, ut ab alio Epiſcopo ordines ſuſcipere
quis poſſit. Tertio, quid de iis, qui ad ordines prę
ſentantur, ſi pretio ducti id faciant. Quarto, quid
de Epiſcopo, qui ordines ſacros ei, qui patrimo-
nium non habet, nec beneficium unde uiuat, pa-
cto interueniente inter ipſum, & ordinandum,
quòd nihil ab ipſo Epiſcopo uictus gratia pete-
tur. Quinto, quid de examinatoribus, qui pretio
ducti quem minus idoneum quaſi idoneum eſ-
ſe referunt. Sexto, quid de notario, qui pretium
pro inſtrumentis, & literis ordinum recipit. Se-
ptimo, quid ſi pecuniam quis præbeat Epiſco-
po, ne cuipiam ordinem per ſimoniam conferat.
Poſtremo, quid de eo, qui pecuniam ianitori
Epiſcopi præbet, quo facilem aditum ad Epi-
ſcopum habeat pro ordine, beneficioque conſe-
quendo. Ac denique, quid ſi quis familiaribus
Epiſcopi pecuniam tribuat, quo ei ad ordinem,
beneficiumque conſequendum faueāt. Hæ ſunt
quæſtiones, quę ſigillatim hic nobis contemplā-
dæ ſunt, & prius prima.
2 Quoad primam quæſtionem igitur † pro ordi
num collatione nihil pretii nomine exigi, tribui
promittiue debet, ut habetur in c. placuit. 1. par.
q.1.& in c. de ordinationibus, & in ca. pueri ead.
qō. alioquin ſimonia committitur, ut habetur in

cap.1.& in cap.quoties,& in cap.tanta,& in cap. ex tuæ,& in c.de ſimoniacæ,& in c. ſicut de ſimonia, in quibus iuribus apertiſſime habetur pro ordinum receptione, collationeue pretij nomine nihil dari poſſe ſine ſimoniæ vitio. Idem habetur in cap.2.1.q.1.& in ca.quisquis,& in cap. cum ordinaretur,& in ca.reperiuntur, & in cap. nullus,& in cap.ſi quis Epiſcopus, & in cap. qui per pecuniam cum multis ſeq. & in cap. ordinationes cum multis etiam ſequ.& per totam eam 1.quæſt.& in c. ſicut Epiſcopum 1.q.2. Non eſt igitur,quòd hac dè re dubitemus: nam & DD. omnes communiter hoc aſſerunt,& Archiep.Floren.in 2.par.Sum.tit.1.cap.5.§.16.verſ.Item pro ſacramento ordinis,ibi,De epiſcopo clarum eſt, & Sylu.in verb.Simonia.q.8.verſic. Quintum,& Guliel.Redoan.t.p.c.8.nu.3.

Hoc autem locum habet, vel alius ab eo, qui ordinem ſuſcipit,pretium tribuat, vt pote amicus,pater,frater,& huiuſmodi:etenim,& vbi pro electione alicuius datur de eius conſenſu, qui eligendus eſt, ſimonia committitur, vt habetur in cap.Matthæus de ſimonia, & in capit. ex inſinuatione eod.

Item eſto, ordini initiandus id ignoret argumen.cit.cap.ex inſinuatione, & cap. nobis eod. de ſimon. atque ſic dixit Sylueſt. in verb. Simonia.quæſt.8.verſic.Quintum,ibi,Adde ſecundo, quòd ſi pro mea ordinatione,præter ea, quæ ſupra alibi citauimus.

Excipitur tamen, vbi non pro pretio rei ſpiritualis quid datur,ſed benignitatis gratia argum. cap.etſi quæſtiones de ſimon. & ut not. Abb.ac DD.in cap. ex tuæ eod. & habetur in capit.ſicut Epiſcopum. 1.quæſt.2. Vel igitur pietatis cauſa, vel ut gratus appareat,uel ut laudabilem conſuetudinem ſeruet,aliquid præſtetur, ſimonia non committitur;quamobrem hinc fit,ut Cæreus Epiſcopo ab ipſis ordinibus initiandis detur ſine ſimoniæ vitio. Atqui an pro degradatione mercedis nomine quicquam recipi poteſt? Breuiter concludendum eſt id ſine ſimoniæ uitio non licere, ſicut enim collatio ordinis eſt actus ordinis Epiſcopatus,ita ablatio uſus ordinis collati, (quod fit degradatione) eſt actus poteſtatis euiſdem:at in priori caſu ſimonia committitur, ſi pecunia exigatur,ergo & hic,atque ſic cõſuluit Nauar.conſ.88.de ſimo.lib.5. Et de quæſtione hac ſatis,ad aliam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Literas dimiſſorias habendi gratia a ſuo Epiſcopo, quo ab alio Epiſcopo ordines quis ſuſcipiat,ſi pecuniam præſtet,ſimoniam committit.*

2 *Ordines alterius Epiſcopi ſubiecto conferre Epiſcopus non poteſt ſine proprij ordinarij licentia.*

§. I.

1 Secundo † ſimonia committitur, ſi à quopiam pecunia præſtetur ordinario, quo literas dimiſſorias ab ipſo obtineat, ut ab a-
2 lio Epiſcopo ſuſcipere ordines poſſit;†non enim ſine licentia proprii ordinarii, quis alterius ſubiecto ordines conferre poteſt,ut habetur in capit.nullus,& tot.tit.de temp.ordin. libr.6. Si ergo ſuo ordinario quis aliquid præſtet, quo licentiam hãc habeat,ſimoniã committit; tum quod iuriſdictio ſpiritualis delegata uenditur, quod ſine ſimoniæ uitio fieri non poteſt, argum. cap. 1.& 2.& ibi Abb.ac DD.ne prælat.uic.ſuas:tum quod ordinarius licentiam hanc tribuens miniſterium Eccleſiaſticum exercet, ut per ſe patet; (delegat enim, quod eſt munus iuriſdictionis, ut dicitur in l.imperium.ff. de iuriſd.omn.iud.) ergo ſimoniam committit,vt habetur in cap.ad noſtram,& in cap.nemo præsbyterorum in fine. Hinc Triden.Synod.ſeſſ.21.cap.1. de reformat. nec ſponte oblatum, ut recipiatur, prohibet; & hoc ob hanc rationem, quoniam ab Eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet. Non eſt igitur,quòd hac de re dubitemus. Non ergo Epiſcopi pro huiuſmodi dimiſſoriis,aut licentiis, nõ etiam pro ſigillo accipere quicquam ipſi, eorumue miniſtri debent, ut ait ibid. Sancta Synod. Verum quid de publico ſcriba, ſeu notario, qui literas ſcribit ? Hoc paulo poſt explicabimus, iam tertiam quæſtionem aggrediamur.

S V M M A.

1 *Ordinem ſacrum ſuſcepturus, nec habens beneficiũ, nec patrimonium, vnde viuat, ſimoniam committit, ſi cum Epiſcopo conueniat,& ei promittat ſe nihil ab eo pro ſe ſuſtentando petiturum, ſi ei ordines conferat.*

2 *Ordinem ſacrum conferens ei,qui nec beneficium habet,nec patrimonium, vnde viuat,ad eum ſuſtentandum obligatur.*

3 *Præſentans quem ad titulum ſui beneficij, vel patrimonij quo ordinibus initietur promiſſionem ab eo recipiens,quòd nihil ab eo petit,ſimoniam committit.*

§. II.

1 Tertio † ſimoniam committit,qui uolens ſacro ordini initiari,nec habens beneficium, patrimoniumue,unde uiuat, Epiſcopo promittit pro ſe ſuſtentando nihil ab eo petiturum;
2 † nam iure cautum eſt, ne clerici cogantur cum ordinis dedecore mẽdicare, ut ſacris ordinibus non initientur,niſi legitime conſtet ipſos,aut beneficium Eccleſiaſticum ad honeſte ſe ſuſtentãdos pacifice poſſidere,aut patrimonium, penſionemue huiuſmodi habere,ut ſtatuit Trid.Syno. ſeſſ.21.de reformat.capit.2.alioquin,ſi Epiſcopi

ordines

ordines prædictos eis conferant, ad eos ſuſtentandos obligantur, ut dicitur in cap. Epiſcopus de præb. in antiq. & in c. ſi Epiſcopus eod. libr. 6. Si ergo ordini ſacro initiandus non habens unde uiuat, obligationem hanc Epiſcopo remittat, quo ei ordinem conferat, ſimoniam committit, ut habetur in cap. pen. de ſimon. Si quis ordinauerit, dicitur enim ibi, ſeu ad ordinem præſentauerit aliquem, promiſſionem, uel iuramentum ab illo recipiens, quod ſuper prouiſione ſua non inquietet eundem, ordinator à collatione, præſentator uero ab executione ordinum per triennium, & ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto donec diſpenſationem ſuper hoc per ſedem Apoſtolicam obtinere meruerint, nouerint ſe ſuſpenſos. Ecce hic, qui ordinauit, & qui ordinem ſuſcepit, ut ſimoniachos puniri ob iuramentum, & promiſſionem factam de non inquietando ordinatorem ſuper prouiſione illa, quod accipitur quoad ſuſtentationem, ut dixi, atque ſic ſenſit Gloſſ. ibi, Hos ſimoniachos in uerb. Per triennium. Poſtremo id probatur etiam ratione, quoniam hic ordinandus obligationem temporalem futuram remittit pro ordine, qui eſt res ſpiritualis, accipiendo, ut per ſe patet; at, qui temporale pro ſpirituali remittit, ſimoniam committit, ut alibi ſupra probauimus, & ut declarauit Abb. in cap. per tuas 3. in fin. de ſimon. Nec repugnat, ſi dicatur obligationem, quam remittit, nondum natam eſſe, nam naſcitura ſperatur, & ob id ſpes illa promitti poteſt: ſic enim & iactum retis, & fructus futuri, & nondum nati uendi poſſunt, ut habetur in l. nec emptio, & ibi Gloſſ. ff. de contrahen. emp. & l. & quæ nondum. ff. de pignor. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus.

Quare eadem ratione, ſi quis præſentet quempiam ad titulum ſui beneficii, uel patrimonii, quo ordinibus ſacris initietur, ſimonia committitur, ſi, qui præſentantur, promittat præſentanti ſe nihil unquam de eo beneficio, patrimonioque petiturum: nam hoc expreſſum habetur in cita. cap. pen. & in eod. cap. per tuas 3. de ſimonia, etenim per huiuſmodi remiſſionem obligationis emitur præſentatio illa, quæ eſt præparatio ad ordinem ſuſcipiendum, & ob id quid annexum ſpirituali, ſicut etiam electio. Hoc autem locum habet, eſto præſentator hic ſimoniam ignoraret, ut dicitur in eod. ca. per tuas; Per tuas nobis literas intimaſti, dicitur enim ibi, quod cum D. lator præſentium uellet in ſubdiaconum ordinari; & certum titulum non haberet quendam presbyterum exorauit, ut ipſum ad Eccleſiæ ſuæ titulum præſentaret. Quod cum ille facere recuſaret, ipſe illi firmiter repromiſit, quod nunquam, ſi præſentaret eundem in eccleſia ſua, aliquam peteret portionem; & ſic ad præſentationem eius extitit ordinatus, nec ſe in hoc illicitum egiſſe aliquid intellexit, & infra, Nos inquis. t. r. r. quòd, niſi cum eo fuerit miſericorditer diſpenſatum, nec ad ſuperiores aſcendere, nec in ſuſcepto debet ordine adminiſtrare. Hæc ibi, ex quibus manifeſto propoſita concluſio habetur. Non igitur recte, & ſine ſimoniæ uitio ad ſuum patrimonium quis quendam præſentauit huiuſmodi pacto interueniente: eſto enim ſimoniachum eſſe illud ignoraret, minus tamen licitum ob ſurreptionem nouit. Et de quæſtione hac etiam ſatis ad quintum tranſeamus.

S V M M A.

1 *Examinatores eorum, qui ad ordines admittendi ſunt, ſimoniam committunt, ſi pretio ducti id muneris obeant, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Examinari debet is, qui ad ordines admittendus eſt.*

3 *Examinatores referentes ordinandum eſſe dignum, ut ad ordines admittatur, cum indignus ſit, ſimoniam committunt, ſi pretio ducti id faciant; ſicuti è contrario, ſi dignum indignum referant.*

4 *Dans quidpiam Epiſcopo ne quem eligat, ordinesúe ei conferat, ſimoniam committit.*

5 *Præſentans quem pecunia ad ordines ſimoniam committit.*

§. III.

1 Quinto † ſimoniam committunt examinatores eorum, qui ordinibus initiandi ſunt,
2 ſi ob id pretium uelint; † antequam enim quis ad ordines admittatur, diligens inquiſitio fieri debet in primis de eius uita, moribus, & ætate, ut habetur in cap. quando, diſt. 24. & in capit. cum in cunctis de elect. & in ca. unic. iunct. Gloſ. Rubr. de ſeruit. & ut ſanciuit Triden Synod. ſeſſ. 23. de reform. cap. 5. & capit. 7. Imo puniuntur, qui cõtra faciunt, ut habetur in §. quæritur, quid fieri debeat, & in cap. fin. ead. diſt. 24. quod munus, eſto olim eſſet Archidiaconi, ut dicitur in cap. ad hæc nos, & in cap. ut noſtrum, & cap. fina. de offic. Archid. & ut ſenſit Gloſſ. in cap. 1. de ſimonia in uerb. Miniſter, hodie tamen ad Epiſcopos id decernere pertinet. Si ergo Examinatores hi munus hoc pecunia ducti faciant, ſimoniam committunt, ut ſenſit Gloſſ. in cit. cap. primo, in uerb. Miniſter, & ſequuntur eam, ibi Abbas, Mar. Socin. Seni. ac DD. Idem dixit Sylueſt. in uerb. ſimonia, quæſt. 8. uerſicul. Quintum, ibi, Miniſter autem, & Archiepiſc. Florent. in 2. par. Sum. titul. 1. cap. 5. §. 56. uerſic. Miniſter autem: etenim hæc annexa ſpiritualibus ſunt, & ob id ſicut ſpirituale, ſi pretio tradatur, ſimonia committitur, ita & eius acceſſorium, ut habetur in eodem cap. 1. de ſimon. & facit. c. acceſſorium de reg. iur. libro 6. & cap. unic. de conſecrat. Eccleſ. uel alt. libro ſexto. Siue ergo magiſter, qui de moribus teſtimonium fert, ſiue examinatores, qui de ſciẽtia, pecuniam ob id uelint, ſimoniam

committent,ita Nauar in conſ.67.num,4.prope
finem de ſimon.lib.5.

3 Hoc autem multo magis locum habet,†ut ſi-
monia ab ipſis committatur,ſi ob pecuniam,in-
dignum quem norunt,cui ordines conferantur,
dignum referant,atque ſic habetur in cita. cap.
quando diſt.24.Si ergo,qui indignum, & minus
idoneum pro digno,& idoneo,muneriſue alicu-
ius cupiditate illecti, referant, donum ſpiritus
Sancti uendere conari dicuntur: ergo ſimoniam
committunt,nam hi ſimoniaci dicuntur, qui do
na ſpiritus Sancti vendere conantur, vt habetur
apud acta Apoſt.c.8.& in c.repetiuntur. 1.q.1.&
c.iudices ead.q.

Item è contrario ſimoniam etiam commit-
tunt,qui pretio corrupti quem dignum norunt,
indignum eſſe referunt,quo ab ordine amouea-
tur, argum.cap.2.& cap. nemo præsbyterorum
de ſimon.& in §.qui autem pecuniam accipiunt
cum ſeq. 1.quæſt, 1.eſt enim ſpirituale tempora-
li redimere,quantum in ipſis eſt,& ſic quodam-
modo emere,ſicut,qui dona ſpiritus Sancti uen-
dere conatur,quod tamen non poteſt, ut dicitur
4 in citat.cap.iudices.1.quæſt.1.† Quare ob ean-
dem rationem, qui Epiſcopo pecuniam tribuit,
ne quem eligat,confirmet, ſpiritualiaue alia ad-
miniſtret,ſimoniam committit,ut habetur in ci
ta.§.qui autem uiden.quod ſeptimo loco expli-
candum nobis propoſuimus.Simonia enim cō-
mittitur non ſolum ubi ſpirituale quid fit pecu-
nia,uerum etiam,& ubi emittitur ſpirituale, iti-
dem pecunia,ita per eum can.not.Ioa.de Anan,
in cit.c.nemo,in princ.

5 Tertio ſimoniam committit, † qui pecunia
etiam quem ad ordines præſentat argum.c.pen.
de ſimon. Caueant ergo miniſtri huiuſmodi,ne
temporali commodo æternam uitam ammit-
tant,arg.cap.Matthæus in fine de ſimo.Caueant
quoque,qui ordines ſuſcepturi ſunt,ne ſimonia-
ce ipſos acquirere conentur,ſimonia etiam com
mittitur,ſi quis pecuniam præſtat alicui, quo ei
faueat,intercedat,mediatorue ſit, ut Epiſcopus
ordinem ei conferat,ita Nauar.eod.conſi.67.&
uerſ.Et de quęſtione hac itidem ſatis,ad ſextam
tranſeamus.

S V M M A.

1 *Notarij ſimoniam committunt pro literis teſtimo-
nialibus ordinum,ſi quid exigant,quæ regula, quo-
uſque pateat,declaratur.*

2 *Notarij pro literis teſtimonialibus ordinum acci-
pere aliquid poſſunt, ſi conſuetudo non adſit,vt gra
tis dentur,& merces aliqua ipſis conſtituta nō ſit,
hoc autem eſt decima pars vnius auri.*

3 *Notarius ſimoniam committit, ſi ob id plus pro in-
ſtrumento recipit, propterea quod eſt inſtrumentū
ordinum,vel plus recipit, pro inſtrumento maioris
ordinis,quam minoris.*

§. IIII.

1 §. Notarii, ſeu publici ſcribæ † ſimoniam com
mittunt, ſi pro literis teſtimonialibus ordi
num aliquid exigant,nam quòd, qui ordi-
nes ſuſcepit,eos ſe ſuſcepiſſe probare debet,uel
prima tonſura ſit, ut id pluribus probauit Re-
buff.in Prax.benefic.in forma literarum tonſu-
ræ,nume.22,cum multis ſeq. ob eam rem nota-
rii, ſi quid pro huiuſmodi literis exigant, ubi
mercedem conſtitutam habent pro huiuſmodi
officio exercendo, conſuetudoue eſt, ut gratis
dentur,ſimoniam committunt,ut habetur in ca
pit.1.iunct.tradit.ibi a Panorm. & a DD. de ſi-
monia,& cap.1.ſeſſ.21.de reformat. apud Trid.
Synod. etenim præſumitur habito reſpectu ad
ipſos ordines pecuniam exigi. Idem dixit quo-
que Syluеſt.in uerb.ſimonia,quæſt.8.uerſ.Quin
tum,ibi,De notario autem.

2 Excipitur tamen,† ubi mercedem conſtitutã
non habent pro huiuſmodi officio exercendo,
& conſuetudo non eſt,ut gratis præſtentur, tunc
enim decimam partem unius auri accipere poſ-
ſunt,ut decreuit Trid.Synod.eod.ca.1.id, quod
pro inſtrumento ipſo,& ſumptibus, non habito
reſpectu ad ordinem præſtatur.

Secundo excipitur etiam, ſi plus daretur ſi-
ne pacto, nam tunc in foro interiori ſimonia nō
committitur,ut dixit Nauar.in Man. cap.23.nu
mer.102.uerſic. Vndecimo quod non commit-
tit, imo & in foro exteriori, ſi ultro quid offera-
tur poſt acceptas literas,id poſſe cenſeo,ut habe
tur in c.ſicut Epiſcopum.1.q.2.& facit c.tua nos
de ſimon.

Simoniam quoque publicus ſcriba commit-
3 tit,† ſi pro inſtrumento ordinum plus recipit
ob id,quod probationem ordinum habet, ſicut
etiam,ſi plus recipit pro inſtrumento, ſeu literis
maioris ordinis,quam minoris, ita Nauar. eod.
uerſ.ibi,Notarium autem,nam hęc uera, & non
præſumpta ſimonia eſt,ex quo ſpirituale tempo
rali uendit.

Pro ſigillo etiam, quo literæ huiuſmodi fir-
mantur,ſeu ipſis appenditur,nihil peti poteſt,ſi-
cut nec etiam pro alia quacunque cauſa, ut Na-
uar.reſpondit conſil.2.libro 5. de ſimonia, nam
ait ſecretarium Cardinalis collatoris Romæ
non poſſe tuta cōſcientia pro ſubſcriptione Bul-
læ, & ſigilli impoſitione ſcutum accipere,quan-
doquidem,& Trident.Synod. id uetat, & anti-
quo iure habetur apud eandem Trid.Synod.eod.
cap.quod hic ponendum cenſuimus. Quoniam
ab Eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpicio
abeſſe debet,dicitur enim ibi,& cætera. Ecce hic
multa ad rem noſtram pertinentia. Primum,&
cætera. Sed iam ad ſeptimam quæſtionem tran-
ſeamus.

S V M M A.

1 *Simoniam non committit, qui ordinem conferenti pecuniam tribuit, ne per ſimoniam ordinem conferat.*

§. V.

1 Septima quæſtio eſt,† an tribuens pecuniam Epiſcopo, ne ſimoniace ordines conferat, ſimoniam committat. Hanc quæſtionem ponunt DD. in capit. cum in Eccleſiæ de ſimon. & eam diſputauit Bartholom. Brixienſis. q. 74. in tit. de ſimon. Videbatur igitur dicendum ſimoniam committi: cum ex parte Epiſcopi, tum ex parte dantis. Ex parte Epiſcopi, quoniam ex ſuo officio hoc facere tenetur, ergo ſimoniam committit, argu. cap. 1. de ſimon. Ex parte vero dantis, quoniam, qui dat pecuniam, vt pro ſe iuſta ſententia detur, punitur, vt dicitur in leg. 2. ff. de cond. ob turp. cauſ. Quid igitur concludendum? Brix. in ead. quæſt. concludit ſimoniam ex parte accipientis, & non ex parte dantis committi: ſequitur eum Gulielm. Redoan. in Tract. de ſimon. 1. par. cap. 8. numer. 9. verſ. Imo, quod plus etiam videtur. Hanc ſententiam DD. communiter ſequuntur, vt teſtantur Abb. & Mar. Soc. Sen. in eod. cap. cum in Eccleſiæ in fine. Ego autem neutrum ſimoniam committere cenſeo. Non dantem; nam, ſi qui pecuniam dat, vt ordines ſimoniace conferantur, ſimoniam committit; è cõtrario, qui dat, ne ſimoniace conferantur, ſimoniam non committit; ex quo vbi vnum contrarium malum eſt, alterum bonum eſſe conſequitur, argum. cap. hoſpiciolum, & ibi Gloſſ. diſ. 32. Nec repugnat cit. l. 2. nam ea locum habet, vbi ageretur de intereſſe tertii, quod hic ceſſat. Non etiam ipſe accipiens, ſeu Epiſcopus, quandoquidem pro ſimonia non committenda accipit, & ſic animum habet potius abſtinendi ſe à venditione ſpiritualis, quam vendendi; at ſimoniam non committit, qui animum non habet vendendi ſpirituale, eſt enim ſimonia ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi ſpirituale, ut diximus in initio huius operis; ergo nec ipſe ſimoniam committit: iniuſte tamen accipit, & ob id peccat, & ad reſtituendum acceptum tenetur: qui. n. aliquid accipit, ut bonum faciat, quod debet, tenetur ad reſtitutionem, ſicut iudex, qui accipit aliquid, ut recte iudicet; & fur ne furetur, & depoſitarius, ut reddat depoſitum, ut habetur in le. 2. & 3. & in l. fin. ff. de condit. ob turp. cauſ. & ſenſit Nauar. in Man. ca. 17. num. 31. uerſ. Non obſtat. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſemus: iam ad octauam ueniamus.

S V M M A.

1 *Ianitori Epiſcopi dans aliquid, quo facilem aditum ad Epiſcopum habeat, an ſimoniam committat.*

2 *Familiaribus Epiſcopi dans aliquid, quo ei faueant ad beneficium, ordinemque conſequendum, ſimoniã committit.*

§. VI.

1 Octaua quæſtio eſt,† an ſimoniam committat, qui Ianitori Epiſcopi aliquid tribuit, quo facilem aditum ad Epiſcopum habeat pro ordine, beneficioque conſequendo. In qua quæſtione breuiter concludimus ſimoniam ab hoc non committi, ita enim inquiunt Syluest. in uerb. Simonia, quæſt. 8. uerſ. Quintum, ibi, Adde tertio ſecundum Veru. & Angel. eod. 3. num. 25. Idque iure merito, nam ſe habet hic dans pro hac re, ſicut, qui tribuit ſacerdoti aliquid, quo eat aliquo ad diuina facienda, qui ſimoniam non cõmittit, ut ſupra uidimus: etenim ianitoris huius munus non eſt quid ſpirituale, siue annexũ, ut per ſe patet. atq; ſic in ſimili concluſit Nauar. conſil. 54. de ſimon. libr. 5. nam ſimoniam eum non commiſiſſe dixit, qui famulo cuiuſdam miniſtri Papæ 4. aureos, & alia munuſcula dedit, quo dictum miniſtrum memorem mandati faceret.

Excipitur tamen, ubi daret, quo ei apud Epiſcopum faueret in beneficio ordineue conſequẽdo: tunc enim committitur ſimonia, ut dixit Syluest. ibid. ut qui dederit mediatori, atque ſic habetur in cap. ſi quis Epiſcopus. 1. q. 1. & ut dixi-
2 mus ſupra de proxeneta, ac Nauar. eo. tit.† Quare, qui familiaribus Epiſcopi aliquid tribuit, ob eandem rationem ſimoniam committit, quod & explicandum nobis propoſueramus: Sed de ſimonia, quæ in ſuſceptione ordinum committitur hactenus, ad ſimoniam tranſeamus, quæ ordinis functionibus exercendis, committitur, id qđ in ſequenti capite præſtabimus.

De functionibus ordinum materia propria circa quam ſimonia. Cap. XLIII.

S V M M A.

1 *Functiones ordinum materia propria circa quam ſimonia ſunt, id eſt ſunt actiones, circa quas ſimonia committi poteſt.*

2 *Functionibus ordinum obeundis pretij nomine nihil recipi debet, alioquin ſimonia committitur.*

3 *Ordines tam de ſententia theologorum, quam de ſententia Iuriſpontificij interpretum quot ſint.*

1 FVNCTIONES ordinum quoque† materia propria circa quam ſimoniæ ſunt, id eſt ſunt actiones, circa quas ſimonia committi poteſt; Nam functiones huiuſmodi pendent, & proficiſcuntur à poteſtate ordinum, at ordinum poteſtas ſpiritualis res eſt, circa quam ſimoniã committi poteſt, ergo & functiones

ab ea proficiſcentes, & ob id circa ipſas ſimonia committi,eiuſque materia eſſe poteſt, atque ſic ſentiunt DD.S.Thom.& Syl.qui eũ refert in uer. Simonia,q.9.& Angel.eod.num. 1.uerſic.Tertiò accipitur ſpirituale.Secundò facit,quoniam functiones huiuſmodi miniſteria Eccleſiaſtica ſunt, vt per ſe patet,at pro miniſterio Eccleſiaſtico exercendo ſimonia committitur pretio dato, ut dicitur in cap.ad noſtram de ſimon. Mandamus, dicitur enim ibi,quatenus pro miniſterio Eccleſiaſtico exercendo,ſeu pro uicariis aſſignandis, ſeu pro chriſmate nullatenus pecuniam exigatis. Ecce hic pro miniſterio Eccleſiaſtico exercẽdo pecuniam exigi non poſſe,argum.ſumpto à titu. ſub quo canon ille collocatus eſt,iuxta quem in

2 telligi debet. † Si ergo pro miniſterio eccleſiaſtico exercendo ſimonia committitur pecuniam exigendo,& pro functionibus huiuſmodi eadem ratione obeundis,(ex quo miniſteria eccleſiaſtica ſunt) ſimonia committitur, & ob id materia ſunt,circa quam ſimonia committi poteſt. Poſtremo ordinem conferre,ſponſos benedicere,eccleſias conſecrare,iuſta mortuis facere,ideſt exequias,ſunt functiones partim ordinis ſacerdotii, partim Epiſcopatus,vt habetur in cap. 1.d. 25.& infra ſigillatim id uidebimus, at ſi pecunia pro ipſis exigatur,ſimonia committitur, vt habetur in cap.1.& in c.quoties,& in c.cum in eccleſiæ,& in c.ſuam cum ſimil.de ſimon.ergo pro functionibus ordinum,ſi quid pretii nomine exigetur, ſimonia committitur, & ob id ſimoniæ materia ſunt.

Nihil ergo pro huiuſmodi functionibus obeũdis exigi debet, alioquin ſimonia committitur, argum.eorum iurium, quę proxime citauimus, & ut dixit Gulielm.Redoan.de ſimon. 3.p.cap, 18.num. 1.uerſic.Circa quæ pro declaratione:nã ibi & generaliter de officiis diuinis agit,& de aliquibus ſpeciatim,& ait ſimoniam committi,ſi ꝑtio fiant,idem aſſeruit Dom.Sot.de iuſtit. & iur. li.9.q.6.art.2.cõcl.2.uer. Poſterior uendere,aut emere:nam ibi ait ſimoniachum eſſe uẽdere id, quod in huiuſmodi actibus ſpirituale eſt,ergo nihil pro ipſis recipi nomine pretii poteſt.Verum, quo rem hanc dilucidiorem,& abſolutam magis habeamus, in ſingulorũ ordinum functionibus, qua ratione ſimonia committatur, contemplemur,præmiſſo prius quot ordines ſunt.

3 Ordines igitur † de theologorum ſententia, & S.Thom.in 3.p.Sum.q.37.art.2.qui ipſos contemplamur reſpectu habito ad Sanctiſſimũ Chriſti Corpus tam conficiendum,quam adminiſtrãdum ſeptem ſunt,quatuor minores, ſcilicet hoſtiariatus,lectoratus,exorciſtatus,accolythatus, tres maiores,ſcilicet ſubdiaconatus,diaconatus, & præsbyteratus.De ſententia uero Iuris pontificii interpretum,& Abba.in ca.cum contingat de ætat.& qualita.& c.1.de ordinat.ab Epiſcop. qui renunciau.Epiſcop.qui & ad Chriſti corpus, miſticum reſpectum habent,nouem ſunt, addũt enim ad ſeptem propoſitos primam tonſuram, & Epiſcopatum,quos ordines eſſe aſſerimt ob iura proxime cit. Quo ad rem noſtram vero, quoniam in omnibus ordinibus ſimonia committitur,ob eam rem ſecundam opinionẽ ſequemur, & ſingulorum ordinum functiones, qua ratione ſimoniacæ fiant,contemplabimur, initio facto à minoribus ordinibus, ſcilicet à prima tonſura, & ab hoſtiariatu, & ſic deinceps, id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Hoſtiariatus ordo quid ſit.*
2 *Hoſtiarij munus eſt eccleſia,& eorum quæ in eccleſia ſunt,curam gerere.Excõmunicatos notorios, denunciatoſue,ne diuinis interſint,ab eccleſia excludere,&*
Interdictos etiam,id eſt eos, quibus in eccleſiam ingreſſus interdictus eſt,&
Infideles,& qui omnino credere nolunt, &
Fideles etiam,& chriſtianos, qui diuina dum fiunt, perturbant.
3 *Hoſtiarius ſimoniam committit,ſi pro ordinis ſui functionibus,qua talis eſt,pretium accipit,quæ regula, quouſque pateat,declaratur.*
4 *Hoſtiarius pecuniam accipiens,propterea,quod in aliqua eccleſia ſuum munus exercet,quando ſimoniam non committat.*

§. I.

§. Quoniam in ſingulorum ordinum functionibus,quando ſimoniam committi cõtingat, contemplandum nobis propoſuimus, ob eam rẽ de Hoſtiariatus ordine prius agamus,(de prima enim tonſura nihil eſt,quod dicamus,quãdoquidem eius functiones nullæ ſunt, quæ exerceantur, cum per eã in clericorũ numerũ quis tñ adſcribatur, & ad ſuſcipiẽdos ordines paretſ, ſicuti catechiſmo, & exorciſmis ad baptiſmũ,& ſponſalibus ad matrimonium, vt tradidit Catechiſ.Romana De ordine, ubi de prima tonſura agit uerſicu.Incipiendum eſt autem à prima tõſura)De Hoſtiariatus igitur ordine,inquam agamus.Verum,vt dilucidior id fiat,de ipſo hæc cõtemplabimur.Primum quid ſit.Deinde,quæ ipſius functiones ſint.Tertiò,quando in ipſis ſimonia committatur.

1 Quoad primum igitur † Hoſtiariatus ordo,eſt ordo,quo poteſtas ipſi ſuſcipienti traditur, ut ex officio ea,quæ in eccleſia ſunt,cuſtodiat,& in eãdem fideles recipiat, infideleſque excludat, ut colligitur ex cap,1.§.fin.d.21.& c.1.§.ad hoſtiarium,d.25.& ex c.hoſtiarius d.23.& ex ead. Catech.eod.ibi,Poſt primam tonſuram,& ex dictis à S.Thom. 3.p.Sum.in fin.q.37.art.4.

2 Quoad ſecundum uero † primum eius munus eſt,quæ in eccleſia ſunt,cuſtodire,ut in cit.iurib. habetur.Secundò loco infideles,ideſt, qui omnino credere nolunt, ab eccleſia excludere,& præſertim,vbi diuina fiunt: nam nec ipſa ſuſcipere ipſis licet,vt dicitur in allegat.iuribus, & ut tradidit S.Thom.in ead.q.artic,2.in reſolu.ibi,Triplex eſt autem genus immundorum Iudęi ergo,

Turcæ,

Turcę,& infideles excludi debent. Excipitur tamen, vbi ad concionem venirent, tunc enim eis id licet,modo,ne ueniant, vt religionem noſtram derideant,argum.cap. Epiſcopus nullum iunct.Gloſſ.de conſecr.d.1.Item eius munus eſt excommunicatos notorios,denunciatoſue ab eccleſia,dum diuina fiunt,& ne diuinis interſint,excludere,ut habetur in eod.c.1.§. ad hoſtiarium, d.15.& ſenſit Gloſſ.in cit.ca.1.§.fin.d.21.iuncta extrauag.ad euitanda,nam,ex quo ad ipſum pertinet recipiendos recipere,& excludendos,excludere,plane & hos excludere debebit, tum quòd ſacramentorum,& Chriſti fidelium communione priuati ſunt,vt habetur in cap.pen.de ſent.ex comm.tum quòd ipſis præſentibus diuina fieri nequeunt,vt probauimus,in Tract.noſtro de Cẽſuris.Tertiò interdictos etiam,quibus in eccleſia aditus interdictus eſt,excludere debet: nam nec in eccleſiam ingredi poſſunt, & ſi ingrediantur, ſunt excludendi, ut id diſputauimus in Tracta. De cenſuris Tab.5.cap.16.§.1.Quod etiam locũ habet,ubi vel notorii, vel denunciati ſunt tales ob extrauag.ad euitanda.Quartò ad eorum etiã officium ſpectat eos excludere, qui quacunque ratione impediunt,ne diuina commode, ac qete fiant,arg.c.veniens de ſent.excomm. Eſto igitur,nec excommunicati, nec interdicti ſint,imo etiam ſi clerici,excludi ab hoſtiario debent,ſi ratione quapiam perturbent diuina officia, nec in excommunicationem incidet,ſi clericos inde expellat,vt habetur in cit.cap.ueniens, etenim omnes ordines ſacerdotio inſeruire debẽt,ita vt functiones eius in eccleſia commode,& ſine perturbatione fiant,& de hoc ſecundo ſatis.

3 Quoad tertium, † quod in primis explicandum nobis hic propoſueramus concludendum eſt,qui ordinis huius functiones ex officio, & vt clericus talis pretio ductus obit,ſimoniam committere. Id quod probatur primò hac ratione, quoniam facultatem hanc, & poteſtatem exercet vi ordinis,quem ſuſcepit, ergo ſimoniam cõmittit,ordo enim hic ſpiritualis res eſt, & ob id functiones eius ſpirituales. Secundò facit,quoniam de his loquens Deus ꝑ Malachiam c.1.diſplicere huiuſmodi functiones ſibi ſignificat, Quis eſt,inqt enim ibi,in uobis,qui claudat hoſtia,& incendat altare meum gratuito?ideſt gerat officium hoſtiarii,ut ait ibi,Glo.non eſt mihi uoluntas in uobis dicit Dominus exercituum, & munus nõ ſuſcipiam de manu ueſtra. Ecce hic functiones hmõi Deum ob p̄tiũ aſpernari, & ei diſplicere, ergo hac quoque ratione ſpirituale hoc eſſe,vel ei annexum,& ob id ſimoniam committi,ſi pretio interueniente fiat,atque ſic ſenſit Gloſſ.ibi,in uerb. Qui claudat, ſicut etiam Gratianus ibid.qui autoritatem prædictam ad conuincendum quem ſimoniachum eſſe allegat. Poſtremò facit,quòd functiones huius ordinis quis exercendo eccleſiaſtica miniſteria exercet, hoc negari non poteſt;ergo ſimoniam committit p̄tium ob eas accipiendo:nam ſimoniam committit,qui miniſteria eccleſiaſtica pretio ductus exercet,vt dicitur in cap.ad noſtram de ſimon.

4 Excipitur tamen primò, † vbi quis non ut talis clericus, & ſic non ex officio eius ordinis, ſed vt laicus ea munera obit, tunc enim, ſi quid pretii nomine pro ipſis functionibus exercendis accipit,ſimoniam non committit:nam nec irregularis efficitur laicus,qui epiſtolam,ubi cõſuetudo eſt,canit.

Item excipitur,vbi id,quod accipit,pro ſe ſuſtentando accipit,vel quod omiſſis ſuis negociis ei muneri inſiſtit, & ſic ob ſuum intereſſe ſicut etiam,vbi quid ſponte offertur, vel ex laudabili conſuetudine,& ad ſummam omnes caſus excepimus, in quibus ſimoniam non committi antea diximus.Conueniri ergo poterit clericus hoſtiarius cum ſacerdote,vt tantum in menſem ei tribuat, quo obliget ſe ad eas functiones in ſua eccleſia exercendas,hac etenim ratione capellanum,quis conducit ad parochiam gubernandã ſine ſimonia,hac ratione vicarium conducit epiſcopus ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam exercẽdam,vt ſentiunt DD.Innoc.& Abba.in ca.1.ne prælat.vic.ſuas.Aliàs igitur ſimonia committitur, ſicut etiam ſimoniam committit clericus, qui officium hoc in aliqua eccleſia uendit,emitque,vt dixit cit.Gloſſ.quo claudat hoſtia. Non ſolum ergo ſimoniam quis committit,qui curat ordinem hunc ſibi per pecuniam conferendum, uerumetiam,qui poſtquam eum ſuſcepit, pecunia munus hoc exercet, vel functiones, vt vidimus:ſed de hoſtiariatus ordine ſatis,ad lectoratus ordinem iam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Lectoratus ordo quid ſit.*

2 *Lectoratus functiones quænam ſint.*

3 *Lectoratus ordini initiatus functiones ſuas exercẽs quando ſimoniam committat.*

4 *Pauper petens eleemoſynam ab aliquo,has, vel illas preces pro ipſo ad Deum ſe facturum pollicens,an ſimoniam committat.*

§. II.

§. Tertius ordo lectoratus eſt,de quo eadẽ, quæ de hoſtiario cõtemplemur,ſcilicet quid ſit, quę functiones eius, & quando in ipſis ſimonia committatur.

1 Quoad primum igitur † Lectoratus hic, de quo agimus,eſt ordo,quo traditur poteſtas legẽdi clara uoce,& diſtincte ex officio in eccleſia ueteris,nouique teſtamenti libros, vt colligitur ex cap.1.§.lectores d.21.& ex capit. lector d.23.& ex cap.1.§.ad lectorem d.25.& ex traditis à San. Thom.in 3.p.Sum.q.37.artic.2.in reſpon.uerſic. Triplex autem eſt genus immundorum,& ex Catech.Romana De ordine, ibi,Secundus ordinis gradus. Ex quibus etiam apparet, vnde dictus ſit.

2 Quoad ſecundum, †eius munus eſt,ut ex dictis patet alta,& clara voce,& diſtincte libros veteris,nouique teſtamenti legere.Hinc, ubi ordo

hic

hic confertur Epiſcopus ei librum tradens, quo deſcripta ſunt, quæ ad hunc ordinem pertinent, ſic inquit Accipe, & eſto verbi Dei relator, habiturus, ſi fideliter, & vtiliter compleueris officiũ tuum partem cum iis, qui verbum Dei bene miniſtrarunt ab initio, ita refertur in ead. Catechi. & in cit. ca. lector. Ad ipſum ergo, ubi matutinæ preces recitantur nocturnorum lectiones recitare pertinebit: ſicut in aliis horarum canonicarũ precibus capitula, & in officiis mortuorũ lectiones illæ Iob. necnon martyrologium; nam hæc partim ueteris, partim noui teſtamenti res continent, vel ad ipſa pertinentia, ut cuiq; uel mediocriter in his ſtudiis uerſato notiſſimum eſt. Alterum etiam eius munus olim erat, ut inquiũt idẽ S. Thom. & Catech. ibid. vt ſcilicet christianæ religionis prima rudimenta fidelibus traderet, ut ſymbolum apoſtolorum, decalogum, orationem dominicam, ſalutationem angelicam, necnõ Eccleſiæ præcepta, & alia huiuſmodi, quod tamen munus parochi nunc exercent de præcepto Triden. Synod. ſeſſ. 24. de reform. c. 4.

3 Quo ad tertium, † qui pretio ductus hæc munera, & has functiones exercet, ſine dubitatione concludendum eſt hunc ſimoniam committere; Nam, præterquam quod hic exercet munus, & miniſterium eccleſiaſticum, quo caſu, ubi pretium accipit, ſimoniam committit, ut habetur in c. ad noſtram de ſimoni. Item præterquam quod officium ordinis exercet, qui eſt res ſpiritualis. Accedunt duo, quæ ſimoniam committi omnino probant. Primum, quod qui lectiones has recitat in eccleſia, partem diuini officii recitat: (nõ enim quis inficiari iure id poteſt,) at, qui pretio ductus partem diuini officii recitat, ſimoniam committit, arg. cap. cum in eccleſiæ, & c. ſuam nobis, & c. ad apoſtolicam de ſimon. ibi enim prohibetur, ne pro exequiis mortuorum faciendis, & ob id ne pro diuinis officiis obeundis pretii nomine quicquam exigatur, alioqui in ſimoniachorum pœnis afficitur: ergo idem, etſi pro parte, ut in caſu noſtro, tum quod eadem ratio, quæ in toto eſt, & in parte uiget, nõ enim plus uenale pars quam totum eſt diuinorum officiorum: ergo & eadẽ iuris diſpoſitio eſſe debet, arg. l. illud. ff. ad l. aquil. & c. cum dilecta de confirma. util. uel inutil. tum quod ualet argumẽtum de toto ad partes, & è contrario, arg. l. quæ de tota ff. de rei uendi. Ex quo igitur pro toto officio diuino pecuniã exigẽs quis ſimoniam committit, idem, etſi pro parte. Poſtremo, quoniam diuini officii partem recitans agit id, quod per ſe ſpirituale eſt, uel à Deo, uel ab Eccleſia inſtitutum ad animarum ſalutem, (huc enim uetus, nouumque teſtamentũ ſpectãt,) ergo hac quoque ratione pecuniam exigens ſimoniam committit. Quare ob id ſimoniã committet, ſi precio ductus id faciat, eſto non ut clericus talis, & ſic non ex officio, ſed ut quiuis laicus ea recitet, quandoquidem, ex quo per ſe ſpiritualis res eſt, à quocũque uenalis reddatur, ſimonia committitur, atq; ſic dixit Gabri. Byel. diſt. 15. q. 2. dub. 7. uerſ. à ſimili lib. 4. etenim, & laicus baptiſmum adminiſtrans, (quod aliquando poteſt, ut habetur in c. conſtat de conſecr. di. 4. & in c. diaconos. diſt. 93.) ſimoniam committit, ſi pro eo adminiſtrando pretium accipiat, id quod non aliunde fit, quam quod baptiſmus per ſe ſpiritualis res eſt, & ob id nõ uenalis, ergo idẽ & hic. Quare pueri laici, qui in mortuorum officiis lectiones illas S. Iob. publice recitant, atque canunt, ſi pretio ducti id faciant, ſimoniam committunt.

Verum an ſimoniam committunt, qui curant ob id, quod plus tribui ſolet iis, qui eas lectiones in funeribus recitant, ut munus illud ſibi mandetur? nullo tamen ad hoc pretio dato? eſſet enim tunc ſimonia manifeſta. Plane ſimoniam non committi cenſeo, ſed auaritiæ notam ſubiri, non enim tacito, expreſſeue paciſcuntur de pretio, nec uendere ea ſpiritualia in animo habent, ſed ſolum reſpectum habent ad conſuetudinem, quę pia eſt, & ab Eccleſia approbata. Qua ratione, & qui ob id, dum mortuorum officia fiunt, miſſę ſacrum facienti inſeruire ſtudet, propterea quod huiuſmodi inſeruientibus dari aliquid plus conſueuit ſimoniæ crimen euadunt, Imo ſi eo, quod dari ſolet, tanquam inuitamento quodã ad Deo inſeruiendum utantur, merentur, ſicut etiam clerici inuitati diſtributionibus quotidianis alacrius, ac libentius ad diuinas preces perſoluendas accedunt, & magis, magisque inflamantur, quod licet, & ob id ab Eccleſia approbantur in collegiatis eccleſiis, imo, ubi non ſunt, Trid. Synod. ſeſſ. 21. c. 3. de reform & ſeſſ. 22. ca. 3. de reform. ſanciuit, ut conſtituantur, etenim & ſanctiſſimus ille Dauid Inclinaui cor meum, inquit, ad faciendas iuſtificationes propter retributionem. Non ergo & hi ſimoniam committent.

4 At quid † de pauperibus, qui ad ualuas Eccleſiæ commorantes præſertim feſtis diebus eleemoſynam petunt, pollicendo dantibus pro ipſis uel ſeptem pſalmos, uel alias pręces ſe recitaturos, an ſimoniam committent? Paſſim enim id fieri uidi. Ego hos ſimoniam non committere cenſeo, tum quod non paciſcuntur, ut tantum ꝑ precibus ipſis detur, quod ſimoniam facit, cum ſpiritualia pure tribui debeant, ut habetur in capit. ſi. de pact. & in cap. quam pio. 1. queſt. 2. tum quod non pro pretio petunt, ſed ut gratis ſibi detur, & pro eleemoſyna propter Deum, quod licet. Nec repugnat, quod polliceantur poſtea ſe preces illas recitaturos pro illis, nã illud faciunt, ut ſe gratos futuros oſtendant, qua gratitudine Christi fideles magis inuitentur ad ęis benigne faciendum, largioremue eleemoſynam præbendam. Gratis igitur petunt, ut ſibi aliquid detur, & gratis dant, quod promittunt. In ſimoniæ igitur crimen hi non incidunt, quamobrem multi pauperes his rationibus excuſantur, ſed de ordine hoc ſatis, ad alium tranſeamus.

S V M M A.

1 *Exorciſtatus ordo quid ſit.*

2 *Exorci-*

2 *Exorciſtatus ordinis functiones quænam ſint.*
3 *Exorciſtatus functionibus exercendis quando ſimonia committatur.*
4 *Exorciſta quando ſimoniam committat exorcizando.*

§. III.

Quartus ordo Exorciſtatus eſt,de quo etiam quid ſit,& quæ functiones eius, & quando ipſis functionibus obeundis ſimonia committatur,contemplemur.

1 Quoad primum igitur † Exorciſtatus eſt ordo,quo poteſtas traditur expellendi dœmones Chriſti nomen inuocando,vel quo poteſtas traditur inuocandi nomen domini ſuper obſeſſos à demonibus,quo per ipſum adiurati,ideſt perterrefacti,exeant,ita colligitur ex cap. 1.§.exorciſtę d. 21.Exorciſtæ,dicitur enim ibi,ex græco in latinum adiurantes,ſiuę increpantes vocantur,inuocant enim ſuper catechumenos,vel ſuper eos,qui habent ſpiritum immundum nomen Domini Ieſu,adiurantes per eum,vt egrediatur ab eis. Hæc ibi,ex quibus patet poteſtatem dictam hoc ordine tradi.Idem colligitur ex c.exorciſta di. 23. & c.1.§.ad exorciſtam d.25.& ex Catech. Romana de ordine uerſ.Tertius eſt ordo.& ex dictis in ſupplem.ad S.Thom.in 3.p.Sum.q.37.ar.2.in reſol.ibi,Triplex autem eſt genus immundorum.

3 Quoad ſecundum,†ordinis huius functiones duę ſunt,quarum prima eſt exorciſmis expellere dœmones è corporibus , in quæ ingreſſi ſunt, ut ex dictis conſtat.Secunda eſt cohibere vim dœmonum eadem ratione , quo ad eos, qui baptiſmum ſuſcipere volunt,ne ab ipſis impediatur eorum ſalus , quamobrem baptiſmum ſuſcepturi ſunt,nam eſto in eorum corpora ingreſſi nō ſint, vt in priori caſu,tamen,quòd ante baptiſmũ dœmon in homine aliquam poteſtatē habet ex hoc ipſo,quod ſubditur originali peccato, vel etiam actuali,ob eam rem,ne ipſę humanæ ſalutis perpetuus hoſtis ſalutem impediat,quæ per baptiſmũ tribuitur,exorciſmis huiuſmodi cohibetur, & expellitur,ita dixit S.Thom.in 3.p.Sum.q.71. ar.2.in reſol.Hæ igitur functiones huius ordinis duę ſunt.Quare,dum ordo hic confertur,Epiſcopus librum,in quo exorciſmi continentur,ei porrigens,cui unlt ordinem hunc conferre, ſic inqt Accipe,& commenda memorię,& habeas poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos (id eſt à dœmonibus vexatos)ſeu baptizatos,ſeu catechumenos,ita habetur in cit.ca.exorciſta,& apud Catech. ibid. Non ſolum igitur baptizati, qui dœmonibus opprimuntur, uerumetiam, & non baptizati huius ordinis functionibus liberari queunt.Et de hoc ſecundo ſatis.

3 Quoad tertium†quando ſcilicet ſimonia cōmittatur functionibus huiuſmodi exercendis,cōcludendum eſt tunc ſimoniam committi,ubi ꝑtio ductus functiones prædictas quis exercet. Tũ quòd eas exercendo eccleſiaſticum miniſterium exercet,quo caſu,ſi pecuniam quis exigat, ſimoniam committit,vt habetur in ca.ad noſtram de ſimon. Tum quod exorciſmi ipſi,quibus munus hoc exercetur ,ab Eccleſia inſtituti ſpirituales ſunt, & ob id ſine ſimoniæ vitio alienari pretio nequeunt,vt mittam eam poteſtatē, quæ eſt res ſpiritualis,ab ordine proficiſci. Si ergo exorciſta pro expellendis à corporibus obſeſſis dœmones, ſi ſacerdos dum baptiſmum adminiſtrare vult,pro exorcizando baptizandum,pecuniā exigant,ſimoniam committunt .

4 Excipitur tamen,†vbi quidpiam non ob exorciſmos obeundos,ſed vel ob ſe ſuſtentandũ, uel ob ſumptus,quos facit,ut eas functiones quis exerceat,petitur:nam,quòd tunc non pro exorcizādo,ſed pro re alia non ſpirituali petitur, ſimonia non committitur.Vocatus ergo quis, vt eat aliquo ad exorcizandos à dęmone oppreſſos,licite ſumptus itineris petet,licite de ipſis conueniet, imò, quòd ſua negocia omittere cogitur, licite pro ſuo intereſſe aliquid petere poterit,modo aliàs ad id obligatus non ſit, etenim hac ratione & capellani ad parochiæ alicuius curam uocati licite de mercede paciſcuntur,vt dixit Inn. in c. 1.ne prælat.uic.ſuas.Multo magis licebit exorciſtis accipere,ſi quid vltro gratis offeratur, & dono detur,quod fieri ſolet. Atqui de hoc ordine itidem ſatis,ad alium tranſeamus.

S V M M A.

1 *Acolythatus ordo quid ſit.*
2 *Acolythatus ordinis functiones quænam ſint.*
3 *Acolythatus functionibus exercendis quando ſimonia committatur.*
4 *Clericus inſeruiens ſacerdoti miſſæ ſacrum facienti an ſimoniam committat, ſi de pretio conueniat.*

§. IIII.

Quintus ordo Acolythatus eſt, de quo eadē, quæ de prioribus ordinibus,cōtemplemur. Quid ſit,quot eius functiones,& quando in ipſis ſimonia committatur.

1 Quoad primum igitur†Acolythatus eſt ordo, quo traditur facultas,vt ex officio lumina ad miſſæ ſacrificiũ paret, & urceolos, quibus uinum,& aqua in ſacrificio miniſtratur,ſubdiacono accōmodet,ita habetur in c. 1.§.Acolythi d. 21. & in ca.acolythus d. 23.& in ca. 1.§.ad acolythum d. 25.& Catech. Rom.de ordine uerſ. Acolythus, & ad ſuppl.S.Thom.q.37.art.2.in reſpon. uerſi. Tertiò eſt miniſterium.

2 Quoad ſecundum,†eius functiones ex allegatis colligi poſſunt:nā primo eſt lumina ad miſſæ ſacrificium parare,& deferre præſertim,ubi euāgelium legitur,quamobrem factum eſt,ut hi miniſtri ceroferarii dicti ſint,ut habetur in cit. c. 1. d. 21.Acolythi græce dicitur enim ibi,latine ceroferarii dicuntur,a deportandis cereis,quando legendum eſt euangelium,aut ſacrificium offerendum , tunc enim accenduntur luminaria ab eis,& deportantur non ad effugandas tenebras dum ſol eodem tempore rutilat , ſed ad ſignum lætitię demonſtrandum,vt ſub typo luminis cor

potalis

poralis illa lux oſtendatur, de qua in euangelio legitur, Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum. Ecce hic ordinis huius functio vna deſcribitur, ſcilicet luminū paratio, dum miſſę ſacrum celebratur. Hinc Epiſcopus, poſtea quam ordini initiandum officii ſui diligenter admonuit, lumina eorum ſingulis tradens, ſic inquit, Accipe cæroferarium cum cæreo, & ſcias te ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari in nomine Domini, ita habetur apud Catech. ibid. & in cit. c. accolythus d. 23. Altera functio eſt parare urceolos, quibus vinū, & aqua in ſacrificio miſſę adminiſtratur, & ob id Epiſcopus tradens initiando huic ordini urceolos uacuos, ſic inquit Accipe urceolos ad ſugerendum vinum, & aquā in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti in nomine Domini, ita habetur ibid. apud Catech. & in eo. c. acolythus, vbi etiam Tur. Crem. in traditione characterem imprimi ait. Et quoniam accolythi eos urceolos ſubdiaconis tradūt & ipſos ſequuntur, vt eis inſeruiant in miſſæ ſacrificio, ſicut etiam ipſis diaconis, ob eam rem acolythi dicti ſunt græce, quod latine ſignificat ſectatores, ductum eſt enim uerbum hoc a uerbo græco ἀκολουθέω, quod ſignificat ſector: nam ſectātur miniſtros maiores, videlicet ſubdiaconos, & diaconos, vt ipſis inſeruiant.

3 Quoad tertium, † pro certo habendum eſt, ſi p̄tio ducti functiones has exerceant, ſimoniam ipſos committere, quandoquidem hoc eſt exercere eccleſiaſticum miniſterium, vt per ſe patet, qđ ſi pretio interueniente fiat, ſimonia cōmittitur, ut habetur in c. ad noſtram de ſimon. præſertim cùm à poteſtate ordinis functiones huiuſmodi emanant. Excipiuntur tamen caſus excepti in ordine Hoſtiariatus, excepti enim ibi, & hic locum habent.

4 Verum quid † de puero, qui paciſcitur cum ſacerdote, vt tantum in annū, vel menſem, uel hæbdomadam ipſi tribuat, quo, dum miſſæ ſacrum facit, ei inſeruiat, an hic ſimoniam committit? Simoniam non committi concludo, tum quod nō conuenit pro ea functione inſeruiendi in miſſæ ſacrificio, ſed, p ea obligatione, qua tenetur omnia alia omittere, quo ad ei inſeruiendum eat, tū quod ſe habet, ſicut capellanus, qui conducitur ad parochiæ munus exercendum, qui de ſua mercede licite paciſcitur ſine ſimoniæ uitio, vt alibi ſupra diximus: ergo & hic puer licite cōuenit de mercede, vt qui cogatur toties in hæbdomadam, uel in annum incommodum ſentire ab huiuſmodi obligatione. Atqui de minoribus ordinibus iam ſatis, ad maiores, & primo ad ſubdiaconatū tranſeamus.

S. V. M. M A.

1 *Subdiaconatus ordo quid ſit.*

2 *Subdiaconatus functiones quænam ſint.*

3 *Subdiaconatus functionibus exercendis quando ſimonia committatur.*

4 *Epiſtolam legens, ſeu recitans, & cantans, dum miſſæ ſacrum fit, ſimoniam committit, ſi pretio ductus id faciat.*

5 *Epiſtolam, vt cantet quis, ſi pecuniam præſtet, cum ad ſe id pertineret, ſimoniam committit.*

6 *Epiſtolam, vt cantet, ſi pecuniam præſtet, ſimoniam committit.*

7 *Subdiaconatus functionibus exercendis quando ſimonia non committatur.*

§. V.

Subdiaconatus ordo ſextus eſt, de quo, vt de ſuperioribus, tria contemplemur. Quid ſit, quæ functiones eius, quando in ipſis ſimonia committatur.

1 Quoad primum igitur † Subdiaconatus eſt ordo, quo poteſtas traditur inſeruiendi ex officio immediate tam diacono, quam ſacerdoti in miſſæ ſacro faciendo. Id quod colligitur ex functionibus, quæ ordinis huius ſunt, quaſque modo explicabimus.

2 Quoad ſecundum, † ſubdiaconatus functiones hę ſunt. Primum ſacra linea, ideſt, corporalia & palas, item calicem cum patena, certin panem, vinum, & aquam ad ſacrificii uſum parare, & ad altare allata Diacono tradere, ut habetur in cap. diaconus d. 23. & in c. 1. §. ad ſubdiaconum d. 25 & apud Catech. Roman. cap. De ordin. uerſic. A minoribus ordinibus, ibi, In eorum primo gradu. Hinc, dum huic ordini quis initiatur, calicē, & patenam uacuam ab Epiſcopo accipit, quorū altero ſcilicet calice uinum continetur, altero id eſt patena panis, quæ duo in miſſæ ſacrificio conſecrantur. Hinc, quoniam hæc Diacono tradit, quo deinceps ſacerdoti ea accommodet, ac tradat, ut dicitur in eod. §. ad ſubdiaconum, miniſter hic ſubdiaconus dictus eſt, ut qui diacono ſubiiciatur, & immediate inſeruiat deferendo prędicta ad altare. Secundo loco primatiū eius munus eſt Epiſcopo, & ſacerdoti aquam præbere cū manus in ſacrificio miſſæ abluuntur, ut in cita. locis habetur. Hinc, dum huic ordini quis initiat, poſt acceptionem calicis, ac patenę urceolos uino, & aqua plenos una cū lebete, & linteolo, quo manus ſacerdotis lotæ abſterguntur Archidiaconus ei tradit, ita habetur in cit. iuribus, Poſtremū munus eius eſt, (ut mittam ipſum cauere debere, ne quis ſacerdotem ſacra faciētem impediat) epiſtolam ſolemniter recitare, ut dicitur in cita. iuribus. Hinc Epiſcopus tradens ei epiſtolarum librum ſic inquit, Accipe librum Epiſtolarum, & habe poteſtatem legendi eas in Eccleſia Sancta Dei tam pro uiuis, quam pro defunctis, ita refertur in cita. iuribus, & in Catech. Hæ igitur functiones præcipuæ huius ordinis ſunt, quarum exercitandarum ex officio poteſtas traditur.

3 Quoad tertium denique, † quando functioni-
4 bus huiuſmodi exercēdis ſimonia cōmittatur, † quoad recitationem Epiſtolæ ſine dubitatione ſimoniam committit, ſi ut eam recitet, pecuniā exigat: Tum quod recitatio hæc per ſe res ſpiritualis eſt, in quibus pecunia interueniente ſimonia cōmittitur. Tum quod eſt aliqua pars miſſæ,

ſeu

ſeu alterius officii diuini,ſicut igitur pro tota mi
ſſa nihil pretii nomine exigi poteſt,vt infra uide
bimus,ergo nec pro parte,cum argumentum de
toto ad partem valeat,& e contrario, argu.l.quæ
de tota,ff.de rei uind. quamobrem etiam fit, ut
non ſolum ſimonia committatur, quoniam per
ſe res ſpiritualis eſt,ſi quis eam ſolemniter,ut mi
niſter talis recitet,verumetiam,ſi ut laicus pecu-
nia accepta,multis enim in locis,vbi ſubdiaconi
copia non eſt,laici Epiſtolas recitant,dum miſſæ
cantu celebrantur,non tamen ſolemniter,fierent
enim tunc irregulares, vt dixit Nauarr. in Man.
5 ca.27.numero 242.uerſicu.Septimo dico.†Qua
re,ſi in aliquo collegio conſuetudo ſit,vt ſinguli,
q huic ordini initiati ſunt,p hæbdomadã Epiſto
lã cantẽt,vbi miſſæ ſacrũ fit,aliquis verò,vt labo-
rem hunc ſubterfugiat,cum aliquo conueniat,vt
ſuam vicem ſubeat,pretium ipſi promittẽs ſimo-
6 niam committet.†Item è contrario, ſi quis pecu
niam præſtet,quo eam recitet,vt pote, quoniam
aliquid emolumẽti maioris conſequitur,vt in fu
neribus,ſimonia etiam hic committitur,eſto enim
emolumentum inde perceptum vendi poſſit,nõ
tamen modum,ſeu ius acquirẽdi, ſic enim & fru
ctus decimarum alienari poſſunt,non tamen ius
decimarum.Pro regula igitur habebimus pecu-
niam exigi non poſſe,quo epiſtolam recitet.
Quoad reliquas verò functiones huius ordi-
nis prędictas ſimoniam committi etiam cenſeo,
ſi pecunia exigatur ad eas exercendas. Primum,
quoniam hoc eſt exercere miniſterium eccleſia-
ſticum,at,vbi pro miniſterio eccleſiaſtico exer-
cendo pecuniam quis exigit,ſimoniam commit
tit,ut habetur in cap.ad noſtram de ſimon. ergo
idem & hic.Poſtremò facit,quoniam ſi quis offi
cium ęconomi Eccleſiæ,pecunia redimat,ſimo-
niam committit,vt in c.ſaluator,1.q.3.& c.cõſu
lere.de ſimon.ergo multo magis, ſi munus hoc
pecunia exerceat.
7 Excipio†tamẽ caſus antea dictos,ſcilicet,vbi
non pro ipſis functionibus quid exigatur,ſed aut
ad ſuſtentandum,aut quod de laudabili cõſue-
tudine quid dari conſueuit,aut pro ſuo intereſſe,
quoniam ſua negocia intermittit, & ad munus
hoc ſe obligat.Non igitur ſubdiaconus ſimoniã
committit,qui obligat ſe ad inſeruiendum in ali
qua Eccleſia in eo munere, ſi ob id de mercede
conueniat:nam nec capellani vocati,vt inſeruiãt
in functionibus ſacerdotis in parochia aliqua,ſi-
moniam committunt,ſi de pretio conueniant,vt
dixit Innoc.in c.quoniam num.3.ne prælat.uic.
ſuas:nam non pro diuinis datur pretium,ſed pro
mora,quod ibi facit,vel vt compenſet damna, q̃
ſuſtinet occaſione moræ,quam ibi trahit:nũquã
autem licet pro officiis diuinis dicendis, vt Inn.
ibid.ait,quem ſequuntur ibi Abba.& Mar. Soci.
Sen.& communiter DD.

S V M M A.

1 *Diaconatus ordo quid ſit.*
2 *Diaconatus functiones quænam ſint.*
3 *Diaconatus functionibus exercendis quando ſimo-
nia committatur.*

§. VI.

Diaconatus ordo ſeptimus eſt,de quo, & qd
ſit,& quę functiones eius,& quando ipſis ex
ercendis ſimonia committatur,contemple
mur.
1 Quoad primum igitur,†Diaconatus eſt ordo,
quo quis huic muneri mancipatur,vt Epiſcopo,
& ſacerdoti præſto ſit ſacra facienti,ſacramenta-
ue adminiſtranti,& ut qui religioſe non uiuunt,
Epiſcopo nuncient,ita Colligitur ex Catech.Ro
man.eod.de ordin.verſic. Secundum autem ſa-
crorum ordinum,& ex c.1.§.Ad diaconum per-
tinet d.25.
2 Dixi ergo primum†Epiſcopo præſto eum eſſe
dębere, quandoquidem ad eum pertinet Epi-
ſcopum perpetuo ſequi,& eum concionãtem cu
ſtodire,vt in cit.locis habetur.
Dixi etiam eidem, & ſacerdoti ſacra facienti
præſto eſſe debere, quoniam in miſſæ ſacrificio,
præter quam quod parat omnia ad ſacrificium
pertinentia,Euangelium etiam legit.Hinc,dum
ordo huic adminiſtratur, Epiſcopus euangelio-
rum librum ei tradens ſic inquit,Accipe poteſta
tem legendi Euangelium in Eccleſia Dei tã pro
uiuis, quam pro defunctis in nomine Domini,
ita Catech.ibid.
Dixi tertiò Præſto eſſe debere ſacra admini-
ſtranti:nam reſpectu habito ad baptiſmũ admi-
niſtrandum catechumenorum nomina,ideſt eo-
rum,qui baptiſmum ſuſcepturi ſunt,recitare de
bet. Reſpectu habito ad ordinem, eos, qui ordi
nis ſacramento initiandi ſunt, ante Epiſcopum
ſtatuere debet.Reſpectu habito autẽ ad Eucha-
riſtiam olim in eccleſiis,ubi conſuetudo erat,ut
fideles Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie ſume-
rent,Chriſti Domini ſanguinẽ diſtribuebat, ita
Catech.ibid.Hinc factum eſt,vt græcè Diaconi,
latini miniſtri dicti ſint, quoniam ſicut in ſacer-
dote conſecratio, ita in Diacono miniſterii di-
ſpenſatio,ideſt ſanguinis Chriſti,erat,ut dicitur
in c.1.§.leuitę d.81.vel miniſtri dicti ſint ob id
etiam,quod olim eccleſiaſticorum bonorum di
ſtributio ei permiſſa erat, vt vnicuiq; neceſſaria
ad victum ſubminiſtraret,ut ait Catech.ibid.ad
quod munus Glorioſus Chriſti atleta primus,S.
Stephanus cooptatus fuit,vt habetur in act. Apo
ſto.cap.6.
Dixi quartò ad eum pertinere,qui chriſtiane
non uiuunt,Epiſcopo nunciare, & hoc ob eam
rationem,quoniam ad Diaconum tanquam Epi
ſcopi oculum pertinet perueſtigare, quinam in
Vrbe pie,& religioſe,quiue ſecus, uitam tradu-
cant,ut id pluribus explicanit Catech.ibid.Hinc
etiam factum eſt, ut Epiſcopo, & ſacerdote ab-
ſente,euangelium illi explicare liceat non tamẽ
ex ſuperiore loco,quò ſuum propriũ munus non
eſſe ſignificetur.Ex his deſcriptio tradita de Dia
cono probata eſt,& ſimul,quę functiones eius ex
plicatæ,iam ad tertium, quando ſcilicet in ipſis
ſimonia

ſimonia comm ittatur tranſeamus.
Quoad hoc igitur eadē de Diacono dicimus,
3 quæ de ſubdiacono antea concluſimus. † Sicut
ergo ſubdiaconus exigens pecuniam pro lectio-
ne Epiſtolæ ſimoniam committit, ita etiam Dia
conus pro recitatione Euangelii, ſi pecuniam pe
tat, atque ſic ſenſit Syl. in uerb. ſimonia, q. 9. verſ.
Primum, & q. 3. uerſ. quinta regula.
Quoad reliquas etiam functiones idem etiam
ſentio, ut ſimonia committatur, vbi per pecuniā
fiunt, non enim ratio contraria ſuadet in hoc or
dine cum ſanctior etiam ſit ipſo ſubdiaconatu.
Excipio tamen, ubi quis propterea quod in ali-
qua eccleſia ad munus hoc ſe obeundum obli-
gat, tunc enim de mercede paciſci poteſt, ſicut ēt
in aliis caſibus in ſubdiaconatu poſitis. Atqui de
hoc ordine ſatis, ad ſacerdotium tranſeamus.

De functionibus ſacerdotij ordinis, quando ipſis exercendis ſimonia committatur.

Cap. XLIIII.

S V M M A.

1 *Sacerdotium quid ſit.*
2 *Sacerdotij functiones ſunt hæ.*
Corpus, & ſanguinem Chriſti Domini conficere, Deo que in miſſa offerre.
Sacramenta, Confirmatione, atque ordine exceptis, adminiſtrandi poteſtatem habere.
Orationes, ac diuinas præces effundere.
Benedicere dona Dei.

DE ſacerdotio ordine acturi,
quando eius functionibus
exercendis ſimonia cōmit
tatur, de ipſo, vt ordinatim
agamus, hæc, quæ de aliis,
contemplemur. Quid ſit,
quæ ipſius functiones, &
quando ipſis exercendis ſi
monia committatur.
1 Quoad primum igitur, † ſacerdotium eſt or-
do, quo traditur poteſtas ſupra uerū Chriſti cor-
pus, ac ſanguinem, necnon ſuper eiuſdem cor-
pus myſticum quoad ſacramenta quædam, & of
ficia diuina.
Dixi primò eſſe ordinem: nam ipſum eſſe tale
nemo recte ſentiens id dubitat, ut id aſſeruit Tri
den. Synod. cap. 1. de Sacramento Ordinis, & ca-
non. 1. eod. & Catech. Roma. eod. de ordine uer.
Tertius, omniumque ſacrorum ordinum.
Dixi quo traditur poteſtas ſupra corpus Chri
ſti uerum, & ſanguinem, quoniam huic ordini, q
initiatur, poteſtatem conficiendi corpus, ac ſan-
guinem Chriſti Domini recipit, ut habetur in c.
1. §. ſacerdos autem, d. 21. & in c. 1. §. ad præsby-
terum d. 25. & in cap. 1. de trinit. & fid. cathol. &
apud Catech. Roman. eod. in loco, & ſuppl. ad S.
Thom. in 3. p. q. 37. in reſpon. Hinc dum Epiſco-
pus ordinem hunc cuipiam adminiſtrat, tradit
ei calicem cum uino, & patenam cum hoſtia ſic
inquiens, Accipe poteſtatem offerendi ſacrificiū
Deo, miſſaſque celebrandi tam pro uiuis, quam
pro defunctis, ut dicitur ab ead. Catech. quę uer
ba materiam, ex qua Chriſti corpus, ac ſanguis
conficitur, deſignat, ſcilicet panem, & uinū, hæc
enim materia ſunt Euchariſtiæ. Significāt etiam
poteſtatem ei tradi ad prædictam Euchariſtiam
conficiendam, ideſt corpus, ac ſanguinem Chri-
ſti, ex quo poteſtas tribuit, offerendi ſacrificium
Deo, & miſſas celebrandi, in qua miſſa Chriſti
corpus, ac ſanguis conficiuntur. Quare fit, ex quo
ei poteſtas hæc traditur, ſcilicet miſſas celebran-
di tam pro uiuis, quam pro defunctis, & offeren-
di ſacrificium Deo pro iiſdem, ut hinc habeant
etiam poteſtatem pręces fundendi pro uiuis, &
defunctis.
Dixi tertiò, Necnon ſuper corpus Chriſti my
ſticum, quoad ſacramenta, quoniam recipit po-
tentiam adminiſtrandi fidelibus ſacramēta, duo
bus exceptis, ut uidimus. Hinc ſacerdos dictus
eſt quaſi ſacra dans, uel ſacra faciens, d. 21. atque
ſic de poteſtate adminiſtrandi pœnitentiæ ſacra
mentum dixit Trid. Synod. ſeſſ. 23. cap. 15. de re
for. Hinc, ubi ordinem hunc confert Epiſcopus
ad extremum manibus capiti eius impoſitis ſic
inquit, Accipe ſpiritum ſanctum, quorum remiſ-
ſeris peccata, remittuntur eis, & quorum retinue
ris, retenta ſunt, quibus uerbis apparet pœniten
tiæ ſacramentum adminiſtrandi poteſtatem ac-
cipere, eo enim, ſacramento peccata dimittun-
tur, & facit c. omnis de pęnit. ergo & alia ſacramē
ta adminiſtrandi poteſtatem ipſum recipere di-
cendum eſt. Quare, quod cui principale com-
mittitur, & reliqua commiſſa intelligūtur, & cui
plus conceditur, & id, quod minus eſt concedi in
telligitur, ut habemus in c. cui licet, de reg. iur. li.
6. & ibi Gloſſ. nam ibi ait, ex quo presbyter in
miſſa Chriſti corpus conficit, quod maius eſt,
poſſe etiam populum benedicere, quod eſt mi-
nus, & facit c. ecce d. 95. ergo & reliqua pertinen
tia ad ſanctitatem Chriſti fidelium, cuiuſmodi
ſunt benedictiones rerum efficere poterunt.
2 Ex his facile colligi poteſt, † quod ſecundo lo
co explicandum nobis propoſueramus, ſcilicet
quęnam ſacerdotii functiones ſint, quæ quatuor
primariæ ſunt. Primum Chriſti corpus, ac ſangui
nem conficere, & ob id illud Deo, ut ſacrificiū,
offerre, miſſaſque celebrare tam pro uiuis, quam
pro defunctis. Deinde ſacramenta, Confirmatio
ne, & Ordine exceptis, adminiſtrare. Tertiò diui
nas præces ad Deum fundere tam pro ſe, quā pro
aliis, & tam pro uiuis, quam pro defunctis (inter-
nuncius, & interpræs enim inter Deum, & homi
nem ſacerdos eſt, ut ait Catech. eod. uerſ. Quib.
cerimoniis, & uerbis interpręs.) Poſtremo quę-
dam benedicere, & ubi parochiam habet uerbū
Dei prædicare, ut habetur apud Trid. Syn. quam
uideas ſeſſ. 24. de reform. capi. 4. quæ autem hęc
ſint, infra ſuo loco explicabimus. Hę igitur ſacer
dotii functiones ſunt, quę colliguntur ex allega-
tis proxime. Reſtat ergo, vt, quando huiuſmodi
functionibus exercendis ſimonia committatur,
id

id contemplemur, id quod in ſequenti præſtabimus. Et quoniam quatuor primariæ functiones ſunt, ideo ſeparatim ſingulas, & prius primas explicemus.

S V M M A.

1 *Miſſæ celebrandæ gratia pretij nomine nihil exigi poteſt, quæ regula declaratur.*

2 *Miſſam primam, quæ noua dicitur, celebrans, an ſimoniam committat præbendo deoſculandas manus, vt lucrum capiat.*

3 *Miſſæ celebrandæ licentiam petens, an ſimoniam committat, ſi pecuniam præſtet.*

4 *Miſſam celebrare ſacerdos non potens, quia eſt excommunicatus, ſuſpenſus, interdictusue, an ſimoniã committat, ſi pecuniam præſtet, vt abſoluatur.*

5 *Excommunicatus iniuſte an poſſit dare quidpiam vt abſoluatur ſine vitio ſimoniæ.*

6 *Statutum, quo cautum eſt, vt pro ſingulis miſſis tantum detur, an valeat, & ſimoniam includat.*

7 *Statutum, quo cautum eſt, vt pro miſſa dicẽda vltra quandam ſummam nihil præterea detur, an valeat.*

8 *Statutum an valeat, ne pro miſſis vltra quandam ſummam detur.*

9 *Miſſæ celebrandæ gratia quantum detur, ſi ſacerdos interrogetur, quid reſpondeat.*

§. I.

§. Primum munus ſacerdotii ordinis eſſe vidimus conficere corpus, & ſanguinem Chriſti Domini; modo uideamus quãdo in hac functione ſimonia committatur, id quod ut dilucidius fiat, quoniam in miſſa conſecratio ea fit, ob eam rem de miſſa agemus has quæſtiones explicando. Primum an pro miſſa exigi aliqoid poſſit. Deinde, quid de miſſis nouis. Tertiò, qd de pecuniam præſtante, vt licentiam habeat miſſæ celebrandæ. Quartò, quid de pecuniam præſtante, vt abſoluatur à cenſuris, quo miſſam celebret. Quintò, an ſtatutum valeat, vt tantum ꝓ ſingulis miſſis detur, vel ne vltra quandam ſummam detur. Poſtremo quid reſpondendum interroganti, quantum pro miſſa detur.

1 Quoad primam quæſtionem igitur † pro miſſę ſacro faciendo pretii nomine nihil exigi poteſt, alioquin ſimonia committitur; nam hoc eſt miniſterium eccleſiaſticum præcipuum, ac princeps, pro miniſterio autem eccleſiaſtico exercendo nihil exigi ſine ſimoniæ vitio poteſt, vt habetur in cap. ad noſtram de ſimon. Addo rem ſpiritualem maxime eſſe, & ab ordine, qui etiam ſpiritualis res eſt, pendere. Non eſt igitur quòd hac de re dubitemus, quin ſimonia committatur: nam & ſic inquiunt S. Thom. 2.2. quęſt. 100. artic. 2. uerſicu. Ad ſecundam, & Syl. in uerb. ſimonia, quæſtio. 9. uerſicu. Tertium, & Tabien. eodem num. 19. uerſicu. Decimooctauo, & Ange in uerb. Miſſa, num. 48. & Guliel. Redoan. de ſimo. 3. p. cap. 18. num. 1. uerſicu. Circa quod, communis denique DD. ſententia hęc eſt. Quæ regula locum habet non ſolum, vbi miſſa ſimpliciter recitatur, uerumetiam, & ubi cantu celebratur ob eaſdem rationes.

Excipitur tamen, ubi ſacerdos non pro miſſæ ſacro faciendo, ſed ob aliam cauſam quid exigit, vt pote vel ob moram, quam ibi ducit, dum ſacra facit, uel ob id, quòd ſe obligat ad ea diuina facienda, vel ob damna, & intereſſe, quod patitur ad ibi morandum, aliquo ue eundum ad miſſę ſacrum faciendum, vel ad ſe ſuſtentandum, uel ob laudabilem conſuetudinem, in his enim caſibus ſimonia non committitur, ut alibi ſupra probauimus, & habetur in cap. ad Apoſtolicam de ſimo. & in capit. non ſatis, vbi Gloſſ. & per Innocen. in capitu. 1. ne prælat vic. ſuas, etenim nec ſpirituale hic uenditur, emiturue, & ob id nec ſimonia committitur.

Item ſimonia nõ committitur, vbi vltro quid oblatum excipit, id enim licet, argumen. capitu. tua nos de ſimon. & cap. placuit 3. & capit. unusquiſque, & cap. quicquid, 1. quęſtio. 1. nam pretium hoc nõ ſapit, & datum exiſtimatur potius, vel vt ſacerdos ad miſſę ſacrum faciendum inuitetur, exciteturque, vel vt gratus quis appareat. Licite ergo quis pecuniam ſacerdoti dabit rogando deinceps ipſum, vt pro ſe miſſæ ſacrum faciat: imò ſimpliciter, offerendo ei pecuniam, & dicendo, ut ea diuina faciat, non enim pro miſſæ pretio, ſed ob vnam ex dictis cauſis dediſſe exiſtimabitur, argumen. l. dolum, C. de dol. Et de quæſtione hac ſatis.

2 Quoad ſecundam quæſtionem, † an, qui primò miſſam celebrat (quę miſſa noua dicitur) ſimoniam committat, ſi manus exoſculandas offerat, vel pacem de more præbeat, quo exoſculantes aliquid ipſi tribuant? Ego ſentio hic ſimoniã non committi. Non ex parte dantis, quoniam vltro, ac liberaliter dat, non enim ſpirituale quid emit, emereue cogitat, quo caſu ſimonia committitur, ut habetur in tot. tit. de ſimon. Non ẽt ex parte miſſam celebrantis, tum quod non eo animo offert manus, quo ſpirituale quid alienet, ſed potius, vt inuitet quaſi ad ſibi gratulandum, quod eccleſiæ miniſter factus ſit, tum quòd id, quod ſperat, non vt pretium, ſed vt donum, & liberaliter datum expectat, ſpeciem tamen auaritiæ præſefert potius, quam ſimoniæ. Hinc Trid. Synod. ne huiuſmodi fiant, prohibere volens, auaritiam potius appellat, quam ſimoniam ſeſſ. 22. cap. De obſeruandis, & euitandis in celebr. miſſ. Atque ut multa paucis compræhendantur, ait. n. ibi in primis quod ad auaritiam pertinet, cuiuſuis generis mercedem, conditiones, pacta, & quicquid pro miſſis nouis celebrandis datur, nec nõ importunas, atque illiberales eleemoſynarũ exactiones potius quàm poſtulationes, aliaque huiuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certe a turpi quæſtu non longe abſunt, omnino prohibeant. Ecce hic auaritiæ, hoc eſſe ſignificat, & à turpi q̃ſtu non longe abeſſe ait, quaſi. n. corrigẽs ſe, ꝙ dixerat a ſimoniaca labe non lõge eſſe ſubiunxit.

vel certe à turpi quæſtu,quaſi dicat,eſto ſimonia non ſit,eſt tamen turpis quæſtus. Addo, ex quo dixit,non longe abeſſe a ſimoniaca labe, ſimoniam non eſſe ſignificari,qui enim non longe abeſt ab aliquo loco,prope quidem eſt,non tamen in eo adeſt.Eſto igitur hoc non longe a ſimonia abſit,non tamen ſimonia eſt. Dicitur autem nõ longe abeſſe ob ſpecimen,quod præſefert, & ſuſpicionem,quam in animis hominum generare poteſt:Quare ob huiuſmodi ſuſpiciones,& ſcandala etiam vitanda prudenter Epiſcoporum quorundam ſtatutis prohibitum eſt, ne in miſſis nouis hęc fiant. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

3 Quoad tertiam queſtionem,† an pro licentia, & facultate celebrandi miſſam,ſi quis pecuniam præſtet,ſimoniam committat, ſic diſtinguendum cenſeo.

Aut de facto quis impeditur, exempli gratia Chriſtiani ſacerdotes apud Turchas prohibentur,ne huiuſmodi ſacra faciant,in hoc caſu, ſi qd præſtetur,quo id ipſis promittatur,ſimoniam nõ committi cõcludo: nam nihil ſpirituale emitur, circa quod ſimonia verſatur, ſed ſolum impedimentum,& uexatio tollitur,quod licet,ut habetur in cap.dilectus filius 1. & ibi, communiter not.de ſimon.Quare,ſi quis à ſuis inimicis impediretur,quominus quiete in ſua Eccleſia diuina faceret,vel moraretur, quod ſuperioribus annis exules factitabant,ſimoniam non committet, ſi quid ipſis elargiatur,quo minus in eccleſia,beneficioue ſuo ipſum nexent.

Aut iure quis impeditur, vel quia in alterius Eccleſia miſſam celebrare vellet, & parochus eius eccleſiæ non uult,uel quia eſt ei prohibitum ſpeciatim à ſuo ordinario,vel per cenſuram eccleſiaſticam,ut pote,quia excommunicatus,ſuſpenſus,interdictusue eſt.

Quoad primum caſum ſimoniam committi cenſeo:nam hic videtur emere,vſum iuris parochialis,quod habet parochus in ipſa eccleſia, qđ ius ſpirituale eſt,item vſum eccleſiæ eius, quod etiam non licet,ex quo eccleſia eſt, quid ſpirituale,ex quo conſecrata eſt,ſicut etiam non licet qcquam ſoluere,quo ſuo calice conſecrato, nec nõ ueſtibus ad diuina facienda comparatis, utatur, quatenus benedicta,conſecrataque ſunt, quamuis ſecus habito reſpectu ad ipſam materiã, quæ vſu conſumitur.

4 Quoad ſecundum, † vbi iure prohibitum eſt, ne miſſæ ſacrum quis faciat, aut ſpeciatim, aut per cenſuram,pro certo habendum eſt, vbi iuſte prohibitio facta eſt, ſi, ut abſoluatur ea cenſura, & eo impedimento,quidpiam detur, ſimoniam committi,ut habetur in cap.nullus Epiſcopus 1. quæſtio. 1. Nullus Epiſcopus, dicitur enim ibi, grauamen,ſeu ſemile ſeruitium ex uſu contra eccleſiaſticam normam Abbatibus,ſeu clericis ſuis imponat, vel interdictum ſacerdotale officium pretio interueniente,reſtituat,quod ſi fecerit,officii ſui periculum ſubeat. Ecce hic ſimoniam committi(de hac enim materia ibi,agitur)ſi epiſcopus pretio interueniẽte ſacerdotale officium ei reſtituat,cui illud interdixit, atque ſic Gloſſ. ibi ſenſit in uerb. Reſtituat. Idem habetur in c. ad aures de ſimon.ubi,ne quis, ut ab excommunicatione abſoluatur,quicquam pręſtet,prohibetur,ergo concludendum eſt,cui prohibitum eſt, ut diximus,ne miſſæ ſacrum faciat,pecunia liberationem redimere non poſſe, & reſtitutionem ad miſſam celebrandam,idque merito,quandoquidem eſt hoc emere vſum eccleſiaſticę iuriſdictionis,quod ſine ſimoniæ uitio fieri non poteſt, ut habetur in cap. 1.ne prælat.vic.ſuas, Itẽ eccleſiaſticum miniſterium uẽdere, quod etiam ſine ſimonia fieri non poteſt,ut habetur in capit. ad noſtram de ſimon.& vt dixit Gloſſ.in eodem ca. ad aures eodem.Quare ob eaſdem rationes,quæ diximus de miſſa,generatim de omnibus aliis diuinis officiis,ſacramentis, & ſpiritualibus dicimus,tum quod rationes generales ſunt, tum ob iura allegata,ſcilicet citat.capi.nullus,& cit.cap.
5 ad aures. † Verum quid ſi iniuſte,quis fuit ꝓhibitus per cenſuram,alienamue cauſam, an ut abſoluatur ab ea cenſura, præſtare quidpiam poterit? Hanc quæſtionem diſputauit Glo. in cit. cap.ad aures,& in eodem cap.nullus Epiſcopus, 1.q.1.Gloſſ.in cit.iur.ſenſit id licere, & hoc ob eam rationem,quoniam iniuſte uexatur, ſuam uero uexationem redimere cuique licet,ut habetur in cap.dilectus filius.1.de ſimon. & in c.quæſitum, 1.quæſtio.3.ubi etiam Gloſſ. Hæc tamen ſententia mihi non placet:nam tunc ſuam uexationem redimere licet, vbi in eius rei poſſeſſione,vel quaſi eſt,in qua uexatur,vt dicunt DD.in cit.cap.dilectus filius,at hic non eſt in quaſi poſſeſſione ordinis uſus,ex quo per cenſuram priuatus iam eſt,quæ & iniuſte lata obligat, ut habetur in cap.1.1 1.quæſti. 3. & ibi,Gl.ergo citat.iura hic locum non habent. Quare contrariam ſententiam ſequitur Innocent.in citat.capitu.ad aures,vt ſcilicet nulla ratione quicquam hic dari poſſit:Et hoc ob eam rationem,quia nunquã debet,quis peccare,vt à maiori malo ceſſetur. Tertia fuit opinio quorundam diſtinguentium, qui ſi aliquid damni paſſurus eſſet, tunc aliquid tribui poſſe exiſtimarunt,alias non. Quid igitur concludendum.

Ego a ſententia Innocent. quam ſecutus ſum in Tractat. de Cenſuris Tabul. 1.capitul. 5.numero quarto.diſcedendum non cenſeo, ut ſcilicet nihil dari poſſit. Primo ob citat.capitul.ad aures:nam ibi,debitor ille, (qui creditori ſatisfecerat,quamobrem iuſte excommunicatus erat iniuſte in excommunicatione detinebatur, & tamen prohibetur ibi,ne quid pro abſolutione detur, ergo, uel iniuſte quis priuatus ſit, ne miſſæ ſacrũ faciat, aliudue ſacerdotale munus obeat, ſimoniam committit, ſi, ut ea recuperet, pecuniam præbeat. Poſtremo, quoniam ſpirituale emeretur,quod nulla ratione licet, ex quo & diuino iure prohibitum eſt. Nec repugnant

damna

dam na ſi qua imminerent,quoniam ab eo recuperabit,qui iniuſte eum uexabit. Ita igitur in hac re concludendum cenſerem. Et ſic tertia & quarta quæſtio abſoluta eſt,iam quintam quęſtionem aggrediamur.

6 Quoad quęſtionem quintam, † an ſtatutum valeat, ut pro ſingulis miſſis tantum detur, uel, ne ultra quandam ſummam detur. Quoad primum caſum pro certo habendum cenſeo ſtatutum non ualere: Nam uenales miſſas quodammodo facit,ex quo pretium certum pro ipſis pręſcribit,argumen. Inſtitu. in princip. de empt. & vendit. quo caſu ſimonia committitur, argumé. tot.tit. de ſimon. Hinc & ſtatutum illud ſimonia cum eſt,& non ualet,ut pro nullo fiat proceſſio, vel anniuerſarium, niſi tantum eccleſiæ relinquat,cum ob eandem rationem, tum quod tollit,uel ne gratis fiant,vel ne minori, atque ita inquiunt S.Thom.& Syl.in uerb Simonia,quæſtio. 12.uerſicu. Quintum,& Ioan.Tabien.eodem numero 18.uerſicu. Decimoſeptimo,& Ange. eod. 3.numero 10.& Dom.Sot.de iuſt.& iu.lib. 9.qu. 6.artic. 1.in reſpon.ad 2.argumen. ibi, Quapropter id ſupereſt,& articu. 2.uerſicu. Tertium demum membrum.

7 Valet tamen ſtatutum,† quo cautum eſt, ut,q hoc,illud ne offert eccleſiæ,tot anniuerſaria, uel miſſæ pro ipſo celebrentur,ita Sot.& DD.eiſdem in locis inquiunt,nam hic ſimonia non interuenit,ex quo data gratis dantur, qui enim relinqt, ſimpliciter relinquit propter Deum, &, qui diuina pro ipſo faciunt, ut grati uideantur, faciunt. Quare commendandi ſacerdotes illi ſunt,qui in anniuerſario omnium defunctorum offerentes aliquid eccleſię notant,pro quibus deinceps anniuerſaria quædam faciunt ſpeciatim eoſdem ad ipſa inuitantes, hac enim ratione ſe gratos oſtendunt,& alios, ut de ſuis bene mereantur ad pietatem prouocant.

8 Quoad ſecundum caſum uero, † an ſtatutum ualeat,ne ultra quandam ſummam pro miſſis, & anniuerſariis detur. Primum ſentio hic ſimoniam non committi: nam contra potius eo ſtatuto caueri uidetur,ne uenalia diuina reddãtur, quaſi prophana, quorum pretium modo augetur,modo minuitur,argumen. l. prætia rerum, ff. ad Trebellian. An autem ualeat ſic diſtinguendum cenſeo. Aut cauſa aliqua ineſt,quamobrem ſtatutum hoc fiat,& ualere cenſeo, exempli gratia, ut ſcandalum uitetur, & auaritiæ aditus ocludatur,ſimoniæque anſa ne detur:ob id enim ſtatuta fiunt, ut uitia tollantur. Quare ſtatutum cuiuſdam Epiſcopi, laudabile mihi uiſum eſt,quo cautum erat,ne Feſto die Sanctiſſimi corporis Chriſti vltra quandam ſummam ſacerdotibus daretur,qui ad parochiales Eccleſias inuitarentur,cum,ut miſſæ ſacrum facerent, tum ut proceſſioni,quæ tunc fit,intereſſent: Et hoc ob eam rem,quoniam in eius diœceſi certatim parochiales eccleſiæ, quo plures ſacerdotes,quàm aliæ,haberet,plus offerebant,& inuitati,ubi maius lucrum ſperabant,eo proficiſcebantur, quod contentiones potius,quàm pietatem redolebat, & ſacerdotes ad auaritiam,& ſimoniam quodãmodo committendam impellebantur, ob quæ tollenda ſtatutum merito factum fuit. Aut nulla eſt cauſa probabilis,ac legitima, & tunc non ualere cenſeo,ut quod contra libertatem Eccleſiaſticam ſit,argumen. capitu. ſicut, 2. de iureiur. Et de quęſtione hac itidem ſatis.

9 Quoad poſtremam quæſtionem, † ſcilicet, quid reſpondendum ſit,ſi quis interroget,quantum pro miſſa detur. Ego ſimpliciter huic reſponderi poſſe cenſerem,tantum dari interpretando illud Pro miſſa, occaſione miſſæ, non autem pro pretio miſſæ, tum quòd interpretatio facienda eſt,ut delictum euitetur cum re dubia non præſumatur,argumen. l. merito, ff. pro ſocio, & ut dixit Iaſ. in l. rogaſti, §. ſi tibi decem dedero numero 8. ff. ſi cert. petat. Tum quod uerba in eam ſententiam accipienda ſunt,in quam conſuetudo accipit,argument. l. labeo, ff. de ſupplen. leg. loquendi vſus enim proprietati uerborum præualet,& omni regulæ,omnique conſtitutioni,ut tradit Bartol. in l. omnes populi, numero 58. ff. de iuſtit.& iur. quem & DD. communiter ſequuntur,& Alciat. libro 2. de uerbo. ſignificat. uerſicu. Ex uſu accipiuntur uerba. Vſus uero, docet,ubi quid pro miſſis datur, non pretii nomine illud dari,ſed ob aliam cauſam,ut pote,uel pro eleemoſyna,uel pro miniſtri ſuſtentatione, uel ex liberalitate, uel quod conſuetudine aliquid datur,vel vt ſit inuitamentum, quoddam ad miſſę ſacrum faciendum,uel ob eam obligationem,qua conſequitur ſe libertate priuare per illud temporis,& negociis ſuis non intereſſe, ergo in hanc ſententiam interrogatio,& reſponſio accipientur. Tum quod materia æſtimabilis pretio non eſt,& ob id ad eius naturam interrogationem interpretabimur,vt ſcilicet nõ de pretio ſit,ſed de eo, quod datur ob aliam cauſam, ſcilicet ob vnam ex dictis, uerba enim ſecundũ ſubiectam materiam accipiuntur, argumen. l. ſi vno, ff. locat.& l. plenum, §. equirũ, ff. de vſu,& habitat. Id quod eo magis dicendum eſt, quoniam propoſitio illa Pro,aliud,quam pretium ſignificare poteſt,ſcilicet unam ex prędictis cauſis,ut pote vel pro ſuſtentatione, uel pro eleemoſyna,& huiuſmodi,vt inquiunt Syl. in uerb. Simonia,quæſtio. 5. uerſicu. Vnde hic dicit,& Nauar. in Man. capitul. 23. numero 100. uerſi. Quartò,ibi, Aliquando ſignificat cauſam,& facit Glo. in capi. iudices in verb. In ſumptum, 1. quæſtio. 1. Simpliciter igitur reſpondere poterimus, vt dixi,tantum dari. Vbi tamen idiota homo eſſet,ne miſſam uenalẽ eſſe arbitraretur, benigne, humaniterque declarandũ illi eſſet diuina hæc officia non vendi,ſed quæ offeruntur,uel liberaliter,uel pia conſuetudine,ob aliam ue rationem offerri. Atqui de quæſtione hac itidem ſatis: iam ad diuina officia tranſeamus.

S V M M A.

1 *Diuina officia quænam ſint.*

2 *Septem horarum canonicarum præces quænam ſint.*

3 *Ad ſeptem horarum canonicarum præces recitandas quinam obligentur.*

4 *Penſionary ad recitandum officium Beatæ Mariæ Virginis tenentur.*

5 *Diuinorum officiorum recitandorum gratia ſi pecuniam quis exigat, ſimoniam committit.*

6 *Beneficium Eccleſiaſticum conferens Epiſcopus alicui, quamobrem obligatur ad diuinum officium, ſimoniam non committit, & quamobrem.*

7 *Exequiæ mortuorum ſi fiant, ſimonia committitur, ſi pro ipſis pecunia pretij nomine exigatur, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

8 *Sepulturæ nomine ideſt, pro loco, in quo quis ſepelitur, ſi quid pretij nomine exigatur, an ſimonia committatur.*

9 *Statutum an valeat, vt, qui in tali eccleſia ſepeliri vult, tantum preſtet, & ob id an ſimoniam inducat.*

10 *Sepulturas plures habens Eccleſia, an quicquam exigere poſſit, ab ijs, qui ſepeliri in ipſis volunt.*

11 *Locus religioſus an ſine ſimoniæ vitio emi poſſit pro ſepultura.*

12 *Terræ cæmeterij nomine an quicquam exigi ab eo poſſit, qui ſepeliri ibi vult.*

13 *Proceſſionibus ſi vt interſint monaci eos mittat Prior, an exigere quicquam poſſit ſine ſimoniæ vitio.*

14 *Societates, exempli gratia, Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis an ſimoniam committant, ſi pecuniam exigant, propterea quòd mortuum aſſociatæ ſunt.*

15 *Crucem deferens in funeribus mortuorum, vel in proceſſionibus alijs, an ſimoniam committat, ſi pecuniã exigat.*

16 *Campanas pulſantes an exigere quicquam poſſint.*

17 *Mortuum deferentes, an ſimoniam committant, ſi ob id pretium velint.*

18 *Reliquias ſacras deferentes an ſimoniam committant, ſi mercedem velint, & quid de deferente Sanctiſſimum Chriſti corpus.*

19 *Concionis habendæ gratia ſi quid exigatur, an ſimonia ſit.*

§. II.

SEcundum munus ſacerdotii eſt, vt antea diximus, confirmatione, atque ordine exceptis, ſacramenta adminiſtrare, uerum, quod de ipſorum adminiſtratione, quando in ipſis ſimonia committatur, ſuper egimus pręter matrimonium, ob eam rem ad tertium ſacerdotii munus tranſeamus, ſcilicet ad diuina alia officia, de quibus hęc contemplabimur. Primum quænam officia hæc ſint. Deinceps quando in ipſis ſimonia committatur.

1 Diuina officia igitur hæc ſunt. † Primum ſe-
2 ptem horarum canonicarum preces, † ſcilicet ma
tutinæ præces cum laudibus, Primæ, Tertiæ, Sex
3 tæ, Nonæ, Veſpertinæ, Completorii, † Ad quas
pręces recitandas tres hominum ſpecies obliga
tę ſunt, qui ordini ſacro ſunt initiati, qui eccleſia
ſticum beneficium habent, necnon monaci, &
moniales, ita dixit Nauarr. in Man. cap. 25. num.
97. uerſi. Tertiò peccat, qui & de communi DD.
ſententia teſtatur in Tract. de orat. & hor. canon.
4 cap. 7. numero 1. uerſicu. Secundò dico. † Item
Beatiſſimę Virginis Mariæ, preces, ad quas recitandas penſionarii obligantur per conſtitutionem Pii V. incip. Ex proximo Lateranenſi Concilio latam anno Domini 1571. Duodecimo Calend. Octobris Pont. ſui Anno Sexto. Tertiò præces, quæ pro mortuis fiunt, quæ mortuorum officium dicuntur, necnon ſeptem pſalmi, & graduales, quæ quando recitanda ſint, habetur in Breuiario Romano iuſſu Pii V. in lucem edito. Poſtremò concionem habere: hoc enim Epiſcoporum, ac ſacerdotum munus præcipuum eſt, ut dixit Trid. Syd. ſeſſ. 24. cap. 4. de reform. & Catech. Rom. De ordine c. De diaconatu, ibi, Licet ei pręterea ſi abſit Epiſcopus. Hæc igitur præcipua ſacerdotii diuina officia ſunt, ad quæ omnia reliqua referuntur cuiuſmodi præces ſunt, quę deambulando fiunt, proceſſiones dictæ. Et de hoc primo ſatis.

5 Quoad ſecundum, † quando ſcilicet in ipſis ſi
monia committatur, generatim concludendum eſt ſimoniam committi, ſi pro ipſis pecunia exigatur: Tum quod eccleſiaſtica miniſteria ſunt, id quod nemo inficiatur, & ob id ſimonia committitur, ſi pro ipſis exercendis pecunia exigatur, ut habetur in cap. ad noſtram de ſimon. Tum quod ſpiritualia hæc per ſe ſunt inſtituta ad Dei laudẽ, & animarum ſalutem, & idcirco ex eo ſpiritualium genere ſunt, in quibus pretio interueniente ſimonia committitur. Tum quòd ſacerdos eas functiones obeundo vſum ordinis ſacerdotii uẽderet, ſi pecuniam exigeret, quod ſine dubitatione ſimoniacum eſt, argum. cap. 1. & tot. tit. de ſimon. atque ſic generatim dixit Guliel. Redoan. de ſimon. 3. par. cap. 18. nu. 1. uerſicu. Circa quæ.

Primum ergo, qui pro dictis precibus, recitandis pecuniam exigit, ſcilicet horis Canonicis Domini, ac Beatæ Mariæ Virginis, necnon ſeptem pſalmis, gradualibuſue, ſimoniam ſine dubitatio
ne committit. Contrarium tamen dicendum
6 uidebatur: † nam beneficium Eccleſiaſticum
datur etiam pro officio huiuſmodi, ut dicitur in c. fin. de reſcrip. lib. 6. & tamen nec Epiſcopi, qui beneficia huiuſmodi conferunt, nec qui ea ſuſcipiunt, ſimoniam committunt, nõ enim eccleſia, quæ id ſcit, illud tolleraret, ſi hoc ſimoniacum eſſet. Atqui hoc nihil obſtat: nam beneficia non cõferuntur, ut pretium eorum diuinorum officiorum, ſed ut, qui ei eccleſiæ, inſeruiunt, habeãt, vnde uiuant, ac ſe ſuſtẽtent, & ne de ſuo uiuere, mẽdicareue cogantur, ac demũ ob id, q̃d ſuis negociis omiſſis, perpetuo ibi eſſe debent, arg. tot. tit. de cler. non reſid. & ut reliqua onera eccleſię ſubeãt. Ex quib. patet non pro pretio eorũ diuinorum officiorũ dari, quo caſu propoſita concluſio locum haberet, ſed ob propoſitas legitimas cauſas,

ſas,quibus ſimonia non committitur , vt ſupra ſuo loco probauimus , ſecus ergo ſi quid pretii nomine exigatur.

7 Pro diuinis officiis quoque † & pro funeribus,vel anniuerſarijs defunctorum,ideſt pro exequiis,(ſic enim communiter appellantur) nihil pretii nomine exigi dobet,alioquin ſimonia cõmittitur,ita habetur in capitu.non ſatis,& in c. cum in Eccleſiæ,& in capitu.ſuam nobis, & in c. ad Apoſtolicam de ſimon.ita quoque dixit Glo. in capitul.penul.& ibi Abba.de ſepultu.& Sanc. Thom.2.2.quæſtio.100.articu.3.uerſicu.Ad ſecundum,ibi,Si autem huiuſmodi pacto interueniente,& Archiep.Florent.in 2.par.Sum.titul.1. capitu.5.§.22.in princip. & Ioann. Tabien.in uerb.Simonia,numero 18.uerſicu.Decimoſeptimò,& numero 40.uerſicu. Trigeſimo nono,ibi Not.igitur,& Syl.eodem quæſtio. 9. uerſicu. Septimò,& Guiliel.Redoa.de ſimon.p.1.capit.30. numero 6.uerſicu. Item accipitur,& cap.16.numero 34.in 3.par.Non eſt igitur,quod hac de re dubitemus:nam(præter quam quod iuribus allegatis ſententia hæc nititur,& autoritatibus)rationibus,quoque in anteeedenti concluſione allegatis fulcitur. Excipitur tamen, ubi quid ultro gratis offertur,vt pote,quia id a defuncto ſuis hæredibus pręceptum eſt, uel alias hæredes ipſi ſuorum memores aliquid offerunt,uel ex laudabili conſuetudine,in omnibus enim his caſibus, & huiuſmodi ſimonia non committitur,& oblatum licite recipitur,argumen.capitu.quæſta eſt, uerſicu.Sed ſi quando,& capitu. præcipiendum, 13.quæſtio. 2.& capitu. ad noſtram de ſimon. Non ergo rationibus his oblatum parochus,qui aliàs etiam ad id obligatus eſt, recipiens, ſimoniam committit,illiciteque accipit,vt hoc generatim ſupra probauimus in prima parte huius operis.

8 Verum † pro ſepultura ipſa, id eſt pro loco, vbi quis ſepelitur,(multis enim modis ſepultura dicitur,uarieque accipitur, ut tradidit Gloſſ. in capitu.abolendæ de ſepultu.) Pro ſepultura, inquam igitur,& loco,in quo quis ſepelitur, an exigi quid preii nomine poteſt,& ſi exigatur,an, ſimonia committitur ? Quoad quæſtionem hanc, præmitto prius locum prophanum licite pro ſepultura uendi, id eſt ſine ſimoniæ uitio,ut dixit Gloſſ.in citat.capitu.abolendæ,& ſequitur eam ibi Abba.Idem quòque dixit Sanc. Thom. eadem quæſtio.articul.4.uerſicu. Ad tertium,& uerſicu.Quartò dicitur,& Archiepi. Florent.eodem capitul.5.§.22. etenim pro cæmiterio, eccleſiaque ædificanda emi quoque fundus poteſt,argument.capitu.aurum, 12.quæſtio.2.Nec repugnat capit.poſtquam,13.quæſtio. 2. ubi Ephron reprehenditur , qui pro ſepultura pecuniam etiam inuitus accepit ab ipſo Abrahamo; nam non,quod ſimonia commiſſa ibi eſſet,(quę in prophanis non committitur) nec quod ob id peccaſſet, ut ait Gloſſ. ibi, ſed ob exemplum, quod aliis in poſterum dederat, reprehenditur, & ob id ait ibi Sanct.Hieronym.per ſcripturam ſignificari ipſum non fuiſſe conſumatę, perfectæque uirtutis,ut ibi dicitur . Ac plane non ne in humanum uidetur hoc eſſe, nolle quem in ſuo fundo mortuum , qui alibi non poteſt,ſepeliri ? Cum ſcriprum ſit, mortuo non prohibeas gratiam,ut dicitur in capitu.in eccleſiaſtico eadem quæſtio.2.licite igitur venditur, & ſimonia non committitur.Præmitto etiam, ubi pro loco benedicto ab Epiſcopo , cuiuſmodi cęmiterium eſt,uel pro loco ſacro,cuiuſmodi eſt eccleſia(cæmiterium enim non conſecratur, nec cum oleo ſacrato ungitur,ſed ſolum benedicitur,ut inquit Abba.in eodem capitu.abolendæ,numero 4.uerſicul.Tertio modo)præmitto inquam,ubi pro loco ſacro,benedictoue , reſpectu habito ad benedictionem , conſecrationemque pretium datur ſimoniam committi,tum quod id inquiũt DD. communiter San.Thom. 2.2.quæſtio.100.artic. 4.uerſicu.Ad tertium ibi , Licet enim etiam , & Ioann.Tabien.in uerb.ſimonia numero 40. uerſicul.Trigeſimononò,& Archiepi. Florent. in 2. par.Sum.titu.1.cap.5.§.22.uerſic. Quandoque, & Gulielm.Redoan.de ſimon.par.1.cap.16.numero 32.& Gabriel Byel.di.25.quęſtio.2. dubi. 10.uer. tertia concluſio,lib.4.tum quod ad benedictionem reſpectu habito ſpiritualis res eſt, & ob id ſine uitio ſimonię vendi non poteſt, ſicut nec calices conſecrati, nec ueſtes ad diuina facienda pluris vendi poſſunt, propterea quod hæ benedictæ,illi conſecrati ſunt,vt dixit Naua. in Man.capitul.23.numero 99.in fine.Quare ſimoniam committeret ſacerdos , qui, ut quis in Eccleſia ſepeliatur ob hoc ſolum pecuniam exi-
9 git . Item † ſtatutum,non valeret,ut, qui in tali ecleſia ſepeliri uult , tantum præſtet , ſimomoniam enim inducit,ut dixit Syl.in uerb. Sepultura,quęſtio. 2.uerſicu. Adde etiam, quod, qui habent ſepulturas,& Archiepi.Florent. in 2. par.Sum.titu.1.capitul.5.§.22.in fine : ſicut nec illud etiam ſtatutum,quo cautum eſt , cum duo cæmiteria benedicta ſint, ut qui in hoc ſepeliri uult,tantum præſtet,qui in illo,tantum , ita Syl. in uerb.Simonia,quæſtio.11.uerſic. Secundum,
10 & Archiepi.Florent.ibidem in fine . † Qua ratione,ſi eccleſia habeat plures ſepulturas,& eius Parochus quid pro ipſis exigat, ſimoniam committit. Excipitur tamen,ubi non reſpectu habito ad benedictionem,ſed ob aliam cauſam,quid daretur,vt pote vel quod defunctus id mandauit ob animæ ſuæ ſalutem,vel quod eius hæredes ſponte quidpiam obtulerunt,(ceſſat enim tunc ſimonia,ex quo ſpirituale,non emitur, argumẽ. cap.tua nos de ſimon.& habetur in citat. capit. quęſtà uerſicu.Sed ſi quando,& in capitu.præcipiendum eadem quæſtio.2.) uel quod non pro loco ipſo,ſed ob ſumptus factos aliquid petitur, exempli gratia Parochus in ſua eccleſia ſepulturas aliquas faciendas curauit,& ſumptus in ipſis conſtruendis fecit : Plane , ut ſumptus factos recuperet,petere aliquid poterit:nam, & qui calicem conſecratũ uendit,poterit pretiũ habere, & ſumptus recuperare,quos pro materia, & arti

ficio impēdit,non enim ſpūalis res venditur,nec emitur. Non igitur mea ſententia clericus quidam ſimoniam commiſit, qui, cum in Eccleſia ſepulturam ſibi ædificandam curaſſet, monachi uero quidam uellent quempiam ex ſuis ibi ſepelire,pro ſumptibus pecuniam quandam ab ipſis monacis,noluit:Noo itidem ſimonia committitur, ſi ob laudabilem conſuetudinem dari aliqd conſueuit:tunc enim exigi illud poteſt, argumē. cap.ad Apoſtolicam de ſimon. atque ſic ſenſit Syl.in uerb.Simooia,quæſt.2.uerſic. Tertiò ualet,ibi, & idem puto quando eſt conſnetudo, ut aliquid detur pro ſepultura. Quare & conſuetudo illa fortaſſe defendi poteſt, vt vbi paterfamilias moritur,id eſt,qui familiam aliquam gubernat,& in ea principem locum tenet in negociis gereodis, tautum pręſtetur ab hæredibus in eius funere,quæ tamen mihi non admodum arridet. His duobus pręmiſſis,ex quibus etiaoı quæſtiones de ſtatuto diſſolutæ ſuotꝫ, reſtat, ut quęſtiones duas diſſoluamus,quarum prima eſt, an pro loco religioſo, id eſt, qui ob illationem mortni factus eſt religioſus,ut dicitur in §.religioſum in Inſtit.de rer.diui.exigi aliquid poſſit, id eſt ſiue ſimoniæ vitio vendi poſſit. Alrera,an ubi in cæmiterio ab Epiſcopo benedicto, uel in eccleſia cooſecrata vult quis ſepeliri, ex quo reſpectu habito ad benedictionem,& conſecrationem exigi nihil poteſt,an ſaltem pro terra ipſa, qua talis eſt,exigi quicquam ſine ſimoniæ vitio queat.

11 Quoad primam quæſtionem†Gloſſ.in cita.capitu.aboleudę de ſepult.locum huuc uendi non poſſe aſſeruit,idem ſenſit Archiep.Flor.in 2.par. Sum.titu.1.capit.5.§.22.uerſicu.Tertio dicitur, ſicut etiam Abba. in eodem capitu. abolendæ, quamuis id de iure ciuili verum eſſe dicat: nam ſtatim atque locum tetigit corpus,deſioit eſſe in dominio alterius,vt dicitur in l.quanquam,ff.de aqu.plun.arcend.Contrariam opinionem tamē ſequitur Innocen.in cit.cap.abolendæ:Et hoc ob eam rationem,quoniam locus ſacer non fit, oiſi per Pontificem ſacratus ſit, ideſt res ſpiritualis, & benedicta oon eſt,niſi iuxta eccleſię conſuetudinem benedicta ſit:nam oec hoſpitale locus ſacer ſit, oiſi autoritate Pontificis ædificatum ſit, argumen.capitu.ad hoc de religioſ. Dom. & no. Abba. ibi,idem ſentit Gloſſ. in capi. in eccleſiaſtico,13.q.2.Quid igitur cōcludendū? Ego ſic diſtingueodum cenſeo. Aut quæritur,an locus prophanus,in quem mortuus illatus eſt,uēdi poſſit, & communi iure id non poſſe cenſeo: nam per illationem mortui ſit religioſus,& ob id extra noſtrum patrimonium,vt habetur,in §. religioſum in Inſtit.de rer.diuiſ.& locus huiuſmodi alienari non poteſt,ex quo nullius in bonis eſt, vt habetur in §. oullius eod. titul. ergo neque locus hic, & io hoc caſu ſententia Gloſſ.in citat.capitu.abolendę, & qui eam ſequuntur, locum habere poteſt, ueriſſimum enim eſt alieoari locum hunc iure ciuili non poſſe. Aut quæritur,an committatur ſimonia,ſi alienetur,& in hoc conclndo ſimoniam non committi,& in caſu hoc Innocent. ſententiam ueram eſſe:Nam re ipſa locus ille ſpiritualis non eſt,& per tactum corporis mortui ſpirituale non ſit,nec per legem ciuilem, argumē.§. ſacræ res in Inſtitu.eod.Hac igitur ratione ioter ſe propoſitas opiniones coociliandas cenſerem. Et de quæſtione hac ſatis.

12 Quoad ſecundam,†an ſcilicet pro terra exigi, quicquam ſaltem poſſit, vbi quis iu loco ſacro, beoedictoue ſepeliri uult,ex quo pro benedictione nihil dari poteſt. Videbatur dicendum exigi aliquid poſſe:nam & calix conſecratus, & ueſtes benedictæ reſpectu habito ad materiam uendi poſſuot,ut habetur in capitul. hoc ius porrectum eſt uerſicu.Præterea ſi habet, & vt ioquit S. Thom. 2. 2.quæſtio. 100.art.4.uerſicu.Ad ſecundum. Contrarium tamen ſuadent cap. quæſta, & cap.poſtquam,& c.in eccleſiaſtico,& c. præcipiendum,13.q.2.nam ibi prohibetur, ne pro ſepultura etiam reſpectu habito ad terram ipſam quicquam exigatur:id quod declarat exemplum ibi poſitum de Abrahamo,qui à filiis Seor ſepulcrum pretio poſtulauit:nam plane locus ille prophanus erat,probat etiam id apertius cit.cap.in eccleſiaſtico,interdicitur enim ibi omnib.Chriſtianis terram mortuis uendere. Quare, dicitur enim ibi,interdictum ſit omnibus omnino chriſtianis terram mortnis nendere, & debitam ſepulturam denegare. Ecce hic apertiſſime prohibetur uenditio terrę,ergo uendi non poteſt.Nec interpretatio ualet Ioann.Tabien.in uerb.ſimonia,num.40.uerſicu.Trigeſimonono, qui ait accipiēda eſſe reſpectu habito ad benedictionem, nam ea iura nimis aperte de terra loquuntur, ut nidimus. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur,ſi pro terra quicqnam exigatur,an ſimonia committatur, & primam opinionem ueriorem ceoſeo, ſcilicet ſimooiam non committi,ex quo nulla res ſpiritualis uenditur. Hinc Romanns Pontifex ne quid pro terra exigeretur prohibuit in cita.cap. quęſta,non nt ſimoniam tolleret, ſed auaritiæ uitium,ut habetur,ibi in uerſicu. Vnde ne hoc auaritiæ,& Sancta Synod.prohibuit,in c.in eccleſiaſtico,ob quandam inhumanitatem. Aut quæritur,an nendi poſſit,& non poſſe concludo: tum quòd auaritiam ſapit, & inhumanitatem quandam,ut habetur in eod.cap.quæſta, & in trib.ſequen.tum quòd illis iuribus prohibitum eſt, ne uendatur terra pro ſepultura. Eſto igitur ſimonia non committatur,alienari tamen pretio oon licet,nec pro tetra concedenda pro ſepultura in eccleſia, vel alio loco ſacro exigi quicquam poteſt,nam & ſcaodalum daretur: quandoquidem homines res ſacras alienari exiſtimarēt,quamobrem fortaſſe dici poſſet ſimoniam de iure poſitino committi,quia ſic Eccleſia uoluit, quamuis prior ſententia magis mihi arrideat. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

13 Tertio†ſimoniam committit Prior,Abbasue, qui ob id, quod ſuos monachos in funus mittūt, vt proceſſioni,quæ faciēda eſt,interſint;& de more pſalmos,

re pſalmos,prçcesue alias recitent,pecuniam exi
git.Et hoc ob eam rarionem,quoniã munus hoc
ſpirituale eſt,ideſt recitatio huiuſmodi,eſto pro
14 ceſſio,talis non ſit.† Idem ſentio,& de ſocietati-
bus ſanctiſſimi corporis Chriſti, uel Beatiſſimæ
Mariæ Virginis, ſi ob id quod interſunt proceſ-
ſioni alicui,quicquam exigant;& hoc ob eãdem
rationem,quòd & ab ipſis pſalmi, & prçces reci-
tari conſueuerunt.Imo,quod proceſſio illa,actio
quædam ſpiritualis eſt,fit enim ad excitandas fi
delium mentes ad pietatem,& ad diuinum auxi
lium implorãdnm,& pro acceptis beneficiis gra
tias agendas,ob eam rem ſimonia committitur,
ſi qnid pro ipſa exigatur,eſto preces, pſalmique
non recitentur.Excipitur tamẽ,vbi ob aliam cau
ſam quid accipitur, exempli gratia pro ſuſtenta-
tione monachorum: nel quod ita laudabili con-
ſuetudine ſeruatur;in his enim, & aliis huiuſmo
di caſibus,ſimonia non committitur,ut alibi ſæ-
piſſime probauimus.

Quæ diximus de proceſſionibus funerum,ea-
dem ſentimus, & de aliis proceſſionibus ob ean
dem cauſam factis.

15 Quarto † ſimonia committitur,ſi ſacerdos ob
id,quod crucem deferendam curat in funere ali
cuius,pecuniam exigit:nam eſt benedicta, & in-
ſtituta ad pietatem etiam erga Denm excitan-
dam:& ob id res ſpiritualis, atque idcirco ſimo-
nia in ipſa committitur,ita dixit Sylu.in uerb.Si
monia,q. 11. uerſ. Secundum.Excipitur tamen,
ubi non ob crucis delationem, ſed ob aliam cau
ſam quid exigitur,ſcilicet pro ſuſtẽtatione eius,
qui eam defert,uel ob conſuetudinem ; id enim
ſine dubio poteſt: Sicut etiam ſimonia non com
mittitur,ſi quis ubi plures cruces ſint,& ipſarum
altera prçcioſior altera eſt,reſpectu habito ad ma
teriam eiusque artificium: ſi quis inquam ad de
corandum ſuum funus,prætioſiorẽ deferri uelit:
ſacerdos uero ob id quiquam exigat,quandoqui
dem non pro re ſpirituali accipitur,eſto de ſe ma
le loquẽdi anſam tribuat.Sicut etiam ſimoniam
non committit Sacerdos, qui ut calicem magis
expolitum,& elaboratum habeat ad miſſæ ſacrũ
faciendum, ueſtesue alias conſecratas præcioſio
res habeat,aliquid ſacriſtæ elargitur,uel ipſi pe-
tenti,exigentiue tribuit; non enim reſpectu ha-
bito ad conſecrationem,benedictionemqne pe-
cunia tribuitur,ſed materiæ, qua ratione ipſa nẽ
di poſſe antea uidimus. In hoc igitur caſu ſimo-
nia non committitur.

16 Quinto † ſimonia etiam committitur pro cam
panis pulſandis, ſi qnid pretii nomine exigatur,
nam benedictæ ſunt,& ob id eius uſum ſi quis re
dimat,ſpirituale redimere cenſetur. Item com-
petit clerico ob ordinem,eſt enim annexum or-
dini ergo,atque ſic dixit Gulielm.Redoan. de ſi
mon.3.par.cap.18.num.1.Excipitur tamen,ubi
quid exigitur pro ſuſtentandis, qui eas pulſant,
uel quod de conſuetudine dari quid conſueuit,
arg.c.ad apoſtolicam de ſimon. & cap. non ſatis
iunct.Gloſ.eod.Excipitur etiam,ubi plures cam
panæ eſſent,& altera maior altera, & ob id quis
uellet in ſuo funere maiorem potius pulſari, quã
minorem,nam,ſi quid ob id exigatur a ſacerdo-
te,ſimoniam non committit, quandoquidẽ non
reſpectu habito ad benedictionẽ,& id, quod ſpi-
rituale eſt,ſed ob ſonum maiorem exigitur,nam
nec ſimoniam committit is,qui cantorum ope-
ras conducit,quo ex arte canant, dum miſſæ ſa-
crum ſit, diuinaue alia officia, quandoquidem
non ſpirituale emitur,ſed temporale artificium,
quod eſt ex arte canere,eſto ſacerdos ſimoniam
committeret,qui miſſam canit, ſi ob id pretium
uellet,ego tamen hoc uerum exiſtimo, niſi ele-
ctus eſſet ob cantus peritiam,nam nec hic ſimo-
niam committeret,ſicut nec cantores,arg.l.quæ
de tota,ff.de rei uend.Quare, quod in aliquibus
locis,conſuetudo eſt, ut qui in funere maiorem
capanam pulſari uult,tantum præſtet,ſimoniaca
non eſt, eſto auaritiæ ſpecimen quoddam ha-
beat. In omnibus igitur his caſibus,ſimonia cõ-
mittitur.

17 Non tamen,† qui mortunm defert,nec qui eũ
ſepulturę donat,ſimoniam committunt,nam ſpi
rituale hoc non eſt per ſe,nec ordinis functio ali
qua.Id quod locum habere cẽſeo, eſto ſacerdos
mortuus deferatur, idem ſenrio de ſepulturam
faciente,& effodiẽte,atque ſic dixit Gabri.Byel.
diſt.25.q.2.dub. 10.conclu.1.uerſ.De ſepultura
18 ſit hæc propopoſitio prima lib. 4. † Atqui an ſi-
moniam committit, qui pro deferendo ſacratiſ-
ſimo corpore Chriſti pecuniã exigit? Item quid
pro reliquiis etiam deferendis?

Quoad primam quæſtionem pro certo habeo
ſimoniam committi, nam deferre Corpus Chri-
ſti eſt munus ſacerdotii, ſicut enim ad ſacerdo-
tem ipſum conficere pertinet,ut dicitur in ca.1.
de Sum.Tri.& fid. cath.ita & ad ipſum contrecta
re,& geſtare,at pro exercendo ſacerdotii mune-
re,& ob id miniſterio eccleſiaſtico, ſi pecunia e-
xigatur,ſimonia committitur,ergo & hic.

Quoad ſecundam ſic diſtinguendum cenſeo.
Aut deferuntur in proceſſionibus ad excitandos
Chriſti fidelium animos ad pietatem, & ſancto-
rum,quorum reliquiæ ſunt, opem implorãdam,
& in hoc caſu,ſi pecunia exigatur,ſimoniam cõ-
mitti concludo, nam pro ſpirituali actu exigit,
& ob id ſimonia committit. Aut deferuntur de
uno loco ad alium, exempli gratia exportantur
de una Ciuitate ad aliam,& in hoc caſu ſimoniã
non committi concludo,alioquin muliones,qui
arcas,ubi ſunt reliquiæ,deferunt ſuis mulis,ſimo
niam committerent,quod eſt abſurdum, præſer
tim quòd non ob delationem reliquiarum, qua
tales ſunt,ſed ob ſumptus,quos faciunt, & pro-
uectura petunt. Excipio tamen, ubi propterea
quod reliquiæ tales ſunt, plus uelint,tunc enim
pretio æſtimare uiderentur ipſas, & ob id ſimo-
nia committeretur.In his igitur quęſtionibus ſic
concludendum cenſerem.

19 Pro concione habenda denique,† & pro con-
cionando ſi quid pretii nomine exigatur, ſimo-
nia committitur,ut ſenſit S.Thom.2. 2.q. 100.ar
tic.3.uerſ.Ad ſecũdum,ibi,Non autem,& ſequi-

tur Ioan. Tabien. in uerb. Simonia, num. 20. uerſ.
Decimonono, ibi. Prædicantibus etiam tempo-
ralia, & Augel. eod. 3. nume. 9. verſ. Vtrum liceat
dare, uel accipere pecuniam, & Dom. Sot. de iu-
ſtit. & iur. lib. 9. q. 6. artic. 2. in reſp. ad 2. uerſ. De
prædicatoribus autem. Idque merito: tum quod
ſacerdotii munus hoc eſt, ut ſupra diximus, & ob
id eccleſiaſticum miniſterium, pro quo exercen
do, ſi pecuniam quis exigat, ſimoniam commit-
tit, arg. c. ad noſtram de ſimon. tum quod eſt ſpi-
rituale quoddam, per quod impulſu ſpiritus San
cti mouentur homines ad peccata deteſtanda, &
ad Deum amandum. Munus autem, prædicatio-
nis eſt non ſolum intellectum illuminare, ut ait
Sot. ibid. ſed id facere ſecũdum donum ſpiritus
Sancti, atque adeo ſecũdum eius gratiam expur-
gare corda, animoſque ſurſum prouehere: diui-
noque amore conſolidare. & perficere. Hæc ibi
Sot. Nihil ergo pretii nomine pro functione hac
exigi poteſt. Excipitur tamen, ubi ob aliam cau-
ſam quid datur, ſeu accipitur, ut pote ad ſe ſuſtẽ-
tandum; hoc enim & licite datur, & licite accipi
tur, ut habetur in c. cum uoluntate. §. prædicato-
res, & ibi not. de ſent. excom. Idem ſi uel de lau-
dabili cõſuetudine aliquid pręſtetur, uel pro eo,
quod ſua negotia concionator omiſit, quo huic
functioni operã det, & ſic pro ſuo intereſſe; ſicut
etiam ſi quid ultro offeratur, arg. c. tua de ſimon.
in omnibus enim his caſibus, quod non pro con
cione, ſed pro re alia datur, ſimonia non commit
titur, atque ſic hodie concionatores immunes
ob has cauſas accipientes a ſimonia ſunt, ſed de
officiis diuinis huiuſmodi hactenus: ad benedi-
ctiones, quæ a ſacerdotibus fiunt, tranſeamus.

S V M M A.

1 *Benedictionis genera duo ſunt, & quæ.*
2 *Benedictionibus, quæ res ſacræ conſtituantur, & quę non.*
3 *Benedictionum gratia, quæ a ſacerdote fiunt, ſi quid pretij nomine exigatur, ſimonia committitur.*
4 *Benedictæ res, ſi quatenus tales, vendantur, ſimonia committitur.*
5 *Benedicendi res gratia, ideſt, vt quis benedicere res poſſit, ſi pretio licentiam emat, ſimoniam committit.*

§. III.

§. Quartum munus ſacerdotii eſt res quaſdam
benedicere, ut habetur in c. 1. diſt. 25. §. Ad
præsbyterũ; Ad pręsbyterum, dicitur enim
ibi, pertinet ſacrificium Corporis, & Sanguinis
Domini in altario Dei conficere, & orationes di
cere, & benedicere dona Dei. Hæc ibi, ex quibus
apparet benedictiones rerum ad ſacerdotes per
tinere. Contemplandum igitur nobis eſt, quan-
do & in his ſimonia committatur, id quod, ut di
lucidius fiat, tria contemplabimur. Primũ, quan
do ſimonia committatur in benedicendo. Dein
de, ubi res benedicta alienatur. Poſtremo, ubi qd
exigitur pro licentia benedicendi. Præmiſſo ta-
men prius, quotuplex benedictio ſit, & quæ a ſa-
cerdote fiat.
1 Benedictio igitur † duplex eſt, alia, quæ rem
ſacram conſtituit, alia, quæ rem ſacram non con-
ſtituit, ut pulcherrime docuit Caiet. 2. 2. q. 88. ar
tic. 11. uerſ. Verum, quia hoc non inuenio, ibi, Be
nedictionum duplex eſt genus, & Nauar. in Cõ-
ment. de ſpol. clerie. §. 18. nume. 10. uerſ. Ex qui-
2 bus infertur primo. † Benedictiones, quæ rem ſa-
cram conſtituunt, dicuntur conſtitutiuæ ſacri, &
ſunt eæ, quibus ea, quæ benedicuntur, conſtituũ-
tur in eſſe ſacro, cuiuſmodi ſunt benedictiones
calicis, corporalis, eccleſiæ, & altaris, & ueſtium
ſacerdotalium, nec nõ olei ſancti, & olei catechu
menorum, quę uniuerſa ab Epiſcopo benedicun
tur: hęc enim ſacra cõſtituta ſunt, adeo quod ad
nullum alium uſum ipſis uti debemus, ac poſſu-
mus, quam ad eum, cuius gratia benedicta ſunt,
ut de eccleſiis habetur in c. 1. de immunit. Eccl.
in antiq. & in c. decet domum eod. lib. 6. & de ue
ſtimentis Eccleſiæ in ca. ueſtimenta Eccleſiæ de
conſecr. diſt. 1. facit quoque c. altaris palla, & ca.
ſeq. ead. d. de uaſis in c. in ſancta ead. d. & in c. ad
nuptiarum ead. diſt. de oleis non eſt, quod quis
etiam dubitet: quamobrem, ubi nouum confici-
tur, uetus, quod reliquum eſt, comburitur, ut di-
citur in c. literis de conſecr. diſt. 3. & in c. ſi quis
de alio chriſmate de conſecr. diſt. 4. atque ſic di-
xit Caiet. & ſenſit Nauar. ibid. uerſ. Secundo in-
fertur. Benedictiones uero, quæ conſtitutiuę ſa-
cri non dicuntur, ſed inuocatiuæ, ſunt eæ, quibus
ea, quę benedicuntur, non ob id ſacra fiunt, ſed
inuocatur Deus, ut obtineant aliquam aſſiſten-
tiam eius ſpiritualis, & ob id non inhabilia red-
duntur ad ea omnia, ad quę ante benedictionem
habilia erant, ut dixit Caiet. ibid. Hę autem ſunt
benedictiones menſę, domus, nauis, ignis, panis,
ouorum, carnium, herbarum, & huiuſmodi, non
enim poſt benedictionem ad alium uſum perti-
nent ab eo, ad quem antea pertinebant, atque ſic
colligitur ex dictis Caiet. eod. in loco. Et de hoc
ſatis, iam quę benedictiones fiãt a ſacerdotibus,
declaremus.

A ſacerdote igitur, benedictiones fiũt, partim
rem ſacram conſtituentes, partim non conſtituẽ
tes. Priori modo benedictionibus res hę ſacrę cõ
ſtituuntur, Aqua, quæ ab baptiſmum adminiſtrã
dum conſecratur: Aqua, quę ad aſpergendum po
pulum, Sal, quod ad baptiſmum adminiſtratur,
Candellę, quę in Purificatione Beatiſſimę Virgi
nis Marię diſtribuuntur, Oliuę, quę etiam in die
Dominico palmarum tribuuntur, Cineres, qui-
bus Chriſti fideles primo quadrageſimę die a-
ſperguntur, Cęreus Paſchalis, Incenſum. Hęc. n.
omnia a communi earum uſu excipiuntur, & ad
alium deſtinantur, ut ex dictis patet. Poſteriori,
ſcilicet Benedictiones, quibus res ſacrę non con
ſtituuntur, ſed ſolum inuocatur Deus, ut obti-
neant aliquam eius ſpecialem aſſiſtentiam, ſunt
benedictiones menſę, nauis, ignis, domus, ouo-
rum, agni paſchalis, carnium, panis, herbarum, &
huiuſmodi. Has enim benedictiones ſacerdos fa

cit, ut

cit, ut de aqua, & ſale, quo aſpergitur populus, habetur in c. aquam ſale de conſecr. diſt. 3. de aliis vero in miſſali Romano, & in Catechumenorum libro. His præmiſſis, iam quæſtiones propoſitas aggrediamur.

3 Quoad primam queſtionem igitur † pro certo habendum eſt ſimoniam committi, ſi ſacerdos pro ipſis faciendis pecuniam pretiĩ nomine exigat; tum quod ſpiritualia hæc ſunt, ut dixit Nauar. in Man. c. 23. num. 99. verſ. Dixi vel ab Eccleſia, ubi cõſecrationem aquę baptiſmi, & aquæ benedictæ inſtitutam eſſe ait, & ob id ſpiritualem rem eſſe, & idcirco ſimoniam committi, ſi quid pretii nomine exigatur; Tum quod benedicere hæc eſt eccleſiaſticum miniſterium exercere; at pro nullo eccleſiaſtico miniſterio exercendo qcquam exigi debet, alioquin ſimonia committitur, vt habetur in c. ad noſtram de ſimon. ergo & hic ſimonia cõmittitur, ſi pecunia exigatur. Hoc autem locum habet non ſolum in benedictionibus conſtitutiuis ſacri, verum etiam & in uocatiuis ob eaſdem rationes. Qui ergo ſacerdos pecuniam uult pro benedictione Domus, pro benedictione aquæ, & huiuſmodi, ſimoniam cõmittit.

Excipitur tamen, ubi quid ultro offertur arg. cap. tua nos de ſimon. & ut alibi ſupra diximus. Quare, ſi quid offeratur ſacerdoti, qui in hębdomada ſancta ædes Chriſti fidelium benedicit, licite ab eo recipitur, nam ſponte datum, pretii locum non ſubiit. Verum quid ſi ſacerdos ob id in primis uadit, quod accepturum aliquid ſperat, an ſimoniam committet? Hoc enim contingere ſæpius poteſt: ſimoniam ab hoc non cõmitti cenſeo, ſed auaritiæ notam, ſicut is, qui ob diſtributiones in primis ad diuinas preces recitandas uadit.

Excipitur etiã, ubi ex laudabili conſuetudine dari qd ſolet, quę conſuetudo ſeruatur in ipſa benedictione Domus, nemo enim eſt, quin ſacerdoti eunti ad ſuas ædes benedicendas in hæbdomada ſancta, ultro aliquid tribuat. Non igitur tunc ſimoniam committit, ut habetur in c. ad apoſtolicam de ſimo. Non etiam in benedictione ouorum, & panis, ſi quid ex ipſis ſacerdos ſibi ſummat, in multis enim locis, in quibus oua, & panes benedicuntur in Paſchate, ex ipſis aliquid ſacerdos ſummere conſueuit. In hiſce igitur caſibus ſimonia non committitur. Et de quæſtione prima ſatis.

4 Quoad ſecundam, † ſi res benedictæ, reſpectu habito ad benedictionem uendantur, ſimonia committitur, nam ſpirituale uẽditur, circa quod ſimonia committitur: etenim nec calix conſecratus, nec ueſtes conſecratę reſpectu habito ad conſecrationem ſine ſimoniæ nota uendi poſſunt, ut dixit Nauar. in Man. cap. 23. nume. 99. in fine. Si ergo quis oua benedicta, panem benedictum, aquamue benedictam ob id pluris uendat, quod benedicta ſunt, ſine dubitatione ſimoniam committet. Excipitur tamen, ubi reſpectu habito ad temporale uenduntur, tunc enim ſimonia non committitur, id quod re dubia præſumitur, argu. l. merito. ff. de dolo. Et præſertim in iis, quę ſacra non conſtituuntur per benedictionẽ. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

5 Quoad tertiam quæſtionem, † an ſimonia cõmittatur pro licentia habenda benedicendi huiuſmodi res: pro certo hic quoque habẽdum eſt, ſi quid pretij nomine exigatur, ſimoniam committi. Id quod probatur primo per c. ad noſtram de ſimon. nam, ſi pro uicariis huiuſmodi aſſignãdis exigi ſine ſimoniæ vitio nihil poteſt, vt ibi habetur; ergo & hic, cum ſit hoc vices noſtras vendere: ac plane, ſicut ſimonia committitur, ſi quis pretio accepto permittit alicui, vt in ſua parochia eccleſiaſticas functiones exerceat, ita etſi functionem hanc vnam, valet enim argumentum à toto ad partem arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. Probatur etiam id per c. 1. cum ſeq. ne prælat. vic. ſuas; nam ibi prohibetur, ne pro iuriſdictione Epiſcopi exercenda quiquam tribuatur, & ſi contra fiat, ſimonia committitur, ut ibi nor. ergo multo magis ſimonia committetur, ſi pro functione hac, quę ordinis eſt, exercẽda pecunia tribuatur. Simoniam ergo committit Parochus, qui uendit officium eundi ad benedicẽdas ædes in hæbdomada ſancta, uel alias huiuſmodi functiones. Excipitur tamen, ubi non pro ea licentia eundi aliquid datur, ſed ob emolumẽtum, quod benedicendo cõſequitur, id enim poteſt, ex quo emolumentum illud temporale eſt, in omnibus enim parochiis conſuetudo eſt, ut aliquid tribuatur Parocho in hæbdomada ſancta eunti ad ędes benedicendas. Non laudo tamen huiuſmodi cõuentionem, eſto enim ſimonia non committatur, auaritiæ ſpecimen tamen præſefert, ſcandallum quoddam tribuit, & Chriſti fideles, cum uideant hęc uenalia reddi, reſtrictiores ad elargiẽdum fiunt, & a laudabili conſuetudine auocantur. Excipitur quoq; è contrario, ſi Parochus conueniat cum aliquo ſacerdote, & quidpiam ei tribuat, quo eam functionem obeat, ex quo enim conducere ſacerdotem licet, ut omne parochi officium gerat, multo magis, ut functionem unam, quandoquidem conuentio illa non fit de ſpirituali, nec datio, ſed pro ea obligatione, & intereſſe, quod patitur ſacerdos ille ſua omittendo, & aliena curando, atque ſic ſenſit Innoc. in ſimil. in cit. c. 1. ne prælat. uic. ſuas, quem Abb. ac DD. ibi communiter ſequuntur. Sed de functionibus ordinis ſacerdotii hactenus, ad functiones ordinis Epiſcopatus tranſeamus.

De functionibus Epiſcopatus ordinis, quando ipſis exercendis ſimonia committatur. Cap. XLV.

S V M M A.

1 *Epiſcopatus ordo quid ſit.*
2 *Epiſcopatus functiones, ac munera quænam ſint.*
3 *Conſecrationes, ac benedictiones, verſantur partim circa perſonas, partim circa res, quæ aut ad diuina,*

miſſaque

miſſæque ſacrum facienda pertinent, aut ad ſacramenta, & quæ hæc ſint.

4 *Epiſcopatus functiones verſantur circa hæc, ſcilicet Ordines, Confirmationem, Conſecrationes, verbi Dei prædicationem, nec non iuriſdictionem Eccleſiaſticam,*

NONVS denique ordo Epiſcopatus eſt, de quo eadem, quæ & de aliis contemplemur, ſcilicet quid ſit, quæ ipſius functiones, & quãdo in ipſis ſimonia committatur.

1 Quoad primũ igitur† Ordo Epiſcopatus eſt ordo, quo traditur poteſtas conferendi confirmationem, ac ordines, conſecrandi, ac benedicendi quædam ad diuina facienda pertinentia, nec nõ verbum Dei prædicandi, & iuriſdictio eccleſiaſtica, fori exterioris. Dixi eſt Ordo, nam epiſcoparum ordinem eſſe, præterquam quod ex dictis antea conſtat, habetur etiam in cap. 1. §. ordo uero Epiſcopatus diſt. 21. & c. 1. §. ad Epiſcopũ iunct.
2 verſ. Hi ſunt ordines, diſt. 21. Dixi, Quo traditur poteſtas conferendi cõfirmationem, & ordines, nam Epiſcopus recipit poteſtatem cõferendi cõfirmationem, & ordines, vt de confirmatione habetur in c. 1. §. per frontis de ſacr. unct. & in cap. præsbyteri, & in c. præsbyteris de conſec. diſt. 4. & in c. 1. cum multis ſeq. de conſecr. diſt. 5. & ut aſſeruit Trid. Synod. ſeſſ. 7. de confirmat. canoni. 3. & vt id pluribus probaui in Summa de Sacramentis Tab. 3. nume 4. de ordine itidem in ead. Sum. pluribus id egi Tab. 7. c. 2. Dixi etiam tradi poteſtatem conſecrandi, ac benedicendi quædã
3 ad diuina facienda pertinentia. † Nam ecce omnia, quæ conſecrantur, aut perſonæ, aut res ſunt. Perſonæ, vt Epiſcopi, Abbates, & Moniales, qui omnes ab Epiſcopis conſecrantur, ut de conſecrationibus Epiſcopi habetur in capit. 1. paulo poſt principium, & ibi Gloſſ. in uerb Aſſiſtentibus de ſacr. unct. & in ca. ſi Archiepiſcopus, & in c. nec epiſcopi de tempor. ordin. ut enim in cita. iur. habetur, Epiſcopus à tribus Epiſcopis conſecratur. Abbates itidem ab Epiſcopis benedicuntur, arg. c. 1 de ſuppl. neglig. prǽla. & ut inquiunt Ioan. Tab. in uerb Abbas num. 3. uerſ. Debet benedici, & Sylue. & Ang. eod. Moniales itidem ab Epiſcopis benedici, ſenſit Abb. in c. aqua de conſecr. Eccl. uel alt.

Res quoque, tam quæ ad diuina facienda pertinent officia, quam, quæ ad ſacramenta, conſecrant. Vt ecce ad diuina conſecrantur eccleſiæ, aræ, ſeu altaria, calices, ueſtes, quæ ad diuina facienda adhibentur, corporalia, cæmiteria, & campanæ, & alia huiuſmodi, quæ itidẽ omnia ab Epiſcopis conſecrantur. Vt de Eccleſia, & altari habetur in tot. tit. de conſecra. Eccl. uel alt. Imo eccleſia poluta ab Epiſcopo reconciliatur, ut habetur in cit. c. aqua, eod. de conſecrat. Eccle. uel alt. Quibus autem caſibus polui Eccleſiam contingat, tradidit Gloſſ. in c. unic. de conſecr. Eccl. uel alt. lib. 6. Idem, & apertius eccleſiam, & altare ab Epiſcopo conſecrari habetur in c. 1. §. ad Epiſcopum diſ. 25 Ad epiſcopum, dicitur enim ibi, pertinet baſilicarum conſecratio, unctio altaris. De calice, corporalibus, nec non ueſtimentis quę ad diuina facienda adhibentur, inquit Zab. in Clemen. fin. §. ſtatuimus, num. 3. de ſtat. monach. & Sylue. in uerb. Benedicti o, num. 5. uerſ. Secundo utrum benedictio, ibi, Dico autem, qui de communi ſententia teſtatur. & Ioan. Tabien. in uerb. Abbas nume. 5. uerſ. Quinto quæritur, ibi, Vnde pro clara ſolutione. De Cæmiteriis, quod ab Epiſcopis benedicãtur, id ſenſit Sylu. in uerb. Cęmiterium, nã ait ab eo benedici, a quo Eccleſia benedicitur, at Eccleſia ab Epiſcopo benedicitur, ut uidimus, ergo & cæmiteriũ, idem dixit Paul. Fuſch. de uiſit. & regimin. Eccl. lib. 1. c. 12. num. 5. uerſ. Sed cęmiterium, qui & de campanis idẽ aſſeruit eod. lib. ca. 14. nu. 7. benedicuntur enim & campanę, & exorcizantur, ut earum ſono perterriti ſalutis noſtræ inimici dæmones aufugiant, & Chriſti fideles ad diuina audienda ueniant. Quę igitur ad diuina facienda pertinent, ab Epiſcopis conſecrantur.

Quæ itidem ad ſacramenta quædam adminiſtranda ſpectant, ab Epiſcopo benedicuntur. Ve ecce oleum catechumenorum, quo baptizandi inter ſcapulas, & in pectore unguntur, ut dicitur in c. deinde a ſacerdote de conſecr. diſt. 4. & in cita. ca. unic. uerſ. unctio uero inuiſibilis, & §. quia uero Chriſtus de ſacr. unct. ab Epiſcopo in hebdomada ſancta benedicitur. Item chriſma, quo baptizati a ſacerdote in uertice unguntur, & ab Epiſcopis in fronte, dum cõfirmantur, ab Epiſcopo etiam conſecratur, ut habetur in ca. quamuis, diſt. 78. & in c. omni tempore de conſecr. diſt. 4. Oleum denique infirmorum, quo extrema unctio conficitur; nam & ipſum ab Epiſcopo conſecratur, ut id probaui in mea Summ. de ſacramẽ. Tab. 6. c. 19. nu. 4. Quę chriſma, & oleum ad alia etiam adhibentur, ut habetur in cit. c. unic. de ſacr. unct. & ut dixit Syluеſ. in uerb. Oleum. Ex his igitur apparet benedictiones, & conſecrationes Epiſcopatus ordinis eſſe. Poſtremo hinc etiam probatur: nam ubi Epiſcopus conſecratur, cum conſecrator manus eius inungit ſic inquit Conſecrare, & ſanctificare digneris Domine manus iſtas per iſtam unctionem, & per benedictionem noſtrã, ut quæcunque conſecraverint, conſecrentur: & quęcunque benedixerint, benedicantur in nomine Domini, ita refertur in cit. ca. unic. uerſ. Manus Epiſcopi iniunguntur: idque merito, ob id enim inunguntur, ut ibid. dicitur, quo oſtẽdatur Epiſcopum accipere poteſtatem benedicendi, & conſecrandi. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus.

Dixi, Nec non uerbum Dei prædicandi, munus enim hoc in primis Epiſcoporum eſt, ut dixit Trid. Synod. ſeſſ. 24. c. 4. de reform. Idque iure merito, in locum enim Apoſtolorum ſuffecti

ſunt,

ſunt,vt dicitur in c.nidentes 12.q.1. & ibi Gloſſ.
no. qni ad prędicandum Dei uerbum miſſi ſunt,
inxta illud Euangelii, euntes in uniuerſum mun
dum prædicate euangelium omni creaturæ.

Dixi etiam dari iuriſdictionem Eccleſiaſticã
fori exterioris;nam & ſic aſſeruit Gloſſ.commu-
niter recept.in c.tranſmiſſam de elect.& facit ti-
tul.de off.ordin.& tit.ne prælat.uices ſuas, & de
4 inſtit.de iud.de for.compet.& ſimil.† Ex his igi-
tur duo habemus explicatam deſcriptionem po
ſitam de ordine Epiſcopatus:alterum,quod ſecũ
do loco explicandũ nobis propoſueramus, quæ-
nã eius primariæ functiones ſint, q̃ nt uidimus,
hæc ſunt,ſcilicet confirmationem,& ordines cõ-
ferre. Secundo Conſecrationes tum ad diuina fa
cienda,tum ad ſacramenta adminiſtranda perti
nentes. Tertio uerbum Dei prædicari. Quarto iu
riſdictionem eccleſiaſticam fori exterioris exer-
cere. Reſtat igitur,ut quando in ipſis ſimonia cõ
mittatur,explicemus:id quod in ſequenti præſta
bimus.

S V M M A.

1 *Conſecrationum,& benedictionum gratia ſi Epiſco-
pus pretij nomine quid exigat,ſimoniam committit.*
2 *Conſecrationis Epiſcoporum gratia ſi quid pretij no-
mine Epiſcopus recipiat,ſimoniam committit.*
3 *Benedicendi Abbates gratia,uel moniales ſi quid exi
gatur,ſimonia committitur.*
4 *Cõſecrationis Eccleſiæ gratia ſi quid recipiatur, quã
do ſimonia committatur.*
5 *Conſecrationis altaris gratia ſi quid exigatur,ſimo-
nia committitur.*
6 *Calicis conſecrandi gratia ſi quid exigitur, ſimonia
committitur.*
7 *Veſtimenta benedicendi gratia ſi quid exigatur,ſi-
monia committitur.*

§. I.

S. Quoniam Epiſcopatus ordinis functiones
has diximus,ſcilicet confirmationem,& or
dinem conferre. Secundo conſecrationes,
& benedictiones quaſdam facere. Tertio uerbũ
Dei prędicare. Quarto iuriſdictionẽ eccleſiaſti
cam fori exterioris exercere,& quando in ipſis ſi
monia committatur explicandum nobis propo-
ſuimus,ob id rem ipſam iam aggrediamur. Ve-
rum quòd quando in collatione confirmationis,
& ordinis ſimonia committitur, iam declaraui-
mus ſupra,cap.33.& c.37.& in prędicatione uer
bi Dei,ca.39.§.2.num. 19. quando autem in iu-
riſdictione infra ſeparatim,quippe,quæ longiori
egeat tractatione,contemplabimur,ob eam rem
quando in conſecrationibus,& benedictionibus
ſimonia committatur,hic agamus.
1 Pro conſecrationibus igitur,†& benedictioni
bus perſonarum,& rerum,quæ pertinent tam ad
ſacramenta conficienda,quam ad alia diuina of-
ficia obeunda ſi quid pretii nomine exigatur,ſi-
monia committitur, nam Epiſcopus has conſe-
crationes,& benedictiones faciendo eccleſiaſti-
cum miniſterium exercet:(hoc enim dubitatio-
nem non habet:)at clericus ſimoniam commit-
tit,ſi quid pretii nomine pro Eccleſiaſtico mini-
ſterio exercendo,exigit,ut habetur in cap. ad no
ſtram de ſimon.ergo & Epiſcopus hic. Præterea
has functiones poteſtate ordinis Epiſcopat⁹ fiũt
ab Epiſcopis,ut ſupra probauimus,at Epiſcopi ſi
moniam committunt,ſi pro exercendis ſui ordi-
nis functionibus pecuniam exigant,arg.ca.1.de
ſimon.cum ſimil. ergo & hic ſimonia committi-
tur his conſecrationibus,& benedictionibus pe-
2 cunia celebratis.† Poſtremo ſpeciatim habetur
ſimoniam committi, ſi quid pro benedictionib.
Epiſcoporum exigatur in cap. ſicut 3. de ſimon.
Non repugnat c.ut prætcritæ de elect.nam loqui
tur ibi de impenſis,quæ fiũt cauſa electionis, nõ
de iis,quæ fiunt pro conſecratione, ita Zabar.in
3 c.ſicut pro certo de ſimo.†Item pro benedictio-
ne Abbatum in eod.cap.ſicut,& ibi not. Abb.&
Mar.Socin.Sen.& Gloſſ.in Clem.fin.in uerb.Be-
nedici in fine de ſtat.monach.& Archiep. Florẽ.
in 2.par.Sum.tit.1.q.5.§.16. prope finem uerſic.
Item nec pro ſacramentalibus. Pro benedictio-
ne itidem monialium ſimoniam committi, ſen-
ſit quoque Gloſſ.in cit.Clem.fi.in uerb.Benedi-
4 ci.† Pro conſecratione Eccleſiæ ſi quid etiã exi-
gatur,ſimoniam committi, habetur in c. cum ſit
Romana de ſimon.& apertius in c.1.p.q.2.& ibi
Gloſſ.& in c.fi.1.q.3.Excipitur tamen,ubi quid
pro procuratione exigitur,ut dicitur in eod.cap.
cum ſit Romana:Conſultationi tuæ taliter reſpõ
demus,dicitur enim ibi,quod nihil pro Eccleſia
rum conſecratione potes, uel debes præter pro-
curationem exigere. Ecce hic procurationem li-
cite exigi,idque iure merito,nam non pro conſe
cratione datur,ſed quo Eccleſia ipſum ſuperiorẽ
agnoſcat,& ut Epiſcopus facilius prouocetur ad
munus illud obeundum,ut ait Abb.ibi; Etenim
& pro uiſitandis Eccleſiis licite procuratio exigi
tur,ut habemus in c.exigit,& in c.ſeq.de cenſ.li-
bro 6.licite igitur,& ſine ſimoniæ uitio ipſa pro-
curatio exigitur,atque ſic quoque dixit Gloſſ.in
cit.c.1.p.q.2.Excipitur quoque, ubi ultro quid
offertur;id enim ſine ſimonię uitio recipi poteſt,
ut dicitur in eod. c.1.Tertio excipitur dos ipſius
Eccleſiæ:nam & ante cõſecrationem peti poteſt,
& debet,ut habetur in c.nemo eccleſiam de con
ſecr.d.1.& in eod.c.1.p.q.2.& facit ca.cum ſicut
de conſecr.eccl.uel alt.nam non pro conſecratio
ne Dos tribuitur,ſed ad ſuſtentandos miniſtros,
qui ei inſeruiunt, & ad onera eiuſdem ſuſtinen-
da aſſignatur. Hinc nec Dos,quæ pro matrimo-
nio contrahendo tribuitur, ſimoniam inducit,
quandoquidem non pro matrimonii ſacramen-
to, ſed pro eius oneribus ſuſtinendis tribuitur,
5 alias autem ſimonia committitur.† Pro conſe-
cratione altaris etiam,ſi quid pretii nomine exi-
gatur,ſimoniam committi habetur in cit. c.fi.1.
6 q.3.†Idem ſi pecunia exigatur pro conſecratio-
7 ne calicis, † & benedicendis ueſtimentis, dixit
Abb.in c.ad noſtram,ubi & Gofred. idem ſentiẽ
tes refert,ac ſequitur,& Mar.Soci.Sen. & Guliel.
Redoan.

Redoan. ubi alios quoſdam idem ſentientes refert de ſimon.par. 3.c.17.num.19.verſ.Sed numquid ſit ſimonia. Idem ergo & de aliis concludẽdum eſt, cum eadem ratio in omnibus ſit, & ob id eadem diſpoſitio eſſe debeat. Non ergo Eccleſiæ Antiſtites uenales ſuas functiones reddant, quo hoc graue ſimoniæ ſcelus euadãt; ſed de his hactenus, modo an prædicta conſecrata ſi uendãtur, ſimonia committatur contẽplemur: id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Conſecrata, ac benedicta ab Epiſcopis ſi vendantur, reſpectu habito ad conſecrationem, benedictionemue, ſimonia committitur.*

2 *Conſecrata, benedictaue ab Epiſcopis ſimonia non cõmittitur, ſi vendantur reſpectu habito ad materiã, & non ad conſecrationem.*

3 *Conſecratio, benedictioue per ſimoniam facta an valeant.*

§. II.

Quæſtio propoſita nobis hæc eſt, an ſimonia committatur, ſi ab Epiſcopo conſecrata, benedictaue uendãtur. In qua quæſtione breuiter ſic diſtinguendum eſt

1 † Aut uenduntur reſpectu habito ad conſecrationem, benedictionẽue, & in hoc caſu ſine ſimoniæ uitio uendi nequeunt, nam ſpirituale uenditur, quod ſine ſimoniæ uitio non poteſt, ut habetur in tot. tit. de ſimon. atque ſic de conſecrationibus altarium, uel eccleſiarum habetur in c.ſi.1.q 3.& de calice, & ueſtibus ſacris, & huiuſmodi ornamentis dixit Archiepiſ. Floren. in 2.par.Sum.tit.1.ca.5.§.23.& Nauar. in Man cap.23.num.99.in fine, ubi & generatim ait ſpiritualia, quæ plus temporalis habẽt, quam ſpiritualis reſpectu habito ad conſecrationem uendi non poſſe, & Guliel. Redoan. de ſimonia 1.par.cap.30.num.10.uerſ.Sed res eſt intelligenda ſano modo, & num.13.& 14.eod.ca.& p.3.cap.17.nume.15.idem de ſepulcris, & capellis dixit Ioan. Caraf. de ſimonia mentali, & accipiẽdum ſic eſt in numer.140.& de uaſis, & ueſtibus Dom.Sot.de iuſt.& iur.lib.9.q.7.art.1.in reſpõ. ad 2.argumentum. Quæ cõcluſio locum habet, ut nec à Romano Pontifice ratione hac alienatio horum ſine ſimoniæ uitio fieri poſſit, ut aſſeruit Nauar. eod.cap.nume.108.uerſ.Tertio cum ſeq. idque merito, eſto enim ab Eccleſia conſecrationes inſtitutæ ſint, ac fiant, quod tamẽ a ſpirituali poteſtate pendent, & ſpirituales ſunt, à nemine uendi poſſunt. Simoniam igitur committit, qui calicem conſecratum, ueſtes benedictas ad diuina facienda pertinentes ob id pluris uendit, quod ea conſecrata, benedictaue ſunt.

2 Aut uenduntur † reſpectu habito ad ipſam materiam, ut pote, reſpectu habito ad aurum, argentum, pannum, & huiuſmodi. & in hoc caſu ſimonia non committitur, quandoquidem non ſpirituale uenditur, in quo ſimonia committitur, ſed temporale, in quo ſimonia locum non habet, ita Guliel. Redoan. eod.cap.nume.10.uerſ. Sed res eſt intelligenda, & in ſeq.num. Imo, ſi in caſibus à iure permiſſis uendantur, nec ſacrilegium committitur, arg.c.hoc ius porrectum.10.q.2.& cap. aurum.12.q.2.quamuis, ſi laicis uendantur, conflata uendi debeant, & in maſſam redacta, ut dixit Archiep. Flor. ibid.& Nauar. eod.uerſ. Tertio cum ſeq.& ut dicitur in cit. iuribus, & Guliel. Redoan. eod.c.30.num.12.& 13. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo; id quod & ſupra alibi concluſimus.

3 Verum † an conſecratio, benedictioque per ſimoniam facta ualent? Ego ſentio ipſa ualere; tum quod per ſimoniam facultatem conſecrãdi Epiſcopus non ammittit: (pendet enim ab ordine epiſcopatus, qui deleri non poteſt, arg.c.1.de ordin.ab Epiſc.qui renon.epiſ.) tum quod res ipſæ ob ſimoniam inhabiles non fiunt ad conſecrationem recipiendam, etenim & ubi ab eo fiũt, qui alio crimine implicatus eſt, ualẽt. ſed iam, an facultas conſecrandi, uendi poſſit, contemplemur; id quod infra præſtabimus.

S V M M A.

1 *Conſecrandi licentia ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt.*

2 *Vicarius conduci poteſt ad ſpiritualia adminiſtranda ſine ſimoniæ vitio.*

§. III.

1 Poſtrema quæſtio eſt, † an licentia conſecrãdi pretio dato tribui poſſit ſine ſimoniæ uitio. In qua quæſtione breuiter cõcludimus ſimoniam committi, ſi pro licentia conſecrandi, benedicendiue pecunia tribuatur. Id quod probatur primo, per c.ad noſtram de ſimo. nam pro uicariis aſſignandis prohibetur, ut nihil recipiatur, quãdoquidem ſimonia committitur, at, qui licentiam conſecrandi tribuit, qui uicem ſuam gerat, & ſic uicarium conſtituit: ergo ſine ſimoniæ uitio recipi nihil poteſt. Præterea, qui eccleſiaſticam adminiſtrationem per pecuniam obtinet, iuriſdictionemue epiſcopalem, ſimoniam cõmittit, ut habetur in ca.conſulere de ſimon.& in c.1.& 2.ne prælat.uic.ſuas ergo & qui hanc licentiam pretio emit; eſt enim hæc eccleſiaſtica adminiſtratio, & ſi pro functionibus iuriſdictionis nihil dari poteſt, multo minus pro functionibus ordinis tribui debet. Si ergo epiſcopus, ut in diœceſi alterius eccleſias conſecrare, Abbates benedicere, & alia huiuſmodi facere poſſit, pecuniam præſtat, ſimoniam ſine dubitatione committet.

2 Secus è contrario, † ſi ad huiuſmodi functiones exercendas Epiſcopus Vicarium acciperet, & mercedem ei præberet, non enim hac ratione ſimonia committitur, quandoquidem non pro functionibus illis præſtatur, ſed pro ſuſtentatione; item ob id, quod ſuis omiſſis moram ibi trahit, atque ſic habetur in cit.cap.1.ne prælat. uic. ſuas, & ibi Inno. communiter recept. Hinc capellani licite, & ſine ſimoniæ uitio ad animarum curam

ram

ram gerendam conducuntur,& vicarij Epiſcopo
rum ad iuriſdictioncm exercendam mercede ip
ſis propoſita. Non igitur ſimonia in hoc caſu cõ-
mittitur:quod & alibi diximus. Atqui de ordini
bus iam ſatis; quæ enim de Epiſcopatus ordine
reliqua ſunt,abſoluemus,vbi de iuriſdictione Ec
cleſiaſtica tractabimus, iam ad matrimoniũ po-
ſtremum ſacramentum nouæ legis tranſeamus.

De Matrimonio Sacramento Nouæ legis materia propria circa quam ſimonia,& quando circa ipſum ſimonia committatur. Cap. XLVI.

S V M M A.

1 *Matrimonium eſt ſacramentum circa quod, ſimonia committi poteſt.*
2 *Matrimonium quid ſit, quatenus ſacramentum nouæ legis eſt.*
3 *Matrimonium ſimoniacbum quando ſit, ideſt quãdo contingat circa ipſam ſimoniam committi.*

1 POSTREMO matrimo-
nium,†quatenus ſacramẽ-
tum eſt, materia ſimoniæ
propria circa quam eſt,id-
eſt id, circa quod ſimonia
committi poteſt; nam ſa-
cramẽtum nouæ legis eſt,
vt aſſeruit Trid. Syno. ſeſſ.
7.de ſacramen. canon.1.&
ſeſſ. 24. de ſacramento matrimonii canon 1. at
circa ſacramenta ſimoniam committi poſſe ge-
neratim ſupra probauimus, ergo & circa matri-
monium. Non eſt igitur,quòd hac de re dubite-
mus. Verum,ut quando circa ipſum ſimonia cõ-
mittatur,ne ignoremus, (præmiſſo prius quid ſa
cramentum hoc ſit,)quæſtiones has contempla-
bimur. Primum,an ipſi contrahentes ſimoniam
committant,qui pręmio ducti matrimonio iun-
guntur. Secundo,quid de eo uiro,qui cum ſit,aut
ſenex,aut obſcuris parẽtibus natus,aut deformis
aut bigamus,ut uel iuuenem,uel illuſtribus ortã
parentibus,uel perpulchram,vel uirginẽ habeat,
ei quid promittit, an in hoc caſu ſimoniam com
mittat. Tertio,quid de illis, qui pretio ducti au-
ctores ſunt,uel proxenetæ,ut matrimonium fiat.
Quarto,quid de ſacerdote benedicente ſponſos
ob pecuniam. Quinto,quid de ſacerdote, qui pe
cunia ductus mulierem poſt partum in Eccleſiã
introducit. His enim quęſtionibus explicatis,ab
ſoluta hæc matrimonii materia erit; iam igitur
primam quæſtionem aggrediamur: id quod in
ſequenti præſtabimus. Pręmiſſo,ut dixi prius q̃d
2 ſit matrimonium. † Matrimonium igitur eſt ſa-
cramentum nouæ legis per quod coniugum mu
tua corporum poteſtas quoad concubitum ad fi
lios chriſtianæ fidei cultores procreandos,perpe
tuo transfertur,ut poſui in Summa de ſacra. Tab.
8.ca.18.in fine;quatenus enim ſacramentum eſt
ſic deſcribi poſſe uidetur, iam igitur rem aggre-
diamur.

S V M M A.

1 *Matrimonium contrahentes an ſimoniã committant ſi pretio ducti id faciant.*
2 *Dotis datione matrimonium ſimoniacbum non redditur.*
3 *Inſtituto aliquo hærede, ſi duxerit aliquam vxorem, an inſtitutio valeat,& ſimoniaca ſit.*

§. I.

1 Prima quæſtio propoſita hęc eſt,†an qui pre
tio ducti matrimonium contrahunt, ſimo-
niam committant. In qua quæſtione duæ
DD. ſententiæ ſunt,quarum prima eſt Gloſ.in c.
cum in Eccleſiæ,de ſimo. ubi ſentit ſimoniã non
committi, nam ait pro matrimonio licere aliq̃d
dare,uel accipere,& peccatum nõ eſſe. Idem ait
Glo.in c.quicquid.1.q.1. Probatur autem ſentẽ
tia hæc per Glo. hac ratione, quoniam per matri
monium gratia non confertur arg.ca.connubia,
32.q.2.nam ibi dicitur connubia legitima care-
re quidem peccato,nõ tamen tempore illo, quo
coniugalis actus geruntur. præſentiam ſancti ſpi
ritus dari,etiam ſi propheta uideatur eſſe, qui of
ficio generationis obſequitur. Si ergo præſentia
ſpiritus Sancti non datur,ſentit Gloſſ. matrimo-
nium gratiam non conferre. Hęc ratio falſiſſima
omnino eſt,& hæretica, nec per ipſam propoſita
opinio probatur,nam,quòd hæretica ſit,& ob id
falſiſſima hinc conuincitur,quoniã Trid. Synod.
anathęmate propoſito contra ſentientes contra-
rium aſſerit matrimonium gratiam cõferre,ſeſſ.
7.de ſacram.canon.6.cum duob.ſeq. & ſeſſ. 24.
canon 1.de ſacram. Matrimonii. Reprobãda igi-
tur omnino opinio hæc eſt,ut hæretica. Nec ob-
ſtat cit.c.connubia,nã,eſto in actibus illis coniu
galib. ſpiritus ſanctus nõ adſit,non tamen ſequi
tur,quin ſacramentum matrimonii gratiam cõ-
ferat,quandoquidẽ ſacramenti huius gratia con
fertur,dum matrimonium contrahitur, non au-
tem,ubi coniugales actus gerũtur, ut habetur in
c.cum initiatur 27.q.2. Cum initiatur coniugiũ,
dicitur enim ibi,coniugii nomen nanciſcitur,nã
defloratio uirginalis nõ facit matrimonium, ſed
pactio coniugalis. Denique, cum mulier coniun
gitur uiro,coniugium eſt,non,cum uiri admiſtio-
ne cognoſcitur. Ecce hic manifeſto apparet ma-
trimoniũ non contrahi coniugali copula,ſed pa-
ctione,& cõſenſu de pręſenti:quod cũ ita ſit,eſto
in ipſo coniugali actu ſpiritus Sanctus non adſit,
gratia tamen confertur,dum matrimonium cõtra-
hitur,etenim & ordini initiatus ordinis gratiam
non recipit,dum ordinis functiones exercet,ſed
ubi ordinẽ ſuſcipit. Præterea, eſto gratia ſpiritus
Sancti non adſit,ſ.ad operationem illã,matrimo
nii tamen gratia adeſſe poteſt,ſ. ſi coniuges mor
tiferi peccati culpa careant. Quod autem nec rõ
ne hac ſententia Gloſſ. probetur,hinc ẽt id facile
conuincitur,quia argumentum hoc non ualet, dicẽ

do per hanc actionem non confertur gratia, ergo in ipſa ſimonia non committitur, nam in electione alicuius ad aliquod oficiũ eccleſiaſticũ, non confertur gratia, & tamen, ſi pretio electio fiat, ſimonia committitur, ut in c. de hoc, & in c. Matthæus de ſimon. Nulla igitur ratio hæc eſt, atque ſic dixit Anan. in c. cum in eccleſia, uerſ. Nec etiam ualet argumentum de ſimon. & Ioã. And.
2 & Zabar. † Secundo pro hac ſententia uidetur facere, quoniam nullum matrimonium ſine dotis datione fit, vt conſuetudo declarat, & tamen Eccleſia id non improbat, ſed cõtra potius probat; quod nõ faceret, ſi ſimonia interueniret: ergo in matrimonio pecunia interueniente ſimoniam non committi uidetur. Hæc ratio nihil etiam facit: nam dos non pro ipſo ſacramento contrahendo datur, ſed ob aliud, ſcilicet ob onera matrimonii ſuſtinenda, arg. ca per ueſtras de donat. inter uir. & uxor. & c. ſalubriter de uſuris. & l. pro oneribus. C. de iur. dot. & not. Abb. in eod. c. cum in Eccleſiæ, num. 2. de ſimon. quamobrem donatio etiam propter nuptias ualet, ut Abb. ibi ſentit, & Mar. Socin. Sen. num. 18. Ex quo igitur pro re ſpirituali dos non datur, mirandum non eſt, ſi permiſſa ſit, & ſimonia non committatur eius datione, ac promiſſione.

Quare, cum nullis rationibus ſententia hæc probetur, contrariam DD. communiter ſequuntur, ut ſcilicet ſimonia committatur, ſi contrahẽtes pretio ducti matrimonium contrahant reſpectu habito ad ipſum matrimonium quatenus ſacramentum eſt, & res ſpiritualis, nam ſic inquiũt S. Thom. 2. 2. q. 100. arti. 2. in reſp. ad primum, & Sot. de iuſtit. & iur. q. 6 arti. 1. ad 6. & Syluest. in uerb. Simonia. q. 8. dubit. 2. & Ioan. Tabien. eod. num. 33. uerſ. Trigeſimoſecundo, ibi, Inquãtum uero eſt Eccleſiæ ſacramentum eſt illicitum, & Guliel. Redoan. 1. par. ca. 11. num. 9. uerſ. Adducta uero eſt, nume. 6. & Thom. ab Argen diſt. 25. q. 1. art. 4. in ſecunda q. in reſp. ad primum lib. 4. Præterea id probatur ratione, nam, ut diximus in initio huius capitis, pro ſacramentis nihil dari debet pretii nomine, alioquin ſimonia committitur; ergo nec pro matrimonio contrahẽdo, eſt enim & ipſum ſacramẽtum, ut aſſeruimus ſupra. Poſtremo facit textus ſingularis in l. ſtipulatus 3. §. ſi tibi nupſero. ff. de uerb. oblig. nam ibi Iureconſ. inquit ſtipulationem hanc, Si tibi nupſero decem date ſpondes? non ualere, & reddũt DD. rationem, ut ait Iaſ. ibi etiam hãc, quoniam matrimonium uenale redderetur. Si ergo ſtipulatio huiuſmodi non ualet, ob id quod matrimonium uenale redditur, ergo ſimonia committitur, ex quo ſpirituale uenale redditur, quod eſt ipſum matrimonium, ex quo eſt ſacramentum. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus, quæ communis, & uetiſſima eſt.

Excipitur tamen dos, eam enim accipere, & promittere licet, quoniam datur ad onera matrimonii ſuſtinenda, ut ſupra probauimus, & ut dixit Archiep. Floren. in 2. par. Sum. tit. 1. cap. 5. §. 16. uerſ. In matrimonio autem, & Thom. ab arg. ibid. & DD. communiter. Idem ſentimus de donatione propter nuptias.

3 Verum quid, † ſi quis inſtituat mulierem aliquam hæredem, ſi nupſerit tali, an inſtitutio hęc ualet? & ſimoniaca non eſt? Videbatur dicẽdum inſtitutionem non ualere. Primo, quoniam, ſi inſtituatur monaſterium hæres hac adiecta conditione, Si filiam in monialem accipiat, inſtitutio non ualet, ut tenet Bar. in l. Titio centum. §. 1. ff. de cond. & demonſt. & communem opinionem hanc inquit Alex. ergo idem & hic, ualet enim argumentum à matrimonio ſpirituali ad temporale. Secundo facit, quoniam, ſi quis promittat pecuniam ſi Meuiam uxorem non duxerit, promiſſio non ualet, ut dicitur in cit. l. Titio centum §. 1. & facit cap. gemma de ſponſal. cum ſimil. cit. à Gloſſ. in cap. de illis de condit. appoſit. Poſtremo facit, quoniam, ſi quis tribuat quid alicui, quo ſacramenta adminiſtret, ſimoniam committit, ergo & hic, idque merito, uidentur enim ſpiritualia uenalia fieri.

Atqui contrariam ſententiam ſequi debemus ſcilicet inſtitutionem hanc ualere, & ſimoniacham non eſſe. Nam quòd ualeat habetur in l. 1. C. de inſtitut. & ſubſtit. nam, ſi auus maternus, ut dicitur ibi, ea conditione neptem inſtituat, ſi cuidam nubat hæredem eſſe non poſſe, ait ibi legiſlator, niſi conditioni paruerit; ergo, ubi paruerit, hęres erit: ergo ualet ratione hac facta inſtitutio. Idem habetur in l. ſeq. eod. & in cit. l. Titio centum, §. 1. ff. de cond & demonſtr. Secundo facit, quoniam ſponſio hæc Accipiam te in uxorem, ſi tantũm mihi donaueris. ualet, ut habetur in cit. ca. de illis de cond. appoſit. ergo matrimonium ualet, ſi quis inſtituatur, aliquidue detur alicui, ut ipſum cum aliqua contrahat. Poſtremo id ꝓbatur ratione; nam, qui tribuit aliquid alicui, ut matrimonium contrahat cum aliqua, inuitat eum ea conditione ad matrimonium, ut dicitur in cit. §. 1. in fine, ibi, Ad matrimonium certa lege inuitari: ergo ualet, & quod in primis quærimus, ſimonia non committitur: licet enim præmiis propoſitis ad baptiſmum etiam inuitare, ut alibi diximus, & ob hanc rationem in Eccleſiis etiam cathædralibus diſtributiones quædam fiunt in eos, qui diuinis officiis ſingulis diebus interſunt, quo magis, magiſque excitẽtur, & alacriores fiant ad diuina facienda. Inſtitutio igitur ualebit, & ſimonia non committetur. Nec obſtant rationes antea pro contraria ſententia allegatæ; non prior de inſtitutione monaſterii, imo magis noſtram confirmat, nam conditio illa reiicitur, & inſtitutio ualet, & opinio hæc magis communis eſt, & magis in uſu, ut teſtatur Iaſ. in cit. l. 2. nume. 3. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Non etiam ſecunda de promiſſione facta, ſi non duxerit uxorem, nam, quod matrimonia omnino libera eſſe debent, ut habetur in cap. cum locum de ſponſa. pœna uero illa appoſita libertatem matrimonii tollit, ut dicitur in cit. lege Titio centum. §. 1. ob eam rem promiſſio vitiatur, at hic non tollitur libertas matrimonii contrahẽ

di, ſed

di,ſed potius inuitatur,quis ad matrimoniũ contrahendum,vt dicitur in eod.§. 1.& facit l.fi.C.ſi quis aliq.teſt.prohibuerit,& l.vlt.ff.eod. Non obſtat etiam tertia ratio, quoniam ibi datur pretii loco,quod hic non ſit,ſed ſolum ad eam inuitandam ad matrimonium. Non igitur ſimonia committitur,ſi quis inſtituatur hæres hac adiecta cõditione,ſi hanc,vel illam vxorem duxerit,non.n. eſt hoc emere,uẽdereue ſpirituale matrimoniũ, ſed ad ipſum contrahendum, premio inuitare; alioquin ſimoniam mentalem ſaltem committerent adoleſcentulæ,quæ fucis adhibitis, conãtur allicere adoleſcentes ad ipſas amãdas,quo in uxores eas adducant,quod non minus abſurdum, q̃ ridiculum eſt. In hac igitur qõne ſic concludendum cenſeo: iam ad ſecundam qõnẽ trãſeamus.

S V M M A.

1 *Dotem præbens ſenex iuueni,obſcuris parentibus natus mulieri honeſtis parentibus natæ, deformis pulchra,bigamus virgini,quo ipſi nubat, an ſimoniam committat.*

§. II.

1 Secunda quæſtio eſt,† an ſimoniam committat is,qui aut ſenex, aut obſcuris parẽtibus natus,aut deformis,aut bigamus,aliqd, uel dotem præbet,quo ei nubat, uel adoleſcentula illuſtribus parentibus orta, uel perpulchra,uel uirgo. Et uidebatur dicendum ſimoniam ab hoc cõmitti,quãdoquidem matrimonium,quod ſacramentum eſt,uenale fieri uidetur.

Atqui contrariam ſententiam amplexari debemus,ſcilicet ratione hac ſimoniam non cõmitti. Id quod probatur primo hinc, quoniam DD. communiter inquiunt, ubi quis uilis cõditionis eſt,ſi promittat quidpiã, quo nobilis ipſi nubat, promiſſionem huius ualere,& fieri poſſe, & conſuetudine ſeruari: ſic enim inquiũt Bar. in l. ſi ita ſtipulatus.§. 3. ſi tibi nupſero in fine,ff. de uerbo. oblig.& Iaſ. qui communem hanc ſententiã ſentit eod. idem Bar & ibi quoque Iaſ. ubi ꝓmiſſio hęc an ualeret,diſputauit in l. ſi diuortio facto,ff. eod.& Gloſſ. in l. ſi uoluntate,& ibi quoque Bar. C. de dot.promiſſ.& idem Abb. in multis locis, & in c. cũ in Eccleſiæ,nu. 3. de ſimo.& Mar. Soci. Sen.& Anan.& Guliel. Redoan. de ſimo. 1. par. c. 11. nu. 6. uerſ. Verumtamen,ſi puella, uel mulier ſit nobilis. Si ergo promiſſio hæc ualet,& fieri poteſt,ſimonia,ſi fiat,nõ committitur: alioquin fieri non poſſet,cum id,quod licite non ſit,nec fieri poſſe dicitur,arg. l. conditiones contra. ff. de condit. inſti.& l. filius,qui. ff. eod.& ſentit Gloſ. in §. Impoſſibilis in Inſtit. de hæred. inſt. Poſtremo facit,quoniam ſimonia committitur,ubi ſpirituale emitur,uenditurue,ſecus ſi aliud: (nam ſimonia eſt ſtudioſa uoluntas emendi, uel uendendi ſpirituale,uel ſpirituali annexum, ut in initio huius operis poſuimus:) at,hic quod præſtatur,non ob matrimonium,quatenus ſacramẽtum eſt,ſed ob id præſtatur,ut aut honeſtam mulierem, aut perpulchram aut adoleſcentulam,aut uirginem habeat,ob has enim qualitates in primis præſtatio ſit: ergo ſimonia non committitur, nam hæ nõ ſunt ſpiritualia eius generis, circa quod ſimonia committitur, ut ex dictis antea de ſpirituali cõſtat. Accedit,quoniam,ubi quis ſpirituale qd faciẽdo damnum patitur, poteſt paciſci cum eo, qui uult ſpirituale illud fieri, ut damnum, & intereſſe ſibi ſarciat, ut ſenſit Inn. in ca. pen. quem DD. communiter ſequuntur ne prælat. uic. ſuas, ergo licite,& ſine ſimoniæ uitio mulier pro compenſatione damnorum,quæ patitur,accipere qd poteſt. Nõ enim minima damnã patitur mulier hæc in caſu noſtro,nam,ſi illuſtribus parentibus nata obſcuris nato nubit, uilis quodãmodo redditur, ſi perpulchra deformi iacturam etiã facit, & moleſtias multas eſt paſſura,(Addo pulchritudinem eſſe alteram quodammodo dotem.) ſi ſeni adoleſcentula nõ mediocre damnum patitur, tum quod ſenes moroſi ſunt, tũ quod mulier nubit,ut mater fiat,unde matrimonium dictum eſt arg. c. 1.& c. ſi. de frigid & malef. iunct. c. fi. de cõuerſ. in fid. Si bigamo, & contingat ipſum mori, ex quo uirginitatem amiſit,non facile, qui ei ſecundo nubat,inuenit,quod experientia terũ magiſtra docet. Ex quo igitur ob hæc damna ſarciẽda quid præſtatur,quæ ſpiritualia non ſunt,merito ſimonia nõ committitur. Ex quibus patet ceſſare rationem repugnantem in initio factam, & matrimonium uenale non fieri, ſed quod datur, pro prædicto intereſſe dari,licite igitur ſenex dotem iuueni dabit,ut ei nubat, licite in omnibus propoſitis caſibus,& aliis huiuſmodi, ut pote,ut pax aliqua conciliētur,atque ſic etiam conſuetudine obſeruatur. Quare nec ſimoniam committet uir, qui ut inuitet, & moueat parentem alicuius mulieris ad eam ipſi nuptui tradendam aliquid elargitur, cum alias nollet, uel quod in eo infenſum animo eſſet,uel quod meliorem conditionem pro filia haberet. Quę autem diximus de uiro reſpectu habito ad mulierẽ, eadẽ ſentimus, & de muliere reſpectu habito ad uirum,& multo magis,ſed de quæſtione hac itidem ſatis, ad tertiam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Matrimonium,vt inter aliquos cõtrahatur,ſi pretiũ quis velit, vt id elaboret,an ſimonia committatur.*

2 *Promiſſio facta alicui,ſi curauerit,vt aliqua ſibi nubat,ſimoniaca non eſt.*

§. III.

1 Tertia qõ eſt,† an internuntii,& proxenetæ, pretium accipiendo, ut ſponſalia inter aliquos fiant,matrimoniumq; contrahatur,ſimoniã committant. In qua qõne breuiter cõcludo ſimoniã hos nõ cõmittere,tũ quia matrimoniũ, & quatenus eſt contractus quidã,& quatenus eſt ſacrum conſideratur: hi vero pecuniã accipiunt, quatenus curant vt contractus fiat, & promiſſio, quæ ſpiritualia non ſunt; nam quatenus ſacramẽ

tum eſt,tunc fit, vbi præſente parocho contrahi-
tur.Tum quod non pro matrimonio ipſo datur,
ſed ob id,quod ſuis negotiis omiſſis, operã huic
negotio dant, quo caſu & in ſpiritualibus licet
pretium accipere,vt tradidit Inno. communiter
recept.in c.2.ne prælat.vic.ſuas.Nõ igitur ſimo-
niam hi committunt.

2 Quare † nec ſimoniam committet,qui alicui
promittit centum exempli gratia,ſi curauerit,ut
aliqua ipſi nubat. Multo minus ſimoniam com-
mittet,ſi quid ultro oblatum acceperit. Excipio
tamen,ubi reſpectus haberetur,ad matrimoniũ,
quatenus eſt ſacramentum, (quod nunquam ta-
men,uel raro contingit,) ſi enim quis diceret no
lo tantam pecuniam,ſi uis,ut curem, ut hæc tibi
nubat,ob id,quod ſacramentum magnum eſt, ſi
moniam ſine dubitatione committet; ob ſacra-
mentũ enim accipere uelle uidetur: ſed de quæ-
ſtione hac ſatis:ad quartam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Benedictio ſponſi,& ſponſæ,quibus tribuatur.*
2 *Benedictio ſponſi,& ſponſæ à proprio parocho tri-
buι debet.*
3 *Benedicens alienos ſponſos ſine licentia parochi, in
quam pœnam incidat.*
4 *Proprius parochus quinam ſit quoad benedictionem
coniugum.*
5 *Benedictio ſponſi,& ſponſæ quo tempore fiat.*
6 *Benedicendi ſponſos cauſa,ſi pecuniam quis accipiat,
ſimoniam committit,quæ regula, quouſque pateat,
declaratur.*
7 *Benedicendi ſponſos licentiam tribuens pecunia acce
pta an ſimoniam committat.*

§. IIII.

§ Quarta quæſtio eſt,an pro benedictione tri-
buenda ſpõſis,ſimonia committatur, ſi pre-
tii nomine aliquid exigatur; Quã quæſtio-
1 nem,ut dilucidiorem habeamus,† præmitto be-
nedictionem hanc ſponſis,qui matrimonio iun-
cti ſunt,tantum tribui,ut habetur apud Trid.Sy-
nod.c.1.de refor.matrimonii,ſeſſ.24.uerſ.Præte
rea hortatur eadem S.Synod.Id quod locum hẽt
uel matrimonium conſumauerint. Item non ſo-
lum,ubi primum matrimonium quis contraxit,
uerum etiam,ſecundum,tertium, & huiuſmodi,
ut tradidit Nauar.in Man.c.22.nu.13.in fin. mõ
tamen in primo matrimonio benedictio non in-
teruenerit,tũc enim uel ambo benedicti in prio-
ri ſint,uel nnns,in ſecundo matrimonio benedi-
ctio non datur,& ſi contrarium fiat a ſacerdote,
grauiter punitur,ut habetur in c.1.& in c.3.de ſe
cund.nup.Nam nec benedictio eccleſiæ,altaris,
& uirginum iteratur;Quamobrem autem id fiat
Nonnulli exiſtimarunt ob id fieri, quoniam, ex
quo per ſacramẽtum una caro facti ſunt,benedi-
ctio accepta ab uno alteri communicatur. Quæ
quidem ratio mihi non placet in hmõi ſacramen
talibus,ſunt enim hę actiones,ut ita dicam perſo
nales,quæ inhærent ipſi perſonæ, & ſiũt una caro
quoad copulã ipſam,alioquin,ſi de ſpiritualibus
accipiendum illud eſſet,uir, qui confirmatus nõ
eſt,ſi uxorem confirmatam duceret,confirmaret
ea ratione:id quod & a ueritate alienũ eſt, & ab-
ſurdum.Ob aliam rationem igitur id factum cẽ-
ſeo,quoniam benedictio,quæ fit ſponſi,& ſpõſæ,
communis eſt,& ob id uni tribui non poteſt, qn
alteri tribuatur,ut habetur in miſſa pro ſpõſo, &
ſponſa. Ne igitur in eo iteretur, qui ſemel ipſam
2 habuit,ob eam rem alteri non tribuitur. † Item
præmitto benedictionem hãc a proprio parocho
tribui tantum poſſe, uel ab alio de eius licentia,
ut habetur apud Trid.Syno.ſeſſ.ead.c.1. ibi,Sta-
3 tuitque benedictionẽ, † alioquin,ſi ſacerdos ali[us]
ſine licẽtia id conetur,uel regularis,uel ſecularis
ſit,& matrimonium nullum eſt,& ipſo iure tan-
diu eſt ſuſpenſus,quandiu abſoluitur ab ordina-
rio parochi,ad quem benedictionem hãc tribue
re pertinebat,ita Trid.Synod.ibid. ſanciuit,quæ
nec conſuetudinem,nec priuilegium in hoc pro
deſſe uoluit, imo ſacerdotes religioſi regulares i
excõicationem incidũt,ut dicitur in Cle.1, iũct.
Glo.ſolẽnizare de priuileg.Caueant igitur ſacer
dotes,ne alterius parochiæ ſponſis benedictionẽ
hanc tribuant. Excipio tamen, quoad excommu
nicationem,ubi quis ſimplicitate ductus id face
ret,exiſtimans ſe id poſſe,ut ꝓbaui in Tract. meo
4 de Cenſuris. † Proprius aũt parochus eſt uel paro
chus ſponſi,ſi in eius parochia contrahat,uel ſpõ
ſæ,ſi itidem in parochia ipſius fiat,ita congrega-
tio Concilii Trid.ſub Pio V.& Greg.XIII.decla-
rauit,ut refert,ac teſtatur Nauar.in Man.c.26.n.
144.& multa notatu digna de hoc poſuit Diaz. i
ſua Prax.can.crim.c.73.uiden. uel Epiſcopus ip
ſorum.Si ergo,ubi ſponſa moratur, matrimoniũ
contrahitur,eius parochus benedictionem hanc
tribuet,ſi,ubi maritus,parochus mariti eos bene
5 dicit.† Tertio,exceptis aduentu Domini, uſque
ad diem Epiphaniæ,& feria quarta Cinerum,uſ-
que ad octauam Paſchatis incluſiue, alias ſemp
tribui poſſe,ſic enim ſanciuit Tridẽ. Synod.ead.
ſeſſ.24.de reform.Matrimonii c.10.
6 His præmiſſis † quoad quęſtionem propoſitã
breuiter concludo ſimoniam committi,ſi ꝓ hac
benedictione tribuẽda,pecunia exigatur,nã hoc
habetur in c.cum in Eccleſię de ſimo.& in c.ſuã,
& ibi Abb.Inno.& Fel.& Mar.Soc.Sen.not.& ſic
DD.cõiter concludunt.S.Tho.2.2.q.100.arti.2.
in fi.& Archiep.Flor.in 2.p.Sum.tit.1.c.5.§.16.
uerſ.In matrimonio autem,& Io.Tab.in uerb.Si
monia,nu.33.uerſ.Trigeſimoſecundo,& Guliel.
Red.in Tract.de ſimo.1.p.c.11.nu.4.uerſ.Vnde,
qui pro benedictione,& Maiol.de irreg.libr.5.c.
45.nu.5.uerſ.Secus eſſet.& Domi.Sot.de iuſti.&
iur.lib.9.q.6.artic.1.uerſ.Neque.n.ſacerdos pro
exorciſmis.Id quod & rõne probatur, nam bene
dictio hæc fit benedictionibus,& ꝓcibus,quibus
ſimoniã committi antea concluſimus,ſunt.n.res
ſpũales ꝓ aiarũ ſalute inſtitutę, & ob id uenales
reddi nequeũt.Poſtremo a poteſtate ordinis ꝓ-
ficiſcunt,& functiones, miniſteriaq; Eccleſiaſti-
ca ſunt,at ꝓ functionib.ordinũ exercẽdis,mini-

ſteriisq; Eccleſiaſticis obeundis nihil pretii noīe ſine ſimoniæ uitio recipi pōt, arg. c. 1. & c. ad noſtram de ſimon. ergo idem & hic. Non eſt igitur, quòd hac de re dubitemus. Excipitur tamen, vbi vltro quid offertur, laudabilive conſuetudine qd tribuitur; id enim licite accipitur arg ca. tua nos, & c. ad apoſtolicam de ſimon. Quare non peccāt parochi, qui ſudario'a, pecuniamve a ſponſis oblatam recipiunt.

7 Verum quid, † ſi ſponſi vellent ab alio benedictionem accipere, parochus autem licentiam cōcedere nollet, niſi pecunia data, an ſimonia committatur, ſi pecunia detur? Plane ſimonia committitur, ſi pro ea licentia tribuenda pecunia exigatur; nam eſt hoc vendere vſum iuriſdictionis ſpiritualis, quod non licet, vt habetur in c. 1. ne ꝑlat. vic. ſuas, & in cit c. ad noſtram de ſimo. Excipitur tamen, ſi non pro licentia quid petatur, ſed pro emolumentis, quæ dari conſueuerunt; nam tunc pro re temporali, & nō ſpirituali accipitur, & ob id ſimonia non committitur, ita inquit Guliel. quem refert, ac ſequitur Archiep. Flor. eod. c. §. 14. verſi. Dicit tamen Guliel. Quare, ſi diceret Parochus Dabo vobis licentiam: ſed, quia tātum dari ſolet, ob id pro eo tantum volo, ſimoniā non committet: quandoquidem non pro ea licentia, ut dixi, ſed pro damno, quod ſentit, illud petit. Hinc ob eandem rationem ſimoniam parochus non cōmittit, ſi ab eo, qui uult in alia eccleſia extra parochiam ſepeliri, aliquid ſibi dari uelit ex iis, quæ dari cōſueuerunt arg. c. 1. & 2. cum ſimil. de ſepult. Non itidem ſimoniam cōmittit, ſi parochus licentiam concedens alteri ſacerdoti benedicendi domós ſuæ parochiæ in hæbdomada ſancta, pro emolumentis aliquid uelit, & non pro ea licentia, idem & in aliis caſibus. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo; ad poſtremam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Mulierem poſt partum in eccleſiam vt introducat, ſimoniam committit ſacerdos, ſi pecuniam ob id exigat.*

2 *Accuſare volenti matrimonium eſſe illegitimum an ſi quid detur, ne id faciat, ſimonia committatur.*

§. V.

1 SPoſtrema quæſtio eſt, † an pro muliere introducenda in eccleſiam poſt partum exigi quicquam poſſit ſine ſimoniæ uitio, conſuetudo enim hæc in eccleſia inueterata eſt, ut mulier poſt partum, cum primum Eccleſiam adit, è ualuis Eccleſiæ precibus quibuſdam adhibitis, in Eccleſiā introducatur ꝓ ſuſcepta prole Deo gratias actura, ut habetur in c. ſi mulier. d. 1. In qua quæſtione breuiter etiam cōcludimus ob rationes in antecedenti quæſtione allatas, ſ. quoniam functio hæc ordinis ſacerdotii eſt, & miniſterium eccleſiaſticū, & preces res ſpūales, pretii nomine nihil exigi poſſe, alioquin ſimonia committitur, argumen. cap. ad noſtram, de ſimon. & cap. 1. ne prælat. uic. ſuas. Ac plane, ſi pro introducendo quē in poſſeſſione beneficii, nihil recipi debet, ut habetur in ca. in tantum in fine, minus in hoc caſu. Excipitur tamen, ubi quid uel ultro offertur, uel ex conſuetudine datur, id enim recipi poteſt, argu. c. ad apoſtolicam, & c. tua nos de ſimon. quæ conſuetudo in multis locis ſeruatur: ſed de hac quæſtione itidem ſatis.

2 Verum quid, † ſi matrimonium quodpiam illegitimum eſſe quis accuſare uelit, maritus uero ne id fiat, aliquid dat, an ſimoniam committit? Ego breuiter ſic diſtinguendum cenſeo. Aut pro certo ſcitur matrimonium legitimum eſſe, & in hoc caſu, ſi, ne in iudicio uexetur, quidpiam tribuat, ſimoniam non committi ſentio, id enim licet, ut habetur in c. dilectus 1. de ſimo. & facit c. ſignificante, q matrimoniū accuſare poſſunt. ubi caſus hic ponitur, & ibi repellendum accuſatorē eſſe dicitur. Aut ignoratur, an matrimonium legitimum ſit nec ne, uel pro certo illegitimum eſſe ſcitur, & in hoc caſu, ſi quid detur, ſimoniā cōmitti concludo arg. c. nemo de ſimo. etenim ſpirituale iniuſte redimit.

At quid, ſi quis impediatur de facto, ne matrimonium contrahat, aliudue ſacramentum ſuſcipiat, uel diuina faciat, an ſimonia committitur, ſi pecunia tribuatur? Si iniuria impediatur, ſine ſimoniæ uitio, licite pecuniam, dari cenſeo: ſecus autem, ſi iure impediatur. Et de his hactenus. Ex his, quæ hucusque diximus, conſtat ſacramenta quę à Chriſto domino inſtituta ſunt; ipſisque annexa, quę ab Eccleſia poteſtate ordinis ſunt inuēta, ſpiritualia eſſe, & circa ipſa ſimoniam committi poſſe, & ob id materiam eius eſſe; iam ad iuriſdictionem Eccleſiaſticā ueniamus, & ut ipſa quoque materia ſimoniæ circa quam ſit, nec nō, quæ ipſius uirtute ab Eccleſia inſtituta ſunt, contemplemur, id quod in ſequenti præſtabimus.

De iuriſdictione Eccleſiaſtica, materia propria circa quam ſimonia, ideſt circa quam ſimonia committi poteſt. Cap. XLVII.

S V M M A.

1 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica quid ſit.*

2 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica quotuplex ſit.*

3 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica eſt materia circa quam ſimonia, ideſt circa quam ſimonia committi poteſt.*

VIdimus ſupra ſacramēta nouæ legis ſimoniæ materiā eſſe, ideſt circa ipſa ſimoniam committi poſſe, & quādo in ipſis ſimonia committatur, tam reſpectu habito ad ſubſtantialia & eſſentialia ſacramētorum a Chriſto Domino inſtituta, quam reſpectu habito ad ſacramentalia, & alia diuina officia ab Eccleſia poteſtate ordinis addita. Iam de iuriſdictione Eccleſiaſtica itidē agamus, an ſcilicet & ipſa ſimoniæ materia ſit, ut id quoq; polliciti ſum⁹ antea c. 29.

Verum,vt rem hanc dilucidiorem reddamus,pmittenda hæc ſunt.Primum Iuriſdictio Eccleſiaſtica hæc quænam ſit.Deinde quotuplex.

1 Quoad primum igitur† Iuriſdictio Eccleſiaſtica eſt iuriſdictio à Chriſto Domino data ad gubernandos fideles ſecundum legem euangelicã, vt æternam vitam conſequantur.

Dixi Iuriſdictio,& poſui ipſam vt genus,quoniam tam de iuriſdictione laica, quam Eccleſiaſtica dicitur:quamobrem ſeiungitur ab iis, quæ iuriſdictionis nõ ſunt, cuiuſmodi eſt poteſtas ordinis,de qua ſupra egimus.

Dixi a Chriſto domino data, quo eius efficiẽs cauſa oſtendatur,quę fuit Chriſtus Dominus,vnde ſeiungitur à Iuriſdictione laica, quæ data fuit humano generi à Deo nondum homine facto,ut id aſſeruit pluribus Nauar. in c. nouit,not. 3.nu. 81.uerſ.Decimoſeptimo,& nu.88.de iud.

Dixi demum,Ad gubernandos fideles ſecundum legem euangelicam,ut æternam uitam conſequantur,ut cognoſcatur,eius finem eſſe ſupernaturalem in hoc ſeculo per gratiam,in alio per gloriam æternam,quo etiam differt a iuriſdictione laica:quandoquidem eius finis eſt uita bona, & beata ſecundum uirtutes morales duce naturali ratione,ut dixit Nauar.eod.nu.88. Ex quib. etiam patet,unde iuriſdictio hæc præcepta,& leges ducat.Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum,† etſi iuriſdictio hæc multiplex eſt:alia enim fori interioris eſt, poteſtas ſcilicet adminiſtrandi ſacramenta,& præſertim pęnitentiæ ſacramentum, quæ a Chriſto Domino tunc eſt tributa, & inſtituta, ubi inſufflauit in Apoſtolis dicens,Accipite Spiritum ſanctũ, quorum remiſeritis peccata,remittuntur:& quorum retinueritis,retenta ſunt,ut habetur apud S.Ioã. cap. 20.Alia eſt fori exterioris, poteſtas ſcilicet ius dicendi,corrigendi,& inferendi pœnas in cõtumaces,& hęc tradita eſt a Chriſto itidem Apoſtolis apud S.Matthæum cap. 18.ibi,Quęcunque ligaueritis ſuper terram,erunt ligata & in cœlis, & quęcunque ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cœlis; Alia inſtituendi miniſtros, diſtribuendi beneficia,& dignitates Eccleſiaſticas,& hæc etiam ab eodem tributa eſt apud S.Ioan.ca. ult.illis uerbis,Paſce oues meas.Alia prędicandi uerbum Dei, quæ & tradita eſt ab eodem Chriſto illis uerbis apud S.S.Matth.& Marc.cap.ulti. Prędicate euangelium omni creaturę,ut hęc omnia communiter recepta eſſe teſtatur Nauar. in cap.nouit,not. 3.nume.83. de iud. ubi rem hanc pulcherrime docuit.Etſi iuriſdictio hæc inquam multiplex eſt,communiter tamen duplex eſſe dicitur,alia fori conſcientiæ, & interioris, alia fori exterioris. Fori interioris iuriſdictio autem eſt iuriſdictio Eccleſiaſtica, qua traditur poteſtas adminiſtrandi ſacramenta,& præſertim ſacramẽtum pœnitentiæ,ut dixit Nauar.eod.numer.83. Fori uero exterioris iuriſdictio eſt Eccleſiaſtica iuriſdictio, qua traditur poteſtas adminiſtrandi iuſtitiam tam diſtributiuam,quam commutati-
3 uam.His præuiſſis,† an iuriſdictio materia circa quam ſimonię ſit,ideſt circa ipſam ſimonia committi poſſit contemplemur.Et omiſſa iuriſdictione fori interioris,circa quam ſimoniam committi uidimus antea,ubi de ſacramentis egimus, pro certo habendum eſt iuriſdictionem fori exterioris ſimoniæ materiam circa quam eſſe,& circa ipſam ſimoniam committi poſſe. Id quod probatur primo,quoniam,ut proxime uidimus,iuriſdictio hęc eſt iuriſdictio data ad gubernandos fideles ſecundum legem euangelicam,ut ęternam uitam conſequãtur, at in ſpiritualibus his ſimonia committitur,ut antea generatiui uidimus, ergo etiam & in hoc. Præterea,qui pro conſequendis dignitatibus,ac beneficiis, quæ iuriſdictionem hanc habent, nec non pro exercendis functionibus eius,pecuniam tribuunt,accipiuntue, ſimoniam committũt,ut in ſequenti pluribus id probabimus,ergo ſimonia circa iuriſdictionem hãc committi poteſt, & ob id ſimoniæ materia eſt, Verum ut id dilucidius fiat,quæ poteſtate huius iuriſdictionis,Eccleſia inſtituerit,uideamus, ſimulque,ut in inſtitutis hiſce ſimonia commitratur,hac enim ratione apertius iuriſdictionem eccleſiaſticam eſſe materiã ſimonię cognoſcemus, id quod in ſequenti præſtabimus.

De dignitatibus,& beneficÿs Eccleſiaſticis, & alÿs ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis ipſi à Chriſto Domino traditæ inſtitutis materia circa quam ſimoniæ, ideſt circa quã ſimonia committi poteſt. Cap. XLVIII.

SVMMA.

1 *Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ à Chriſto domino ipſi traditæ poteſtate,Eccleſia leges tulit,ac fert.*
2 *Iuriſdictionem eccleſiaſticam diuiſit in titulos maiores,& minores.*
3 *Titulis eiſdem emolumenta aſſignauit.*
4 *Beneficia ſimplicia,prabendas, & huiuſmodi inſtituit.*
5 *Ius patronatus inuenit.*
6 *Modos,& formam,quibus hæc habeantur,præſcripſit.*
7 *Magiſtratus,ac iudices fecit.*
8 *Pœnas quaſdam præſcripſit,ac ſtatuit.*
9 *Officia quædam inuenit.*
10 *Religiones approbauit.*

PROPOSVIMVS nobis explicandum,quęnam Eccleſia poteſtate iuriſdictionis ipſi a Chriſto Domino traditę, inſtituerit, & hoc ob eam rationẽ, ut dilucidius conſtet,iuriſdictionem eccleſiaſticam ſimonię materiam eſſe, & circa ipſam ſimoniam committi poſſe. Duo ergo hic explicabimus.Primum id,quod proxime dixi, quę ſcilicet Eccleſia poteſtate ipſi diuinitus tradita conſtituerit.

ſtituerit. Poſtremò ut in ipſis ſimonia committatur.

1 Primum igitur† iuriſdictionis huius poteſtate eccleſia leges, & cōſtitutiones plures tulit, & quotidie etiam fert, ut habetur in iuris Pontificii libris, & in conciliis multis generalibus habitis, eſto enim Chriſtus Dominus leges plures tulerit, ut habetur in ſacroſancto Euangelio, eccleſia tamen, ut euangelica lex facilius dignoſceretur, ac curatiuſque ſeruaretur pro temporum, locorum perſonarum, rerumque ratione, ac uarietate, multa addidit, multaque declarauit, ut colligitur ex proœmio decretal. in antiqu. uerſic. ſane ibi. Ad communem maxime, & in Proœmio decretal. li. 6. uerſic. Et quia humana natura, & in Proœmio Clementin. idque iure merito, ex quo enim eccleſia nil aliud ſtudet, quam ut Chriſti fideles Deum excollendo ſalui fiant, lex eccleſiaſtica hoc in primis ſpectat: Ideoque lex proditur, ait enim Romanus Pont. in eod. Proœmio decreta. lib. 6. ut appetitus noxius ſub iuris regulis limitetur, per quam genus humanum, ut honeſte uiuat, alterum non lædat, ius ſuum unicuique tribuat, informatur. Hæc ibi Romanus Pont. ex quibus propoſitum iam dictum conſtat, & facit quoque pro hoc l. 1. & 2. & l. legis uirtus ff. de leg. Poteſtate autem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ eccleſiam leges ferre hinc patet, quod leges ferre meri Imperii eſt, ut tradidit Bartol. in l. imperium, num. 6. uerſic. Quid ſit merum imperium, & nu. 8. uerſic. Quæro exempla, & ſequuntur eum Iaſo. ac DD. communiter, ff. de iuriſd. omn. iud. at merum imperinm iuriſdictioni generatim ſumptæ, ſpecies quædam eſt, ut notatur in cit. l. imperiū, ergo leges ferre iuriſdictionis eſt. Hoc igitur primum eſt, quod eccleſia poteſtate iuriſdictionis ſibi traditæ facit.

2 Secundò† eiuſdem iuriſdictionis poteſtate eccleſia iuriſdictionem eccl. tam fori contencioſi, quàm conſcientiæ in titulos partim maiores, partim minores diuiſit. In maiores, ſcilicet in Patriarchatus, Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, ut habetur in c. 1. d. 22. Omnes, dicitur enim ibi, ſiue Patriarchę cuiuſlibet apicem, ſiue metropoles primatus, aut Epiſcopatuū cathedras, uel eccleſiarum, ſiue cuiuſcunque ordinis dignitatum inſtituit Romana Eccleſia. Ecce hic titulos hos maiores ab eccleſia inſtitutos eſſe, qui in ſuis locis, & territoriis iuriſdictionem dant, adeo ut extra ſuos terminos egredi non liceat iis, qui eas dignitates habent, ut habetur 9. q. 2. per totā. In Minores quoque titulos eccleſia iuriſdictionem fori conſcientiæ diuiſit, ſcilicet reliqua ecl. beneficia animarum curam habentia inſtituendo, ut habetur in cap. 1. 13. q. 1. eccleſias ſingulas ſingulis præsbyteris dedimus, dicitur enim ibi, parochias, & cæmiteria eis diuiſimus, & unicuiq; ius proprium habere ſtatuimus, ita uidelicet, ut nullus alterius parochię terminos, aut ius inuadat, ſit unuſquiſque terminis ſuis cōtentus, & taliter eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, ut ante tribunal æterni iudicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat, & nō iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus percipiat. Ecce hinc manifeſto conſtare iuriſdictionem fori conſcientiæ in titulos diuiſam eſſe, qui communiter beneficia dicuntur, adeo ut in alienam ſegetem manus mittere quis non poſſit, ut hic dicitur, & facit c. omnis de pœnit. & tot. tit. de paroch. & alien. paroch. & Clem. 1. de priuileg. & pertinent huc, q̄ diximus antea cap. 3. §. 4. ubi de hac eadem materia pluribus egimus.

3 Tertiò† Eccleſiæ eiuſdem iuriſdictionis autoritate eiſdem titulis ius percipiendi emolumenta tribuit, ut habetur in c. uidentes 12. q. 1. uiden. omnino, & ob id & decimas, de quibus in tot. tit. decim. Item oblationes, ut habetur in capi. quia ſacerdotes cum duob. ſeq. 10. q. 1. Item præbendarū fructus, & alia huiuſmodi ut habetur in tit. de præben. & in c. 1. de ſepult. uel mobilia, uel immobilia ſint. Idque iure merito, non enim ſpiritualia ſine temporalibus eſſe diutius poſſunt, ut ſenſit Paſchalis Papa in c. ſi quis obiecerit, 1, q. 3. & facit c. de multa de præben. & cap. fin. de reſcript.

4 Quartò† beneficia etiam ſimplicia, capellas, & huiuſmodi eadem autoritate inſtituit, quo magis, magiſque in eccleſia proficeretur.

5 Quintò† eccleſia eadem autoritate iuſpatronatus inſtituit, ut dixit Rebuff. in Prax. beneſi. in titu. de præſentation. & inſtit. uerſic. ſed ne ipſi. Idem ſenſit Quint. Mandoſ. in Tracta. de ſignat. grat. in Tit. iuriſpatronatus paulo poſt principiū, ibi Ratio eſt, quia laici, & facit capi. 3. & ibi not. Abb. eod. de iur. patr. ius autem hoc nil aliud eſt quam ius honorificum, oneroſum, & utile alicui competens in eccleſia pro eo, quòd de diœceſani conſenſu eccleſiam cōſtruxit, fundauit, uel dotauit, ipſe, uel is, à quo cauſam habuit, ut dixit Io. Andr. quem refert, ac ſequitur Abb. in Rubri. de iur. patron. & facit cap. decernimus cum ſequē. 16. quæ. 7. Idcirco autem ius hoc inſtituit, ut eo inducti etiam laici eccleſias conſtruerent, & ad Dei laudem, animarumque ſalutem opibus augerent, & tuerentur, ut ſenſit Rebuff. eod. in loco. Intiſdictionis autem eſſe ius hoc conſtituere, hinc conſtat, quoniam per ipſum iuri communi derogatur, eo enim iure cautum eſt, ne laici ſpiritualia pertractēt, ſicut nec ipſis annexa cuiuſmodi ius hoc eſt, ut habetur in cap. 2. & ſequent. de iud. at iuri derogare ad iuriſdictionem habentē pertinet, arg. l. fin. C. de leg.

6 Sextò† eccleſia inſtituit, ut beneficia hæc uno ex quatuor modis quis acquireret, ſcilicet aut per electionem, ad quam aliquando peruenitur, per poſtulationem, & nominationem, aut per p̄ſentationem, aut per collationem, aut per prouiſionem, ut probauimus ſupra cap. 3. §. 4. ubi quid hæc eſſent, declarauimus.

Septimò formam etiam eccleſia adhibuit, qua prædicta conferentur, ut ſcilicet pure, nullo pacto, conditione, modoue intercedente conferantur, ut probauimus in eod. §. 4.

7 Octauò† eccleſia iudices, ac magiſtratus quoſdam

dam eadem autoritate inſtituit,ut id etiam dixi
mus in eod.§.4.verſi.Secundo loco in primis ec
cleſia.Id quod ſumma ratione factum eſt: nam
hoc modo facilius ius redditur,& ut leges ſeruē-
tur facilius efficitur,argum.l.2.§.poſt originem
iuris.ff.de orig.iur.& c.ubi periculum,§. præte-
rea de elect.lib.6.parum enim eſt ius in ciuitate
eſſe,niſi ſint,qui iura reddere poſſint, vt dicitur
in cit.iur.Iuriſdictionem autem hoc eſſe habe-
tur in l,imperium in fine,ff.de iuriſd.omn.iud.

8 Nonò†eccleſia eadem autoritate pœnas plu-
res inſtituit,cuiuſmodi ſunt cenſuræ eccleſiaſti-
cæ,excommunicatio,ſuſpenſio, & interdictū,dē
quibus in titu.de ſenten.excomm.in antiq.& 6.
Item & aliæ,quas refert Gloſſ.magiſtra in ca.ad
reprimendum de off.ordin.& Innocen in capit.
qualiter,& quando 2.de accuſ.& Hoſti. in Sum.
de pœn.§.quot ſint ſpecies,hæ nanque ad iuriſdi
ctionem tuendam pertinent, quæ ſine illis nulla
eſſet,ut dixit Iureconſ.in l.fin.ff.de off.eius,& in
l.1.ff.de iuſtit.& iur. idque iure merito, ex quo
enim eccleſiæ iuriſdictio permiſſa eſt, & ea,quæ
ad ipſam tuendam pertinent,permiſſa eſſe dicen
dum eſt,arg.l.2.ff.de iuriſd.omn.iud. & ibi Iaſo.
ac DD.not.

9 Decimò†officia etiam quędam eccleſia inſti
tuit,cuiuſmodi eſt officium ſacriſtæ, de quo ha-
betur in titu.de off.ſacriſt.Item officium Syndi-
ci,de quo agitur in capit.unic. de Synd. Tertiò
officium Oeconomi,de quo habetur apud Trid.
Synod.ſeſſ.24.cap.16.de reform. non enim hæc
officia diuino iure inſtituta ſunt, vt per ſe patet.

10 Poſtremò†religiones ordinum eadem autori
tate Eccleſia comprobauit,vt probauimus ſupra
cap.5.§.4.Hæc igitur,& alia huiuſmodi eccleſia
autoritate iuriſdictionis ſibi traditę inſtituit,iā,
ut in ipſis ſimonia committatur, & ob id ſimo-
niæ materia ſint,uideamus.

S V M M A.

1 *Beneficia eccleſiaſtica tam maiora, quàm minora,ſi pretio interueniente conferantur,ſimonia commit titur.*

2 *Epiſcopus beneficium conferens fructuum partem ex conuentione retinere ſibi non poteſt, nec itidem penſionem.*

3 *Romanus Pont.in collatione beneficiorum portionē fructuum,quæ annata dicitur,retinere ſibi poteſt.*

4 *Penſiones reſeruare ſibi Romanus Pontif.poteſt in beneficiorum collationibus.*

5 *Bulla,& literarum beneficij cauſa ſi quid detur auto ritate Rom.Pont.ſimonia non committitur.*

§. I.

Vidimus, quæ ab eccleſia poteſtate iuriſdi-
ctionis ſibi traditæ inſtituta ſunt; iam vt in
ipſis ſimonia committatur, & ob id ſimo-
niæ materia ſint,uideamus, & primo de benefi-
ciis tam maioribus,quam minoribus.

1 Primum igitur†uel maiora beneficia, ut Epi-
ſcopatus,vel minora,vt beneficia curam anima-
rum habentia, non habentiaue, pretio interue-
niente,conferantur,acquiranturue,ſimonia com
mittitur, vt de maioribus beneficiis habetur in
cap.de hoc de ſimon.& in extrauag. cum dete-
ſtabile eod.& de minoribus in capi. non ſatis, &
in cap.inſinuatum:& in cap.ex diligenti,& in c.
ex inſinuatione,& in cap.audiuimus,& in ca.Ia-
cobus de ſimon.& in citat. extrauag cum dete-
ſtabile,& DD.communiter in citat. iuribus. Pro
batur autem concluſio hæc, & rationibus, quo-
niam,qui propoſita beneficia conſequitur,iuriſ-
dictionem Eccleſiaſticam aut fori conſcientię tā
tum,aut fori conſcientiæ,& exterioris conſequi-
tur,argum.cap.omnis de pœnit.& tot.tit. de off.
ordin.uel ſaltem ius aliquod ſpirituale,ut diuina
faciendi,datur enim beneficium propter officiū,
ut dicitur in cap.fin.de reſcript.lib.6. at ſpiritua
lia hæc ſine ſimoniæ uitio vendi nequeunt,vt an
tea probauimus, ergo nec beneficia hæc pretio
interueniente conferri poſſunt, prohibito enim
conſequente,& antecedens prohibitum eſſe exi
ſtimabitur,argum.l.oratio,ff.de ſponſ.Præterea
beneficia eccleſiaſtica pure, & ſine vlla diminu-
tione conferri debent,vt habetur in c.quam pio,
1.q.2.& in cap.cum pridem,& in ca.fin. de pact.
ubi Gloſſ.alioquin ſimonia committitur,ut in ci
tat.iurib.not. ergo hac quoque ratione pretium
2 ſi interueniat,ſimonia committitur, Non ergo†
collatione beneficii Epiſcopus,Romanoq; Pon.
inferior, fructuum partem unius anni, plurimm-
ue,retinere ſibi,alteriue,ſine ſimoniæ ex pacto ui
tio poteſt,ut dicitur in cap.unic. uerſicu. Vnde
credimus diſtinguendum ut eccl.benefi. ſine di
min.confer.& ibi not.Abba.num.14.uerſi.Not.
tertiodecimo regulam,& Rebuff.in Prax.benef.
in titu.Requiſita ad collationem bonam,nume.
7.uerſicu.Item nec poteſt Epiſcopus, ubi etiam
limitationem quandam ponit. Non etiam pen-
ſionem ſibi,alteriue reſeruare, ut dixit Quint.
Mandoſ.in Tracta.de ſignat.grat.in Titu.de pen
ſionibus uerſicu.Hodie,& idem Rebuff.eod.tit.
num.6.& facit capit.extirpandæ in fine de præ-
bend.

3 Contra ſententiam hanc tamen tria faciunt.†
Primum,quòd in Romana Curia dum beneficia
conferuntur,à Romano Pont. annatæ reſeruan-
4 tur,quæ eſt portio fructuum beneficii.†Itē pen-
5 ſiones.†Poſtremò pro bullis, & literis beneficii
expediendis præſcripta pecunię quantitas eſt, q
præſtetur. Quæ omnia non permitteret eccle-
ſia,ſi ſimoniaca eſſent,ut in initio diximus.

Atqui à propoſita concluſione diſcedendum
non eſt ob iura,& rationes antea allegatas. Nec
repugnant tria propoſita Non primum illud de
annatis,quoniam annata illa,quæ retinetur,non
exigitur pro titulo beneficii,& iure illo ſpiritua-
li,quod confertur, ſed retinetur ad ſuſtentandā
curiam, & magiſtratus eiuſdem curiæ, ut dixit
Syl.in uerb.Simonia,q.13.uerſicu. Adde etiam,
& Angel.eod. 3.in fine,& Guliel.Redoan.in Tra
cta.de ſimonia,p.1.cap.21.num.10.in fine cum
ſequen.& Thom.campegius in Tract.de annatis
num.6.

num.6.& num.11. vbi ob ſuſtentationem curiæ annatas inductas eſſe inquit, nume.14. Non igitur ob id ſimonia committitur, tum quod exigitur id, quod eccleſia debet, vt dixit Campeg. ibidem, num.11. tum quod, ex quo Romanus Pontifex uniuerſalis diſpenſator eſt huiuſmodi beneficiorum, iniquum non eſt, ſi ex iis, quorum diſpenſationem habet, aliquid ſibi retineat ex cauſa, ſcilicet ob ſuſtentationem ſui, & ſuæ Curiæ, ut dixit Campeg. ibidem, nu. 2. nam nec clericus, qui pro ſuſtentatione aliquid petit ab iis, qui nolunt ipſum diuina facere, ſacramentaue adminiſtrare, ſimoniam committit, ut dixit S. Thom. 2. 2. quæſt. 100. artic. 2. & artic. 3. in reſp. ergo multo minus in hoc caſu. Inferiores tamen Romano Pontifice annatam illam retinere nequeunt, vt cit. autores inquiunt: nam eccleſia pro Romana Curia ſolum id cauit. Poſtremò pure, & ſine ulla detractione, inferiores beneficia conferre debent, vt ſupra vidimus. Ex his, quæ diximus, ad ſecundum etiam reſponſum habemus, quamobrẽ ſimoniam non committat Romanus Pont. penſionem reſeruando: nam reſeruat eas ſuo iure, qđ habet in omnibus beneficiis, & ob cauſam non autem, vt pretium collationis. Non obſtat demum, quòd pro bullis, ac literis beneficiorum cõficiendis aliquid exigitur, nam & illud præſtatur non pro iure ſpirituali, ſed pro ſuſtentandis iis, qui ei functioni præſunt, id enim licet, ſicut de capellanis ſupra diximus. Nec repugnat Nauar. lib. 5. de ſimon. conſ. 1. num. 3. ubi ſimoniam committi ſentit, ſi ꝓ literarũ expeditione collationis beneficii, quid temporale exigatur: nam loquitur in inferiore, non autem in Romano Pont. His igitur exceptis caſibus, pro regula habebimus ſimoniam committi, ſi quid pretii nomine præſtetur, vt beneficium eccleſiaſticum quodcunque quis conſequatur.

Verum, quòd ad dignitates, beneficiaque Eccleſiaſtica conſequenda aditus uel per electionẽ ſæpius datur, ut pote ad cathedrales eccleſias; & Epiſcopatus, argum. cap. de hoc, & ca. Matthæus de ſimon, & ad abbatias, & prioratus, argum. ca. ſicut tuis literis eodem, & ad plebanatus, argu. c. nobis fuit eod. Item ad prioratus inter regulares, & ad Prouincialatus, Generalatuſque, ut ita dicam, Vel per poſtulationem, nominationem, & præſentationem, ut uidebimus, & habetur in tot. tit. de poſtul. prælat. & in tit. de inſtit. Præterea, quòd poſt electionem, poſtulationem, nominationem, pręſentationemue de eorum, qui electi, poſtulati, nominati, præſentatiue ſunt, ætate, moribus, & ſcientia prius inquiri ſolet, ut in ca. cum in cunctis de elect. Tertiò, quòd probari cõfirmantur, inſtituunturue, argum. cit. capit. ſicut tuis literis. Poſtremò, quòd prædicti in poſſeſſionem beneficii, dignitatiſque mittuntur, ob eã rem, an in his omnibus pretio interueniente ſimonia committatur, & prius de primo agamus.

S V M M A.

1 *Electio quid ſit, &*
2 *Poſtulatio, &*
3 *Nominatio, &*
4 *Præſentatio.*
5 *Electio, ſi pecunia interueniente fiat, ſimoniaca eſt.*
6 *Electoribus dans quidpiam, ne repugnent electioni, ſimoniam committit.*
7 *Poſtulatio, nominatio, & præſentatio pretio facta ſimoniaca ſunt.*
8 *Electoribus dans aliquid, vt eligant eum in Pontificem Romanum, ſimoniam committit.*
9 *Electio facta de Romano Pont. per ſimoniam, an valeat.*
10 *Eligatur, vt idoneus, pecuniam tribuens, an ſimoniã committat.*

§. II.

Quoniam explicandum nobis propoſuimus,
quæſtiones quatuor, & prius hanc, an ſcilicet
ſimonia committatur, ſi pretium interueniat
in electione, poſtulatione, nominatione,
& præſentatione ad dignitates, & beneficia eccle
ſiaſtica, ob eam rem, antequam rem ipſam aggre
diamur, quid unum quodque horum ſit, breui-
1 ter explicandum eſt. † Electio igitur eſt ad præla
turas, uel beneficia uacantia ab his, ad quos per-
tinet, rite facta optio, ita Rebuff. in Prax. benefi.
in titu. de elect. idem Hoſtien. in Sum. eod. per
electionem enim proſpicitur eccleſiis cathedra-
libus, collegiumue habentibus, & conuentuali-
bus, ut ita dicam, ut habetur in cap. 1. & tot. titu.
de elect. & Rebuff. ibidem ſentit, quamuis hodie
Romanus Pont. cathedralium eccleſiarum pro-
uiſiones ſibi reſeruet. Electiones igitur hodie
potiſſimum locum habent in eccleſiis regulari-
bus, dum eorum magiſtratus fiunt, ut Priores, Ab
bates, Prouinciales, Generales, necnon Protecto-
2 res, & huiuſmodi alii magiſtratus. † Poſtula-
tio autem eſt alicuius perſonę, quę eligi prohibe
tur, à ſuperiore facta petitio, ut ſenſit Hoſtien. in
titu. de poſtula. prælat. in princi. & Gloſſ. in ca. 1.
eod. lib. 6. & ad ſummam poſtulatio fit alicuius,
3 qui eligi non poteſt, quo eligi poſſit. † Nomina-
tio autem ſe habet quodammodo, vt electio, fit
enim, ubi nominatur quis ad aliquam dignita-
tem, de qua nominatione egit pluribus Rebuff.
4 in Repet. cap. poſtulaſtis de cler. excom. mino. †
Præſentatio demum eſt oblatio alicuius perſo-
nę facta a patrono ad eccleſiam uacantẽ, in qua
ius patronatus habet, quo oblatus in ea inſtitua-
tur, ut habetur in tot. tit. de inſtit. & in ca. quod
autem cum ſimil. de iur. patron.
5 His præmiſſis, † quoad quæſtionem propoſitã
concludo electionem factam pecunia interue-
6 niente ſimoniacam eſſe, † & qui aliquid electori-
bus tribuunt, quo electioni de ſe factæ faciendæ-
ne aſſentiantur, ſimoniam committere, ut habe
tur, in cap. de hoc, & in c. Matthæus, & in cap. no
bis de ſimon. Nam in capi. de hoc, cum quidam

beneficia

beneficia duobus promiſiſſet, ſi electioni ſuę aſſentirentur, mandat Romanus Pont. ſi id cõſtat, vt puniantur, ergo crimen commiſſerant, & crimen ſimoniæ, ex quo de ſimonia ibi agitur. Item in cap. Matthæus, cum eſſet quis de volũtate maioris, & ſanioris partis electus, pauci uero repugnarent, quidam amicus electi ipſo ſciente, ac uolente quidem, ſed egre, munus quoddam præſtitit, & ſic contradictio quieuit: de qua re conſultus Romanus Pontifex quid faciundum, ſuadet, ut eccleſiam, quam ſic acquiſiuit, ſponte dimittat, cum eam ſine detrimento ſalutis animæ retinere nequeat: hoc autem ob id erat, quod ſimonia commiſſa erat, hęc enim eſt materia, quæ ibi tractatur, ergo ſimonia committitur, ſi pro electione quid detur. Poſtremò in cap. nobis, promiſſa fuerat pecunia electoribus, qui debebant quendam eligere in plebanum, & ea promiſſio ibi facta erat a ſuis amicis eo ignorante, qui fuit electus: & tamen eſtò promiſſionis huius conſcius non fuerit, eius tamen electionem tãquam ſimoniacam reprobandam reſpondet ibi Summus Pontifex: ergo ſimonia committitur, ſi quis pecuniam præbeat, quo ad beneficia eccleſiaſtica, dignitateſue eccleſiaſticas eligatur: idem habetur in extrauag. cum deteſtabile, de ſimon. & 1. q. 7. per totam uiden. & in c. ſuper eo de elect. Contrarium tamen dicendum uidebatur, quandoquidem electio non eſt quid ſpirituale, ſicut nec etiam eligere, ſed potius quid facti. Atqui à propoſita concluſione diſcedendum nõ eſt. Nec repugnat propoſita ratio, eſto enim ipſa non ſit quid ſpirituale, per eam tamen peruenitur ad ſpirituale, vt pote aut ad iuriſdictionem eccleſiaſticam, aut ad ordinis functiones, vt dicitur in ead. 1. q. 6. & ob id eſt ſpirituali annexum, in quo cõmittitur ſimonia, ſicut in ſpirituali, atque ſic aſſeruit Guliel. Redoan. de ſimon. p. 2. cap. 33. numero 28. uerſicu. His tamen non obſtantibus, ubi quæſtionem hanc diſputauit, & facit, quod dixit de pręſentatione Abb in cap. ad audientiã, 2. num 6. uerſic. Tertiò dicit de reſcript.

Nihil igitur præſtabitur, promittetur ue, ut ad beneficium eccleſiaſticum, dignitatem ue eccleſiaſticam quis eligatur: nihil, ut Epiſcopus, Abbas, Prior, Prouincialis, Generalis, cuiuſcunque ordinis regularium, Protectorue ordinis fiat. aut eligatur, aut Procurator ordinis, quandoquidem ſimonia committitur, eſto promiſſio tantum interueniat, ut in citat. iurib. habetur, & in eod. ca. nobis. Nihil inquam præſtabitur electoribus, non aliis, qui apud electores eis faueant. Non, ſi duo electi ſint, alter alterum pretio corrumpet, ut ſibi cedat, vt dixit Maiol. de irregular. lib. 5. c. 45. numero 3. eſto ſua electio ualeret, vt quæ a ſaniori, & maiori parte facta, eſſet, ut habetur in c. Matthæus de ſimon. nondum enim plene adeptus eſt ius in re per ipſam electionem, & ob id ſimoniam committit, argum. eorum, quæ tradunt DD. in c. dilectus de ſimon.

7 Quę diximus autem de electione, † eadem ſentimus, & de poſtulatione, nominatione, & præſentatione, ut ſcilicet nihil præſtari debeat, promittiue, ut ad dignitatem eccleſiaſticam, beneficium ue eccleſiaſticum poſtuletur, nominetur, pſenteturue, etenim ſimoniacæ ſunt, ut de pręſentatione habetur in cap. cum eſſent, & ibi Glo. de ſimon. & cap. per tuas 3. eodem. An autem ſi contra fiat, prædicta ualeant, alibi declarauimus.

8 Verum quid † ſi quis pecuniam præſtet, quo in Romanum Pontificem eligatur, an ſimoniã cõmittet? & eſto ſimonia committatur, an electio nihilominus valebit? Quoad primam quæſtionem breuiter concludo, ſi pecunia interueniente electio Romani Pontificis fiat, ſimoniam committi. Tum quòd id prohibetur in capit. ſi quis pecunia, d. 79. ne ſcilicet electio Papæ pecunia, gratiaue fiat: & hoc ob eam rationem, quoniam ſimonia committitur, vt ait ibi Gloſſ. Tum quòd per ipſam electionem poteſtatem ſupremam, & ordinis, & iuriſdictionis, quis conſequitur, argu. cap. cuncta per mundum 1. q. 1. etiam confirmatione alia nõ intercedente, ut habetur in c. licet, & ibi not. Innocen. in uerb. Si receptus, & ſequitur Abba. num 5. & DD. communiter de electi. & Guliel. Redoan. de ſimon. p. 2. cap. 34. numer. 9. ſi ergo ſimonia committitur, vbi pro inferioribus gradibus tam ordinis, quam iuriſdictionis, pecunia tribuitur, multo magis ſimonia cõmittetur, ſi pro electione Pontificis Maxi. pecunia detur, quod enim in minori non licet, id multo minus in maiori licebit, argum. ca. cum illorum de ſenten. excomm. & cap. cum in cunctis de electi. & not. Gloſſ. in regu. cui licet de regu. iur. lib. 6. cum ſimil. Tum quòd ſic inquiunt Hoſt. & Io. Andr. quos referr, ac ſequitur Gemin. in cap. pro humani, §. cum igitur num. 5. & Borgas. de Irregul. & diſput. p. 6. de ſimonia num. 26. cum ſeq. ubi rationem etiam, contrariam reicit quorundam. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo.

9 Quoad ſecundam, † an electio nihilominus valeat. Videbatur dicendum electionem Romani Pont. ſimoniace factam ualere: nam ipſis cardinalibus in electione, nec excommunicationis, nec interdicti, nec ſuſpenſionis exceptio obiici poteſt, ut habetur in Clem. 2. §. Cæterum de electio. Poſtremò, quoniam Summus Pont de hæreſi tantum accuſari poteſt, ut habetur in capitu. ſi Papa, & ibi, Gloſſ. d. 40 & ut ait Gloſſ in cit. cap. ſi quis pecunia, & ob id, niſi ſimonia hæreſim cõiunctam habeat, de ſimonia accuſari nõ poſſe uidetur, & ob id eius electionem ualere, atque ſic de communi ſententia teſtatur Guliel. Redoan. de ſimon. p. 2. cap. 34. num. 13.

Atqui contrariam ſentẽtiam ſequi debemus, ſcilicet electionem Romani Pont. pecunia factã non ſolum ſimoniacam eſſe, ut antea probauimus, uerũ etiam, quicquid antiquo iure dici poſſet, hodierno iure nullam eſſe. Et hoc ob eam rationem, quoniam ſic ſtatuit Iulius Secundus per Bullam incip. Cum tam diuino, latam anno Domini 1505. Decimo octauò Calend. Februarii Pontif. ſui Anno Secundo: quam Bullam, quod

utranqu e

vtranque concluſionem probat, & ſimoniacos
hac in te uariis pœnis,& præcipuis afficit, & qđ
paſſim non habetur, ob eam rem inſerendam
huc ci rauimus. * *. Quæ & in concilio latera-
nenſi eod. Pontifice fuit confirmata, ut teſtatut
Guliel. ibid. nu. 15. At quid ſi pecuniam quis cui
piam præſtet, quo intercedat apud Pontif. ut fiat
Cardinalis an ſimoniam committit? Simoniam
committere concludēdum eſt: nam eſt dignitas
ſpiritualis,& quæ ſpirituale ius conſequitur, arg.
cap. his quæ, de maior. & obed. atque ſic conclu-
ſit Nauar conſi. 56.

10 At quid† ſi pecunia detur, ut dignus eligatur,
& ut electio indigni impediatur? Ego ſic diſtin
guendum cenſeo, Aut datur quid, ut dignus eli
gatur non nominando hunc, vel illum, & in hoc
caſu ſimoniam, non committi, cenſeo, quandoq-
dem nihil ſpirituale emitur, ſed ſolum proſpicit,
ne indigno beneficium, ſeu dignitas tribuatur,
atque ſic ſe ſiſſe videtur Caieta. quem refert, ac
ſequitur Sot. de iuſti. & iut. lib. 9. q. 6. artic. 1. pro
pe finem uerſic. Circa hæc a tem inſurgit: nã ait,
ſi in electione Summi Pont. liquido conſtet indi
gnum eligendum, & Eccleſiæ peſtilentem licere
pretio electionem hanc impedire. Aut datur, ut
ſpeciatim aliquis eligatur, exempli gratia nomi-
nando hunc, uel illum, qui dignus eſt, & in hoc ca
ſu ſimoniam committi ſentio, tum quòd hic ne-
re pro electione tribuit, ut certus eligatur, quod
ſine ſimoniæ uitio fieri nõ poteſt, ut diximus an-
tea, tum quòd acquiritur per electionem aliquid
ſpirituale pecunia, quod ſimoniacum eſt, quam-
nis ius ad illud habeat. Etenim, ut pau opoſt ui-
debimus, cui beneficium collatũ eſt, dignus eſt,
qui in poſſeſſionem mittatur, & ad id ius haber,
& tamen pro miſſione in poſſeſſionem nihil tri-
bui debet, alioquin ſimonia committitur, ut pau
lo poſt probabimus, atque ſic Caietan. ibid. ait,
eſto enim liceat in caſu antecedente non tamen
inquit licere dari, vt eligatur bonus, quod uerum
cenſeo, vt in caſu propoſito, uide tamen, ibi Sot.
ſed de electione ſatis, ad alterum, quod ſecundo
loco nobis explicandum propoſuimus, tranſea-
mus.

S V M M A.

1 *Examen, ſeu inquiſitio fit de vita, ſcientia, & ætate eorum, quibus dignitates, ac beneficia eccleſiaſt. cõferuntur.*

2 *Concurſus fit hodie ad beneficia Eccleſiaſtica vacantia, & ſi iniuria afficitur aliquis competitorum, appellare poteſt.*

3 *Examinatoribus eorum, qui ad beneficia, & dignitates eccleſiaſticas concurrunt, ſeu ea competunt, ſi quid detur, quo ipſis ſuffragentur in beneficio acquirendo, ſimonia committitur.*

4 *Examinatoribus pecuniam tribuens competitor beneficij, quo ante ipſum edoceat ea, de quibus interrogandus eſt, ſimoniam committit.*

5 *Examinandus ad beneficium ſi quid tribuat amicis examinatorum, qui eum ipſis commendet, ſimoniam committit.*

6 *Examinandus tribuens aliquid alicui, qui non eſt examinator, vt eum exerceat in eis, de quibus in examine inquiri ſolet, ſimoniam non committit, eſto contingat educeri aliquid eorum, de quibus interrogabitur.*

7 *Examinatores ad beneficia, & examinandi, ſi in eo munere ſimoniam committant, quibus pœnis afficiantur.*

§. III.

Alterum, quod ſecundo loco explicandũ nobis propoſuimus, eſt, an ſimonia committatur, ſi pecunia interueniat, dum inquiſitio,
ſeu examen fit de iis, qui ad eccleſiaſticas digni-
tates, beneficiaue electi, poſtulati, nominati, præ
ſentatiue ſunt. Quam quæſtionem, ut dilucidio-
1 rem habeamus,† Præmitto prius, quæcunque be
neficia, ac dignitates eccleſiaſticę conferantur p
petuo, vt Epiſcopatus, Abbatiæ, & quæcũque be
neficia curam animarum habentia, de eorum vi
ta, ætate, ac ſcientia prius inquirẽdum eſſe, ut ha
betur de Epiſcopatu in capit. cum in cunctis de
elect. & apud. Trid. Syn. ſeſſ. 24. de reform. capit.
1. & ſeſſ. 22. de reform cap. 2. & de reliquis eccle
ſiis, ac beneficiis inferioribus animarum curam
2 habentibus in primis in ca. 18. eod. ſeſſ. 24.† Præ
mitto etiam pro regula ab ead. Trid. Syn. tradi-
tum eſſe ad beneficia curam animarum habẽtia,
concurſum, ut ita dicam, fieri, & per concurſum
eadem dari: nam uacante aliqua Eccleſia editũ
publicum ab Epiſcopo proponi debere, ut q uo-
lunt ad dictum beneficium examinari, ad præ-
ſcriptam ab Epiſcopo diem præſentes adſint, ut
examinentur, quo magis idoneo beneficium cõ
feratur. Præmitto quoque, qui examinant, qua-
tuor eſſe debere, in quorum numero Epiſcopus,
ſeu eo impedito, eius Vicarius Generalis inter-
eſſe debet, ut habetur eod. cap. 18. ſeſſ. 24. Hi au-
tem examinatores quando inſtituendi, quales eſ
ſe debeant, & qua ratione iurent ſe fideliter mu-
nus hoc executuros ead. Sancta Synod. ibid. do-
cet in uerſicu. Examinatores autem ſingulis An-
nis. Præmitto itidem ſi iniuria competitor aliqs
afficiatur, exempli gratia quia ſcilicet, cum ipſe
magis idoneus ſit alteri tamen beneficium con-
fertur, appellari ipſum poſſe, & iterum concur-
ſum fieri debere, vt habetur in Bulla Pij V. inci.
In conferendis beneficiis Eccleſiaſticis lata an-
no Domini 1566. Quintodecimo Calend. April.
Pont. ſui anno Secundo.
3 His præmiſſis,† vt quæſtionem propoſitã ab-
ſoluamus, breuiter concludimus competitorẽ,
qui pecuniam tribuit promittitue examinatori-
bus, quo ei ſuffragentur ad beneficium acquiren
dum, ſimoniam cõmittere, ſicut etiam ipſos exa
minatores, ita dixit Nauar. in Tract. de Oration.
& hor. canon. Miſcellan. 45. nume. 102. in fine, &
Paul. Fuſch. de uiſit. & regim in. Eccl. lib. 2. cap. 5.
num. 5. in fine, & habetur hoc expreſſum apud
Trid. Synod. eod. cap. 18. Caueantque, ait ibi San
cta Synod. de examinatoribus, nec quicquã pror

ſus

ſus occaſione huius examinis nec ante, nec poſt
accipiant: alioqui ſimoniæ uitium tam ipſi, quam
alii dantes incurrant, à qua abſolui nequeant, ni-
ſi dimiſſis beneficiis, quæ quomodocunque etiã
antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabi-
les reddantur. Et de his omnibus non ſolum co-
ram Deo, ſed etiam Synodo prouinciali, ſi opus
erit, rationem reddere teneantur: à qua, ſi quid
contra officium eos feciſſe compertũ fuerit, gra-
uiter eius arbitrio puniri poſſint. Hæc ibi Sancta
Synod. ex quibus patet, tam examinatores acci-
pientes aliquid occaſione illius examinis, quàm
ipſos dantes ſimoniam committere, & quibus ẽt
pœnis afficiantur: idque iure merito ius enim ſpi
rituale, quod quis per illud examen conſequitur,
venale redditur, quo caſu ſimonia committitur.
4 †Si ergo examinandus ad beneficium tribuat qd
piã examinatoribus, uni, uel pluribus, quo ipſum
edoceant, de quibus interrogandus eſt, ſimoniã
5 committit. † Idem, ſi tribuat amicis examina-
torum, quo eum ipſis commendent. Idem, ſi ip-
ſis examinatoribus tribuat, promittatue aliquid,
quo magis idoneum eum pronuncient. Idem, ſi
curet pecunia, ne competitores, magis idonei, q̃
ipſe ſit, admittantur, argum. cap. 2. de ſimo. Idem
ſi ipſis competitoribus pecuniam tribuat, ne ſe-
cum concurrant, uel promittendo ipſis penſionẽ,
vel pecuniam aliquam, vt ſenſit Maiol. de Irregu-
lar. lib. 5. cap. 45. num. 3. & Nauarr. in conſil. 39.
& ſeq. de ſimon. lib. 5. Nec repugnat Gloſſ. ca. ad
audientiã, ut ait Abb. ibi uiden. Idem ſi ꝑ aliquẽ
potentem uirum, cui pecuniam tribuit, promiſit
ue, metum infert, quo à concurſu ceſſet. In omni
bus enim his caſibus, ac ſimilibus, ſimoniam cõ-
mittit, cum ius ſpirituale pecunia ſibi quærat.
6 Excipitur tamen, †vbi alteri, quàm examina-
tori, aliquid tribuitur, quo ipſum exerceat in iis,
de q̧bus in examine inquiri ſolet, ſimonia enim
non committitur, eſto caſu contingat aliquid eo
rum edoceri, de quibus interrogabitur. Non er-
go ſimoniam committet, qui curat ſe examinan-
dum, ac docendum ab aliquo literato de ſacra-
mentis, cenſuris, reſtitutione, & huiuſmodi, de q
bus interrogari ſolet in huiuſmodi examine, &
concurſu, quandoquidem nihil ſpirituale hic e-
mitur.

Excipitur etiam, vbi quis dolo, non autem pe-
cunia interueniente nouit, quæ examinatores in
quirere ſolent: nam iniuſte quidem facit, ſed ta-
men ſimoniam non committit. Imo nec iniuſte
facit, ſi ſunt ea, quæ præponi ſolẽt publice ab Epi
ſcopis, de quibus interrogationes fiãt, ſunt enim
Epiſcopi quidam, qui generalia quædam pro-
mulgant, ſuper quæ examen fieri ſolet, hic enim
par omnium conditio eſt, & ob id iniuria nemi-
ni fit.

Simonia etiam non committitur, ſi quis adeat
examinatores, & nullo pretio dato, promiſſoue,
ſed gratis impetrat, ut eum paululum interro-
get, quo diſcat modum, quem obſeruant in exa-
minando, hic enim ex quo pretiũ non interue-
nit, nec emptio, nec venditio, & ob id nec ſimo-
nia, aliàs autem ſimonia committitur.
7 Atqui †quas pœnas patiuntur, qui in huiuſmo
di examine, & concurſu ſimoniam committunt?
Primum pœnas communes, quibus affici ſimo-
niacos in beneficio antea diximus, vbi de effecti-
bus egimus. Secundo loco ratione hac à Trid.
Synod. puniuntur eod. cap. 18. §. caueant. Nam
primò abſolui non poſſunt à ſimonia ſic exami-
nati, niſi beneficia ſic acquiſita dimittant. Item
niſi beneficia, quæ antea habebant, renuncient.
Tertiò inhabiles in futurum ad beneficia fiunt,
quę pœnæ duæ poſtremæ examinatores etiam af
ficiunt, & ad ipſos etiã pertinent; Poſtremò exa-
minatores ipſi de hoc crimine conuicti in Syno-
do prouinciali ad eius arbitrium puniri poſſunt.
Hę ſunt pœnæ à Trid. Syn. in examinatores ad
beneficia, & in examinatos latæ. Quæ pœnæ locũ
habent etiam in foro conſcientiæ poſtrema exce
pta. Id quod hinc probatur, quoniam prohibet
Sancta Synod. ne abſolutio à ſimonia fiat, niſi di
miſſis beneficiis, & abſolutio ſimoniæ in foro cõ
ſcientiæ fit, arg. c. omnis de pœnit. Tertiò loco, ſi
in Curia Romana ſimonia hęc committatur, ex-
communicantur per extrauag. Gregorij XIII. de
dat. & promiſ. pro iuſtit. uel grat. quam ſupra in-
terpretati ſumus, atque ſic dixit Nauar. eod. Mi-
ſcell. 45. Sibi ergo tam examinatores, quàm exa-
minandi caueant. Et de hac quæſtione ſatis, ad
alteram veniamus.

S V M M.

1 *Confirmari electus ad aliquam Eccleſiaſticam digni-
tatem, beneficiumue, debet.*
2 *Confirmatio electi ad aliquam Eccl. dignitatem, vel
beneficium, ſimoniaca eſt, ſi pecunia interueniente
fiat.*
3 *Religionem aliquam inſtituens, ſeu collegium aliquod
religioſorum, confirmari debet.*

§. IIII.

Tertia quæſtio eſt, an, ubi quis electus eſt ad
aliquam dignitatem, beneficiumue eccleſia
ſticum, & confirmari deinceps à ſuperiore
1 debet †(quo caſu proprie electio eſt, quæ confir-
matione fulcitur, vt dixit Rebuff. in titu. de con
firmatione cap. de electione,) an pro hac confir-
matione exigi quicquam ſine ſimoniæ uitio poſ-
2 ſit. †In qua quæſtione breuiter concludimus ni-
hil exigi pretii nomine poſſe, alioquin ſimonia
committitur, argumen. cap. ſicut tuis de ſimon.
nam, cum ibi quidam electus eſſet Abbas, & per
pecuniam confirmatus, a ſimonia fuit excuſatus,
quoniam ipſo prius prohibente, atque inſcio da-
ta eſt: ergo ſecus, ſi id non prohibuiſſet. Idem ha
betur in extrauag. cum deteſtabile eod. de ſimo.
Imò nulla eſt confirmatio, ſi realis ſimonia inter
uenit, vt ibid. habetur, & ſupra ſuo loco diximus.
3 Verum. †quid de collegiis Eccleſiaſticis mo-
nachorum, ac religioſorum, an ſimonia commit
titur, ſi quo confirmentur, pecunia præſtetur?
(Hęc enim collegia, & nouæ religiones, niſi à Ro

mano Pont.probentur,non ualẽt,'ut dicitur in c. ſi.de relig.domib.in antiq.& io ca.1.eo.li.6.) In hac quęſtione breuiter ſentio ſimoniam cõmitti,quandoquidem ſunt ſocietates ſpirituales,inſtitutæ ad animarum ſalutem,& quo magis in eccleſia Dei Chriſti fideles proficiaot, ex quo non ſolum ad pręcepta euangelica ſeruanda,uerumetiam ad tria conſilia pręcipoa ſequenda uoto, quem aſtringunt,ſcilicet. Ad Caſtitatem,Paupertatem,& Obedientiam. Nihil igitur exigi,darine poteſt pro harum religionum confirmatione, alioquin ſimonia committitur. Atqui de confirmatione hactenus,iam quarto loco propoſitam quæſtionem uideamus,an ſimonia committatĩ,ſi pecunia pręſtetur,quo in poſſeſſionem dignitatis,beneficiiue eccleſiaſtici ſibi iam collati mittatur,id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Poſſeſſionem dignitatis,beneficijque Eccleſiaſtici ſibi collati per ſe quis ingredi non poſſit.*

2 *Poſſeſſionem dignitatis,beneficijue eccleſiaſtici ſibi collati,vt conſequatur in eamque mittatur,pretii nomine nihil tribuere quis poteſt,alioquin ſimoniã committit.*

§. V.

Poſtremò,vbi quis ad dignitatem,beneficiũque Eccleſiaſticum electus,confirmatuſque eſt,& eius collatio,inſtitutio,prouiſioque facta,requiritur demum, ut in poſſeſſionem facti
1 eius diguitatis,beneficiiue mittatur,†pro regula enim traditur propria autoritate poſſeſſionẽ iogredi quem noo poſſe,vt traduot Iaſ. ac DD. in l.ſi ex ſtipulatiooe,ff.de acqui.poſſ. & Rebuff.in Prax.benef.in tit.De miſſ. in poſſ. nbi & ꝑ quos miſſio fiat,& qua rõne poſſeſſio pręſtetur.docet. Et q̃uis ubi pileum,uel birettum traditur,ꝓpria autoritate ingredi poſſeſſionem de iure quis poſſit,cooſuetudine tamen ſeruari teſtatur Rebuff. ibid.o.6.nt & tunc per alium in poſſeſſionẽ mittatur:id quod obſeruatam nidi in mea collatione,cum beneficium,& eccleſia Miſani mihi col-
2 lata eſt.†Hoc igitur cũ ita ſit,an ſimoniã cõmittat,qui,ut in poſſeſſionem mittatur,pecuniã præſtat? Videbatur dicendum ſimoniam oon cõmitti:nam ei,qui in poſſeſſionem mittit, ſemper aliq̃d datur,& eccleſia id noſcit,& tacet. Atqui cõtrariam ſententiam ſequi debemus, ſcilicet pro miſſione in poſſeſſionem dignitatis, beneficiiq; eccleſiaſtici pre[illegible]omine nihil exigi,darine poſſe,alioquin ſi[illegible] committitur, ut habetur in c.cum in e[illegible]& in c.in tantum de ſim. oã in c.cnm i[illegible]cliæ Romanus Pon.prohibet,ne ꝓ Epiſ[illegible]vel Abbatibus, ſeu quibuſcunque per ſo[illegible]cleſiaſticis ponendis in ſedem,ſeu introducendis præsbyteris io eccleſiam quicquã exigatur,alioquin partem habiturum cũ Giezi minatur;ergo pro miſſione in poſſeſſionem beneficii eccleſiaſtici ſi pecunia interueniat, ſimonia committitur:nam ponere in ſedẽ, & introducere in eccleſiam ſunt modi, quib. poſſeſſio tradiĩ, ut dixit Rebuf.ibid.&, qui habet partem cũ Giezi,ſimouiacus eſt:nam Giezi ſimoniam commiſſit, ut ſupra diximus. Itẽ in c.in tantum, mandat cuidam Archiep.Rom. Pon.ut de ſua prouincia ſtudeat conſuetudinem quandã abolere, per q̃ pro eccleſiarum inueſtitura, & ſic pro poſſeſſione Archidiaconi marcam argenti, minores uero decani uaccam albam ſibi dari poſtolabant, uel certam ſolui pecuniæ quantitatem. Hæc ibi,ergo pro miſſione in poſſeſſionem nihil recipi debet, ex qno pro inueſtitura nihil dari uult:nam idem eſt tradere poſſeſſionem corporalem,& inueſtiturã,ut dixit Abb.ibid.in ſi.& facit tit, Quid ſit inueſtitura li.2.feu.Idem ſenſit Syl.in uer.Inueſtitura. Ab hac igitur ſententia diſcedendũ non eſt,quam & ſequitur Gul.Redoan.de ſim.p.2.c.30.n.11.etenim,etſi poſſeſſio ſpirituale q̃d proprium non eſt,tamen,ex quo per eum quis cõſeqnitur executionem ſpititualium, connexũ,q̃d, & coniunctum ſpiritnalibus eſt,ita Gul.ibi. Nec repugnat ratio cõtraria:nam, qnod præſtatur ei, qui in poſſeſſionem mittit, pro ſumptibus, qui ſiunt illuc eundo,& pro ſuſtentandis huiuſmodi miniſtris præſtatur, quod licite fieri poſſe antea probauimus, Quamuis quibuſdam in locis pecuniam mnltam exigi ab hiſce oiderim,q̃ eſto ſimooiam non committant, qua tamen ratione iniuſtitiam euadant non nideo, uiderint ipſi:nã nouit id Deus,iam ad alia ueniamns.

S V M M A.

1 *Legatus vt quis fiat,viſitator,adminiſtratorue eccleſiæ,vicarius dięceſis alicuius,ac denique iudex ordinarius,delegatuſue eccleſiæ,ſimonia committitur,ſi pecunia præſtetur.*

2 *Iuriſdictionem eccleſiaſticam committens, alicui pecunia interueniente ſimoniam committit.*

3 *Auditoratum Camerę Apoſtolicæ, & clericatus et Cameræ eiuſdem emens,an ſimoniam committat.*

§. VI.

1 Simooia quoque committitur,†ſi pecunia ꝓſtetur,vt quis Legatus,Viſitator, Adniiniſtratorue Eccleſiæ alicnius fiat, uel Vicarius Epiſcopi,Cathedraliſue eccleſiæ vacantis,& ad ſummam,vt fiat iudex ordinatius,delegatuſ-
2 oe eccleſiæ:†tum q̃ ſpirituale emitur,ſcilicet iuriſdictio eccleſiaſtica,habeot enim omnes prædicti eam iuriſdictionem,ut habetur in tit.de off.lega.& in tit.de off.Vica.& in tit.de off.ordin.& in tit.de off.deleg.in antiq.& 6.ergo ſimonia committitur,ex quo ipſa committitur,vbi ſpũale emitur. Tum quòd ſimonia committitur,ſi pro iuriſdictione deleganda,committẽdaue pecunia exigatur,vt habetur in c.1.& ibi Abb.ac DD.ne pręla.uic.ſuas,& nt inquiunt Hoſt.quem refert,ac ſequitur Syl.in uerb.ſimonia,q.14.uerſ. Tertium, ibi,Et ſicut dixit Hoſt.& Io.Tabiẽ eod.nn.44.& Nauar.in Man.cap.23.nu. 111.uerſ.Ad decimũ tertium,idem ſenſit Abb.in c.ad noſtram n.2.de

ſim.& Mar.Soc.Sen.& Gl.fin.in c.licet de pœn.&
Ang.in uer.Simonia,2.n.27.uerſ.Verũ dãs aliqd.
Contra quam tamen ſententiam hoc facere vi
3 detur,†ꝙ Auditoratus,& Clericatus Cameræ A-
poſtolicæ ſunt dignitates primariæ in Romana
Curia,& iuriſdictionem Eccleſiaſticam habent,
& pro ipſis habendis ſumma pecuniæ quantitas
præſtatur:ergo non uidetur ſimoniam commit-
ti,ſi antecedentes dignitates, quoque vendãtur.
Atqui à propoſita concluſione diſcedendum nõ
eſt ob rationes allatas.Nec repugnat proxime di
ctum:nam,quòd dignitates illæ,prouentus,& e-
molumenta plurima afferunt,ob eam rem pecu-
nia,quæ pro ipſis præſtatur, non pro iuriſdictio-
ne eccleſiaſtica collata exigitur, ſed pro emolu-
mentis temporalibus, quæ ex ipſis dignitatibus
percipiuntur,ſine ſimoniæ enim hæc vendi poſ-
ſunt,ut dixit Abb.in cit.c.1.ne prælat.uic.ſuas,&
ibi,quoque Mar.Soci.Sen.& Ang.in uerb. ſimo-
nia,2.n.25.uerſ.Vndecimus caſus. Hoc tamen
Romanus Pont.tantùm poteſt, non autem infe-
riores:nam Pontificio iure cautum eſt, vt hęc ſpi
ritualia ſimpliciter conferantur, ſicut habetur in
c.cum pridem,& in c.fi.de pact.& in eod. c. 1.ne
prælat.uic.ſuas, cui iuri inferiores ſubiecti ſunt,
non autem Summus Pont.ut habetur in c.1.&c.
fi.de conſti.iunct.c.propoſuit.de conceſſ præbẽ.
Pro magiſtratibus igitur eccleſiaſticis pretii no-
mine nihil exigi poteſt, alioquin ſimonia com-
mittitur:ſed de his hactenus,ad alia officia eccl.
tranſeamus.

S V M M A.

1 *Sacriſtæ officium ſine ſimoniæ vitio vendi nõ poteſt.*
2 *Magiſtri chori officium ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt.*
3 *Aeconomi,Syndicive munus, an ſine ſimoniæ vitio emi,vendive poſſit.*
4 *Aeconomus quid ſit,& quod eius officium.*
5 *Syndicus quid ſit,& quæ eius munera.*

§. VII.

1 SOfficia†quædam eccleſiaſtica itidem ut offi
ciũ Sacriſtæ,magiſtri chori,œconomi,& Syn
dici ſine ſimoniæ uitio emi nõ poſſunt: Nã
de officio Sacriſtæ rõne hac probatur,quòd eius
functiones circa ſpiritualia uerſantur, ad ipſum
enim ſacrorum uaſorum cuſtodia pertinet,& ue
ſtimentorum eccleſiaſticorum,& aliorum,ut ha
betur in c.unic.de off.ſacriſt. vt ſciat, dicitur.n.
ibi,ſe ſacriſta ſubiectũ Archidiacono, & ad eius
curam pertinere cuſtodiã ſacrorũ uaſorum,ueſti
mentorum eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri
eccleſiaſtici,nec non,quę ad luminaria pertinẽt,
ſiue in cera,ſiue in oleo. Habet ẽt alia munera,
exempli gratia,vt cãpana ſignũ det ad horas ca-
nonicas,& ad diuina officia celebranda. Item,ut
lampades ardentes in eccleſia ſint,altaria pro tẽ-
porum ratione exornet,panem,& uinum ad miſ
ſæ ſacrum faciendum paret,ut habetur in tot.tit.
de off.cuſtod.nam hic ſacriſta, & cuſtos ẽt dr̃, &
Thæſaurarius pro locorum conſuetudine, ut ſen
ſit Gl.fi.in eo.c.unic.de off.ſacriſt.& facit,c.1.in
fi.d.25. Ex quo igitur circa ſpiritualia officium
hoc uerſatur,iure ſimonia committitur,ſi pretio
interueniente alienetur,& facit,c.ad noſtram de
ſimo.Poſtremò functiones propoſitæ magna ex
parte,vt contrectare ſacra vaſa, clericis tantũ mã
dantur,nõ enim laicis contrectare prędicta licet,
& ob id nec ipſis munus hoc mandari,arg.ca. in
ſancta,& c.ueſtimenta de conſecra.d.1.ergo hac
quoque rõne ſine ſimoniæ uitio vendi nequeũt,
ex quo eccleſiaſticæ functiones ſunt,arg.cit.c.ad
nr̃am.Non eſt igitur quod hac de re dubitemus.
2 De officio etiam†magiſtri Chori, ut ſcilicet p̃
tio interueniente ſine ſimoniæ uitio alienari ne-
queat,eiſdem rõnibus probatur, & ꝙ clericis cõ
mittitur,& quòd miniſterium eccleſiaſticũ exer
cet,qui munus hoc habet,pręſcribit enim in cho
ro,quę diuina officia celebranda,ergo iure ſimo
nia committitur,ſi pretium pro ipſo conſequen-
do detur.arg.cit.c.ad noſtram de ſimon.
3 De offic[io]† æconomi eccleſiæ,vt ſimonia com
mittatur et[iam] in ipſius uenditione,hinc probatur.
Primò,quoniam hoc eſt officium eccleſiaſticũ,
ſolum enim clericis committi debet,ut habetur
in cit.c.quia in quibuſdam cum ſeq.d.89.at of-
ficia eccleſiaſtica uendi nequeunt, argument.
c.ad noſtram.de ſimon.ergo neque hoc. Præte-
rea facit,quia ſimonia committitur, quamcunq;
adminiſtrationem eccleſiaſticã, quis emere co-
netur,ut habetur in c.cõſulere, & ibi Gl. de ſim.
Quicunque uoce dominatum,vel aliam eccleſia
ſticarum rerum adminiſtrationem per pecuniã
obtinere uoluerint,dicitur enim ibi,tam emens,
quàm vendens cum ſimone percellantur. Ecce
hic ſimoniam committi,quæcunque adminiſtra
tio eccleſiaſticarum rerum ematur,ex quo emẽs,
& uendens cũ Simone,qui ſimonię nomẽ dedit,
puniũtur,& ex quo ibi de ſimonia agitur.Poſtre
mò id habetur expreſſe in c.ſaluator uerſ.In no-
mine uero procuratoris,1.q.3.& ibi Gl.in uerb.
æconomũ,& in c.ſi quis epiſcopus,& ibi quoque
Gl. 1.q.3.Idem Syl.in uerb.Simonia,q.13. uerſi.
Septimũ.Non eſt igitur,quod hac de re dubite-
mus.Non eſt tamen ſimonia hęc de iure diuino,
ſed poſitiuo,ut dixit Gl.in eo.c.ſaluator in uerb.
& iudicem,& Do.Sot.de iuſt.& iur.li.9.q.5.art.
2.uerſ.ſed interrogando vrges, an detur, ubi ait
officia œconomi eccleſię, aut ſacriſtæ, aut prote-
ctoris eſſe ea,in quibus ſimonia committitur, q̃
mere eſt de iure poſitiuo quicunque igitur ad-
miniſtrationem rerum eccleſiaſticarum emit,ſi-
moniam committit,uel æc[illegible]mus, uel uicedo-
minus, uel alio nomine no[illegible]inetur. Excipi-
tur tamen, vbi conſuetudo eſſet, & laicis admi-
niſtrationes hæ committerentur, tunc enim
ſimonia non committitur, ex quo per ſe ſpi-
ritualia non ſunt, & ſimonia in ipſis committi-
tur,quia prohibita,non autem prohibita,quia ſi-
moniaca,atque ſic ſenſit Syl.ibid. & alios ſenti-
re refert Gl.in cit.c.ſaluator in uerb.Et iudicem.
Quæ dixi autem de Aeconomo eadem con-
cludo de Syndico ob eaſdem rationes, & iura,
quibus

quibus concluſio hæc probatur,& ob id qnicunque iura Eccleſiæ in iudicio tuent ur, qnicunque ſint,& quocnnque nomine nominentur, uel Syndici, vel Procuratores, vel aduocati, ſimoniam committunt,ſi pretio has adminiſtrationes comparent. Quamuis,quod hodie collegia eccleſiaſtica tam regularium, quã ſecularium,& Epiſcopi procuratores,& aduocatos laicos habent, qui iura Eccleſię in iudiciis tuentur ob rationes in ſuperiori conclnſione allatas, ſentiam ſimoniam non committi. Et de quæſtione hac itidem ſatis.

4 Oeconomns aũt eſt is,†qui fructnum beneficiorum eccleſiaſticorum,& aliorum prouentuũ, curam ex conſtitutione gerit,vt colligitur ex Triden.Synod.ſeſſ.24.de reform.cap. 16.in princip. & ex cap.quia in quibuſdam cum ſequent. d.89. Ex quibus patet,quæ etiam eius functiones ſint, nam conſtituitur, ut curam fructuum gerat Eccleſiæ.

5 Syndicus uero eſt is, † qui Eccleſiæ cauſas in iudicio defendit,ac tuetur, vt colligitur ex capi. unic.innꝰ.Gloſſ.de ſyndic.vbi multa de ſyndico ait: quod ad rem noſtram autem attinet, ſat eſt eum eſſe', qui in iudicio Eccleſiæ cauſas, ut promoueat,inſtitutus eſt, & ob id hoc eius munus. Hæc de dignitatibus magiſtratibus, & iudicibus eccleſiaſticis, qui iuriſdictionem eccleſiaſticam habent,necnon de officiis, ubi materiam ipſa eſſe ſimoniæ vidimus, & ſimoniam committi circa ipſa poſſe,ſi pretio interueniente acquirantur,iam acquiſita per has dignitates,& magiſtratus,an ſine ſimoniæ uitio vendi poſſint, contemplemur, id quod in ſequenti præſtabimus.

De iuribus,quæ per dignitates beneficia,& magiſtratus eccl.quis conſequitur,materia circa quam ſimonia,id eſt circa quam ſimonia committi poteſt.
Cap. XLIX.

S V M M A.

1 *Iuriſdictio Eccl.nec ordinaria,nec delegata ſine ſimoniæ vitio vendi poteſt.*

2 *Epiſcopus ſine ſimoniæ vitio iuriſdictionem,quam habet,neque totam,neque partem vendere poteſt, vt ius viſitandi cenſura ferendæ ab ipſis abſoluendi, & alia huiuſmodi agendi.*

DE iuribus, quę per dignitates, beneficia, & magiſtratus eccl. quis conſequitur, an vendi ſine ſimoniæ uitio poſſint,& ob id an ſimoniæ materia ſint, agendum nobis proxime propoſuimus, iam igitur rem aggrediamur.

Verum quod iura hęc plura ſunt. Primum iuriſdictio ipſa,quæ acquiritur,tam in foro exteriori,quam epiſcopi,& huiuſmodi eccleſ. antiſtites habent.quam in foro interiori habent parochi. Secundò facultas aliquando poſtulandi,nominandi,& eligendi,nec non præſentandi ad beneficia, & eccleſ.dignitates. Tertiò ius percipiendi fructus tam ex prædiis ruſticis,quam urbanis, item oblationes,quæ eccleſię fiunt,ac decimas,Poſtremo functiones exercendi quædam, ob eam rem de ſingulis,& prius de primis agamus. Addo & ius ſepeliendi mortuos,quod habent eccleſię parochiales.

Quoad primum igitur breuiter concludendũ
1 eſt† iuriſdictionem,quam quis conſequitur per dignitates,& beneficia eccleſiaſtica,vel fori contentioſi,vel fori exterioris ſit,vel totam,uel partem,uendi ſine ſimoniæ uitio non poſſe,& idcirco nec ius parochiale vendi poſſe, ut ſacramenta adminiſtrandi,ius ſepeliendi,& huiuſmodi, habent enim eccleſiæ facultates ſepeliẽdi mortuos ſuæ parochiæ arg.tot.tit.de ſepult.Id quod probatur,cum ex antecedentibus,ubi generatim ſimoniam committi conclnſimus,ſi iuriſdictio uẽdatur,tum ex c.1.& tot.tit.ne præla.uic.ſuas.ubi Abb.ac DD. cõiter, not. idque iure merito,ſi.n. dignitates,ac beneficia eccleſiaſtica, quæ iuriſdictionem eccleſiaſticam habent,ob ipſam iuriſdictionem ſine ſimoniæ uitio uendi nequeũt, multo minus ipſa iuriſdictio, propter quòd.n.unum qđque eſt tale,& illud magis tale,arg.auth. mul
2 to magis,C.de ſacroſan.eccle. † Simoniam ergo Epiſcopus committet,qui pretio interueniente, aut ius uiſitandæ ſuę diœceſis,aut cenſurę ferendæ,aut ab ipſis,qui abſoluendi aliudue quid, qđ iuriſdictionis ſit faciendi,facultatem tribuit,ut habetur in cit.c. 1.ne prelat.uic.ſuas:id qđ, quoniam notiſſimum eſt,ob eam rem nihil eſt pręterea,quod huc addamus. Non tamen ſimonia cõmittitur,ſi è contrario Epiſcopus,conducat quẽpiam pecunia,ut Vicariũ,quod cõiter fit,qui iuriſdictiionem ſuam exercet, quandoquidem pecunia illa non pro iuriſdictione ſpirituali exercẽda,ſed pro alimentis,& pro intereſſe traditur,ut dixit Inn.communiter receptus in cit.c.1.ne pręlat.uic.ſuas: ſed de hoc primo ſatis, ad alterum tranſeamus.

S V M M A.

1 *Eligendi,poſtulandi, nominandique ius ad beneficia, dignitateſque eccleſi.ſine ſimoniæ vitio vendi non poteſt.*

§. I.

1 §. Quoad ſecundum,†an,qui ius poſtulandi,eligendi,nominandique ad aliquam dignitatem eccleſiaſticam habet,ut canonici,ſicut habetur in tot.tit.de elect.uendere facultatem illam, ſine ſimoniæ uitio poſſit? Videbatur dicendum licite id poſſe, & hoc ob eam rationem, quoniam electiones, poſtulationes, & huiuſmodi nullius ſpiritualis gratiæ participem quẽ faciũt

vt dixit Gratian. 1. q. 7. Atqui contrarium ſequi debemus, ſcilicet, qui poteſtatem hanc habet, ſi alteri eam uendere conetur, ſimoniam committere. Id quod probatur primò, quoniam facultas hæc ſpirituali annexa eſt, quandoquidem per electionem, quis ius quoddam acquirit ad eccleſiam ad quam eſt electus & ſpirituale coniugiũ, quod eſt, inter Epiſcopum, & Eccleſiam in electione nunciatur ratum, vt dicitur in cap. fin. de tranſlat. & ut ait Abba. in capitul. quanto, numero 6. de iudic. at annexum ſpirituali ſi uendatur, ſimonia committitur, (ſimonia enim eſt ſtudioſa voluntas emendi, uendendique ſpirituale, uel ſpirituali annexum, ut in primo capite probauimus.) ergo & hic in caſu noſtro. Poſtremò, qui ius patronatus, & ius præſentandi uendit ſimoniam committit, ut proxime probabimus, ergo multo magis, qui ius, & poteſtatem eligendi uenditnam per electionem inter electum, & eccleſiam matrimonium ſpirituale, ut proxime uidimus, initium ſummit, ut habetur in capitu. cum inter de electio. & ait Innocent. in capitu. quod ſicut in uerb. Nominatio paulopoſt principium, & ſequitur Abba. in eodem capitul. quanto, per præſentationem uero nullum ius conſequitur præſentatus, argument. capitu. paſtoralis, de iur. patron. & ut dixit Innocen. ibidem in citat. capi. quod ſicut, & Abba. in eodem capitu. quanto numero 6. ergo, ex quo plus ſpirituale habet ius eligendi, quam præſentandi, ſine ſimoniæ uitio uendi, per alioſue contractus non gratuitos alienari nequit. Quare multo minus ius inſtituendi præſentatum, & conferendi beneficia, quibus caſibus ſtatim ius ſpirituale quis conſequitur, ſine ſimoniæ uitio uendi poterit, argumen. capitul. 1. ne prelat. uic. ſuas. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus. Nec repugnat, quod dixit Gratian. eſto enim electio ſpiritualem gratiam non conferat, non tamen ſequitur, quin ſimonia committatur eius uenditione, tum quòd ſimonia committitur non ſolum in iis, quæ gratiam conferunt, uerumetiam & in aliis ſpiritualibus, imo & in ipſis annexis, ut probauimus antea. Quare nec poſtulationes, nec nominationes uendi ſine ſimoniæ vitio poterunt, quippe quia & per hæc aperitur aditus ad ſpiritualia: ſed de his hactenus, ad ius præſentandi transeamus.

S V M M A.

1 *Præſentandi ius vendi non poteſt ſine ſimoniæ vitio quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Præſentandi ius eſt annexum ſpirituali, & qua ratione.*

3 *Præſentandi ius contractibus non gratuitis alienari non poteſt ſine ſimoniæ vitio.*

4 *Præſentandi ius non poteſt adiudicari vni ex hæredibus, non cædi creditoribus, non pro dote, non pro pignore, neque locari.*

5 *Præſentandi ius in feudum concedi non poteſt.*

6 *Præſentandi ius, ſi vniuerſitas, in qua eſt, alienatur, tranſit cum ea, id quod declaratur etiam, quatenus pateat.*

7 *Præſentandi ius ſi cum vniuerſitate vendatur, ſimonia committitur.*

8 *Voces præſentandi vendi non poſſunt ſine vitio ſimoniæ.*

§. II.

1 Ius † præſentandi quoque ſine ſimoniæ uitio vendi non poteſt. Id quod probatur primò per capi. de iure eod. de iur. patro. Mandamus, dicitur enim ibi, quatenus ſi R. illud cõparauit, cum inconueniens ſit uendi ius patronatus, quod eſt ſpirituali annexum, contractum illum irritum eſſe decernas. Ecce hic aperte habetur ius patronatus, quo quis conſequitur ius præſentandi, uendi non poſſe, atque ſic not. ibi DD. idem habetur in cap. quia clerici, & ibi not. Glo. ac DD. eod.

Secundò probatur, quoniam ſi contra fiat, irritus fit contractus, vt dicitur in eod. cap. de iure, & ſimonia committitur, vt dixit Abba. ibi numero 2. & Syl. in uerb. Simonia, quæſt. 5. verſi. Quartum, & Ioan. Tabien. eodem num. 11. uerſicu. Decimò, & Gulielm. Redoan. de ſimonia p. 1. capit. 28. numero 10. uerſicu. Facit etiam contra, Et quod ſimonia committatur, habetur quoque in capit. præterea de tranſact. & facit cap. ueniens de teſti
2 bus, † nam ius patronatus eſt ſpirituali annexum, ut habetur in eodem capit. de iure, & in cit. capi. quanto de iudic. & not. Gloſſ. in capit. quia clerici de iur. patron. & Nauar. in Man. capi. 23. numero 99. uerſi. Dixi uel ab eccleſia, & Ludouic. Roman. conſil. 368. numero 2. & docta Addit. ad eum conſil. 317. Idque iure merito, per ipſum enim quis ad eccleſiam præſentatur, qua præſentatione aditus patefit ad inſtitutionem, quæ eſt ſpirituale quoddam, argumen. tot. tit. de inſti. & ob id dicitur annexum ſpirituali, ut declarauit Abba. in eodem ca. quanto numero 6. ergo eius uenditione ſimonia committitur, ex quo ipſa cõmittitur, non ſolum, vbi ſpirituale uenditur, uerumetiam ubi annexum ſpirituali, ut colligitur ex definitione ſimoniæ proxime propoſita, & ut dixit Ludouic. eodem numero 2. & Addit. iam allegata, & Gulielm. Redoan. de ſimon. par. 2. capitu. 36. num. 10. & habetur in capitu. quæſitum de rer. permutat. Pro regula igitur habebimus, ius patronatus, ſeu præſentandi uendi non poſſe ſine ſimoniæ uitio.

3 Quę regula locum habet † non ſolum in uenditione, uerumetiam in omnibus aliis contractibus non gratuitis, vt ſcilicet nec per ipſos alienari poſſit, quin ſimonia committatur, tum quòd ratio, quæ in emptione eſt, & in aliis contractib. non gratuitis locum habet, & idcirco etiam diſpoſitio, arg. l. illud, ff. ad leg. Aquil. & c. cum dilecta de confirm. util. uel inutil. tum quòd ſic dixit Abb. in c. quærimoniam uerſic. Et per hoc alias de iur. patron. & in c. ex literis, num. 2. eod.

4 Non igitur † in diuidenda hæreditate, vni ex hæredibus ad ſupplendam eius portionẽ adiudicari à iudice poterit: nam uideretur cõpẽſari cũ

re

re temporali,& ſic pretio æſtimari,vt inquit Abba.iu citat.capitu.querimoniam, & ob id ſimoniam committi,ut dixit Ioann.Tabien. in ueib. Ius patronatus,num. 8.

Non itidem creditoribus cædi poteſt a debitore q nihil in bonis hēt,ex quo eſtimari non poteſt temporali,ut dixit Abba. ibid. Nou etiam pro dote:non pro pignore tradi, vt dixit Tabien. eod.num.14.non etiam locari ob eaſdem rationes.Ad ſummam ſimonia committitur, vbi contractu non gratuito,ut dixi,alienatur.

5 Non itidem † in feudum concedi poteſt ſpeciatim,ita Innocent.iu cap.cum ſeculum eod.de iur.patron.& communiter receptum hoc ſentit Ludouic.Roman.conſil.368.ubi in caſu hoc conſuluit,uenditionis enim titulo transferri non poteſt,quoniam eſt annexum ſpirituali, ut dicirur in c.quauto de iud.atque ſic conſuluit ibi,Ludouic.Accedit,quoniam ex natura feudi interuenit pactio ſuper præſtanda fidelitate, & iuſiurandū, ergo ſimonia committitur, quoniam ſpiritualia pure tradi debent,& facit cap. ex diligenti de ſimon.& c.indignum de reg.iur.

Nou denique,ſi conſuetudo adeſſet,ita Rom. ibid.num.3.& hoc ob ſimouiæ labem, quamobrem conſuetudo locum habere non poteſt,argū. cap.non ſatis & c.cum eccleſia,& c.Iacobus de ſimon. Verum quid ſi quis quempiam ad beneficium litigioſum præſentaret hac adiecta cōditione,vt præſentatus teneretur probare ſuis impenſis ius pertinere,ad præſentantem ? Plane ſimonia committeretur:nam per præſentationē videtur ſoluere impenſas pro luendo iure pręſentātis,atque ſic ſenſit Nauar.conſi.12.uum.1.uerſi. ſecundo de ſimon.lib.5.

6 Excipitur tamen primò,†ubi uniuerſitas uenditur,quæ ius patronatus in ſe continet, exempli gratia,ubi uenditur uilla,quæ ius patronatus habet:uam,eſto ius illud cum ea uniuerſitate trāſeat,ut habetur in c.ex literis,& ibi Abba.not.ac DD.de iur.patron.& idem Abba.in ca.illud nu. 4.uerſic.Secundo caſu eod. uenditio tamen ualet,& ſimonia non committitur,quandoquidem non ius patronatus uenditur, quo caſu ſimonia committeretur,ſed uilla ipſa,& uniuerſitas, quæ eſt res temporalis,cui,quod accedit ius patronatus,ob eam rem transfertur cum ea uniuerſitate, atque ſic uot.Abba.in eod.ca.ex literis, & habet in cap.cum ſeculum de iur. patron. & Ludouic. eodem couſil. & Addit. Hac igitur ratione ius patronatus alienatur,& non venditur, ut Gloſſ. inquit in citat.cap.cum ſeculum,& Abba.numero 4.Id quod locum habet, uel laico uniuerſitas uendatur,& inconſulto Epiſcopo:nam nihilominus transfertur ius patronatus cum uniuerſitate, vt aſſeruit Abba.in eod.cap.illud uum.4.Quare, qui hereditatem ad ſe delatam ius patronatus continentem vendit,uel pro dote, vel inſolutum tribuit,vel creditoribus cædit, ſimoniam non cōmittit,etenim nec hic uenditur, ſed cum hæreditate tranſit,quę uil aliud eſt,quàm uniuerſitas q̄dam,argum.§.fin.in Inſtit.per quas perſon.nob. acquir.& leg.nil aliud eſt hæreditas,ff.de uerbo.
7 ſignific. †Hoc tamen locum non haber, ubi ſpeciatim cum uniuerſitate & ius patronatus uenditur, exempli gratia dicendo vendo tibi uillam cum iure patronatus:nam tunc venditio non ualet,ut ait Abba.in citat.capit.illud. numero 4.& hoc ob eam rationem, quoniam ſimonia committitur,Et,quicquid dixerint DD. quos refert Gemin.in cap.unic.numero 5.de iur. patron. libro 6.ſi reſpectu habito ad ius patronatus uenditio etiam fiat,ſimonia committitur,uon enim ſimoniæ crimen euadit, qui conſecrationem calicis uendit ob id, quod cum materia eius ipſam uendit.Niſi ergo exprimatur illud ius patronatus declarandi cauſa ipſum uillam ſequi, alias ſimonia committitur,atque ſic ſenſit Ioan. Andr. iu cap.1.de iur.patron.lib.6.quem refert, ac ſequitur Ludouic.Roman eodem conſil. nume. . nam dixit nullam eſſe uenditionem ius patronatus,ſi mentio eius fiar,ideſt ſi mentio fiat gratia venditionis,& Additio ad eum,ita ibi in conſili. 368.Item locum uon habet,ubi,etſi expreſſe ius patronatus non uenditur,pluris tamen ipſa uniuerſitas ob ipſum uenditur,etenim & ob hanc rationem ſimonia committitur, ſi calix conſecratus ob couſecrationem pluris uendatur. Simonia quoque committitur,ſi quis uendens omnia ſua iura,in his etiam ius patronatus comprehendit ob eaſdem rationes. Ad ſummam cum uniuerſitate tranſit ſine ſimoniæ uitio, modo ipſum expreſſe,tacitoue non uendatur.

Secuudo loco ſimouia nou committitur, ubi titulo lucratiuo,& gratis alienat,exempli gratia elargiendo illud huic, vel illi, id enim poteſt ut dixit Abba.in cap.pręterea 2.prope finem. de iure patron.Quamuis ubi laico illud cædit, de Epiſcopi licentia id facere debeat, ut concluſit Abba.in cap.illud de iur.patron.ubi rem hanc pluribus egit.Facit quoque cap. ex inſinuatione de iur.patron.ſecus tamen,ſi quid donationis gratia daretur,ita Abba.ibi,& facit, capit. præterea de tranſact.quod tamen intelligo, ubi ex pacto, aliàs ſecus,ſi liberaliter,& ut gratus uideatur,qd piam tribuat,ſimonia enim tunc non committitur,ut alibi diximus,& ſic dictum Abb. accipiendum eſt.

Tertiò excipiuntur fructus, ſi quos patronus percipit,vt pote, quia ubi eccleſiam conſtruxit, dotemue dedit,aliqvid ſibi de ſuperioris licentia reſeruauit,id enim poteſt, ut habetur in citat.capitu.præterea ſecundo,de iur.patron.nam his uendendis ſimonia non committitur, quandoquidem non annexum ſpirituali uenditur,ſed temporale. Hinc fructus eccleſiæ licite locantur,ut habetur in capitu.fin. ne prælat. uic.ſuas, & ut dixit Abba.in citat.capitul.præterea ſecundo,prope finem,& nos ſupra capitul.11.His igitur exceptis caſibus,aliàs,ſi uon gratuito contractu ius patronatus alienetur,ſimonia committitur. Et de hoc iure ſatis.

8 Sicut autem ius præſentandi vendi uon pōt,† ita nec uoces,id eſt ſuffragia vendi queunt, qui-

bus qs præſentetur, eligaturue ad aliquam eccle
ſiam, ſimonia enim committitur, ita conſuluit
Roman.conſil. 317.de quodam Angelo, qui cui
dam Stephano canonicatum promiſit, ſi ipſe da-
tet ſibi voces patronorum, quas habebat ad præ-
ſentationem cuiuſdam Eccleſiæ, concluſit enim
ibi ſimoniam eſſe, & ſecundum illud conſilium
Rotam quandoque concluſiſſe teſtatur Horat.
Mandoſ.in Addition. ad eum, ſcilicet ſimonia-
cam præſentationem eam dici, quæ à patrono
facta eſt hoc pacto, ut quid ſibi detur, vel in eccle
ſiæ vtilitatem vertatur. Idem dixit Roccħus
de Curt.quem refert ac ſequitur Guliel. Redoā.
de ſimon.par. 3.capitul. 14. in princip. eſt enim
hoc ſpirituali annexum, ut diximus. Hæc autem
concluſio locum babet, vel non illa neceſſaria nō
ſit, vt pote, quia à maiori, ac ſeniori parte erat qs
præſentatus: nam nihilominus ſimonia commit-
titur, ut dixit Abba. in capitul. Matthæus de ſi-
mon.& DD. plures citat à Guliel. Redoan. eodē
capitul. 14. numero 7. Hinc, qui prioratum per ſi
moniam adeptus eſt, quia dedit pecuniam Do-
mino temporali laico, tunc deponendum dixit
Barbat.conſilio 13.num.34.uolumi. 3. Atqui an
in excommunicationem incidit, qui uendit ius
patronatus? Non incidit: nam extrauag. 2. de
ſimon. loquitur de beneficio, & ordine, ſcilicet,
ubi in illis realis ſimonia commiſſa eſt, at ius pa-
tronatus non eſt beneficium, non enim compete
rei laicis, ergo. atque ſic dixit Nauarr. conſil. 87.
de ſimon. libro 5. ſed de his hactenus, ad iura per
cipiendi fructus dignitatum, & beneficiorum ec
cle. tranſeamus, an ſcilicet ſine ſimoniæ uitio uē-
di poſſint, id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Iura percipiendi fructus beneficiorum, & dignitatum ecclesiaſticarum ſine ſimoniæ vitio vendi non poſſunt.*
2 *Decimas colligendi ius vendi non poteſt.*
3 *Decimas colligendi ius ſpirituale eſt, et quamobrem.*
4 *Decimas colligendi ius vendēs ſimoniam committit.*
5 *Primitias oblationesque colligendi ius vendi ſine ſimoniæ vitio non poteſt.*
6 *Decimarum fructus vendi, locarique poßunt.*

§. III.

Poſtrema quæſtio, quam hic explicandam
nobis propoſuimus, hæc eſt, an, ex quo per
dignitates, & beneficia eccleſiaſtica quis
conſequitur ius percipiendi fructus tam urbano
rum, quàm ruſticorum prędiorū earum dignita-
tum, ac beneficiorum: Nec non oblationes in ec-
cleſia factas. Item decimas, ac primitias, an iura
hęc ſine ſimonię uitio uendi poſſint. Quam quæ-
ſtionem, ſicut ſuperiorem, primò generatim, de
inceps ſpeciatim explicemus.
1 Generatim ergo breuiter concludo † ea iura
vendi ſine ſimoniæ uitio non poſſe, ut DD. cōi-
ter concludunt & hoc ob eā rationem, quoniam
iura ſpiritualia ſunt, conſequenter, vt ſenſit Abb.
in c. conſulere num. 3. & S. Thom. 2. 2. q. 87. artic.
3. in reſpon. nam ea iura conſequuntur eos cleri-
cos, qui animarum curam habent, quo ſe ſuſten-
tent, æquum enim eſt, ut qui ſpiritualia ſeminat,
temporalia conſequatur, vt ſenſit S. Thom. ibid.
& ob id ſunt annexa ſpiritualibus, arg. ca. ſi quis
obiecerit, 1. q. 3. at ſimonia committitur, ſi anne
xa ſpiritualibus vendantur (eſt enim ſimonia uo
luntas emendi, vendendique ſpirituale; vel ſpiri-
tuali annexum, vt probauimus in initio huius
Tract.) ergo ſpiritualia hęc ſi vendantur, ſimonia
committitur.
Contra ſententiam hanc tamen facere uidet,
quod quotidie uidemus vendi fructus Eccleſia-
rum, & etiam locari, & id licite fieri intra modicū
tempus, arg. extrauag. ambitioſe de rebus eccle.
non alienan. & c. 2. de locat. cum ſimil. allegat. ſu
pra cap. 8 §. 11. Atqui à propoſita ſententia diſce
dendum non eſt. Nec repugnant contraria iam
dicta, quandoquidem locatio, uenditioue fru-
ctuum eſt locatio eorum ſeu venditio, q̄ tēpora-
lia ſunt, & idcirco, uendi, & locari queunt, ut in ci
tat. iurib. habetur, iunct. Gloſſ. at quæſtio eſt de
iuribus percipiendi prędicta, quę iura ſunt ſpiri-
tualia, ſpiritualibusue annexa. Pro certo igitur ha
bebimus ſimoniam committi, ſi iura uēdantur,
contractuue alio non gratuito alienētur, eſto fru
ctus, & vendi, & alienari quacunque ratione poſ-
ſint. Et de hoc ſatis.
2 Quoad alterum modum, † ideſt ſpeciatim agē
do, & prius de decimis, cōcludo ius eas colligen-
di vendi non poſſe: Id quod probatur primo per
ca. fin. de rer. permuta. nam. cum ibi quæſtio eſ-
ſet inter monaſterium quoddam, & Præpoſitum
ſuper decimas, & arbitri, in quos compromiſſum
factum erat, arbitrati eſſent, vt Præpoſitus habe-
ret ius illud decimarum, ſi obtinuiſſet quandam
pecuniæ Summam a Rege Vngariæ pro ipſo mo
naſterio, Romanus Pont. hac de re conſultus ar-
bitrium illud mādat irritum decerni, & hoc ob
eam rationem, quoniam permutatio ſpiritualiū,
ſcilicet iuris colligendi decimas eſſet facta cum
temporali, ideſt cum ſumma illa pecuniæ. Hæc
ibi. Si ergo permutatio ibi non permittitur, q̄
gratis non fit, ergo nec venditio, quandoquidem
ſpirituale pretio venderetur, quod fieri non po-
teſt. Idem habetur expreſſe in c. præsbyter, 1. q.
1. ibi enim dicitur certum eſſe ſimoniacam hæ-
reſim eſſe uendere decimas, & altare, & cæt. ui-
den. Secundo id probatur ratione; nam, ſi liceret
uendi ius decimas colligendi, liceret ſpirituale
3 uendi pretio temporali: † nam ius decimas colli
gendi eſt ius ſpirituale, vt dicitur in citat. capitu.
fin. ibi, Cum permutatio de ſpiritualibus, & ſen-
ſit ibi, Gloſſ. in uerb. Temporalia cum ſequent.
& ſequitur quoque Abba. ibi, & not. num. 4. uerſ.
In Gloſſ. fin. & Sanct. Thom. 1. 2. quęſtio. 88. arti.
3. in reſpon. & q. 100. artic. 2. in reſp. ad 3. uerſic.
Ius autem ſpirituale, quandoquidem conſequi-
tur miniſtrum ſpiritualium, quem iure tempora
lia ſequi debēt, ex quo ſpiritualia prębet, & ob id

annexum

annexum eſt ſpirituali conſequenter,vt diximus
7 ſupra,& ſentit S.Thom.eod art.3.q.87.†Ex quo
igitur ius ſpirituale eſt,vendi nō licet. Alioquin,
ſi vendatur,ſimonia committitur, vt ſenſit Abb.
in eod.c.fi.nu.3.de rer.permut. ibi enim rationē
reddens tacito,quare non ualuerit arbitrium il-
lud ibi datum,loquit , quoniam vitium ſimoniæ
in ſe continebat,ex quo ſimonię uitium commit
titur,ſi ius decimas colligendi uendatur,locetur
ue.Idem ſenſit Caiet.ead.q.87.ar.3.uerſ.In eod.
tertio articulo in fine,& Guliel.Redoā. de ſimo.
1.par.c.29.nu.9.uerſ.Sed aliud eſt ius . Ac plane
id dubitationem habere non debet:nam,ſi ut ꝓ
xime probauimus,ius hoc ſpirituale eſt,plane qu
ſimonia cōmittatur,ſi alienetur uenditione,non
eſt,quod dubitemus.Pro certo igitur habebim'
ſimoniam committi , ſi ius decimas colligendi
uendatur,locetur,permutetur,'alione contractu
non gratuito alienetur.

5 Quæ diximus autem de iure decimarum,†idē
ob eaſdem rationes concludimus de iuribus col
ligendi,alios fructus Eccleſiæ, ut de iure oblatio
num,quæ fiunt in Eccleſia , & de iure colligendi
primitias;nam,quocunque non gratuito contra
ctu alienentur.ſimonia committitur,quandoqui
dem & iura illa ſpiritualia ſunt.

6 Excipitur tamen,† ubi non iura prædictorum
uenduntur,ſed aut fructus inde percepti,aut per
cipiendi:hi enim ſine ſimoniæ uitio ueduntur,
& uendi poſſunt etiam ad modicum tempus.Iti
dem etiā & locari,ut habetur io ca.fi.& ibi Abb.
ac DD.not.ne prælat.uic.ſuas,& in c.1.de locat.
& ut dixit Gloſſ.in c.quamuis in uerb Conceſſe
rit,ibi.Fructus uero decimarum de decim.& Gu
liel.Redoan.de ſimon.1.par.c.29.nu.8 uerſ.Sed
intelligendum eſt: nam fructus huiuſmodi tem-
porales ſunt,& ob id uendi poſſunt , ut probaui-
mus etiam ſupra cap.8.§.1 1.cum trib.ſeq. Non
igitur ſimoniam committūt clerici,qui decima-
rum fructus uendunt,locantue,& hac ratione de
cimę,1.decimarum fructus Rom. Pontifices ſæ-
pius Principibus,ac regibus concedunt in ſubſi-
dium contra chriſtiani nominis hoſtes , ut dixit
Sot.de iuſt.& iur.lib.9.q.7.artic.1. in reſp. ad 3.
ibi,Circa aliud membrum de decimis.Nec repu
gnat,ſi dicatur ipſos habere ius petendi ſicut cle
rici,nam ius habent petendi fructus , non autem
ſpirituale,quod ius ex locatione,& donatione qs
conſequitur,arg.tot.tit.de loc. & cond. Id quod
perobſcure tamē ſenſit Sot. ibid.Et de his etiam
ſatis.iā ad functiones iuriſdictionis tranſeamus,
& an ipſis obeundis pecunia interueniente ſimo
nia committatur , atque idcirco materia ſimo-
niæ ſint,contemplemur,id quod in ſequ.præſta-
bimus .

De functionibus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ reſpectu habito ad pœnas materia circa quam ſimonia,ideſt circa quas ſimonia committi poteſt. Cap. L.

S V M M A.

1 *Pœna quid ſit.*
2 *Pœnarum genera quot ſint.*
3 *Pœnæ quibus bonis nos priuent.*
4 *Pœnam ſi inferat iudex pecunia ductus,ſimoniam cō mittit.*
5 *Iudex an ſimoniam committat,vbi quem liberat à pœna delicti recipiendo pecuniam.*
6 *Pœnæ nomine iudex quidpiam exigens ſimoniam nō committit.*
7 *Iniuſtæ excommunicationis ſi pecuniam præſtet , ut abſoluatur,an ſimoniam committat.*

IVriſdictionem eccleſiaſticā ſimonię materiam eſſe probauimus : item & dignitates, & beneficia , & magiſtratus eam iuriſdictionem habentes,nec nō iura, quæ per dignitates eas & magiſtratus cōſequimur , reſtat vt de functionibus eiuſdē iuriſdictionis agamus , an & ipſę materia ſimoniæ ſint, ideſt ipſis obeundis ſimonia committatur.Sed quoniam functiones hæ uariæ, ac plures ſunt , ſed præcipue uerſantur in beneficiis eccleſiaſticis,in pœnis,in indulgentiis, in diſpenſationibus,in uiſitationibus , & generatim in actibus iudicii : & de beneficiis egimus ſupra , ubi ſi per pecuniam conferantur,habeāturque , ſimoniam committi concluſimus,ob eam rem de reliquis, & prius de pœnis , deinceps de aliis agamus , id quod,ut dilucidius fiat , præmittenda duo ſunt , quid pœna ſit.Deinceps quotuplex.

1 Quoad primum igitur pœna,†quo ad rem noſtram pertinet,nil aliud eſt,quam priuatio boni, quod quis natus aptus eſt habere.Dixi autē Priuatio boni , quo ſeparetur à priuationibus , quæ ſunt malis & a bonis,quæ nobis tribuuntur.Dixi etiam Boni priuatio , quo effectus pœnæ ſignificetur.qui eſt priuare eum, qui punitur bono aliquo.Dixi denique,Quod quis natus aptus eſt habere,quo ſeparetur ab iis , ad quæ habenda nati apti non ſumus:nam,etſi uolare bonum eſt, non tamen nati ad id apti ſumus.

2 Quoad ſecundum † pœnarum genera plura
ſunt,quas pœnas, quod recenſent DD. Gloſſ. in
cap.ad reprimendum de off.ordin.& Inno. io c.
qualiter,& quando 2.de accuſ.& Foller.in Prax.
Crim.2.par.Iud.num.55.cum multis ſeq. & Ho
ſtien.in Sum.de pœn.§.quot ſunt ſpecies pœna-
rum, ob eam rem ſpecies earum non numerabi-
mus,ſed ſolū quibus bonis per ipſas priuari poſſi
3 mus,explicabimus.†Dico igitur breuiter bono-
rum,quibus illatis pœnis priuamur,quatuor ſpe
cies eſſe,nam quædam bona ſunt animæ , quædā
corporis,quædam famæ, quædam quæ dicuntur
fortunæ.Horum igitur bonis, etſi non omnibus,
pœnis a iudice Eccleſiaſtico priuari quis poteſt,
ut ecce cenſuris Eccleſiaſticis,ſcilicet excommu
nicatione,ſuſpēſione,& interdicto,uſus ſpiritua-
lium

lium prohibetur,& impeditur; nam cenſura Ec-
cleſiaſtica nil aliud eſt,quam pœna ſpiritualis fo
ri exterioris eccleſiæ,qua ſpiritualium uſu; om-
nis impeditur,ut probaui in Tracta. de Cenſuris
Tab. 1.c. 16.§.fi.num.5. Item vſus etiam ordinū
tollitur,id quod fit degradatione tam re, quam
verbis facta. Item irregularitate,de qua degrada
tione re facta habetur in c.2.de pœn.lib.6.Reſpe
ctu etiam habito ad bona corporis uariæ inferū-
tur pœnæ,quamobrem eius libertas impeditur,
cuiuſmodi ſunt ieiunium, detruſio in monaſte-
rium,exilium,ſeruitusque,ut refert Gloſſ.in cit.
c.ad reprimendam.Reſpectu habito etiam ad fa
mam pœnæ inferuntur, cuiuſmodi eſt infamia,
qua punitur etiā ſimoniachus,ut ſupra uidimus,
& pœnitentia etiam ſolemnis,de qua in c. in ca-
pite d.50.Reſpectu habito ad bona fortunæ pœ-
næ ſunt,cuiuſmodi ſunt pecuniariæ pœnæ, & bo
norum publicatio,ſeu confiſcatio, has enim pœ-
nas infert quoque Eccleſia. Ad ſummam omnes
pœnæ,quæ ab Eccleſia inferuntur,altero, uel plu
ribus horum quatuor bonorum priuant.

His præmiſſis,iam quæſtionem propoſitā ex-
4 plicemus. † an,ſi pro his pœnis inferendis pecu-
niam quis recipiat,ſimoniam committat. Et ui-
debatur dicendum ſimoniam non committi;nā
quotidie uidemus eccleſiaſticos iudices delin-
quentes pecunia accepta pęna liberare, & ſimo-
niam non committere;ergo & è contrario, ſi pe-
cuniam accipiat,quo pęnas inferat,ſimoniam nō
committet, quod enim operatur propoſitum in
propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito arg.
l.fi.§.fi.ff.de leg. 3.

Atqui contrariam ſententiam amplexari de-
bemus,ſcilicet ſimoniam committi, ſi Eccleſia-
5 ſticus iudex,ut pœnam inferat,†eaue quem libe
ret, pecuniam accipit, ideſt pretio ductus id fa-
cit.Id quod probatur primo,quoniā exercet offi
cium eccleſiaſticum pretio ductus,ergo ſimoniā
committit,ut habetur in c.ad noſtram de ſimo.
Præterea priuare quem beneficio eſt pœna eccle
ſiaſtica,ut ait Gloſſ.in cit.c.ad reprimendam,at,
qui curat pecunia,ut quis priuetur beneficio, ſi-
moniam committit,ut dicitur in ca.2.eod.de ſi-
mon.& not.ibi Mar.Soc.Seni.ergo & ipſe iudex,
diſpoſitum enim in uno ex correlatiuis, & in a-
lio locum habet,arg.l.1.& ibi Bart.C.de cupreſſ.
libr.10. Ex quo igitur ſimoniam commiſit ibi,q.
pecuniam dedit,ut expelleretur ille a beneficio,
& is,qui eam accepit,ut expelleret,ſimoniam cō
miſit,imo,ut ait ibi Soc.duplex ſimonia commiſ
ſa eſt,prima curando, ut per pecuniam à benefi-
cio quis expelleretur,altera, ut deinceps ſibi tri-
bueretur.Poſtremo facit cit.c.nemo presbytero
rum,nam ibi ſimonia committitur,ſi quis pretio
ductus digne pœnitentem à communione,& re
cōciliatione remouet,indignum uero admittit,
ergo ſimonia cōmittitur, ſi pretio ductus Eccle-
ſiaſticus Iudex quem punit, nam prohibere quē
reconciliatione,& communione pœna eſt,ut di-
xit Gloſſ.in eod.c.ad reprimendam, Idem dixit
Guliel.Redoan.in Tract.de Simon.in 3.par.cap.
22.in fine: ibi enim agens, quando uexationem
redimere liceat,inquit ſimoniā committi,ſi ſub-
ditus,qui delictum commiſit, ne excommunice
tur,ſuſpendatur,aliaue pœna afficiatur,& ut cor-
rectionem uitet,pecuniam præſtat. Facit quoq;,
quod dixit Maiol.de Irregular.lib.5.c.45.num.
3.& habetur in c.euphemiam 2.q.3.ubi ſimoniā
committi dicitur,ſi quis accuſationem aduerſus
Epiſcopum habens, ob eam rem illam omittat,
quo ad ordines eum promoueat. Non repugnat
modo contrarium antea poſitum: nam pecunia,
quæ exigitur in eo caſu pro pœna exigitur,eſt.n.
pecuniaria pęna, quam iudices Eccleſiaſtici im-
ponunt aliquādo pro delictis,id quod licet,quā-
doquidem & pecuniariā pęnam Eccleſiaſticus
Iudex imponere poteſt,ut DD.communiter cō-
cludunt. Pro certo igitur habebimus ſimoniam
committi,ſi iudex eccleſiaſticus pecuniam acci-
piat pretii nomine,quo quem puniat, à pęnaue
liberet,atque ſic dixit Archiep.Flor.in 2.p.Sum.
tit.1.c.5.§.17.uerſ.Not.quarto, ibi enim ait pro
actibus iudicialibus iudicem nihil recipere de-
bere,quandoquidem conſtituta ſtipendia habēt
pro eo munere exercendo; ob idque non licere
accipere quicquam pro diſpenſatione, nec pro
correctione facienda,non faciēdaue,nec pro mi-
nus puniendo peccatum,nec pro crimine puniē
do,nec pro uiſitando, nec ut minus digne pęnitē
tem reconcilier, uel ut digne pęnitentem repel-
lat,& hoc non ſolum,ubi in re eccleſiaſtica iuriſ-
dictionem exercet,& ſpirituali, uerum etiam in
re temporali,nam iuriſdictio,quam exercet, ſpi-
ritualis eſt,cuius uirtute ius dicit, ita Archiepiſ.
Florē.Ne igitur ſimoniam Eccleſiaſtici iudices
committant pro puniendo quempiam,à pęnaue
liberando nihil exigant. Quare nec pro degrada
tione quicquam recipi poteſt:ita Nauar.in conſ.
88.de ſimon.lib.5.

6 Excipitur tamen, † ubi id,quod exigitur,non
ob id,quod punit,liberatue,ſed pro pęna,& loco
pęnę exigitur,nam,quod eccleſiaſticus Iudex pe
cuniariam pęnam imponere poteſt,ob eam rem
& illam exigere,arg.l.2.ff.de iuriſdi.omn. iud.&
ut diximus ſupra ca.10.§. 3. Non igitur ſimoniā
commiſit Vicarius,cuiuſdam Epiſcopi, qui cui-
dam clerico pecuniariam pęnā impoſuit, & exe-
git ob delictum quoddam commiſſum, quam ta
men ſimoniam commiſiſſet, ſi oblatam pecuniā
per amicos eius clerici,quo impune abiret, acce
piſſet,nam alterum loco pęnæ fiebat,alterum,ſci
licet poſtremum corrumpendo iudicem quodā
modo.Nō etiam ſimonia committit ſi quid præ
ſtetur pro ſumptibus factis ab aduerſario,qui ex
com.ferendam curauit,ut dixit Zabar.in cap.ad
aures prope finem.de ſimon.

7 Verum quid † ſi quis iniuſte excommunica-
tus,ſuſpenſusue pecuniam tribuat, quo abſolua-
tur,an ſimonia committetur? Anton.in cap.dile
ctus de ſimon.ſine ſimoniæ uitio id fieri poſſe in
quit,& hoc ob eam rationem, quod hic pecuniā
tribuens nullum ius acquirit. Eandem ſententiā
ſequitur Guliel. Redo.in Trac.de ſimo. in 3.par.
cap.

cap.21.nume.6.verſ.Qnarto,vbi & alios quoſdã
idem ſentientes refert.Hæc opinio mihi non pla
cet;nam, & qui à poſſeſſione beneficii iniuſte de
iectus eſt, pecunia interueniente ſi eam recupe-
ret,ſimoniam committit,vt DD.tradunt in cita.
c.dilectus. Nec verum eſt hunc nihil acquirere,
imo multum acquirit,ſcilicet uſum communio-
nis Eccleſiæ,quo per excommunicationem care
bat; eſto enim excommunicatio iniuſta ſit lata,
nihilominus ſuos effectus operatur, nt habetur
in c.1.11.q.3.& facit c.conſideret,& ca.ſacro de
ſent. excom. & hanc opinionem uti neriſſimam
ſequor,& alibi ſupra ſecutus ſum in qua & fuiſſe
poſtea reperii Zabar.in cap.ad aures,nerſ.Circa
hoc de ſimon.ſed de quæſtione hac ſatis; ad alte
ram tranſeamus.

De functionibus Iuriſdictionis Eccleſiasticæ reſpectu habito ad indulgentias,materia circa quam ſimonia,ideſt circa quas ſimonia committi poteſt. Cap. L I.

S V M M A.

1 *Indulgentiæ quid ſint.*
2 *Indulgentiæ ex quibus ſint.*
3 *Indulgentiæ quid operentur.*
4 *Indulgentiæ a quo concedantur.*
5 *Indulgentias concedere iuriſdictionis eſt.*
6 *Indulgentiæ ſi pecunia concedantur, ac vendantur,ſimonia committitur.*
7 *Indulgentiæ vbi cõceduntur ijs,qui eleemoſynas erogauerint in aliquam piam cauſam, exempli gratia in ædificationem eccleſiæ, monaſterij, in pauperes aliquos,in Bellum contra Turcas,ſimonia non committitur.*

SECVNDA quæſtio pro-
poſita hæc eſt, an ſimonia
cõmittatur,ſi pecunia exi-
gatur pro indulgentiis cõ-
cedendis: quam quæſtio-
uem, nt dilucidiorem ha-
beamus præmittẽdum eſt
qnid indulgentiæ ſint. De-
inde, a quibus concedan-
tur. Tertio,an eorum conceſſio ad iuriſdictionẽ
Eccleſiaſticam pertineat.

Quoad primum igitur,etſi nomen hoc indnl-
genria uarias ſententias habet, nt dixit Additio
ad Gloſſ.in c.fi.de pęnit.lib.6.& Sylu.in uerb.In
dulgentia,num.1.& Ioan.Tabien. eod. quod ad
rem noſtram tamen pertinet, ex qno de indnlgẽ
tiis agimus, quibus pęnæ peccatorum tempora-
1 les expiantur,†Indulgentiæ ſunt diſtributiones
in primis meritorum Chriſti Domini,ac Beatiſ-
ſimæ Virginis, & ſanctorum, factæ ad delendas
peccatorum temporales pęnas,quę per pęniten-
tiam remiſſa ſunt. Dixi Diſtributiones merito-
rum in primis Chriſti Domini, &c. tum quo ſe-
paretur ab aliis diſtributionibus ſpiritualium,ut
2 beneficiorum,ac aliarum dignitatum Eccle.† tũ
qno ſignificetur,unde hę indulgentiæ ſint, ideſt
quę ſit cauſa,ut pęnę peccatorum temporales ex
pientur,quæ ſunt merita,in primis ipſius Chriſti
Domini,deinde Beatiſſimæ Virginis, ac reliquo
rum ſanctorum,ut habetur in extranag.Vnigeni
tus Dei filius de pęnit.& apud Sylue.in uerb.in-
dulgenria,q.1.& communiter DD.Dixi,Ad de-
lendas peccatorum pęnas temporales;, quæ per
3 pęnitentiam remiſſa ſunt,†tum quo appareat qs
eius effectus ſit, qui eſt delere pęnam temporalẽ
peccatorum,quæ remanet poſt deletam culpam
& pęnam æternam,& ob id uere tantum pęniten
tibus prodeſt, ut dicitur in cit. extrauag. Quem
quidem theſaurum(ſic appellat enim ibi merita
Chriſti Domini,unde indulgentiæ fiunt) non in
ſndario repoſitum,non in agro abſcõditum, ſed
per Beatum Petrum cęli clauigerum, eiusq; ſuc
ceſſores ſuos in terris nicarios commiſit, fideli-
bus ſalubriter diſpenſandum,& propriis,& ratio
nabilibus cauſis nunc pro totali,nunc pro partia
li remiſſione pęnæ temporalis pro peccatis debi
tæ tam generaliter,quam ſpecialiter, pront eum
Deo expedire cognoſcerent uere pęnitentibus;
& confeſſis miſericorditer applicandum, ad cu-
jus qnidem thęſauri cumulum Beatæ Dei gene-
tricis omniũ electorum a primo iuſto, uſque ad
ultimum merita adminiculum præſtare noſcun
tur.Hæc ibi. Ex qnibus conſtat temporalem pę-
nam peccatorum, quæ per pęnitentiam remiſſa
ſunt,deleri.Item,quæ ſint hæ indulgentiæ, ſcili-
cet merita in primis Chriſti Domini,deinde Bea
tiſſimæ Virginis, nec non ſanctorum omnium.
Item nere pęnitentibus tantum prodeſſe. Idem
qnoque, ut pęna ad tempus præſcripta peccato-
rum indulgentiis expietur,dixit Gloſſ. in extra-
uag.1.in nerb.Confitebuntur eod.de pęnit.& Fe
lin.in Tract.ſuo de indulgentiis,nnm.4.uerſ.Cir
ca ſecundam partem,& Nauar.in Tract.de Iubi
leo not.16.Tũ quo ſeparetur a pęnitentia,& con
tritione,quibus & culpa,& pęna ęterna etiam de
letur.Et de hoc primo ſatis.

4 Quoad ſecundum,†a Romano Ponti.ad totã
pęnam temporalem expiandam,(id quod fit in-
dulgentiis plenariis,)concedi poſſunt,ut dicitur
in cit.extrauag.unigenitus in nerſ.Proxime rela
to,ibi,Nunc pro totali: a reliquis nero inferiori-
bus Eccleſiæ præſidibus pro parte, non enim ple
narias indulgentias concedere ipſi poſſunt,ut ha
betur in c.quod autem, & in ca.cum ex eo,§.ad
hæc de pęnit.& c.fi.eod.lib.6. Et de hoc itidem
ſatis.

5 Quo ad tertium,† diſtributio horum merito-
rum,ſeu indulgentiarum,ac thęſauri Eccleſiæ,in
riſdictionis Eccleſiaſticæ eſt, id quod ex dictis
conſtat: nam ad eos tantum Eccleſiæ antiſtites
pertinet, qui iuriſdictionem Eccleſiaſticam ha-
bent,cuiuſmodi Pont.Max.eſt,ac reliqui inferio
res Pontifici:idem quoq; ſenſit Inn.in cap.quod
autem,nume.5.uerſ.Sed qnæres,& in fine de pę-
nit.& Abb.in ca. accedentibus in fine de exceſſ.
prælat.& Fel.in eod.Tract.de indulgent. in prin.
& Sylu.

& Sylu. & alii a me cit. in Tract. de Cenſuris Tabu. 2. cap. 11. §. 1. num. 8. Idque iure merito, nam diſtribuere bona Vniuerſitatis iuſtitiæ actus eſt, ſcilicet diſtributiuæ, at iuſtitiā adminiſtrare ad eos pertinet, quo iuriſdictionem habent, Iure igitur ad eos, qui iuriſdictionem eccleſiaſticam habent, indulgentiarum diſtributio pertinet.

His præmiſſis, iam quęſtionem aggrediamur.

6 † Videbatur igitur dicendum, ſi pro indulgentiis concedendis, pecunia exigatur, ſimoniā non committi: Et hoc ob eam rationem, quoniam ſæpius conceduntur, & olim præſertim concedi ſolebant iis, qui eleemoſynas faciunt, & præbent ad aliquam piam cauſam, ut pote ad conſtruendum monaſterium, eccleſiam, hoſpitale, ad bellum gerendum contra Turchas, & ad huiuſmodi alia opera, quibus caſibus nullo modo dicēdum eſt ſimoniam committi; ut id ſignificari uidetur in c. quod autem, & in c. cum ex eo. §. fi. de pęnit. & in c. fi. iunct. Glo. eod. lib. 6.

Atqui, contrariam ſentētiam ſequi debemus, ſcilicet ſimoniam committi, ſi pro indulgentiis diſtribuendis, pecunia exigatur. Id quod probatur primo, quoniam merita Chriſti Domini, & ſanctorum maxime ſpiritualia ſunt, ut per ſe patet: at pro re ſpirituali concedenda, ſi pretii nomine quid exigatur, ſimonia committitur, ut habetur in tot. tit. de ſimon. & ut nos in tot. Tract. antea probauimus, ergo & ſimonia committetur, ſi & pro his indulgentiis pecunia exigatur. Præterea, qui indulgentias diſtribuit, miniſterium eccleſiaſticum exercet, & iuriſdictionem: (iuriſdictionis enim earum diſtributio eſt, ut p̄miſſimus,) ergo hac quoque ratione ſimonia cō mittetur: nam ſimonia committitur, ubi pro miniſterio Eccleſiaſtico exercendo, iuriſdictioneue pretium exigitur, ut habetur in c. ad noſtram, & in cap. nemo præsbyterorum de ſimon. Si ergo Eccleſiæ Antiſtes, & qui has indulgentias diſtribuendi facultatem habet, pecuniam accipit, & uult, exempli gratia ab aliquo parocho, qui cupit, & rogat eum, ut indulgentiam concedat ſuis ſubditis, qui die aliquo ſuam eccleſiam uiſerint, & alias concedere eam non uult, ſimoniam committit. Qui itidem, ut indulgentiam pro ſe in articulo mortis habeat, pecunia eā impetrat, uel ei tribuendo, q. eā concedēdi facultatē hēt, uel aliis qui pro ipſo interueniunt, in hoc quoque caſu ſiſimoniam committit. Qua ratione ſi impetretur etiam, ut benedicantur imagines, & calculi illi, & cruces, & toreumata, ideſt medaglię, ideſt indulgentiæ ipſis concedantur, ſimonia committetur.

7 Non obſtat modo contrarium allegatum. † Primum, quoniam ubi Romani Pontifices, concedunt indulgentias iis, qui opem tulerint alicui operi pio, non in primis id faciunt, ut pro indulgentia temporale exigant quaſi pretium, ſed ut ſpirituali opere, ſpirituale lucrum aliud cōſequātur, quod licet. Hinc DD. communiter concludunt permutationes beneficiorum ui ſua p̄miſſas eſſe, quoniam ſpirituale cum ſpirituali p̄mutatur, quod licet, idem ergo & hic. Confirmatur hoc, quoniam ſpirituale prohibitum eſt, ne tēporali æſtimetur, ac uendatur, pecunia tua tecū ſit in perditionem, dixit. n. S. Petrus illi impio, qui exiſtimaſti Spiritum ſanctum pecunia poſſideri, quibus verbis ſignificatur temporalibus ſpiritualia æſtimari non poſſe, non autem ſpiritualibus, atque ſic dixit Ricard. de media villa, lib. 4. diſt. 20. art. 1. q. 4. quem refert, ac ſequitur Fel. in eod. Tract. num. 2. uerſ. Confirmantur, ibi, Hæc eſt ſimonia. Poſtremo, ubi Romani Pontifices, indulgentias concedunt iis, qui eleemoſynas huic, vel illi fecerint, non id faciunt, quo pretii nomine eleemoſynas uelint, ſed ipſas concedunt in primis, ut inuitentur, & excitētur Chriſti fideles ad pia opera peragenda, cuiuſmodi eſt eleemoſyna, & ob id ſimonia non committitur, quandoquidem id licet, ſicuti licitę ſunt diſtributiones, quę fiunt in eccleſiis collegium habētibus iis, qui matutinis, ueſpertinisue pręcibus, aliiſque diuinis officiis interfuerint, quo excitentur facilius, & prōptiores ad diuinas preces recitādas reddantur: at quæſtio noſtra non eſt in hoc caſu, ſed ubi datur pecunia ei, qui indulgētiam concedit, quo indulgentiam ipſam tribuat huic, uel illi, vel alteri, per quem impellatur Antiſtes ad eam concedendam, ut diximus antea. Simonia igitur committitur in prædictis caſibus, non autem in proxime dictis, Sicut nec etiam committitur ſimonia, ſi quid exigatur ab iis, qui earum inſtrumenta deſcribunt pro ſe ſuſtentando, quamuis Clemēs Octauus, quæ eius Summa Pietas eſt, ac Prudentia, ut ne ſpecimen ullum non ſimoniæ modo, ſed nec auaritiæ appareat, dum eſſem Romæ, mandauerit, ut nec etiam pro ſcriptione illa quicquam peteretur. Atqui an inferiores Romano Pont. ſcilicet Epiſcopi poſſint indulgentias concedere iis, qui operi alicui opem tulerint? Videbatur dicendum ipſos id non poſſe, nam ſpiritualia pure, & ſimpliciter dari debent, vt habetur in ca. fi. & ibi Gloſſ. de pact. cui iuri Epiſcopi ſubiecti ſunt, arg. c. 1. de conſt. & c. fi. eod. Contrariam opinionem, tamen ſequi debemus, vt ſcilicet poſſint, primo quoniā id tacito approbatum, immo expreſſe cōceſſum eis uidetur in cit. iurib. ſupra ſcilicet in c. quod autem, & in c. cum ex ea, §. fin. de pœnit. in antiq. & in c. fi. iunct. Gloſſ. eod. lib. 6. ergo ratio propoſita ceſſat, quæ iure poſitiuo inducta eſt. Secundo ex longa conſuetudine: ita igitur concludo, & ita DD. ſentire uidentur. Atqui de indulgentiis hactenus, ad diſpenſationes tranſeamus.

De functionibus iuriſdictionis Eccleſiaſtica reſpectu habito ad diſpenſationem, materia circa quam ſimonia, ideſt circa quam ſimonia committi poteſt, Cap. LII.

S V M M A.

1 *Diſpenſatio quid ſit.*

2 *Diſpen-*

2 *Diſpenſare ad iuriſdictionem pertinet.*
3 *Diſpenſatio ad iudices eccleſ. & prælatos eccleſ. pertinet.*
4 *Diſpenſandi gratia, ſi pecunia exigatur ſimonia committitur.*
5 *Diſpenſatio, vbi in Rom. Curia fit, an ſimonia committatur, ex quo ſemper quid temporale præſtatur, vt in diſpenſationibus conſanguinitatis, affinitatiſue, & in votis, & in iureiurando, & in irregularitate.*
6 *Iudex ſecularis pecuniam exigens pro exercenda iuriſdictione ſeculari ſimoniam non committit.*

TERTIA quæſtio eſt, an ſimonia committatur, ſi pro diſpenſatione in ſpiritualibus cōcedenda pecunia exigatur; quam quæſtionem, vt dilucidiorem reddamus, tria breuiter præmittenda ſunt. Primum, diſpenſatio quid ſit. Deinde, an diſpēſare ad iuriſdictionem pertineat. Poſtremo, qui diſpenſare poſſint.

1 Quoad primum igitur † diſpenſatio nil aliud eſt, quam communis iuris relaxatio facta cū cauſæ cognitione ab eo, qui ius habet diſpenſandi, ita dixit Gloſſ. in ca requiſitis, §. niſi rigor, 1. q. 7. quam refert, ac ſequitur Quint. Mandoſ. in Trac. de ſignar. grat. in titu. Diſpenſationes, vbi plures à DD. traditas definitiones etiam refert; quamnis in hoc omnes conueniant, ſcilicet ipſam eſſe relaxationem iuris communis, quod & Trid. Synod. ſenſit ſeſſ. 25. de reform. c. 18. idque iure merito, quandoquidem diſpenſare cum aliquo nil aliud eſt, quam legibus ipſum ſoluere, ut latinæ linguæ Magiſtri docent, & Quinti. ibi. Ac plane, quid aliud facit Romanus Pontif. ubi permittit, ut irregularis clericus fiat, ut cognatione coniuncti matrimonio iungantur, ne uota, iuſiurandumque ſeruentur, quam ſoluere ius commune, quo prohibebatur, ne prædicta fierent? Merito igitur Diſpenſatio communis iuris relaxatio dicitur.

2 Quoad ſecundum, † Iuriſdictionis eſt diſpenſare, ideſt ad eos pertinet, qui iuriſdictionem habent: nam, ex quo diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio, ut DD. communiter concludunt, ſicut iuriſdictionis eſt ius conſtituere, ita & illud relaxare iuriſdictionis erit, arg. l. nihil tam naturale, ff. de regu. iur. & l. 3. ff. de re iud. & eorū, quæ dixit Gloſſ. in c. cum inferior de maior. & obed. atque ſic dixit Ioan. And. quem refert, ac ſequitur Borgas. de Irregular. par. 2. in tit. An diſpenſatio ſit de lege diœceſana, an de lege iuriſdictio-
3 nis. Ex quibus † tertium propoſitum habemus, ad quos diſpenſatio pertineat, & qui diſpenſare poſſint. nam ii tantum poterunt, qui iuriſdictionem habent, & ob id Eccleſię Antiſtites. Verum, quòd diſpenſatio communis iuris relaxatio eſt, cui iuri Romanus Ponti. præeſt, ubi ius poſitiuū eſt, ut habetur in c. propoſuit de conceſſ. præben. Contra uero inferiores eidem iuri ſubiecti ſunt, ut habetur in c. 1. & cap. ſi. de conſti. ob eam rem pro regula habebimus Romanum Pont. in omnibus diſpenſare poſſe: contra uero inferiores in caſibus tantum ipſis permiſſis diſpenſare, non enim inferior ſuperioris leges tollere poteſt, ſine eius licentia, arg. cap. inferior de maior. & obed. atque ſic ſenſit Rebuff. in titu. de Diſpenſatione, num. 22.

4 His præmiſſis, † quoad quæſtionem propoſitā concludo, ſi pro diſpenſatione cōcedenda pecunia exigatur, uti pretium eius, ſimoniam committi. Primo, quoniam, qui diſpenſat, miniſteriū eccleſiaſticum exercet, ergo ſimonia committitur, ſi pro diſpenſatione cōcedenda pecunia exigatur, arg. ca. ad noſtram de ſimon. Præterea per diſpenſationem quis liberatur a uinculis iuris cōmunis, (eſt enim Diſpenſatio Iuris communis relaxatio, ut præmiſſimus,) at pro liberando quem a iuris uinculis, ut pote ab eius pœnis, ſimonia committitur, ſi pecunia exigatur, ut habetur in c. nemo epiſcoporum de ſimo. ergo & hic. Simonia igitur committitur, ſi pro diſpenſatione pecunia exigatur; idem ſi, & pro abſolutionibus. Exigi ergo nihil debet, atque ſic dixit Archiepi. Floren. in 2. par. Sum. tit. 1. c. 5. §. 17. uerſ. Vnde non licet aliquid accipere, & Ang. in uerb. Simonia 3. in fine, & Guliel. Redoan. eod. 1. par. c. 21. in fine uiden. & ca. 29. num. 16. uerſ. Item pro uſu ſpiritualis; & Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 6. art. 2. in reſp. ad 3. argum. ibi, Vnde colligit D. Thom. Hinc gratis diſpenſationem cōcedi uoluit Trid. Synod. eod. c. 18. ſeſſ. 25. de reform.

5 Contra ſententiam hanc tamen † ſtylus Romanæ Curiæ facere uidetur, nam, ibi uel in gradib. conſanguinitatis, affinitatiſue, uel ut extra tempora quis ordinibus initietur, diſpenſatio petatur, uel in irregularitate, uel in uotis, uel in iureiurādo, ſemper aliquid petitur, & accipitur. Imo præſcriptum eſt, quantum pro quacunque diſpēſatione tribuatur, & tamen nullo modo dicendū eſt, ſimoniam committi, non enim Romani Pontifices, qui id ſciunt, & ſimoniam tot iuſtis pœnis perſequuntur, id tollerarent. A propoſita igitur concluſione diſcedendum non eſt. Nec repugnat ſtylus Curiæ, nam temporale, quod præſtatur, & quod præſcriptum eſt, ut detur, non accipitur pro cōceſſione ipſius diſpenſationis, nam benigne, & liberaliter Romanus Pont. eam concedit, ſed accipitur aliquando pro ſuſtentandis miniſtris Curiæ, qui huic functioni operam dant, id quod licet, ſicuti antea probauimus. Accipitur aliquando pro pœna, quod fit, ubi quis rogat, ut in irregularitate diſpenſetur a delicto profecta, ne nimia facilitas delinquendi materia daret, ſi gratis concedatur contra l. conuenire, ff. de pact. dot. Aliquando pro permutatione ubi, quod fit in uoto, opus pium, in quo diſpenſatur, in aliud commutatur, & ſic temporale præſtitum in piū opus uertitur. Aliquando denique accipitur, ne homines alacriores ſint, & faciliores ad huiuſmodi diſpēſationes petendas, & a iure communi diſcedendum, ſi enim gratis concederentur in præ

dictis

dictis diſpenſationes, quiſque ſtatim diſpẽſationem peteret, & quotidie auribus Romani Pontificis petitores huiuſmodi obſtreperent, a quo amouentur, cum ſumptus faciendos norũt, qui in uſum Eccleſiæ conuertuntur, & pro ſuſtentanda dignitate, & eccleſiaſtico ſtatu, vt dixi, atque ſic dixit Rebuff. in Prax. benef. in reg. de Diſpenſatione Gloſ. 5. nu. 13. cum ſeq. & Guliel. Redoan. de ſimon. 1. par. c. 21. ubi multa de hoc ait, nu. 4. cum ſeq. viden. In hac quæſtione igitur ſic concludẽdum eſt. Arqui an inferior Antiſtes Romano Pont. poſſit prædicta exigere? Breuiter cõcludo id ipſi non licere; nam ſpiritualia pure, & ſimpliciter, & ſine modo dari debent, vt dicitur in c. fi. de pact. iunct. Gloſſ. & ei iuri ſubiecti ſunt omnes Romano Ponti. excepto, vt habetur in c. 1. & fi. de conſt. ergo id facere non poſſunt, eſto datũ in piam cauſam uerterẽt, atque ſic ſenſit Nauar. in conſi. 18. num. 3. de pœnit. & remiſſ. Ex quibus omnibus iam dictis patet iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſimoniæ materiam eſſe, quod probandum nobis propoſuimus: ex quo ſimonia cõmittitur eius functionibus pecunia exercendis.

Hæc, quæ hucuſque diximus in iuriſdictione
6 Eccleſiaſtica locum habent. † Verum quid de iudice ſeculari, an ipſe ſimoniam committat, ſi iuriſdictionem ſuam pecunia ductus exerceat, exẽpli gratia, pœnis inferendis, uel non inferendis? Breuiter concludo ſimoniam ab ipſo non committi, tum quod iuriſdictio ſecularis, ſpiritualis non eſt, nec ex eo ſpirituali, de quo hic agimus, circa quod ſimonia committitur, & ob id ſimonia circa ipſum committi non poteſt; tum quod iudex ſecularis eam exercendo miniſterium eccleſiaſticum non exercet: ergo hac quoque ratione ſimonia committi non poteſt, atque ſic inquiunt Inn. & Hoſt. quos refert, ac ſequitur Abb. in c. 1. nu. 1. & in c. 2. nu. 2. ne prælat. uic. ſuas.

Contra quam tamen opinionem facere uidetur Gloſſ. in eod. c. 2. nam ibi innuere uidetur ob dictionem illam, Maxime non ſolum ſimoniam committi in iuriſdictione ſpirituali, uerum etiã in temporali; ſic enim inquit, ibi, Et ubicunque Epiſcopus aliquid gratis facere debet ratione officii, ſi aliquid exigat, ſimoniam committere uidetur, maxime cũ iuriſdictio ſit ſpiritualis. Hæc Gloſſ. ob dictionem illam igitur Maxime ſignificari uidetur ſimoniam, & in temporali iuriſdictione committi: quaſi dicat Epiſcopum ſimoniam committere, ubi facit aliquid, quod ſit iuriſdictionis ſecularis, & præſertim, cum iuriſdictio eſt ſpiritualis. Abb. Socin. ac DD. inquiunt dictum Gloſſæ intelligi poſſe de iuriſdictione ſeculari, quæ pendet a ſpirituali; quorum interpretatio mihi non placet; non enim uideo, qua ratione iuriſdictio ſecularis a ſpirituali pendere poſſit, ut ipſa alienata, ſimonia committatur, poteſt ſane eſſe, ut Epiſcopus habeat ſecularem iuriſdictionem in aliquo loco, ut Imolenſis Bagnaræ, ſed tamen nõ magis mihi ſimoniam committere Epiſcopus hic uidetur, ſi eam iuriſdictionẽ alienet, quam ſi fundũ alienet; ſicut enim in fundo ſimonia non committitur, ita nec in iuriſdictione, quandoquidem non eſt quid ſpirituale, nec annexum ſpirituali, cum ſit res profana ſingularis. Ex quo igitur interpretatio hęc nulla eſt, dictum Gloſſ. accipi poteſt, ſcilicet Epiſcopum ſimoniam committere, ſi aliquid agat, quod ad ſuum officium pertinet, & præſertim, ſi ſit iuriſdictionis ſpiritualis, & ſic non ſolum factum, ſed iuriſdictio eum comprehendatur. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo. Atqui de tertia quæſtione primaria ſatis: ad poſtremam tranſeamus.

De functionibus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ reſpectu habito ad acta, quæ fiunt in iudicijs, materia circa quam ſimonia, id eſt circa quã ſimonia committi poteſt. Cap. LIII.

S V M M A.

1 *Iudex Eccleſiaſticus iudicium ſuum vendens ſimoniã committit.*

2 *Sententiam vt pro ſe ferat iudex Eccleſiaſticus, pecuniam tribuens, ſimoniam committit.*

3 *Iudex Eccleſiaſticus ſi iuriſdictionem exerceat ſuper re temporali, & pecuniam accipiat, ſimoniam committit.*

POSTREMA quæſtio
1 propoſita hęc eſt, † an iudex eccleſiaſticus ſimoniam committat, ſi pecuniam accipiat pro actis, quæ ab ipſo in iudicio fiunt. In qua quæſtione uidebatur dicendum ſimoniam non cõmitti, & hoc ob ea, quæ inquiunt DD. in cap. 1. ne prælat. uic. ſuas, nam, etſi Epiſcopus pecuniam ab aliquo recipere non poteſt, quo facultatem ei permittat iuriſdictionem ſuam exercendi, ut habetur in cit. c. 1. quandoquidem uendi uidetur iuriſdictio eccleſiaſtica, & ob id ſimonia committi, idem tamen Epiſcopus conducere Vicarium poteſt pecunia ei aſſignata, & ut dicitur ſalario, ut dixit Gloſſ. 2. ibidem, & Abb. nume. 4. & Mar. Socin. Sen. & communiter DD.

Atqui contrariam ſentẽtiam ſequi debemus, ſcilicet iudicem eccleſiaſticum iudiciũ, & acta, quæ fiunt in iudicio, uendendo ſimoniam committere. Primo, quoniam Iudex eccleſiaſticus iudicium ſuum uendens ſimoniam committit, ut dixit S. Thom. quem refert, ac ſequitur Sylueſ. in uerb. Simonia, q. 10. uerſ. Secundum, & uerſ. Ter-
2 tium, † ſequitur quoque Abb. in cap. cum ab omni de uit. & honeſt. cler. ibi enim ait ſimoniam cõmitti in ſpiritualibus, ſi pecunia detur, ut ſententia ſecundum ſe feratur. Idem ait in cap. tuã nos de ſimon. in fin. vbi & Hoſt. idem ſententiam refert.

refert: nam ait Hoſt. qui corruperit iudicem, vel teſtem in cauſa beneficii committere ſimoniã, propter connexitatem, quam habet cauſa cum ipſo beneficio, & ſequuntur enim Ioan. de Anan. uerſic. quod autem, & Zabar. in fine, & Anchara. num. 3. & Felin. ibid. num. 5. uerſ. extra Gloſſ. & de communi teſtatur, & Berrachin. in Repertor. uerſ. Simonia nunquid admittatur, ſi aliquis corruperit iudicem, & Guliel. Redoan. in tractat. de ſimon. in 3. par. cap. 30. num. 14. & Ioan. Tabien. in uerb. Simonia, num. 49. & Nauar. in commentario de dat. & promiſſ. pro iuſtit. & grat. obtinend. not. 9. verſ. Dixi regulariter, ibi enim ſimoniam committi ait, vbi pro ſententia danda in re ſpirituali aliquid datur, & Ioan. Caraf. de ſimonia mentali, nume. 141, & Ricard. de Med. villa, diſt. 25. arti. 3. quæſt. 2. in reſp. ad 5. lib. 4. Probatur id etiam ratione: nam hic, qui pecuniam accipit pro exercenda iuriſdictione eccleſiaſtica, accipit pro miniſterio eccleſiaſtico exercendo, ut id per ſe patet, at ſimonia committitur functionem huiuſmodi ſi quis exerceat, pecunia accepta, vt habetur in cap. ad noſtram de ſimon. ergo & hic. Poſtremo id habetur in ca. uendentes, & ibi Gloſſ. 1. par. quæſt. 3. nid. & facit ca. non ſane 14. quæſt. 5. & ibi Gloſſ. Ab hac igitur ſententia non diſcedemus. Nec repugnat ratio contraria, nam pecunia, ſeu ſalarium, quod recipit uicarius ab Epiſcopo non pro iuriſdictione exercenda recipit, quo caſu ſimonia eſſet: ſed, & quo habeat, unde ſe ſuſtentet, & ob id, quod ibi moram trahit ſuis negotiis omiſſis, & ne ſuis ſtipendiis quodammodo militet, quod fieri non debet, ut dicitur in cap. cum ex officii de præſcrip. & ut dixit Abb. in eod. cap. 1. num. 4. ne prælat. uic. ſuas, & Innoc. hac enim ratione & aſſeſſoribus ſalarium conſtituitur in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem de reſcript. lib. 6. & beneficium datur clerico ob officium, ut dicitur in cap. fin. de reſcrip. eod. lib. at nos nõ loquimur de pecunia data ob has cauſas, ſed ob iuriſdictionem, & acta, quæ geruntur. Hinc ſimoniam committit, qui pecuniam dat, vt abſoluatur ab excommunicatione, ut diximus antea, & habetur in cap. ad aures de ſenten. excommun. & ut dixit Archiepiſc. Floren. in 2. par. Sum. tit. 1. cap. 5. §. 16. ibi, In abſolutione autem ab excommunicatione. Idem, ſi pro ſigillo, ſeu ſigno quid recipiatur, ut dixit Archiepiſ. eod. ca. §. 17. uerſic. Et ex hoc ſequitur: Quod tamen locum nõ habere, ibid. ait, ſi ob ſumptus in cera factos, & ob ſignationem præſtetur. Idem, ſi ſportulæ exigantur: ut habetur in Add. ad Clar. libr. 5. in §. ſimonia, & apud Ioan. de Selua in tractat. de benef. cart. 33. in fine col. 3. Idem, ſi ne ius dicat, argum. cap. nemo epiſcoporum, & eorum, quę dixit Ioan. Tabien. in uerb. Simonia, numer. 48. Simoniam ergo committit Iudex, ſi pecuniam accipit, ne quem abſoluat, & ut iudicium differat. Excipio tamen, quod dixi de ſportulis, ſi ſalariũ aliunde non haberet: tunc enim ſimoniam ab ipſo non committi cenſeo, ex quo pro iiſdem cauſis eas accipiunt, quamobrem ſalarium datur. Quamuis dici poſſit, ex quo ad Epiſcopum pertinet iuriſdictionem dicere, de ſuo debere ſalarium præſtare, & non litigantes. Imo ſimonia cõmittitur, ſi quid eccleſiaſtico iudici detur, non ut eum corrumpat, ſed ut ius dicat in cauſa eccleſiaſtica, ita Gloſſ. in cit. cap. uendentes, 1. quæſt. 3. & Ricard. de Mediauilla, quem refert, ac ſequitur Gulielm. Redoan. de ſimon. par. 2. cap. 30. nume. 18. uerſ. Et dare etiam, & Angel. eod. 3. num. 28. uerſic. Vtrum pro iuſtitia, & Nauar. in Commen. de datis, & promiſſ. pro iuſt. uel gratia, not. 9. num. 16. uerſ. Dixi regulariter, nam ibi ait: Simoniam eſſe dare aliquid iudici pro iuſtitia facienda circa ſpiritualia quærenda, eſto iure aliquo debita ſint.

Verum hæc, quæ diximus, locum habere DD. communiter inquiunt, ubi iudicium de re ſpiri-
3 tuali eſt. † At quid ſi de re profana apud eccleſia-
ſticum iudicem agatur, & ob id pecuniam iudex recipiat, an ſimonia committerur? Ego ſentio & hic ſimoniam committi, non ob cauſam, quæ ſpiritualis non eſt, ſed ob id, quod iuriſdictionem ſpiritualem exercet, atque ſic ſenſit Syl. in uerb. Simonia, q. 10. uerſ. Tertium, nam ibi ait, etiam ſi agatur in iudicio eccleſiaſtico de temporalibus, tamen, ex quo iudex perſona Eccleſiaſtica eſt, quæ ratione iuriſdictionis Eccleſ. ad tale ius reddendum tenetur, ſimoniam committere, ſi per pecuniam ſententiam ferat. Pro quacunque igitur cauſa, quæ ad iudicem eccleſiaſticum pertinet, ſimonia committitur, ſi pecunia exigatur. Nihil ergo exigi hac ratione poteſt a iudice eccl. pro ſua iuriſdictione exercenda, ut pro ſentẽtiis ferendis, & aliis actis coram ſe, & ſua auctoritate factis. Verũ quid de aduocatis, procuratoribus, & teſtibus, an ſine ſimoniæ uitio recipere quidpiam poſſunt, ubi in ſpiritualibus operam ſuam præſtant? Hoc in ſeq. explicabimus, & primum de teſte.

S V M M A.

1 *Teſti ſi pecunia detur, quo pro ſe teſtimonium ferat, ſimonia committitur, qua regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Teſti ſi pecunia detur, vt veritatem proferat, ſimonia tantum committitur ab ipſo teſte.*

§. I.

§. De iudice uidimus ſupra, quando ſimonia committatur, ſi ei pecunia præſtetur, nunc
1 de teſte agamus. † Pro regula igitur habe-
bimus ſimoniam committi, ſi pecunia teſti in cauſa ſpirituali in iudicium producto præſtetur, ut corrumpatur, nam ſic inquiunt Abb. in ca. tua nos in fine de ſimon. & Hoſti. ab eo relat. Idem Mar. Socin. Sen. ibidem, & Felin. qui opinionem hanc communiter receptam ſentit ibid. numer. 5. & Ioan. Tabien. in uerb. Simonia, numer. 49. & Archiepiſc. Floren. in 2. par. Sum. tit. 1. §. 17. uerſicul. Similiter teſtificari, nam ibi ait Simoniam

eſſe teſtificari in cauſa ſpirituali, vt in cauſa matrimonii, & decimarum ob pecuniam: ſecus ſi cauſæ ſpirituales non ſint, & Ricard. de med. villa, d. 25. art. 3. q. 2. in reſp. ad 5. lib. 4. Idque iure merito, nam ſimonia committitur, vbi precibus ſpiritualia acquiruntur, ut habetur in c. ſaluator, uerſ. Ideo, qui eas 1. q. 3. item, ubi domeſticos iudicis quis corrumpit, quo ei præſto ſint apud ipſum, ergo multo magis hic committetur, ubi pecunia ꝑſtatur, & iudex non ſimpliciter inuitatur ad ei fauendum, uerum a iure quodammodo cogitur; iudex enim ſecundum allegata, & probata iudicare debet, ut habetur in l. illicitas, §. ueritas, ff. de off. præſid. facit quoque c. non ſane 14. q. 5.

2 Excipitur tamen, † ubi quis teſti daret, ut ueritatem proferat, ob id, quòd alias teſtimoniũ ferre non uult; etſi enim teſtis male accipit, ut habetur in cit. c. non ſane, 14. q. 5. & ſimoniam ipſe cõmittit, tamen tribuens quaſi uexationem redimens ſimoniam non committit, arg. c. dilectus, 2. de ſimo. Nec repugnant contraria proxime dicta; nam locum habent, ubi datur, ut contra iuſtitiam teſtimonium ferat, & ut corrumpatur, in eo enim caſu loquuntur Hoſti. Abb. Feli. ac reliqui, qui & idem de iudice inquiunt. Hinc, qui pecuniam iudici dedit, non ut eum corrumperet, uerum, ut ius, & quietem ſibi conſeruet, repetere eã poteſt, ut dixit Gloſſ. in cit. c. non ſane in uerb. Ille, & ſequuntur eam Fel. & alii, quos ipſe refert in eod. c. tua nos, nu. 5.

Item excipitur, ubi in cauſa temporali pecunia datur: nam nec tunc ſimonia committitur, vt allegati DD. ſupra communiter cõcludunt. Qđ tamen uerum eſſe cenſeo, ubi in iudicio temporali, & apud iudicem ſecularem teſtem corrumpit: ſecus, ſi coram iudice eccl. de re temporali lis ſit: & conetur quis per pecuniam, ut ſententia ꝓ ſe feratur, & ob id iuriſdictionem eccleſiaſticam emere, nam tunc ẽt, ſimonia cõmittetur, ut de iudice ſupra concluſimus in §. antecedente.

Tertio excipitur, ubi pro ſumptibus, quos faceret teſtis in ueniendo ad iudicem, & pro ſuo intereſſe quid daretur; nam neque hic ſimonia cõmittitur, neque etiam illicite fit, quid enim ſi ſenex ſit, qui pedibus iter longum facere non poteſt? quid, ſi pauper, qui laboribus ſibi uictum parat? Plane in huiuſmodi caſibus ſimonia non cõmittetur; ſicut nec ſacerdos pro his paciſcens, ut diuina faciat, multo minus ergo, ſi quid ultro, & gratis, & nõ dolo malo offeratur, idque. & in omnibus caſibus, ſentimus, quos generatim antea poſuimus, ſed de teſtibus hactenus, iam ad aduocatos, & procuratores tranſeamus.

S V M M A.

1 ***Aduocatus in cauſa ſpirituali an ſimoniam committat, ſi pecuniam accipiat.***

2 ***Procurator in cauſa ſpirituali an ſimoniam committat, ſi pecuniam recipiat.***

§. II.

§. Reſtat, ut de aduocato, & procuratore agamus, an ſcilicet ſimoniam committant, ſi in ſpirituali cauſa pro ſuis operis pecuniam
1 accipiant. † In qua quæſtione uidebatur dicendum ſimoniam ab ipſis committi. Primum, quia pro certo habetur ſimoniam eum committere, qui familiari Epiſcopi, uel iudicis pecuniam tribuit, quo ſibi ab illo beneficium habeat, ab altero uero ſententiam, Præterea, quoniam nec licet quidpiam dari, ut aliquid ſpirituale recuperet, eſto ius in ipſo quis habeat, ſi ab eius poſſeſſione excluſus ſit, ut traditur in ca. dilectus filius de ſimon.

Atqui cõtrariam opinionem ſequi debemus,
2 ſcilicet aduocatum, † & procuratorem ſimoniã non committere, ſi pecuniam exigãt ob ſpiritualem cauſam, quam tractant. Et hoc ob eam rationem, quòd tam de iure canonico, quam de iure ciuili aduocatis patrocinium ſuum uendere permiſſum eſt, nec diſtinguitur, an ſpiritualis, an temporalis cauſa ſit, ut habetur in cap. non ſane, 14. quæſt. 5. Sed non ideo debet iudex uendere iuſtum iudiciũ, aut teſtis, dicitur enim ibi, quia uendit aduocatus iuſtum patrocinium, & iuriſperitus uerum conſilium, illi enim ad utranque partem ad examen adhibentur, illi ex una parte conſiſtunt. Hæc ibi, ex quibus patet, & patrono, & aduocato, & conſiliario pro ſua opera aliquid recipere licere, idem habetur in l. 1. §. in honorariis aduocatorum. ff. de uar. & extraordin. cogn. atque ſic dixit quoque, Viu. in ſua Syl. opin. 27. & Ricard. de Med. uilla, diſtin. 25. artic. 3. quæſt. 2. in reſp. ad quintum libr. 4. Si ergo licet his pro ſua opera premium accipere, ſimoniam non cõmittunt. Confirmatur hoc, quoniam officium aduocati, & procuratoris tam de iure Pontificio quam de iure ciuili, & tam in ſpirituali, quam in temporali permiſſum eſt, ut habetur in tot. titul. ff. de procurat. & extra eod. Iure igitur dici non poteſt, ſimoniam committi, atque ſic dixit Angel. in uerb. Simonia, 2. num. 19. uerſic. Vtrum uicarius, & eod. 3. nume. 28. uerſ. Vtrum pro iuſtitia, & Sylueſt. eod. quæſt. 10. Poſtremo id eis datur pro eo, quod ſuis rebus omiſſis huic, uel illi operam dant, & aliunde eis non ſatisfit, & ob id non pro re ſpirituali. ut ait Ricard. ibidem. Si licet ergo ſacerdoti, qui obligat ſe ad animarum curam gerendam in aliqua eccleſia paciſci de ſalario, eſto diues ſit, propterea quod ibi habet neceſſe morari, & rebus ſuis intereſſe non poteſt, ut dixit Innoc. in cap. 3. quem DD. communiter ſequuntur ne prælat. uic. ſuas, ergo idem & aduocatis, & procuratoribus, & conſiliariis licebit ob eandem rationem, argum. l. illud. ff. ad le. aquil. cum ſimil.

Non repugnant modo contraria. Non primũ, quod dictum eſt de familiari Epiſcopi, uel iudicis; nam iure prohibitum eſt iudicem corrumpere, non autem procuratorem, aduocatumue

conſti-

cōſtituere, ut uidimus, ſicut etiam modus acquirendi beneficium ea ratione netitum eſt. Non itidem alterum officit, quādoquidem modus ille illegitimus etiam eſt iuris ſui recuperandi, at per aduocatos, procuratores, & conſiliarios eſt permiſſum, quandoquidem adminiſtratores iuris quodammodo ſunt, uel potius ut ius adminiſtretur, & ob hanc cauſam ſimoniam non committunt. Quare, ſi iniuſtam cauſam ſcientes defenderent, mea ſententia ſimoniam committerēt, ex quo nō legitime, quod eis permiſſum eſt, ſed iniuſte facerent, quod eſt eis uetitum. Ex his omnibus iam patet iuriſdictionem eccleſiaſticā ſimoniæ materiam eſſe. Ex quo nec dignitates, nec beneficia Eccleſiaſtica, nec magiſtratus, qui iuriſdictionem eccl. habent, nec iura quæ per ipſa habentur, nec functiones ipſorum uendi ſine ſimoniæ uitio queunt, ut probauimus. Conſtat etiam quænam materia circa quam ſimoniæ ſit, non ſolum reſpectu habito ad ſpiritualia, quæ a iure diuino ſunt, uerum etiam reſpectu habito ad ea, quæ ab Eccleſia inſtituta ſunt auctoritate diuinitus ſibi tradita tam ui ordinis, quam iuriſdictionis: de quibus, quod ſimul antea egimus, ob eam rem nihil eſt, quod præterea de ipſis ſpeciatim agamus. Verum quamobrem ſpiritualia prædicta alienari pretio interueniente ſine ſimoniæ uitio nequeunt? Hoc in ſequen. abſoluemus.

S V M M A.

1 *Spiritualia quamobrem ſine ſimonia uitio uendi ne queunt*

§. III.

Vidimus, quæ ſpiritualia materia ſimoniæ ſint, & circa quæ ſimonia committi poſſit, † 1 iam uideamus, quamobrem ſimonia in ipſis cōmittatur. Id quod, ut dilucidius fiat, in memoriam reuocandū eſt, quod diximus antea ſpiritualia prædicta partim a Deo data, inſtitutaq; eſſe, partim ab Eccleſia poteſtate ſibi diuinitus tradita, ut dixit Nauar. eo. c. 23. nu. 99. definiēdo quid hoc ſpirituale ſit, & Berarducius in corona Confeſſorum in tit. de ſimonia, num. 4. Hoc præmiſſo, quæ a Deo inſtituta ſunt, ob tres cauſas alienari pretio prohibentur. Primo, quoniam id Deus uetuit, de his enim ſpiritualibus agēs apud S. Matth. ca. 10. ſic dixit Gratis accepiſtis, gratis date. Præterea iure naturali etiam id uetitum eſt, nam in emptione, & uenditione pretium rei æſtimationi reſpondere debet, (hoc enim iuſtitia cōmutatiua poſtulat,) at nullum temporale pretiū rei ſpiritualis huiuſmodi æſtimatione reſpōdere poteſt, ut id ſignificauit S. Petrus in Act. Apoſt. c. 8. ibi enim obiurgans Simonem illum Magum, q ſpiritualia hæc emere uolebat, Pecunia tua tecū ſit in perditionem, dixit, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri: ergo hac ratione ſpiritualium hmōi alienatio non gratuita prohibita eſt. Hinc Prouer. 3. ſic dicitur Præciosior eſt cunctis opibus, & omnia, quæ deſiderantur, huic non ualent comparari. Accedit poſtremo, quòd hoc repugnaret uenditioni; nam, ex quo ſpiritualia hæc Dei ſunt, uendi contra eius uoluntatem nequeaut, arg. l. id, quod noſtrum eſt, de reg. iur. & tot. tit. C. de reb. alien. non alienan. contra Dei uoluntatem autem hoc eſſe, hinc conſtat, quod, ut gratis darentur, mandauit, ut uidimus; ergo pfecti Eccleſiæ, qui non domini, ſed diſpenſatores ſunt, uendere ipſa nequeunt. Omitto & pontificio iure id uetitum eſſe, ut habetur in tot. titu. de ſimon. atque ſic dixit S. Thom. 2. 2. q. 100. arti. 1. in reſp. & ſequuntur DD. communiter, & Domi. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. arti. 2. uerſ. Ad quæſtionem. Quæ uero ab Eccleſia inſtituta ſunt, duplicis generis ſunt: nam partem uendi nequeunt ob rationes in priori caſu allatas, & hoc ob eam rationem, quoniam ſpiritualia ſunt, cuiuſmodi habentur cōſecrationes, benedictiones, catechiſmi, exorciſmi, officium tam uiuorum, quam mortuorum; hæc enim ſpiritualia in primis ſunt, nec habent quid materiale, quod alienari poſſit, atque ſic ſenſit Nauar. eod. cap. num. 99. uerſic. Ex qua definitione, ibi, Non tamen ex hoc inferas, & Caietan. eod. uerſ. Prima regula. Partim uero alienari nequeunt, ob id, quod Eccleſia id prohibuit, cuiuſmodi ſunt beneficiorum permutationes; hæ nanque iure diuino non prohibentur, ex quo ſpirituale pro ſpirituali datur, ſicut etiam officia quædam Eccleſiæ temporalia, ut Aeconomi, Sacriſtæ, item ne in fauorem huius, uel illius beneficium reſignetur, uel retenta penſione, & huiuſmodi. Ob hanc autem rationem alienari prohibita ſunt ſine ſuperioris auctoritate, quoniam ſpecimen quoddam ſimoniæ præſeferunt, uel occaſionem ſimoniæ præbent, quæ omnia ab Eccleſia abeſſe debent, argum. cap. cum ab omni de uit. & honeſt. cleric. Ex his apparet contra iura, quæ ſimoniam iure diuino, naturalique uetitam prohibent præſcribi non poſſe, nam contra ius diuinum, naturaleque præſcribi non poteſt, ut tradunt Abb. ac DD. in cap. fin. de conſuetud. apparet etiam conſuetudinem contrariam non ualere, atque ſic habetur in cap. non ſatis, & in cap. ſeq. & in cap. ueniens, & in cap. in tantum, & in cap. ſicut pro tanto cum ſimil. de ſimon. & dixit Nauar. de ſimon. lib. 5. conſil. 1. uerſic. Quinto; quod etiam ſecus ergo in aliis. Et de his hactenus, ſed de materia circa quam ſimonię hactenus, iam ad materiam ex qua eiuſdem, id eſt ad pretium, quo dato pro ſpiritualibus ſimonia cōmittitur, tranſeamus.

De pretio, quo pro ſpiritualibus, eiùue annexis interueniente ſimonia committitur, materia ex qua ſimonia. Cap. LIIII.

S V M M A.

1 *Pretium, quo interueniente pro ſpiritualibus ſimonia committitur, quid ſit.*

2 *Pretium, quo interueniente pro ſpiritualibus ſimonia committitur, quotuplex ſit,*

DECLARAVIMVS Dei benignitate, circa quæ ſimonia cōmittatur, ideſt quænam ſpiritualia, eisue annexa ſint, in quibus ſimonia committitur, Verū, quòd tunc ipſa interuenit, & cōmittitur, vbi non gratuito, ſed pretio, interueniēte ſpiritualia alienantur, vt ſupra vidimus, & habetur in tot. tit. de ſimo. ob eam rem quid pretium hoc ſit, & quot eius ſpecies, & quantum, & quale eſſe debeat, ut ſimonia committatur, generatim primo, ac ſpeciatim deinceps contemplemur,

1 Quoad primum igitur † pretium hoc, quo interueniēte ſimonia committitur, eſt omne illud, quod aut datur, aut fit, aut dicitur, aut promittitur contra legem aut diuinam, aut humanam ꝓ ſpiritualibus, eisue annexis pecunia æſtimabile.

Dixi, Omne illud, quod datur, quo ſignificetur ſimoniam committi non ſolum, vbi pecunia numerata datur, uerū, & ubi quid aliud, uel mobile, uel immobile ſit, ut habetur in c. in tantum in fine de ſimou. & hoc dicitur munus à manu.

Dixi, Aut fit, quo oſtendatur aliud genus pretii, quo etiam ſpirituale emitur, ſcilicet facta, cuiuſmodi obſequia, & operæ ſunt, quæ præſtantur, ut ſpiritualia: eisue annexa habeantur, vt in c. ex diligenti eod. de ſimon. & hæc ab obſequio munus dicuntur: nomine facti etiam non facta intelliguntur,

Dixi, Aut dicitur, quo ſignificetur tertium genus pretii, quo ſpiritualia etiam quandoque cōparantur, cuiuſmodi ſunt fauores, & huiuſmodi: his enim tribus, vnoue eorum interueniēte ſimonia committitur, ut DD. cōmuniter concludunt & habetur in c. ſunt nonnulli, 1. q. 1. & in c, ſaluator, 1. q. 3.

Dixi, Aut promittitur, quo ſignificetur ſimoniam committi etiam promiſſione prædictorū, arg. c. de hoc, & c. ſeq. eod. de ſimon.

Dixi, Contra legem diuinam, quo oſtendatur ea, quæ pecunia æſtimari poſſunt, pretii loco dari pro ſpiritualibus eo iure prohiberi, iux. illud Petri Apoſtol. Pecunia tua tecum ſit in perditionem, &cæt.

Dixi, Contra legem humanam, quo oſtendatur hoc iure non ſolum temporalia pro ſpiritualibus pretii nomine dari non poſſe, uerum in aliquibus, nec ſpiritualia ꝓ ſpiritualibus, cuiuſmodi eſt beneficium pro altero beneficio, quod iure diuino prohibitum non erat, ſed poſitiuo.

Dixi, Pecunia æſtimabile, quo ſignificetur, ubi quid tale non datur, aut fit, aut dicitur, aut promittitur, ſimoniam uere, ac proprie non committi, ut habetur in tot titul. de ſimon. & ut uidebimus infra, atque ſic ſenſit Gabriel Byel. diſt. 25. quæſt. 2. quart. dub. uerſ. Secundo not. & per totam lib. 4. Idque iure merito, ex quo enim ſimonia committitur emptione & uenditione, ad emptionem neceſſario pretium pecunia æſtimabile, requiritur, argum. in Inſtit. de emption. in principio,

Verum, quod in emptione & uenditione pretium certum eſſe debet, ut dicitur in §. pretium, in Inſtit. eod. quid ſi quis dicat conferam tibi beneficium, ſed uolo promittas mihi aliquid: tu uero dicas ego promitto me tibi daturum aliquid, non exprimendo quicquam certi, an ſimonia hic committetur? Videbatur dicendum ſimoniam non committi, tum quod pretium certum non eſt, ut per ſe patet, tum quod in arbitrio collocatum eius uidetur, qui dare debet, contra le. in uendentis, ff. de contrahend. empti. & in l. ſæpe. §. 1. ff. eod. Atqui contrariam opinionem ueriorem cenſeo: & hoc ob eam potiſſimum rationem, quod conuentum eſt de ſpirituali dando non gratis, ſed pretio interueniente, ut in facto proponitur, quo caſu ſimonia committitur, ut per ſe patet. Nec repugnat contraria ratio: eſto enim pretium certum promiſſum non ſit, nihil intereſt, quandoquidem, eſto emptio non ſit, ac uenditio, contractus tamen alius innominatus erit, ſcilicet Do, ut des, quo caſu ſimonia etiam committitur, ut ſupra uidimus, ſed de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum, † ſcilicet quotuplex pretium hoc ſit, ex iam dictis triplex eſſe apparet, quoddam, quod conſiſtit in dando, quoddam in faciendo, quoddam in loquendo, ut uidebimus. iam tertium explicemus, quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Pretium, quo interueniēte pro ſpiritualibus ſimonia committitur, quantum eſſe debeat.*

2 *Pretium pro ſpirituali datum, vel minimum ſit, an ſimoniam inducat.*

3 *Pretium datum pro re ſpirituali, vbi minimum eſt, an excommunicationem inducat, ſi realis ſimonia in beneficio, ordineue ſit.*

4 *Pretium, quo interueniēte ſimonia committitur, quale eſſe poſſit.*

§. I.

1 § Quoad tertium, † ſcilicet pretium quantum eſſe debeat, quo ſimonia committatur, pro regula habendum eſt, uel magnum, uel paruum ſit, ſimoniam committi, atque de magno non eſt quod dubitemus, argum. ca. etſi quæſtiones de ſimonia. † Dubitari tamen ſolet, ubi
2 paruum quid datur, nam quod ſimonia committatur, probatur primo per cap. ex tuæ de ſimonia. nam, cum ibi clericus quidam ſex ſolidos dediſſet Archidiacono, qui nolebat aliter eum ad ordines præſentare Epiſcopo, & ſic ordinem accepiſſet, Rom. Pont. hac de re cōſultus reſpōdit, ut clericus ſic ordini initiatus ab officio ſacerdotii ſe ab-

ſe abſtineat,& in religionem aliquam ingrediatur,& hoc ob eam rationem,quoniam ſimoniam commiſſit,de ipſa enim ibi agitur.Hæc ibi,Si ergo ſimonia committitur ſex ſolidis tantum dandis,qui ſunt minima quantitas pecuniæ,ſcilicet ſex bononeni,& minima quantitate ſimonia cōmittitur,atque ſic not.Abba.ibi : nam ait,quantumcunque modicum ſit,quod pro ſpiritualibus datur,ſimoniam induci, idem Felin.numero 3. uerſicu.In Gloſſ.1.ibidem,& Archiep.Flor.in 2. p.Summ.titu.1.cap.5.§.6.& Gloſſ.in cap.pen.in fine, 14.q.3.& Bertach.in repert in uerb. Simonia uerſicu.Simonia præſumitur,& Nauarr.conſi.52.num.1.de ſimon.lib.5.Poſtremò id probatur ratione:nam inter alias cauſas, quibus ſimonia committitur ſpiritualibus uendendis, ea redditur,quoniam,cum in contractibus pretium reſpondere debeat æſtimationi rei, ſpirituali nullum pretium temporale ,quantumcunque magnum reſpondere poteſt:vnde ut dicitur in prouerb.Precioſior eſt cunctis opibus, omnia, quæ deſiderantur,huic non ualent comparari, ut refert S.Thom.2.2.quæſt.100.articul.1. in reſpon. & S.Petrus Simoni Mago ſimoniæ principi ſic interminatus eſt.Pecunia tua tecum ſit in perditionem,quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri,ut habetur in Act.Apoſt.cap.8.iniuria enim ab eo ſpiritualibus infertur, qui pretio temporali ſpiritualia emere conatur, ſi ergo ſimonia ob id committitur,quantumcunque temporale pretium pro ſpirituali detur,multo magis ſimonia committitur,quanto minus dabitur,tanto enim maior iniuria inuritur ,quanto minoris ſpirituale æſtimatur. Vel igitur minima res tribuatur pro re ſpirituali, ſimonia committetur, ſic enim & in re parua furtum, & uſura committuntur,ut dixit Abba.in cit.c.ex tuæ numer.5.de ſimon.Hæc igitur ſunt,quæ ſimoniam eſſe conuincunt.

1 Contra uerò quod ſimonia non ſit, facit primò cap.etſi quæſtiones de ſimon. nam ibi, ſi res modica detur tam reſpectu habito ad dantem, quàm ad accipientem,ſimoniam non committi dicitur. Poſtremo rei paruitas, & à mortifero peccato,& à reſtitutione excuſat,ut ait S.Thom. 2.2.quæſtio.59.art.4.in reſpon.ad ſecund.& qu. 66.art.6.in reſpon.ad tertium.

Quid igitur cōcludendum? Ego ſic diſtinguēdum cenſeo . Aut conuentum eſt, vt pro ſpirituali parum illud detur,& in hoc caſu ſine dubitatione ſimonia committitur, & prior ſententia locum habet ob rationes in ea allatas, & in hoc caſu loquitur citat.capitu.ex tuę de ſimon. Idque iure merito , ex quo enim,ut pretii nomine qui detur,conuentum eſt,nihil pręterea eſt quęrendum,nec dubitandum,quin ſimonia ſit,cum ipſa nil aliud ſit,quam uoluntas uendendi,emendique ſpirituale,vt in initio probauimus, quam uoluntatem in his eſſe per ſe conſtat,atque ſic dixit Goffred.quem refert,ac ſequitur Ancharan. in citat.capitul.ex tuæ,& Zab.uerſic. Oppon.tertiò.Vel igitur ex conuentione minima pecuniæ quantitas detur,vel quid aliud , ut par caponum tam in foro exteriori, quàm interiori ſimonia committitur.Aut conuentum non eſt,ſed modicum quid eſt datum,nulla conuentione,nec tacita interueniente, & in hoc caſu, ut mittam in conſcientiæ foro eorum confeſſioni ſtandum eſſe, in foro exteriori ſimoniam commiſſam non eſſe iudicabitur,(niſi aliud dantis, accipientiſue qualitas,ratioue alia ſuadeat,tunc enim iudex id arbitrabitur iuxta citat.capitul. etſi quæſtiones, ſicut etiam quæ quantitas magna, minorue dicatur,)ut ſenſit Nauarr.in conſili. 52.numero 1.in fine.Idque merito, quandoquidem delictum re dubia non præſumitur,argument.capitu.2.de regul.iur.& l.merito,ff.pro ſoc. & vt in ſimili dixit Nauarr.in conſilio 9.numero 4.de ſimon.libr.5. In hoc igitur caſu ſecunda opinio locum habebit.

3 Verum quid† ſi pro beneficio eccleſiaſtico,ordineue modicum quid dederit,& realis ſimonia commiſſa ſit ,an in excommunicationem incidet ? iux.extrauag.2.de ſimon. Videbatur dicendum in excommunicationem hunc non incidere,quandoquidem quis in eam non incidit niſi ob mortiferum peccatum ,quod pro re modica non committi uidetur,argument. capitu.nemo,& capitul.nullus,11.quæſti.3. In hoc tamen caſu,ut in ſuperiori quæſtione diſtinguendum etiam cenſeo,ut ſcilicet,ſi conuentum ſit , ut res modica etiam pro beneficio, ordineue detur,in excommunicationem conuenientes incidant, ob rationes ſupra allatas. Nec obſtat rem modicam traditam eſſe , quandoquidem irreuerentia,quæ ſit ſpiritualibus,grauis eſt,& ſicut contumacia maior exiſtimatur, quanto ex minori re conſurgit,ut ait Gloſſ.in capitu.duo ſunt quippe di.96.ita & hic grauior offenſa, quanto minor cauſa eſt,quamobrem ſpiritualia uendantur, atque ſic ſenſiſſe uidetur Nauarr.in conſili.52.numero 3.de ſimon.libro 5.Si uero conuentio non interuenerit,quod ſimonia mentalis eſt , excommunicationem locum non habere concludo ob cap.fin.de ſimon.Et de hoc tertio ſatis.

4 Quoad quartum denique† pretium hoc ſcilicet quale ſit nihil intereſt . Vel igitur ſolutum, promiſſumue tantum ſit,ſimonia committitur, nam eodem iure cenſentur ſolutio,ac promiſſio quoad ſimoniam committendam, argumen.l.ei. ſin.C.ad leg.Falcid.atque ſic dixit Ancharan.in capitu.nobis de ſimon.& Ioann.de Anan.uerſic. Not.ſecundum,& Zabar. & DD. communiter per eum canonem, uel igitur expreſſe tacitoue promiſſum ſit,nihil etiam intereſt,argumen.capitu.ueniens,& capitu.de hoc eodem de ſimon. Sed de pretio generatim hactenus , iam ſpeciatim de eodem agamus.

De pecunia, & alia re mobili, immobiliue, quæ, ſi pro ſpiritualibus tribuantur, ſimonia committitur.

Cap. LV.

S V M M A.

1 *Pretij nomine pro ſpiritualibus ſi quid temporale detur, ſimonia committitur.*
2 *Pecunia numerata pretij nomine pro ſpiritualibus ſi detur, ſimonia committitur. Item ſi*
3 *Res mobilis, item ſi*
4 *Res immobilis.*
5 *Remiſſio facta alicuius debiti pro re ſpirituali ſimoniam inducit.*
6 *Traditio rei facta in continenti poſt ſpirituale datũ, an ſimoniam inducat.*

GENERATIM de pretio, quo pro ſpiritualibus dato, ſeu interueniente ſimonia cõmittitur, egimus, iam ſpeciatim de eodem agamus, & quoniã triplex eſſe ipſum probauim⁹, Primum, ubi quid datur. Alterum, ubi quid fit. Tertium, vbi quid dicitur, ob eam rẽ de vno quoq;, & prius de primo agamus. Verum, quod, quæ dantur pro ſpiritualibus aut temporalia, aut ſpiritualia ſunt, ob eam rem de temporalib. prius
1 agamus†(hæc enim diuino iure prohibẽtur pro ſpiritualibus dari, iuxta illud D. Petri, pecunia tua tecum ſit in perditionem, qui exiſtimaſti ſpiritum ſanctum pecunia poſſideri) deinceps de reliquis.

2 Primum igitur†pretii nomine pecunia numerata præſtari non debet, alioquin ſimonia cõmittitur, ut habetur in c. 2. & in c. non ſatis, & in ca. ea, quæ, & in c. ueniens, & in ca. ſeq. & in c. ad noſtram, & in c. ex inſinuatione, & in c. nobis cum ſimil. de ſimon. illis enim iuribus ſimoniam committi dicitur, preterea quod pecunia, & numi, & ſolidi præſtabantur, at hæc pecunia numerata dicuntur, & ſunt, ut per ſe patet, ergo, ſi pro ſpirituali pecunia numerata tribuatur, ſimonia committitur, & dari ob id non debet.

3 Item†nec res alia mobilis, alioquin, ſi detur, ſimonia per ipſam quoque committitur, ut habetur in c. nemo presbyterorũ, & in c. etſi quæſtiones, & in c. Iacobus, & in ca. in tantum de ſimon. nam in c. nemo presbyterorum habetur ſimoniã committi, ſi xenium, uel emolumentum temporale accipiatur pro non abſoluendo, uel abſoluendo quem, ut ibi dicitur, atque ſic not. Abb. ibi, & Mar. Soci. Sen. num. 4. Item in c. etſi quæſtiones à contrario ſenſu probatur ſimoniam committi, ſi pro re ſpirituali equus detur, & in c. Iacobus, ſi prandium, quo canonicus ad præbendã recipiatur, & in c. in tantum, ſi uacca alba detur, pro inueſtitura. Quæcunque igitur res mobilis profana pro ſpirituali re detur, ſimonia committitur, eſto pecunia numerata non ſit.

4 Poſtremò†nec res immobilis temporalis pretii nomine pro ſpirituali dari debet, alioquin & hic ſimonia committitur, arg. c. tua nos de ſimo. qui enim omnia ſua bona alicui eccleſiæ tribuit, quo in canonicũ recipiatur, ſimoniam committit, vt ibi dicitur, at in bonis comprehenduntur etiam immobilia. Ne igitur ſimonia committatur, nec immobilia pro ſpiritualibus habendis tribuentur.

Hæc autem quæ diximus de datione, locum habent etiam in promiſſione: nam & promiſſione propoſitarum rerum, & huiuſmodi ſimonia committitur, quandoquidem ſolutio, & promiſſio eodem iure cenſentur, vt habetur in l. fi. C. ad leg. Falcid. & facit, c. 2. de conceſſ. præben.

5 Item†prædicta locum habent & in remiſſione, ut in c. ueniens de teſtib. lib. 6. remittens igitur debitum Epiſcopo, ideſt id, quod ei Epiſcopus debebat, quo ei beneficium conferat, ſimoniam committit, ut ſupra diximus Cap.

6 Tertiò†uel poſt ſpiritualia tradita incontinẽti traditio interueniat, ſeu promiſſio alicuius rei, præſumitur enim conuentio interueniſſe in foro fori, non autem in foro conſcientiæ, ex quo incontinenti, quæ fiunt, ineſſe uidentur, ut habetur in l. lecta, ff. ſi cert. pet. atque ſic ſenſit Gulielm. Redoan. in Tract. de ſimon. cap. 35. q. 2. nume. 6. & num. 106. ſecus ſi poſt multum temporis, ut in hac materia concluſit Nauar. conſil. 76. num. 5. de ſimon. libr. 5. Verum, quid ſi ſpirituale pro altero conſequendo detur, an tunc ſimonia committatur? Hoc contemplabimur primò in re mobili, deinceps in re immobili.

S V M M A.

1 *Mobilis res ſpiritualis ſi pro altera re mobili ſpirituali detur, an ſimonia committatur.*
2 *Calix conſecratus, ſi detur pro altero calice conſecrato, aliaue re conſecrata mobili, an ſimonia committatur.*
3 *Mobilis res conſecrata ſi pro re immobili ſpirituali detur, an ſimonia committatur.*
4 *Immobilis res ſpiritualis ſi detur pro altera re immobili ſpirituali, an ſimonia committatur.*

§. I.

§. Propoſui mihi proxime explicandum, an ſimonia committatur, ſi non temporalis res, ſed ſpiritualis quaſi pretii nomine pro altera ſpirituali detur, & primo, vbi res mobilis, ac deinceps, vbi res immobilis traditur.

1 Quoad primum igitur†ſic diſtinguendũ cenſeo. Aut ubi detur res mobilis ſpiritualis pro altera re mobili ſpirituali, datur id, quod eſt ſpirituale in ipſa pro eo, quod eſt ſpirituale in altera, exempli gratia calix conſecratus datur pro alio calice cõſecrato, uel tabernaculo, uel patena, uel pro ueſtibus benedictis, & huiuſmodi, & in hoc

casu,

caſu,nec diuino iure,nec humano ſimoniam cōmitti cenſeo. Nō diuino iure,q̄m eo prohibitū tātum eſt; ne temporali pretio ſpirituale ematur, iux.illud Apoſt.in Act.Apoſt.c.8.Pecunia tua tecum ſit in perditionem,qui exiſtimaſti ſpiritum ſanctum pecunia poſſideri. Non etiam humano iure id prohibitum reperitur,preterquam in beneficiis eccl.(Quæ eſto ſpiritualia ſint,tamē ſine ſuperioris authoritate ſi permuttentur, ſimonia committitur,vt probauimus ſupra ſuo loco)ergo alias ſecus,prohibitio enim vnius, alterius permiſſio eſt,arg.l.cum pretor.ff.de ind.& c.non ne de præſ.Si ergo duos calices quis habens,& alterum permuttet cum patena, & veſtibus benedictis pertinentibus ad diuina facienda,vel cum tabernaculo,quo ſacramentum infirmis defertur, ſimoniam non committet.Peccaretur tamen, ſi ob id permutatio hęc fieret, quod calix conſecratus ab vno ęſtimaretur magis conſecratus. q̄ alius, ꝓpea q̄d hic a non ſancto Antiſtitite, ille a ſancto eſſet conſecratus, nam conſecratio illa non uirtute propria, ſed diuina fit, & obid vel a bono,vel a malo conſecrata ſint,æque conſecrata ſunt, ar.c.inter catholicā cū multis ſeq.1.q.1.

2 Aut datur id†quod eſt temporale in vna re, pro eo,quod eſt temporale in altera,exempli gratia. Do tibi calicem meum conſecratum pro calice tuo etiam conſecrato, non reſpectu habito ad conſecrationem ipſorū,ſed ad materiam, vel artificium:exempli gratia,quia calix meus maioris ponderis eſt.vel æſtimationis,tuus vero maiori artificio conflatus,& ſic reſpectu habito ad ipſum temporale permutatio fit.Et in hoc caſu etiā ſimonia nō committitur,eſto ab altero noſtrum pecunia ob eādem cauſam ſuppleatur idque merito,tum quod ſpirituale hic non venditur, nec emitur ſeu permutatur,ſed temporale, quo caſu ſimonia ceſſat,cum ea locum ibi tantum ſibi uindicet,vbi ſpirituale venditur.Tum quod calix cōſecratus,& patena, & veſtes etiam benedictę vēdi pecunia numerata poſſunt ſine ſimonię vitio, reſpectu habito ad ipſam materiam,vt ſupra concluſimus,ergo & hac quoque ratione permutari.

Aut id,quod eſt temporale in vno, datur pro ſpirituali alterius,exempli gratia meus calix eſt maioris æſtimationis, vel ratione materiæ, vel artificij,quam tuus,& tamen id,quod plus eſt in meo,tibi remitto,quoniam tuus fuit conſecratus à Patriarcha,meus autem à ſimplici Epiſcopo,& in hoc caſu ſimonia committitur, quandoquidē temporale datur pro ſpirituali habēdo,quo caſu ſimonia committitur,arg.tot.tit.de ſimon.

Aut dubitatur,quo animo hæc dētur;& in hoc caſu ex facto,& coniecturis id declarabitur,nam ſi reſpectu habito ad materiam,& artificiū,æqualia non ſunt,non ſpirituale permutatum,& ob id ſimoniam commiſſam noneſſe interpretabimur, ſed quod in ipſis temporale eſt,ex quo enim ſpiritualia hæc plus temporalis,quam ſpiritualis habent,ſi vendantur,id,quod temporale eſt,venditum eſſe cenſetur,cum id,quod principale in unaquaque re eſt,conſideretur,arg.l.1.ff.de aut.tut. & vt dixit Caiet.in ſum.in verbor. ſimonia verſ. Tertia regula.ſi vero in omnibus ęqualia ſunt,res vero diuerſę ſint,quia permutatio fit calicis cū veſtibus benedictis,neque hic ſimoniam cōmiſſam dicemus ob rationem proxime allatam. Ad ſummam niſi conſtet temporale pro ſpirituali datum,ſimoniam commiſſam nō interpretabimur arg.c.& ſi quæſtiones de ſimon.Et hæc locum habent,vbi res mobilis ſpiritualis pro altera re mobili ſpirituali datur.

3 Verum quid,†ſi res mobilis ſpiritualis pro re immobili ſpirituali,detur,an ſimonia committetur? Plane,ſi calix,aliaue res mobilis benedicta, conſecratatue pro beneficio eccleſiaſtico detur, quacunque ratione detur,ſimonia committitur, nam prohibitum iure poſitiuo eſt,& cautum, vt beneficia hmōdi nulla pactione interueniēte,ſed pure ac ſimpliciter,conferantur, vt hētur c.fin,& in c.cum pridem de pact.& in c.quam pio 1.q.2. Hinc nec beneficiorū ꝑmutationes ſine ſuperioris authoritate fieri poſſunt,vt antea ꝓbauimus eſto ſpirituale pro ſpirituali detur.Hinc promiſſio facta de beneficio electoribus ab aliquo, quo ipſum in antiſtitem eligant,ſimoniaca eſt, vt habetur in ca.de hoc de ſimon.eſto electio annexa res ſpirituali ſit,& beneficium ſpirituale.Si vero detur pro alia re immobili ſpirituali,vt pote pro eccleſia aliqua conſecrata,vel pro cemiterio benedicto;in hoc caſu,ſi id,quod ſpirituale eſt in ipſa re,detur pro altero ſpirituali, quod eſt in alia, ſimonia non committitur ob ea,quæ diximus in antecedenti quæſtione : ſicuti etiam ſi id, quod temporale eſt in vno,pro eo,quod eſt temporale in alio tribuatur,quandoquidem non ſpirituale venditur,nec emitur, & ob id nec ſimonia cōmittitur. Excipitur tamen,vbi id,quod temporale eſt in vno,pro eo,quod eſt ſpirituale in alio, detur,quod enim tunc ſpirituale temporali æſtimatur,atque emitur,obeam rem ſimonia cōmittitur,arg.tot.titu.de ſimon.Sed de re mobili hactenus,iam quid iuris ſit,vbi res immobilis ſpiritualis pro alia re immobili itidem ſpirituali datur,an ſimonia committatur, contemplemur,

4 Quoad hoc igitur, † ſi res ſpiritualis immobilis pro alia re ſpirituali immobili detur, ſi beneficia eccleſiaſtica ſint,concludendum eſt, ſi beneficium pro alio beneficio detur,& ſic permutatio fiat ſine ſuperioris autoritate ſimoniam committi,arg.tot.tit.de perm.& vt ſupra ſuo loco cōcluſimus,etenim iure cautum eſt,vt purę,& nulla cautione interueniente tradantur,vt in c.fi.de pact.& in c.quam pio.1.q.2. Quare ob id non ſolum permutatio,vt dixi fieri non poteſt, verū etiam nec renunciatio in alterius fauorem, aut ſimpliciter aut retenta ſibi pēſione,autoritas igitur ſuperioris,ideſt Romani Pon.interuenire debet,nam,quod poſitiuo iure cautio ea facta eſt, cui iuri ipſe preeſt,permittere id poteſt,id quod non poſſet, ſi diuino iure cautum id eſſet,arg.c. cum inferior de maior.& obed. Poſtremo dictū illud S.Petri in Simonem Magum nobis id ſignificauit,Pecunia tua tecū ſit in perditionem, qui

exiſtimaſti

exiſtimaſti ſpiritum ſanctum pecunia poſſider i. Pecunia igitur, ideſt re temporali, diuino iure ꝓhibitum eſt, ne ſpiritualia emantur, non autem alio ſpitituali Simonia igitur committitur, ſi beneficium eccl. pro alio beneficio eccl. conſequendo detur, niſi Romani Pontif. autoritas interueniat. Et de beneficiis hactenus.

At, vbi res aliæ immobiles ſpirituales permuttantur, exempli gratia eccleſia aliqua cum alia eccleſia, id eſt ędes ſacrę, ſeu templa, ſi reſpectu habito ad temporale, & dominium permutatio fiat, ſimonia non committitur, vt habetur in c. ad quæſtiones de rer. perm. etenim & temporale hic, & non ſpirituale alienatur. Non ergo, qui eccleſiã in finibus ſuę parochię habet, ſimoniam committit, ſi hac ratione permutet eam cum alia, quæ eſt in medio ſuæ parochiæ, quamuis ſi id ſine ſuperioris autoritate quis faciat, illegitime faciat. Non itidem ſimonia committitur, ſi reſpectu habito ad ſpirituale permutatio fiat, quandoquidẽ nec iure diuino prohibitum hoc eſt, nec etiã poſitiuo. Si ergo ius viſitandi, quod habet Epiſcopus concedat alteri Epiſcopo; & ille alter ei ius idem quod habet in alio loco, ſimonia non committitur. At, ſi id, quod eſt temporale in vno, pro alio ſpitituali detur, quod eſt in alio, tunc ſine dubitatione ſimonia committitur, & hoc ob eam rationem, quod ſpirituale æſtimatur tẽporali. ſed de his hactenus, iam ad facta, & operas, quib. ſpiritualia comparantur, tranſeamus.

De factis, id eſt operis, & obſequiis temporalibus quibus pro ſpiritualibus præſtitis. ſimonia committitur,

Cap. LVI.

S V M M A.

1 *Factis, operas, & obſequia temporalia pro ſpiritualibus præſtans ſimoniam committit.*
2 *Procuratoris, aduocati, Conſiliarijque, operas præſtans pro ſpiritualibus, ſimoniam committit.*
3 *Medici, Venatoris, aucupiſue operas præſtans pro ſpiritualibus ſimoniam committit.*
4 *In Vſuris, lenocinijs, aliiſque delictis cuipiam inſeruiens pro ſpiritualibus ſimoniam committit.*

FACTIS quoque, ideſt operis, & obſequijs ſimonia committitur, vt pro ſpiritualibus præſtentur, vt videbimus. Verum vt id ordinatim agamus, duo contemplanda nobis ſunt. Primum, vbi facta, & obſequia, & operæ, quæ pro ſpiritualibus pręſtantur, temporalia ſunt. Deinde, vbi eadem ſunt ſpiritualia.

1 Quoad primum igitur † ſimonia committitur, ſi pro beneficio eccleſiaſtico, aliaue re ſpirituali habenda operas temporales, & obſequia huiuſmodi quis præſtar. Id quod probatur primo, quoniam obſequia huiuſmodi pecunia æſtimari poſſunt, arg. §. item quæritur in Inſt. de loc. & l. 2. §. fi. ff. eo. at vbi q d pecunia eſtimabile pro ſpirituali datur, promittiturue, ſeu fit, ſimonia committitur, vt ſupra generatim concluſimus, ergo & hic. Poſtremo id probatur per c. cum eſſent eod. nam cum ibi quidam miles clerico promiſiſſet ſe daturum ei Eccleſiam quandam, in qua fortaſſe ius patronatus habebat, ſi clericus ipſe quoddam negocium ſuum apud apoſtolicam ſedem promoueret, Romanus Pont hoc audiens eam promiſſionem improbauit. Ecce ibi ſimoniam committi, vbi pro obſequijs pręſtandis temporalibus ſpiritualis promiſſio acquiritur, de Simonia enim ibi agitur; atque ſic ait Glo. 1. ibi & no. Abb. Fel. Mar. Soc. Sen. & communiter DD. ſi ergo temporalia obſequia præſtentur pro ſpiritualibus habẽ
2 dis ſimonia ſine dubitatione committitur, † quare, qui in iudiciis pro aliquo Eccleſię Antiſtite, ſeu Epiſcopo, aut aduocati, aut conſiliarii, aut ꝓcuratoris, ſolicitatoriſue, vt ita dicam, partes, & functiones exercet, quo beneficium ei conferat, ſimoniam cõmitit, arg. cit. c. ex diligenti. & vt dixit de procuratore Epiſcopi, & ſuorum Archiep. Flor. in 2. p. ſum. tit. 1. ca. 4. §. 2. ibi, Quantum ad munus ab obſequio, etenim functiones huiuſmo
3 di pecunia ęſtimabiles ſunt, vt per ſe patet. † Qui itidem extra iudicium ob eandem cauſam inſeruit, vel vt medicus, vel vt venator, vel ut auceps, & huiuſmodi ob eaſdem rationes ſimoniam cõmittit. Promittẽs itidẽ auxiliũ ſuũ cuipiam ad beneficium conſequendum adiecto pacto, vt deinceps penſionem ei præſtet, ſimoniam committit, vt dixit Nauar. in conſ. 47. de ſimon li. 5. Cõueniens itidem cum aulico, vt vacationes beneficii ei ſignificet, quas pro ſe impetret, ipſe vero pẽſioni conſentiat, ſimoniam committit, ita Naua. in conſ. 57. eod. Et hæc, quæ diximus non ſolum locum habent in ijs, quę licita ſunt, verum etiam
4 & in illicitis. † Simoniam ergo committet, qui inſeruit alicui in vſuris, lenocinijſue pacto interueniente, vt beneficium ei conferat, ita S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 5. in reſp. ad 2. ac DD. communiter inquiunt, vt ait Syl. in verb. ſimonia q. 16. ver. quartum, & Tabi. n. 14. & Arch. Flor. ibidem. Simoniã committet quoque, qui filiam, vxoremue, aut ſororem eidem proſtituat, quo ſuo filio beneficiũ, penſionemue conferat: ſicut etiam mulier, quæ ob eandem cauſam ei ſe proſtituit, & hoc ſenſit Gabr. Byel. d. 25. qu. 2. no. 4. verſ. Hinc concludit Alex. lib. 4. ibi Niſi hoc. Simoniam etiam cõmittit, qui vt beneficium ſuo filio conferatur, vel alteri de mandato antiſtitis homicidium, delictũue aliud committit, ſicut etiam, qui pro ſcurra inſeruit, eſto enim operæ turpes ſint, æſtimabiles tamen ſunt ſecundum ſe, & conſuetudine communi vendibiles, vt de meretricis opera ſenſit, ac dixit Caie. 2. 2. q. 32. ar. 7. nam ait eſſe materiam vẽdibilem, & facit, quod dixit Bar. in l. 4. ff. de condi. ob turp. cauſ. vbi ait promiſſionem factam meretrici ob operam mereticiam valere, & cum in foro fori ſequitur Nauar. in Man. c. 17. n. 40. uerſ. 5. infertur. Idem dixit, & apertius Dom. Sot. de iuſt.

iuſti.& iur.lib.9.q.7.art.3. in poſtrema concluſione verſ.Hique vero refert, nam ibi ait ſi quis propter turpem familiaritatem cum muliercula fratri eius,aut alteri quaſi in pretium ſacerdotium penderet, ſimoniam committere, quamuis, ſi ob amicitiam licet turpiter contractam, & gratis conferret,ſecus eſſet, ita Sot. ibidem. Item ſimonia committitur etiam,ſi eadem obſequia promittantur:nam & ſola promiſſione ſimonia committitur,ut habetur in capit. de hoc, & in capitu.ſequent & capitu.ueniens,& capitu. nobis,& capitu. ſicut tuis. cum ſimil.de ſimon, & ut alibi ſupra diximus.

Poſtremò ſimonia committitur, ſi obſequia, quæ debentur,etiam remittantur,ob eaſdem rationes.Verum quod ſi homagium pro ſpiritualibus pręſtetur?Hoc in ſeq.explicabimus.

S V M M A.

1 *Homagium præſtans alicui,quo beneficium ei conferat,ſimoniam committit.*

2 *Fidelitatem præſtans clericus, vel Epiſcopus ſuperiori,vbi beneficium eccleſiaſticum ab eo accipit,ſimoniam non committit.*

3 *Fidelitatis iuſiurandum pro ſpiritualibus cur præſtetur,non autem homagium.*

§. I.

Quæſtio nobis propoſita hæc eſt, an homagium pro ſpirituali, exempli gratia pro beneficio, ſi præſtetur, ſimonia committatur, quam quæſtionem vt dilucidiorem habemus qd homagium ſit,prius ponendum eſt. Homagium igitur eſt ſpecies fidelitatis,qua quis flexis genibus,iunctis manibus intra manus domini ſeruitutis fidelitatem iurat, vt colligitur ex Gloſſ.in Clemen.paſtoralis,§.rurſus eod.in uerb.Homoque ligius de re iudi.& ex ſpecul.in titu.de feud. & ut dixit Syl.in uer.Homagium, quamobrem, qui illud præſtat,efficitur eius ſeruus quoad quędam ſeruitia,& commoda temporalia, quę is acquirit,cui homagium pręſtatur,ut dixit Abba.in c.ex diligenti,numero 4.uerſi.Quia homagium
1 de ſimon.& in c.indignum,num. 2.de regu.iur.† Hoc præmiſſo,uidebatur igitur dicendum ſimoniam non committi,& hoc ob ca. grauem de exceſſ.pręlat.nam ibi, priuatur clericus beneficio, quoniam fidem homagii non ſeruauerat, moliendo contra Epiſcopum, cui homagium præſtiterat,ubi beneficium ab ipſo accepit:ergo pręſtari pro ſpiritualibus homagium poteſt:nō enim priuaretur beneficio clericus,ſi homagium fieri nō poſſet.

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus, ſcilicet nec homagium pro ſpiritualibus ſine ſimonię uitio fieri poſſe.Id quod probatur primo c.ex diligenti de ſimon.nam cum ibi Archidiaconus clericum quendam induxiſſet,ut ei homagium præſtaret,promittens eidem beneficiū eccleſiaſt.Romanus Pont.eam obligationem nullam declarat,ac tollit, ergo ſimoniaca eſt; nam de ea materia ibi agitur: id quod & Gloſſ.1.inquit,quam ſequitur,& declarat ibi Abba. nume. 4.& communiter DD.Secundo id habetur in c. indignum,de regu.iur.Indignum eſt,& à Romanę Curiæ cōſuetudine alienum,dicitur enim ibi, vt pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur,& reddit rationem ibi Gloſſ. quoniam hoc eſt ſimoniacum per citat.cap.ex diligenti. Poſtremò id probatur ratione,quoniam,qui homagium cuipiam pręſtat,obligat ſe ad obſequia quædam temporalia præſtanda,ut diximus proxime,& ut ait Abba.in eodem c.ex diligenti,numero 4.& in cit.c.indignum & ibi, DD.communiter,& Syl.in cit.uerb.Homagium, at ubi temporale obſequium pro ſpirituali præſtatur,ſimonia committitur,ut concluſimus proxime, ergo & ſimonia committetur homagium præſtando, pro ſpiritualibus,ex quo eius præſtatione ad obſequia temporalia obligatur. Nec repugnat citat.cap.grauem de exceſſ.prælat nam ibi nomine Homagii intelligitur fidelitas,& obedientia, ut ait Gloſſ ibi,& Abba.ſicut etiam in citat. c.ex diligenti,num.4.Non igitur proprie homagium illud eſt,ſed largo modo. Quæ interpretatio abſurda eſt,tum quod uerba ſecundum ſubiectam materiam interpretanda ſunt,argum.l.ſi uno,ff. locat.& l.plenum,§.equitii,ff.de vſu,& habita.ergo ex quo punitur clericus, qui illud non ſeruauit,de eo homagio accipiendum eſt,quod in ſpiritualibus locum habere poteſt,cuiuſmodi fidelitas,& obedientia ſunt,q ę,ut paulopoſt uidebimus,interuenire poſſunt, tum quod ſi contrariū diceremus repugnantia iura haberemus; nam citat.cap.ex diligenti,& cap. indignum repugnarent ei cap.grauem,ut iura igitur iuribus concilientur,quod fieri debet,ut dicitur in c. cum expediat de elect.& in le. t.C.de inoff. dot. homagium poſitum in cit.c.grauem, pro fidelitate, & obedientia accipiemus,atque ſic DD.communiter interpretantur. A propoſita igitur ſententia non diſcedemus,ut ſcilicet ſimonia committatur,ſi pro ſpiritualibus homagium præſtetur, ut Gloſſ.ac DD.inquiunt in citat.cap. ex diligenti. Immo Gloſſ.in eod.cap.ex diligenti,homagium appellat munus ab obſequio,ſcilicet ob obſeqa, & ſeruitia, ad quæ homagium præſtans, obligatur,at ſimonia committitur,ubi munus ab obſequio pro ſpirituali tribuitur,vt dicitur in ca.ſunt nonnulli,t.q.t.& DD.communiter,ergo de propoſita concluſione,non eſt,quod dubitemus.

2 At quid† de fidelitate,an præſtari poſſit ꝓ ſpiritualibus habendis? Vt ex dictis patet, concludēdum eſt fidelitatem præſtari poſſe ei,a quo qs beneficium eccl.habet. Nam ſic habetur in c. cū clerici de uerb ſign.& de epiſcopis in capit.ego de iureiur,quibus iuribus traditur licite pręſtari iuſiurandum fidelitatis,& obedientiæ, ab Epiſcopis Romano Pont.& à clericis Epiſcopo,à quibus beneficium accipiunt.Immo ſi contra iuſiurandum ueniant,puniuntur,ut habetur in cit. c. grauem.Nec repugnat citat.cap.ex diligenti,de ſimon.ubi & fidelitatis obligationem Romanus Pont.

Pontif.tollit,nam vt ait Abb.ibi,ac DD. ob eam rem obligatio fidelitatis tollitur, vt puniatur Archidiaconus ob homaginm, quod præſtandũ ſibi curauerat,vel ob id,quod huiuſmodi iuſiurandum
3 dum Epiſcopis,& non inferioribus præſtatur. † Verum,quamobrem iuſiurandnm fidelitatis, & obedientiæ præſtari poteſt pro ſpiritualibus, nõ autem homagium? Abb.gl.ac DD.in cit.c. ex diligẽti,& c.indignum,& c.grauem.inquiunt,quoniam,qui præſtat homagium,obligat ſe ad temporalia obſequia,& commoda pręſtanda, quæ ꝑ ſpiritualib. ſine ſimimonię vitio tribui nequeũt; at,qui iuſiurandum fidelitatis præſtat, obligatur ſolum,vt obediens ſit prælato,& dignitati. Ego autem ob eam rationem id licere ſentio, quoniã per iuſiurandum fidelitatis quis obligat ſe ad ea, ad quę antea erat obligatus,vt ſcilicet fidelis, atque obediens ſuperiori ſit,quatenus clericus talis eſt,at vbi in collatione beneficii obligat ſe ad ea,ad quæ obligatus eſt ,qui beneficium illud habet,ſimoniam non committit,vt habetur in c.ſignificatnm de præben.ergo idem & hic: expreſſio enim vnius,quod ineſt,diſpoſitionem nõ mutat,arg.l.3.ff.de leg.1.per homagium vero obligat ſe ad ea,ad quę iure beneficii non obligatur. Quæcunqne igitur obſequia temporalia pro ſpiritualibus quis præſtet,ſimoniam committit, vt ex dictis patet,& habetur in c. ſunt nonnulli cum multis ſeq.1.q.1.Atquid ſi Epiſcopus beneficiũ ei conferat,qui multos annos ei inſeruiuit, an ſimoniam committat? Hoc in ſequ.explicabimus.

S V M M A.

1 *Epiſcopus beneficium ei conferens,qui multos annos ei inſeruiuit, an ſimoniam committat.*

§.II.

1 §. Poſtremò explicãdum nobis propoſuimus,† an Epiſcopus beneficium ei cõferẽs,qui multos annos ipſi inſeruiuit,ſimoniam committat. In qua quæſtione breuiter concludo ſimoniã ab hoc non committi, modo antea nulla pactio interuenerit,& pro mercede ei debita non conferatur,ſed ſolum quia fideliter,& nauiter ſe geſſit. Et hoc ob eam rationem,quoniam nullum præcium hic interuenit,atque ſic ſenſit. S. Tho.2.2. q.100.art.5.in reſp.ad p.& Ioã.Tabien.nu.14.in verb.Simonia. Non ergo canonici quidam ſimoniam commiſſerunt,qui cuidam clerico, qui per multos annos aſſidue,accurrateqne Eccleſiæ cathedrali inſeruierat, præterquã quod honeſtis moribus ornatus erat, canonicatum ei conferendum curarunt. Non itidem Anſtites ille Simoniam committit,qui ſuæ dięceſis clericorum nomina adſcripta habet, & diligenter inquirit,quis eorum in literis progreſſum maiorem facit, & in religione,quo deinceps ipſos Eccleſiis ſuę dięceſis præficiat:Immo laude dignus eſt,& quem reliqui immittentur:Sed de temporalibus obſequiis hactenus,ad ſpiritualia tranſeamus.

De factis,& obſequiis ſpiritualibus,quæ ſi pro ſpiritualibus præſtentur,ſimonia committitur.

Cap.LVII.

S V M M A.

1 *Obſequia ſpiritualia præſtans alicui,quo eccleſiaſticũ beneficium ei conferat, ſimoniam committit.*

2 *Gratum ſe futurum promittens ſimoniam non committit,& memorem apud Deum.*

TEMPORALIBVS obſequiis quæ pro ſpiritualibus præſtantur,quando ſimonia cõmittatur,uidimus:reſtat, ut de ſpiritualibus obſequiis, quod proxime nobis propoſuimus,agamus, an ſcilicet ipſorum præſtatione pro ſpiritualibus ſimonia itidẽ cõmittatur. Verum quo id dilucidius fiat, de ipſis hæc cõtemplabimur. Primum,ubi obſequia hæc præſtautur pro beneficiis Eccleſiaſticis habẽdis. Deinde,ubi pro aliis ſacramentis,ac Spiritualib. Poſtremo,ubi pro corporis ualetudine nec non pro uita æterna conſeqnenda.

1 Quoad primnm igitur,† ſi obſequia ſpiritualia a quopiam pręſteutur,quo beneficia cõſequatur,ſine dubitatione ſimoniam committit, argu. c.de hoc de ſim. ibi.n. qui beneficii promiſſionẽ a quodã acceperunt,quo electioni de ſe faciendæ aſſentirentur puniri iubentur,ergo ſimonia commiſſa erat,de ipſa.n.ibi agitur.Si ergo ſimonia cõmittiẽ vbi beneficii promisſionẽ qs cõſequiẽ, quo electioni aſſentiatur,obſequiis ſpiritualibus præſtandis pro beneficio habendo ſimonia committitur,nam ſuffragari alicui in electione,& uocem ut aiunt,præſtare,obſequium ſpirituale eſt, ut habetur in ca.Mattheus,& ibi ſenſit Abb.nu.3.uer. Fortius ergo de ſimon. Poſtremo id probatur ratione,nam beneficinm non ſimpliciter, & pure ſed ſub conditione,& pacto interueniente cõfertur,quo caſu ſimonia committitur,ut habetur in c.ſi.& ibi Gl.ac DD.de pact.& in c. quampio 1.
qn.3.Pro certo igitur habebimus pro beneficiis cõſequendis ſimoniam committi, ſi pro ipſis ſpiritualia obſequia promittãtur,atq; ſic ſenſit quoque Arch.Flor.in 2.p,ſum.tit.1.c.4.§.2.uer.quãtum ad munus ab obſequio,nam ibi ait ſimoniã
2 eum committere,qui ob id Epiſcopo in primis inſeruit in diuinis, quo ei beneficium conferat. Quare ſimoniam committit,qui hoc pacto in recitandis diuinis pręcibus, & in uiſenda dięceſi, & in aliis ſpiritualibus functionibus obeũdis Epiſcopo inprimis inſeruit,quo ei beneficium conferat,ſicut etiam is,qui uicario epiſcopi beneficium animarum curam habenti,promittit gratis operam ſuam in eius beneficii cura gerenda,ſi pẽſionem,aut beneficium ſimplex,aut aliud beneficium animarum curam habens uicinum beneficio eius Vicarii conferendum curet.

2 Excipitur tamen†vbi ſimpliciter promitteretur,quod fieri ſolet,eius ſe memorem in diuiuis prçcibus ſemper fore,nam obſequiũ hoc non prætii locum ſubiit,ſed pro gratiarũ actione eſt, qđ licet,uti functio naturali rationi conſentanea, & a piorum, uirorum etiam conſuetudine non aliena.Ac plane quo totus quilque eſt,qui non offerat ſe ultro ad Deum præces pro eo profuſurum, a quo beneficium eccl.accepit? Nemo plane,qui rationis uſum habet,& gratitudinis expers omnino non eſt.Et de quæſtione hac ſatis, iam ſecundam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Obſequia ſpiritualia præſtãs,vel ſpiritualia ipſa pro ſacramentis,ac ſpiritualibus,an ſimoniam comittat.*

2 *Parochi,qui mutuas operas in miſſis,& aliis diuinis officiis tibi præſtant,an ſimoniam committant.*

3 *Baptiſmum ſe adminiſtraturũ alicui promittens,ſi ipſe baptiſmum ei conferat,an ſimoniam committat.*

4 *Penitentiæ ſacramẽtum ſe adminiſtraturũ alicui promittens,quo illud idem ipſi adminiſtret, an ſimoniã committat.*

§.I.

1 Secũda quæſtio eſt†an pro aliis ſacramẽtis,ac ſpiritualibus ſimonia committatur, ſi obſequia ſpiritualia præſtentur,ſic diſtinguendũ cenſeo.Aut obſequia hæc ſpiritualia quaſi prçtii nomine pro ſpiritualibus præſtantur,& in hoc caſu ſimoniã committi cenſeo nõ diuino iure,quo tñ cautũ eſt,ut ſpiritualia pro temporalibus prætii nomine ne dentur,iuxta illud , quod habetur apud Act.Apoſt.c.8.Pecunia tua tecum ſit in perditionem,qui exiſtimaſti ſpiritum ſanctum pecunia poſſideri,ſed iure poſitiuo,quo cautum eſt generatim,ut pure,ac ſimpliciter,nullaque conuentione,pactoue tacito,expreſſoue, intercedente,tribuantur in c.fi.& in c.cum pridem de pact. & in eod.c.quampio. 1.q.3.Quare,ſi duo ſacerdotes inter ſe conuenirent,ut unus pro altero tres miſſas celebraret promittens totidem alter ſe ꝓ eo celebraturum in recompenſationem,ſimoniã committerent,quandoquidem non pure,ac ſimpliciter,ſed quaſi prçtium quoddam ſpirituale ꝓ ſpirituali præbere uoluiſſe uiderentur, atque ſic ſenſit Ricard.de Med.Villa d.25.art.3.qu.1 . ad primum lib.4.nam ibi ait promiſſionem licitam non eſſe,Promitto tibi quod baptizabo te tali pacto,quod poſtea baptizabis me,& hoc ob eam rationem,quoniam in talibus omnis pactio, uel cõuentio ceſſare debet,ita ibi ait,eſto enim ſpirituale pro ſpirituali detur,tamen,ne pactum interueniat eſt prohibitum iuribus citatis: idem ſentire uidetur Gabr.Byel.d.25.qu.2.3.no. uerſ. Nono inuenitur lib.4.

Aut,ubi ſpiritualia pro ſpiritualibus præſtantur,conuentio,& pactum non eſt de ipſis ſpiritualibus,ſed ut commodius ſpiritualia fiãt, & ut mutuis neceſſitatib.ſubueniatur.Et in hoc caſu pro certo habendum eſt ſimoniam non committi,nã non de re ſpirituali pactio interuenit,ſed de temporali,ſcilicet de commodo illo,& de neceſſita-
2 te.†Non igitur ſimoniam committunt parochi uiciniæ,qui inter ſe conueniunt,quo frequentius & honeſtius miſſç ſacra,& diuina alia officia, tã uiuorum,quam mortuorum fiant,ut altera hebdomada in una eccleſia eorum parochorum,altera in alia fiant. Non itidem parochi,qui conueniunt inter ſe,ut in die feſto patroni eccleſiæ mutuas operas in diuinis ſibi præſtent,nam hç conuentiones fiunt,ut ſacerdotum frequentia maior ſit,& ea diuina officia honeſtius,ut dixi celebrentur.Non etiam ſimoniam committunt ſacerdotes illi quorum alter una hora,alter altera ad miſſæ ſacrum faciendum obligatus eſt alter alterius horæ inſeruiat ob commodum aliquod,ſeu ob neceſſitatem,nam & ſic inquiunt Io.Tabi.in uerb. Simonia nu.46.& Ang.eo.2.n.32.etenim permutatio illa ſit,quo ſibi mutuo ſubueniant:ac plane quis ſimoniacum hoc dicet,ſi,cum ego ad tertiã miſſæ ſacrum celebrare obligatus eſſem,qua hora accidit,ut aliquo mihi eundũ ſit, cõueniã cum eo,qui ad ſextã celebrare dẽtur mihi in ea neceſſitate ſuccurat,promittens ei me inſeruiturũ ad ſextam? Nemo plane , qui hominis neceſſitates nouit,quamobrem etiam fiet,ut ſi ego obligatus una die ad miſſæ ſacrum faciendum in aliqua eccleſia,& contingat me id non poſſe,licite conueniam cum aliquo,ut huic meæ obligationi ſubueniat,promittens ei me ſubuenturum in alia ſua obligatione.Non itidem ſimoniam committunt parochi uiciniæ,qui inter ſe paciſcuntur, vt quando alter eorum abeſt,ſuis parochianis , qui præſens eſt,ſacramenta adminiſtret, ſi caſus aliquis occurat neceſſitaſue poſtulet:ſicut etiam nec ſimoniaci dicendi ſunt,qui mutuas operas ſibi prçſtant in parochia adminiſtranda. quandoquidẽ conuentio eſt de ſubueniendo neceſſitati & de conſulendo commodo communi, quamobrem fiet,ut neque ſimoniam committant parochi uicini,qui quadrageſimæ tempore,quo facilius,& cõmodius ſuis parochianis pçnitentiç ſacramentum adminiſtrent,aliquot dieb.in eccleſia unius eorum, totidem in alia,ad illud ſacramẽtum ad-
3 miniſtrandum conueniant.†Non denique ſimonia committitur,ſi duo inter ſe ſic dicant, admi niſtres mihi baptiſmum,quia poſtea tibi eum ad
4 miniſtrabo,†uel aliud ſacramentum , ut pçnitentiam.Non ſi dicatur ego præces pro te fundã rogo etiam te , ut idẽ pro me facias,nam mutuæ neceſſitati,& commodo ſubuenitur, de quib. pactio interuenit,& non de ſpiritualibus, atque ſic ſenſit Ricard. eod. & Dom.Sot. de iuſti. & iur. lib.9.q.5.art.2.prope finem,& facit ca.tua de ſimon.Et de quæſtione ac itidem ſatis ex qua defenduntur multæ conſuetudines,quæ in eccleſia ſunt a ſimoniæ labe,iam tertiam aggrediamur.

S V M M A.

1 *Vouẽns ſe facturum aliquid,ſi valetudinem recuperet,a n ſimoniam committat.*

§.Tertia

§. II.

1 TErtia quæſtio eſt,† an uouens ſe piũ aliquod opus facturum, ſi exempli gratia, ualetudinẽ recuperet, ſimoniam cõmittat? In hac quęſtione, quam diſputarunt DD. in capit. ſcripturæ de uot. & uot. redem. variæ ſententię ſunt. Innoc. ibi exiſtimauit uotum hoc ſimoniacum eſſe, & idcirco illicitum. Et hoc ob eam rationem, quoniam hic ſanitatem à Deo, uel ſancto emere intẽdit, quod eſt ſimoniacum. Secundo, quoniã Giezi lepra percuſſus fuit, quoniam pretium ſanitatis exigere voluit, ut legitur libro 4. regum capi. 5. & refertur in cap. qui ſtudet, 1. q. 1. & in c. cito turpem, & ibi Gloſſ. ea. q. & in c. cum in eccleſiæ, & in c. ſicut pro certo; & ibi quoque Gloſſ. de ſimon.

Contrariam opinionem tamen, vt votum hoc valeat, licitumque ſit, & non ſimoniacum amplexati ſunt Abba. in eod. capi. ſcripturæ numero 5. & Add. ad eum quę Archidi. & Ioan. de Lignan. & Hoſtien. idem ſentientes refert; eandem opinionem ſequitur Angel. in uerb. Votum, 1. numero 9. & Caietan. 2. 2. q. 88. artic. 2. uerſi. Circa bona ſuper erogationis prope finem. Probatur autem ſententia hæc his rationibus ab his. Primo, quia cum Deo, inquiunt ipſi, ſimonia non cõmittitur, Dei enim ſunt omnia, ut dicitur in cap. tua de decim. & ob id nihil, quod noſtrum ſit, ei datur. Secundo, quoniam ſimonia non committur, ſine pacto, quod cum Deo non ſit. Hęc ratio mihi non probatur omnino: nam ex parte uouentis promiſſio ſaltem interuenit, quod ſat eſt ad ſimoniam committendam, argum. ca. de ſimoniacis de ſimon. Quid igitur concludendum. Ego has ſententias ſic conciliandas ſentio. Aut uouẽs ſe pium aliquod opus facturum hoc animo præditus uouit, uolens ratione hac, ſcilicet eo, quod per uotum promittit uti pretio redimere ſanitatem à Deo, ſanctoue aliquo, & in hoc caſu ſimoniam hunc committere, quantum in ipſo eſt, ſentio. Et hoc ob eam rationem, quoniam pretio uenalem uirtutem diuinam, & ſupernaturalem facit, qua uirtute ſanitas tribuitur, eſto enim emi ratione hac à Deo ſanctoue non poſſit gratia huiuſmodi, argum en. cap. iudices uerſicu. Poterat Petrus, 1. q. 1. quantum tamen in ipſo fuit, uenalẽ reddere uoluit, quod ad ſimoniam committendam ſat eſt, ut habetur in citat. cap. iudices. Hinc S. Petrus inquit Pecunia tua tecum ſit in perditionem, qui exiſtimaſti ſpiritum ſanctum pecunia poſſideri. In hanc igitur ſententiam opinionem Innocent. ueriſſimam cenſeo. Aut uouens ſe ipſum opus facturum, ut ſanitatem recuperet, ob id uouit, quo ſe beneficii accepti memorem, & gratum oſtendat. Et in hoc caſu ſimoniam non committi concludo. Primò, quia, quæ gratitudinis gratia dantur, pretii rationem non habent, vt per ſe patet: ergo ſimonia non committitur, ex quo pretium non interuenit; & ob id nec emptio, nec uenditio. Idque iure merito: nã gratitudo iure naturæ debetur iuxta illud Benefacientibus benefaciamus, ut id dixit Naua. in Cõment. de dat. & promiſſ. pro iuſtit. uel grat. nota. 11. numero 21. uerſ. ſecundo, quod non eſt. Præterea, quæ gratis dantur, ſimoniam non inducũt; argum. cap. etſi quæſtiones, & c. tua de ſimon. ergo neque hic ſimonia committitur. Tertiò, qui in honorem Dei, vel ſancti propter ipſum Deum pium aliquod opus ſe facturum promittit: id q̃ debet, promittit (omnia enim, q̃ poſſumus, Deo debemus, eſto ex ipſis non omnia exigat) at, qui pro ſpirituali habendo id, quod debet, promittit ſimoniam non committit, ut habetur in c. ſignificatum iunct. Gloſſ. de præbend. & in cap. ego de iur. iur. & in cap. cum clerici de uerb. ſigni. Quatò Deus dũ rõne quapiã ſoliciti ſumus, ut eũ inuocaremus, nobis iuſſit: Itẽ, ut uota faceremus, Inuoca me in die tribulationis, ait. n. p os David, & eruã te, & honorificabis me, & alibi vouete, & reddite. Ex quo igitur, vt uoueremus, dum neceſſitate aliqua pręmimur, mandauit Deus, licite uouemus, & uota facta ſoluimus, non enim illicita, ut faceremus, mandaret Deus. Poſtremo S. ille Iacob. ut habetur cap. 28. Gen. uotum etiam & ipſe uouit dicens, ſi fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in uia, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad ueſcendum, & ueſtimentũ ad induendum, reuerſuſque fuero proſpere ad domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deũ, & lapis iſte, quem erexi, in titulum uocabitur domus Dei, cunctorumque quę dederis mihi, decimas offeram tibi. Si ergo Sanctus hic uir ſimoniam non commiſit, quod pro certo habendum eſt ob ingentem pietatem, quam erga Deum habuit, ergo uouens in neceſſitatibus ſuis pium, quodpiam opus ſe facturum, quod in honorem Dei, eiuſue ſanctorum redundet (uel ieiunium, uel eleemoſyna, vel oratio ſit) ſimoniam non cõmittit. Addo hoc oblationem eſſe, quę eſt actus religionis conditionalis, non autem emptio, ut dixit Caietan. 2. 2. quęſt. 88. artic. 2. uerſic. Circa bona ſuper erogationis prope finem. Item conſuetudinem omnium chriſtianorum, & laudabilem, & in hac ſententia ſecundam opinionem locum habere concludo, & uouentium voluntates re dubia interpretandas cenſeo. Et de quæſtionẽ hac itidem ſatis, ad poſtremam tranſeamus.

S V M M A.

1 *Eleemoſynas prabens, nec non ieiunia, & preces faciens, vt æternam vitam conſequatur, an ſimoniam committat.*

2 *Promittens beneficium alicui, ſi voces ei prabeat ad præſentandum quem ad eccleſiam, ſimoniam committit.*

§. III.

1 POſtrema quæſtio eſt, † an ſimoniam committat, qui pia opera agit, quo æternam uitam conſequatur, cuius quæſtionis ſolutio ex antecedentis quęſtionis ſolutione propemodum habetur. Nam ſi quis ob id in primis pia opera facit, exempli gratia ſubueniendo pauperibus, preces fundendo, necnon ieiuniis ſe mace-

rando

rando,quo ipſis uti pretio æternam uitam conſequatur, & ne æternis illis cruciatibus damnentur,ſimoniam quodammodo committit, ut qui æſtimet pretio redimi ipſam poſſe) quod uerum non eſt,non enim ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futuram gloriam,quę reuelabitur in nobis,vt dixit Apoſt.atque ſic ſenſit Nauar. in c. Medicina verſi.Secundum de pœnit.di.1.Si vero in primis pia ea opera,& functiones exercet propter Deum,& quo eius ſanctiſſimis præceptis obtemperet, legeſque ſeruet, eſto deinceps ſperet æternam uitam,non modo hic ſimoniam nõ cõmittit,ſed meretur,& æternam vitam ſibi parat: nam vt id fieret,pręcepit Deus dum inquit.Si uis ad uitam ingredi,ſerua mandata. Nec repugnat, quod dicitur, Peccata tua eleemoſynis redime: nam modus quidam loquendi eſt habito reſpectu ad effectum,qui ab eleemoſyna proficiſcitur, quæ fit propter Deum,ut id ſenſit quoque Dom. Sot.de iuſtit.& iur.lib.9.q.5.art.2. in reſpon. ad primum argumentum uerſicu.Per hęc facilis fit argumentorum,qui effectus non conſequeretur, ſi ratione alia fieret iuxta illud Apoſt. Si diſtribuero omnes facultates meas in pauperes, charitatem autem non habuero,nihil mihi prodeſt,vt enim opera noſtra opetentur,meritis Chriſti Domini iuncta eſſe debent,vt pluribus id declarauit Trid.Synod.ac aſſeruit Seſſ.ſex.de iuſtificatione ca.16.Nec repugnat,ſi dicatur idiotas homines hæc non animaduertere:nam, quòd pia opera, quę faciunt,ad eum finem accõmodant, ad quẽ ab Eccleſia ipſi docentur ob eam rem non errãt, eſto diuiſiones has finium non faciant.In hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſeo.

2 Simonia quoque committitur,†ſi quis promittit beneficium eccleſiaſticum alicui; ſi ille ſibi det uoces patronorum ad aliquam eccleſiam,ita enim conſuluit Lud.Roman.conſ.317.& Addi. ad eum,ubi alios idem ſentientes refert: nam ſimonia committitur non ſolum per dationẽ, ſed per præſtationem huiuſmodi rei, & facit c. Matthæus,de ſimon.& c.cum ſuper de confeſſ.Addo libere conferri debere,& ſine pactione,& promiſſione per c.quam pio,1.q.2.& c.fin.de pact. cum ſimil.Simonia itidem committitur, ſi plures canonici ius conferendi beneficia habentes inter ſe conueniant,ut alteri beneficium non conferãt antequam ſibi,ſuiſque nepotibus proſpexerint, & ſic conueniunt, vt mutuo ſibi ſuffragentur in collatione,electione, præſentationeue, exempli gratia conuentio fit,ut tu eligas, pręſenteſue me ad beneficium,uel quem ipſe uoluero, & alia uice ego præſentem,eligamue te, ſeu quem uolueris:nam non pure electio,præſentatio,collatioue fit,atque idcirco ſimoniaca eſt,arg.c. quam pio, 1.q.2.& in c.fin.de pact. atque ſic in ſimili dixit Syl.in uerb.Simonia,q.13.uerſ.Quartum,& Angel.eod. 3.num.3.& ſequitur Nauar. in conſi. 8. num.4.de ſimon.lib.5.Et hæc ſimonia conuentionalis erit in prima pręſentatione, ex quo ab una tantum parte adimpleta eſt,in ſecunda uero realis,ut ſenſit Nauarr. eod.num.5.nam tunc ab vtroque eſt adimpleta. Quare mea ſententia duo patroni ſimoniam commiſſerunt, qui ſic pacti ſunt, vt unus eorum quendam pręſentaret, quem uellet, & alter pręſentationi aſſentiretur, etſi præſentatus non probaretur,quem ſecundus præſentaret eiuſdem pręſentationi aſſentire teneretur:ſed de muneribus ab obſequio ſatis,ad munera,quæ à lingua ſunt,ideſt ad uerba,quæ muneris loco ſunt,tranſeamus.

De verbis,ideſt muneribus à lingua,& primo de præcibus ſimplicibus an ſimonia committatur,ſi per ipſa quis ſpiritualia conſequi conetur. Cap. LVIII.

S V M M A.

1 *Verba,quæ munera à lingua dicuntur,quod ad ſimoniam pertinet,quid ſint.*
2 *Verba,quæ pro ſpiritualibus habendis fiunt, duplicis generis ſunt.*
3 *Verba,quæ pro ſpiritualibus conſequendis fiunt,partim ſunt præces,partim ſunt laudes,& adulationes.*
4 *Præces multiplicis generis ſunt, quæ pro ſpiritualibus habendis fiunt.*

SVPRA vidimus, quando ſimonia committatur,ubi pro ſpiritualibus habendis munus à manu ,ab obſequioue interuenit:reſtat vt videamus,quando ſimonia committitur, vbi munus à lingua, id eſt uerba interueniunt,hac enim ratione ſimoniam aliquando committi DD. uoluerunt . Verum,quod DD. confuſe admodum materiam hanc tractarunt,ob eam rem,ut dilucidimus eam tractemus præmittenda nonnulla ſunt,ſcilicet quid uerba hæc ſint, & quot eorum genera,quatenus ad rem noſtram pertinet.

1 Quoad primum igitur † verba hęc ſunt ea, quę fiunt ab aliquo apud aliquem pro ſpiritualibus conſequendis,vt infra explicabimus.

2 Quoad ſecundum † duplicis generis ſunt,
3 † quædam,quę communiter præces dicuntur,& ſunt ea,quæ pręcandi, & rogandi, & vt vulgo dicitur ſupplicandi locum habent,ideſt,quibus qs pręcatur,rogat,interceditque pro aliquo,uel pro ſe,quo ſpirituale,quid conſequatur, de quibus pręcibus habetur in capitul. ordinationes, & in capit.ſi quis,& in capitu.de ordinationibus,ibi. Quorundam ſupplicationem,& in cap.ſequ.ibi. Nec ſupplicatione,& in c.eſtote,ibi Aut ſupplicatio,& in c.ſeq.cum ſimil.1.q.1.

Quædam ſunt verba , quę communiter laudes,& adulationes dicuntur, & ſunt ea, quibus

quis laudat eum, adulaturue ei, à quo ſpirituale conſequi vult, de quibus laudibus, & adulationibus dixit San. Thom. 2. 2. queſtio. 100. artic. 5. in reſpon. ad tertium, & Caietan. in Summ. in uerb. Simonia uerſic. Quintò not. quod triplex generis munus, & habetur tacito in cap. ſunt nonnulli, ibi Munus à lingua fauor, & in fine, ibi Humanam gratiam, id eſt laudes, quibus fauor, & gratia, acquiritur, effectus enim pro cauſa poſitus eſt eadem quæſtio. 1. idem habetur in cit. c. de ordinationibus

His præmiſſis, prius de precibus, deinceps de
5 laudibus, & adulationibus agamus. † Atqui quod preces itidem multiplicis generis ſunt: quædam preces ſimplices, & precum naturam non egredientes, eæ ſcilicet, quibus quis ſimpliciter precatur, rogat, intercedit ue, aut pro ſe, aut pro aliquo apud quempiam, ut ſpiritualia conſequatur. Quædam, quæ non ſimplices preces ſunt, & precum naturam non retinent, eæ ſcilicet, quæ aut commodi alicuius acquiſitionem, aut damni vitationem pecunia æſtimabilis annexa habent, ideo prius agamus de prioribus, id eſt de ſimplicibus precibus, an ipſis interuenientibus pro ſpiritualibus habendis ſimonia committatur. Deinde, vbi pro indigno. Tertiò, vbi pro conſanguineo. Quartò, ubi pro benemeritis. Quintò, vbi ut amicitiam alicuius ſibi concilicet, & fauorem. Sexto, ubi ob potentiam, & timorem, ſed prius de prima, id quod in ſequent. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Preces, vbi ſimpliciter adhibentur pro ſpiritualibus habendis, an ſimonia committatur.*

§. I.

1 Prima quæſtio propoſita hæc eſt, † an ſimonia committatur, vbi preces pro ſpiritualibus conſequendis adhibentur, quatenus preces ſunt, & precum naturam non egrediuntur, uidebatur igitur dicendum ſimoniam committi. Et hoc ob ca. ordinationes, & c. ſunt non nulli cum ſex ſequen. 1. q. 1. nam in cit. c. ordinationes ait ibi, Gregor. ſe ordinationes eas falſas judicare, quæ precibus fiunt, & ibi de ſimonia agitur. Item in c. ſunt nonnulli dicitur ſimoniam committi tribus modis ab obſequio, à manu, & à lingua, a lingua uero ſunt preces, vt DD. communiter interpretantur, fiunt enim uerbis, quę lingua exprimuntur, ergo ſicut ſimonia committitur à manu, & ab obſequio, ſcilicet aliquid dando, obſequiaue aliqua præſtando, ita & à lingua, & ob id precibus. Idem habetur in ſeq. iurib. Cõtrariam opinionem ſequuntur Inn. in c. tuã uerſ. Forte melius, & Ab. de ætat. & qual. & Caieta. in Sum. in uerb. Simonia uerſ. Quintò not. quod triplex generis munus. Et propterea, ait enim ibi, ſi laus, adulatio, preces, non niſi per modum laudis, per modum adulationis, per modum precũ concurrunt, quantumcunque ſint nefariæ, & cat- 1

nales, ac pro indigno, & efficaces, ita quod inducant prælatum ad dandum beneficium, ad conferendum ordinem, & ex ſimonia uere, & proprie non incurritur: quamuis crimen aliud incurratur, quia hic nulla eſt uenditio, aut emptio niſi mentalis, ſi intentio adulantis, aut prelati eſt adulationem, ut pretium ponere, & ſic de aliis. Ecce hic Caiet. aperte concludit precibus ſimoniam non committi, ubi precum naturam non excedunt. Idem dixit Naua. in Man. c. 23. n. 102. uer. Decimò, quod eſt ſimonia, & n. 107. uerſ. Ad ſextum: idem Gabriel. Byel. d. 25. q. 2. not. 4. uerſic. Hinc cum nudæ preces lib. 4. & dub. 4. uerſ Secũdo notandum ead. q. Probatur autem horũ ſententia hac potiſſimum ratione, quoniam ſimonia committitur contractu non gratuito interueniẽte, vt ſupra probauimus, at hic contractus talis non interuenit, gratis enim preces ſiunt, ut in facto proponitur. Addo, quia rogatur locupletiorem non fieri, ergo nihil accepit: ut ait Byel. ibi. Quid igitur concludendum?

Ego ſic diſtinguẽdum, & has opiniones inter ſe ſic conciliandas cenſeo. Aut quæritur, an ſimonia uere, ac proprie committatur, id eſt ea, quæ re aliqua pecunia ęſtimabili pro ſpirituali tradita committitur, & in hoc caſu ſimoniã non cõmitti cenſeo. Primum ob rationem proxime allatã, ſcilicet, quod hic interuenit contractus gratuitus, & nulla res pecunia æſtimabilis tribuitur. Preterea, quoniam ſimonia committitur, vbi ſpiritua le uenditur, aut emitur, ut in initio huius tractationis diximus, at precibus ſimplicibus interuenientibus tantum uenditio, & emptio non fit, ut habetur in Inſti. in prin. de empt. & uend. & in c. pueri, t. q. 1. nam ibi, vt diuerſa ponuntur, uenalitas in ſpiritualibus, & ſupplicatio, id eſt preces, Pueri, dicitur enim ibi, ad ſacros ordines nullatenus admittãtur, ne tanto periculoſius cadãt, quã to citius conſcendere ad altiora feſtinãt. Nulla ſit in ordine venalitas, potentia, vel ſupplicatio perſonarũ. Hæc ibi. Si ergo nulla venalitas ineſſe debet in ordine, nec ſupplicatio, id eſt, ſi ordo tribui non debet per venditionem, & ſupplicationem, ſupplicatio venalitas non fit, non enim ut diuerſa poſita eſſent. Nec repugnat, ſi dicatur ibi æque prohiberi venalitatem, atque ſupplicationem, id eſt preces, & ob id ſicut committitur ſimonia in uenalitate, ita & in ſupplicatione: nã hoc nihil eſt, ob eam enim rem id prohibetur, quòd, ſicut peccatur, ſi venalitas in ordine interueniat, ita & ſi preces, quandoquidem ordines non ad preces huius, uel illius conferri debent, ſed iis, qui digni ſunt, non habito reſpectu ad preces ullas, vt habetur in c. quibuſdam, t. qu. 1. Sed neque gratia alicuius, neque ſupplicatione, dicitur enim ibi, aliquis ad ſacros ordines audeat promouere, niſi eum, quem uitæ meritum, & actionum qualitas ad hoc dignum eſſe monſtrauerint. Ecce hic apette habetur, quamobrem ſupplicatione, ac precibus ordines conferri non debent, quoniam dignis dandi ſunt, & facit, capitul. cum in cunctis, de ele. Poſtremo precibus ſimplicibus ſimo-

niam

niam nõ committi hinc probatur, quoniam, vbi pro digno interueniunt, ac fiunt, ſimoniam non committi DD. communiter cõcludunt, at, ſi precibus, huiuſmodi ſimonia committeretur, vel ꝓ digno fierent, ſimonia interueniret; ſicut, ubi pecunia datur, arg. ca. propoſuit iunct. traditis ibi a DD. de ſimon. nam uel ius quis habeat in beneficium, ſimonia tamen committitur, ſi uel ut poſſeſſionem quis nanciſcantur aliquid præſtet: id quod & hic fieret, ſi pręces uenalitatem inducerent, ſicut munera ab obſequio, uel a manu. Nec repugnat c. nemo presbyterorum de ſimon. ubi uidetur ſimoniam committi, ſi fauore, & gratia peccatum cuiuſpiam non patefaciat, &c. nam tã ille ſecundum principium ipſius accipiẽdus eſt, ubi quid temporale, datur, pecunia æſtimabile, ſcilicet xenium, uel emolumentum, de his enim in initio dicitur, atque ſic reſpondit Byel. infra citan. Concludo igitur ſimplicibus precibus interuenientibus ſimoniam uere, ac proprie non committi. Id quod & ſenſit Caiet. in cit. uerſ. dũ inquit ſimonia uere, ac proprie non incurritur, & in hanc ſententiam opinionem Inn. & qui eũ ſequuntur, uerißimam cenſeo, ac ſequor. Immo nec ſimonia committitur, ſi ad pręces adhibeatur commemoratio beneficiorum, quæ quis gratis antea contulit, exempli gratia quis in Epiſcopum multa gratis antea cõtulit liberalitate, amicitiaque ductus, non reſpectum habens ad id, ut beneficium ei conferret. Nunc autem hic idem beneficium uolens, eſto in memoriam Epiſcopo antecedentia beneficia reuocet, ſimoniam tamẽ non committit, quandoquidem non utitur commemoratione hac uti pretio, nec etiam poteſt, quandoquidem officia antea collata conceſſa iã erãt, atque ſic aſſeruit Gabri. Byel. d. 25. q. 2. not. 4. uerſ. Præterea, ut uidetur lib. 4.

Aut quæritur, an ſimonia committatur ex intentione, ut pote, quia is, qui preces adhibet, illis quaſi pretio quodam ſpiritualia emere intendit, (non enim deſunt, qui ſibi id perſuadeant iux. illud Terent. in Eunuch. labore alieno magno partam gloriam uerbis in ſe transfert, qui habet ſalem,) & in hanc ſententiam ſimoniam committi cenſeo, & priorem opinionem accipi poſſe cõcludo. Nam & id, quod alias peccatum non eſt, intentione peccatum fit, ubi quis contra conſciẽtiam facit, & quæ arma ad pugnam facta non ſunt, fiunt intentione, ut in Bulla Cænæ Domini declarauimus. Sic ergo & hic, qui pręcibus intendit uti ad ſpiritualia conſequenda pro pretio, intentione ſimoniam committit, non autem ſimoniam uere, ac proprie, ex quo rẽ naturam, ac qualitatem mutare non poteſt. Quare pœnas poſitiuo iure inuſtas non patietur ſimoniachus hic, quas uere ſimoniaci patiuntur, ex quo ipſæ inferũtur pro ſimoniacis ueris; nuſquam enim punitum legimus, qui ſpiritualia precibus ſit conſecutus, modo aliud non interuenerit. Peccabit ergo in hoc caſu, & peccati pœnam apud Deum patietur, non autem apud forum exterius Eccleſiæ, argum. c. fi. de ſimon. In hac igitur prima quæſtione ſic generatim concludendum cenſeo: iam ſpeciatim rem aggrediemur, & primo ſecundã quęſtionem propoſitam.

S V M M A.

1 *Præces an ſimoniam inducant facta pro indigno.*

§. II.

1 Secunda quæſtio igitur eſt † an ſimonia committatur, ſi pro indigno præces ſimpliciter interponantur, id eſt pręces, quę pręcum naturam non egrediuntur. In qua quæſtione duæ primariæ DD. ſententiæ ſunt, Gloſ. in c. tuam de ætat. & qualit. ſi preces interueniant pro aliquo, & carnales ſint, ſimoniam committi ait, ſi is, pro quo interponũtur, indignus ſit. Idem ſentit Glo. in c. Moyſes in uerb. Rogauerit, 8. q. 1. & apertius Gloſſ. Sum. 8. q. 2. Idem S. Thom. ſentire uidetur 2. 2. q. 100. art. 5. ad 3. nam ait ibi ſimoniachum uideri, ubi pręces pro indigno fiunt, & ſequitur Syln. in uerb. Simonia, q. 16. uerſ. Si quis porrigit pręces pro alio, & Tabien. eod. num. 3. uerſ. Duodecimo, ibi, Si interponatũr ab alio. Probatur autem per Gloſſ. in eod. c. tuam. Primo per c. de ordinationibus, 1. q. 1. ibi enim dicitur De ordinationibus accipere aliquid ſub diſtricta interdictione uetuimus. Oportet ergo, ut neque per donum, neque per gratiam, neque per quorundam ſupplicationem aliquos ad ſacros ordines conſentias, uel permittas abduci, Hęc ibi, quo iure non probatur ſententia Gloſſ. nam ibi ſolum dicitur, ne per ſupplicationes quorundam aliquos ad ſacros ordines admittat, ad quam rationem in antecedenti quæſtione reſpondimus, & non ſolum ad eum canonem, uerum etiam ad alios omnes, quę ſupplicationem prohibent. Addo de indigno ibi non magis loqui, quam de digno, & tamẽ pro digno communiter concluditur ſimoniam non committi, ſi pręces interponantur. Poſtremo Gregor. ibi ait ſe uetuiſſe ſub diſtricta interdictione, ne quid accipiatur de ordinationibus, at, qui pręces pro aliquo fundit, nihil dat, & qui exaudit, nihil accipit, atque ſic dixit eadem Gloſſ. in cap. quibuſdam ead. quæſt. 1. in uerb. Et actionis, ergo, quamuis generatim deinceps loquatur ibi Gregor. non omnia deinceps dicta referri debent ad ea uerba aliquid accipere, ſed ſolum illud, Oportet ergo, ut neque per donum: alioquin, ſi & pręces, id eſt ſupplicationes eo referendæ eſſent, ex quo generaliter loquitur, accipi deberent, ubi & pro digno interueniunt, & tamen ead. Gloſſ. ibi ait, ſi pro digno fiant, ſimoniam non committi. Non igitur ratio hæc opinionem Gloſſ. probat. Secundo loco ead. Gloſſ. inquit, Pręces loco pretii ſuccedere, arg. cap ſunt nonnulli, 1. q. 1. ibi enim dicitur ab omni munere, id eſt ab obſequio a manu, & a lingua abſtinẽdum eſſe a ſpiritualibus. Hæc tamen ratio mihi non ſatisfacit, tum quod tunc pręces loco pretii ſunt, ubi commodum aliquod pecunia æſtimabile afferunt exaudienti. quod quãdo id fiat,

infra declarabimus; tum quod vna pars legis alteram declarat. Sicut igitur munus à manu, & ab obſequio debet eſſe pecunia æſtimabile, quo ſimonia committatur, ita & à lingua, & ob id preces: at, quæ prȩcum naturam retinent, tales non ſunt; ergo nec ratione hac ſententia Gloſſ. probatur. Quare cõtrariam opinionem amplexatus eſt Inn. in cit. c. tuam de ætat. & quali. Forte melius, ait enim ibi, dici poſſet, quod licet quis ſiue pro ſe, ſiue pro alio roget, ſiue electores, ſiue quoſcunque alios, etiam pro indigno, ſiue pro dignitate, ſiue pro beneficio non dicitur, habere beneficiũ ſimoniachum, licet peccet iniuſtas preces fundẽdo. Hæc ibi Inn. ex quibus patet ipſum nõ cenſere ſimoniam committi, vbi pro indigno preces quis fundit, & rogat; eundem ſequitur Nauar. in Man. c. 23. num. 102. uerſ. Decimo, ibi, Quamuis Glo. idem Caiet. in eod. loco ante cit. Quorũ opinio probatur ea ratione, quod hic nulla uenditio interuenit, nullusque cõtractus nón gratuitus, ex quo preces huiuſmodi pecunia æſtimabiles non ſunt, & qui eas fundit, nihil dat, & cui fiunt, nihil accipit: id quod & ſenſit Gloſ. in c. quibuſdam, 1. q. 1. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur, an peccet is, qui pro indigno rogat, & preces fundit, ut ſpiritualia conſequatur, & in hoc caſu hunc ſine dubitatione peccare cẽſeo: nam & ſic DD. omnes communiter concludunt, ut Inn. in cit. c. tuam uerſ. Forte, & Caiet. in Sum. eod. uerſ. & Nauar. in Man. c. 23. nu. 102. uerſ. Decimo cum ſimil. Aut quærit, an ſimonia uere, & proprie cõmittatur, & in hoc idem, quod in ſuperiori quæſtione dicendum cõcludo, ſcilicet ſimoniam uere, & proprie non cõmitti ob rationes ibi allatas, quȩ & hic locum habent. Et præſertim, quoniã ſi preces pro indigno factæ, ſimoniam inducerent, & pro digno idem operarentur: nam ſpiritualia uendi prohibentur, quia pretio æſtimari nequeunt, & quia, ut gratis darẽtur, iuſſit Deus, quæ rationes locum ſibi uindicant, uel à dignis emantur, at communiter concluditur ſi pro dignis preces fundãtur, ſimoniam non committi, ergo nec pro indignis; ubi enim eadem ratio locum habet, & diſpoſitio locum habere debet, arg. c. cum dilecta de confir. utili uel inutil. & l. illud, ff. ad l. aquil. Aut quæritur, an intentione ſaltem ſimonia committatur, & committi poſſe ſentio, ſi preces fundens ipſis pro pretio uti uelit, ut diximus in antecedenti quæſtione, quȩ ſimonia ſicuti propria, & uera non eſt, ob eam rem nec pœnis ſubiicitur, quibus ſimoniam ueram committentes ſubiiciuntur; peccabit tamen, quia quãtum in ſe fuit, ſpiritualia emere conatus eſt; quamuis, quod raro hoc animo quis pditus eſt, ut intendat precibus ſpiritualia emere, ob eam rem raro ſimonia hæc committetur. Qui ergo pro indignis preces fundit, eſto peccet ſimoniam tamen uere, ac proprie nõ committit. Hinc, qui pro digno intercedit, ſi ob id in primis facit, quia dignus eſt, nec etiã peccabit. arg. cit. c. tuam de ætat. & qualit. & c. ſeq. 1. q. 1. & ſic DD. communiter cõcludunt, quamuis & hic ſimonia committeretur, ſi præces fundens intenderet præcibus illis quaſi pretio ſpiritualia ei digno comparare, tunc enim, ut diximus de indigno, & peccaret, qui uerbis ſpiritualia ſe emere poſſe exiſtimaret, & ſimoniam nõ quæ uere, & proprie ſimonia eſt, ſed ſimilitudinariam, ut ita dicam committeret. Hac igitur itidem ratione quæſtionẽ hanc diſſoluendam, & propoſitas opiniones conciliandas cenſeo, iam tertiam quȩſtionẽ aggrediamur.

S V M M A.

1 *Preces an ſimoniam inducant factæ pro cõſanguineo.*

§. III.

1 Tertia quæſtio eſt, † an ſi preces ſimplices pro conſanguineo fiant, quo beneficium eccle. ſpiritualeque conſequatur, ſimonia cõmittatur. Directot. quem refert, ac ſequitur Sylue. in uerb. Simonia, q. 16. uerſ. Tertium munus, ibi, Si uero porrigit quis preces pro alio, ſimoniam nõ committi dixit, idem ſenſit Inn. in c. tua de ætat. & qualit. & Caiet. in Sum. in uerb. Simonia, uerſ. Quinto not. quod triplex generis munus, ibi. n. generatim ait quantumcunque preces carnales ſint, ſimoniam non committi, at preces, quæ pro conſanguineo fiunt, quatenus eſt cõſanguineus, carnales preces ſunt, nam carnales dicuntur, ubi qui prȩcantur, mouentur ad id ob cõſanguinitatem, uel amicitiam, aliudque temporale cõmodum, ut ſenſit Ioã. Tabien. in uerb. Simonia, nu. 13. uerſ. Duodecimo, ibi, Et not. quod preces dicũtur carnales, etenim carnale, ut oppoſitum ſpirituali ponitur, ut ſenſit Glo. Sum. 8. q. 2. Quȩcunque preces igitur ſpirituales non ſunt, ideſt non factæ in primis ad Eccleſiæ utilitatem, hæ carnales preces dicuntur. Gloſſ. uero in cap. Moyſes in uerb. Rogauerit, 8. q. 1. ſi preces a conſanguineis pro digno fierent, ſimoniam nõ committi ſenſit, quaſi ſecus ſentiat, ſi pro indigno. Quid ergo concludendum? Ego a propoſita diſtinctione in antecedentibus quæſtionibus diſcedendũ non cenſeo, quæ ut dilucidior ſit, regulam ponamus.

Pro regula igitur habebimus ſimoniam non committi, ſi conſanguinei pro ſuo conſanguineo preces fundant, modo preces ſuam naturam nõ egrediãtur, cum ob rationes allatas in prædictis quæſtionibus, quæ & hic locum habent, tum qđ qui dat ſpirituale, ut beneficium alicui, ppterea, quod eſt eius conſanguineus, & ob id propter cõſanguinitatem, ſimoniachus non eſt, ut dixit S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. in reſp. ad ſecundum, & Gabriel. Byel. d. 25. q. 2. not. 4. uerſ. Hinc epiſcopus lib. 4. Domin. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9 q. 7. artic. 3. in reſp. ad ſecundum argum. uerſ. Quæſtio ergo hæc, quia ſcrupulorum nutrix eſt, & hoc ob eam rationem, quoniam nihil a conferente accipitur, atque idcirco, emptio, uenditioque non interuenit, nec alius contractus non gratuitus, quod ad ſimoniam requiritur, Ad ſecũdum dicendum, ait enim ibi S. Thom. quod ſi ali-

quis

quis aliquod ſpirituale alicui conferat gratis ꝓpter conſanguinitatem, uel quamcunque carnalem affectionem eſt quidem illicita, & carnalis collatio, non tamen ſimoniaca, quia nihil accipitur, vnde hoc non pertinet ad contractum emptionis, & uenditionis, in quo fundatur ſimonia. Hæc ibi Sanct. Thom. Ex quibus eius dictum optime probatur, & ſequitur Alexand. de Aleſ. quem refert Gulielm. Redoan. de ſimon. 3. par. capitul. 10. numero 11 cum ſequent. & Nauarr. in Mau capitul. 23. numero 107. uerſicu. Ad ſextum, communis denique DD. ſententia hæc eſt. Præterea, quod eſt in temporalibus uſura, eſt in ſpiritualibus ſimonia, at uſura non eſt, ſi conſanguineus ob conſanguinitatem mutuum præſtet, ergo neque hic ſimonia. Nec repugnat, ſi dicatur conſanguinitatem pluris aliquando æſtimari, quam aurum: nam re ipſa nullo in foro uendibilis res eſt, ita Sot. ibidem. Si ergo is, ad quem collatio ſpũalis pertinet conferens alicui, exẽpli gratia, bñficium eccleſi. ob id, quod ei conſanguineus eſt, ſimoniam non committit, multo minus, qui pro conſanguineo tantum rogat, & ſimplices preces adhibet, argument. auth. multo magis, C. de ſacroſanct. eccleſ. Sicut ergo omnes Eccleſiæ Antiſtites ſimonię crimen euadunt, qui ſuis conſanguineis beneficia conferunt, ordineſue item & ij, qui rogant, præcanturque ipſos antiſtites, vt ſuis conſanguineis eadem conferant, & in hoc caſu locum habebit prior opinio: Quæ locum etiam habet, eſto conſanguinei indigni ſint, ut probauimus in ſecunda quæſtione. Item locum habet vel ob amicitiam, quis roget pro aliquo, ſicut etiam ob quaſcunque alias huiuſmodi cauſas, vt Sanct. Thom. & cit. autores proxime in allegatis locis inquiunt.

Simonia tamen committitur, ſi pacto hoc intercedente, quis beneficium alicuius conſanguineo ad eius præces conferat, quo deinceps conferentis conſanguineis aliquid tribuatur, ita San. Thom. eodem articul. 5. in reſpon. ad ſecundum. Et in hoc caſu locum habere poteſt opinio Glo. in citat. capitu. Moyſes. Secundò ſimonia ſimilitudinaria committi poteſt, ſi is, qui præcatur, præces loco pretii eſſe uelit: nam tunc ſimonia eſt, quantum in ipſo fuit, qui precibus huiuſmodi ſpiritualia ſe emi poſſe exiſtimauit, atque ſic ſenſit Caietan. eodem, ibi ſimonia uere proprie non incurritur, quamuis crimen aliud incurratur, quia nulla eſt hic uenditio, aut emptio, niſi mẽtalis, ſi intentio adulantis, aut prælati eſt adulationem, ut pretium ponere, & ſic de aliis. Ecce hic ſimonia, quæ intentione talis ſit, & in hanc ſententiam accipi poteſt, etiam citat. Gloſſ. in eodem citat. capitul. Moyſes. Peccant quoque præcantes, ſi pro indignis conſanguineis præcentur, nam ſic & is peccat, qui indignis, conſanguineis beneficium confert, ut dixit Sot. ibid. uerſic. Quęſtio ergo hæc, quia ſcrupuloſorum, ibi Prima eſt, & hoc ob id, quod eſt peccatum iniuſtitiæ, immo eſto digni ſint, modo reſpectu habito ad conſanguinitatem in primis, non autem ad dignitatem, præcentur, ita Innocen. in citat. cap. tuam, & Caietan. & Nauarr. & S. Thom. in cit. locis, alias ſecus, atque ſic de conferente conſanguineo dixit Sot. eod. uerſicu. Secunda propoſitio, ſed iã quartam quæſtionem aggrediamur, ſcilicet an ſimonia committatur, ſi quis præces pro benemeritis faciat, quam quæſtionem, ut dilucidiorem habeamus, alia prius diſſoluenda eſt, an conferens beneficium de ſe benemeritis, ut exoneret ſe ab obligatione antidorali, ſimoniam committat, iam igitur eam aggrediamur, id quod in ſequẽ. pręſtabimus.

S V M M A.

1 *Conferens beneficium de ſe benemeritis, vt exoneret ſe ab obligatione antidorali, an ſimoniam committat.*

2 *Obligatio antidoralis quænam ſit.*

§. IIII.

1 Quæſtio nobis propoſita hæc eſt diſſoluenda †an conferens beneficiũ de ſe benemeritis ut exoneret ſe ab obligatione antidorali, ſimoniam committet. Obligatio autem antido-
2 ralis, †nil aliud eſt, quàm ea obligatio, qua quis natura obligatur, ut benefacienti benefaciamus, de qua Iaſ. ac DD. egerunt in l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iur.

Innoc. igitur in c. tuam uerſ. Forte melius, ibi Niſi faceret de ętat. & qualit. ſimoniam committi ab hoc dixit, eundem ſequitur Iaſ. in cita. le. ex hoc iure nu. 58. uerſ. Sextus effectus, ubi & Ang. idẽ ſententiẽ refert, idẽ dixit Director. quẽ refert Syl. in ver. Simonia, q. 16. uerſ. Vnde dixit Director. Probatur autem hac ratione ab Innoc. quia, ex quo tollitur ea obligatio, & remittitur, uidetur aliquid dari, & ob id ſimoniam cõmitti. Contrariam opinionem ſequitur Ioã. de Anan. ut refert Iaſ. ibid. & Nauar. in Man. c. 23. nu. 106. uer. Ad quartum. Et hoc ob eam rationem, quoniam obligatio hæc antidoralis ciuilem obligationem non parit, & ob id ea ratione obligatus ad debitum pręſtandum cogi non poteſt, vt ſenſit S. Th. 2. 2. q. 88. art. 2. in reſp. ad ſecundum. Quid ergo concludendum? Pro regula pono ſimoniam non committi ab eo, qui hac ratione obligatus ſpiritualia confert. Primò, quia obligatio illa æſtimationem non habet, & res æſtimabilis non eſt, ex quo ad debitum præſtandum obligatus non tenetur, ut dixit S. Thom. ibid. ergo ſimonia non committitur, ſi pro ipſa ſpirituale detur, quandoquidem contractus gratuitus eſt, ex quo liberatio ab ea obligatione æſtimationem non habuit, id quod ad ſimoniam committendam requiritur, ut probauimus. Præterea ſpiritualia hæc dantur, ut gratus quis appareat, at, quæ gratitudinis gratia dantur, ſimoniam non inducũt, vt ſupra probauimus. Accedit, quòd hic nullũ pactũ interuenit, ſed pure præſtatur ſpũale, ſicut igit ſimonia nõ cõmittitur, ſi qs (poſteaq̃ ſpũale habuit pure ab aliquo) remittat id, ꝙ ipſi debetur

ab eo, q ſpũale dedit,ut dixit Io. And.quem refert,ac ſequitur Abb.in cap ueniens,nu.5. de teſtibus,ita è contrario ſimonia non committitur, ſi ijs,qui antea de nobis benemeriti ſunt, nullo pacto de ſpirituali dando intercedente,ſpirituale detur,quod enim operatur propoſitum in propoſito,operatur oppoſitum in oppoſito,argumẽ. §.ſi tutor in Inſtitut.de inoff.reſt. Poſtremo,ſi licet nobis ſpirituale vt beneficium conferre eiſdem,antequam nulla eorum erga nos merita extent,modo pure,& pretio non interueniente cõferatur,plane & ubi de nobis benemeriti ſunt,eadem ratione idem conferre licebit,cum in utroque caſu eadem ratio uigeat,ex quo diuerſa reddi non poteſt. Non ergo ſimoniam committit, q dignitatem aliquam eccleſiaſticam maximam, vel minimam accepit à patruo alicuius, ſi ei penſionem aliquam,beneficiumue eccleſi.conferat. Non itidem eccleſiæ Antiſtites qui ſuis curialibus eccleſiaſtica beneficia conferunt. Ac plane, quis tam amens eſt,qui audeat ſimoniæ notam ſanctæ Sedi Apoſtolicæ,& omnibus Eccleſiæ prælatis,quorum conſuetudo eſt,ut beneficia iis cõferant,qui de ſe,ſuiſue eccleſijs, vel rebus publicis benemeriti ſunt,quibus ſola antidorali obligatione ſunt obligati?ut dixit Nauar.in Man.eodem cap.23.num.106.uerſicu.Ad quartum prope finem. Concludendum igitur eſt ſimoniam non committi,ubi beneficia eccleſiaſtica, & huiuſmodi ijs conferuntur,qui de nobis, de eccleſijs,de rebuſue publicis benemeriti ſunt.

Immò,vbi de eccleſia,de rebuſue publicis benemeriti ſunt,iis potiſſimum conferenda hæc videntur,vt qui digni appareant,quibus ſpiritualia huiuſmodi credantur. Ac ſane,qui per multos annos Eccleſiæ fideliter, ac nauiter inſeruiuit,ſi beneficium eccl.ei conferatur, nemo ſimoniam hic committi iure aſſeret,argumen.ca. latorem, & cap.filium,1.q.1. Hinc quotidie ſanctiſſimi uiri,ac doctiſſimi,qui de eccleſia benemeriti ſunt, ampliſſimos dignitatis gradus in eccleſia adipiſcuntur,modo enim Epiſcopatus,modo Cardinalatus, immo Summa Pontificii dignitate decorantur. Simonia igitur non committitur, ubi de ſe benemeritis ſpiritualia tribuuntur, & in hanc ſententiam opinio ſecunda accipienda eſt. Id quod locum habet uel alias indigni ſint ob ea,q̃ antea uidimus,fieri enim poteſt, vt famulus aliquis Epiſcopi benemeritus de ipſo ſit,& non tamen dignus, cui beneficium animarum curam habens admittatur. Peccabit ergo, quamuis ſimoniam non committat.

Excipitur tamen, ubi beneficia eccleſiaſtica, & ſpiritualia conferens hoc animo id faciat, ut ei de ſe benemerito huiuſmodi ſpiritualium collatione uti pretio quodam ſatisfaciat pro ea obligatione antidorali,ſed ſimonia hæc ſimilitudinaria potius erit,& ex intentione,non autem uere,ac proprie,vt diximus in antecedentibus quæſtionibus,& in hanc ſententiam opinio Innocen. vera eſt.

Item ſimonia & uere, ac proprie committitur,ubi ſpirituale de nobis benemeritis confertur, non ob antidoralem illam obligationem, ſed ob ciuilem tollendam,exempli gratia, ut loco mercedis ſit, quæ ex pacto in annum, uel in menſem præſtare ei debebatur:nam ſine dubitatione tunc ſimonia uere, ac proprie committitur,ex quo obligatio, pro qua ſpirituale tribuit, pecunia æſtimabilis eſt. Hac queſtione explicata,iam quæſtionem quartam in initio propoſitam explicemus.

S V M M A.

1 *Praces an ſimoniam inducant facta pro benemeritis.*

§. V.

1 Quarta queſtio eſt † an ſcilicet ſimonia committatur,ſi quis præces fundat pro benemeritis,quo exempli gratia beneficium eccle. conſequatur. In qua quæſtione breuiter cõcludimus ſimoniam non committi:nam, ſi ipſe conferens ſimoniam non committit,ut proxime ꝓbauimus,minus qui preces adhibet,cum ubi cõſequens conceditur,& antecedens ad illud conceſſum cenſeatur,argumen.l.2.ff.de iuriſd.omn. iud.& l.orario,ff.de ſponſ. Excipiuntur tamen caſus omnes in antecedenti queſtione excepti. Si ergo preces adhibens,iſue apud quem adhibentur, pretii loco eas ducant, intentione ſimonia erit,non autem uere,& proprie. Excipitur quoque,ut ſimonia committatur, ſi inter præcantẽ, & eum,cui preces fiunt,pactum aliquod interueniat de re aliqua pecunia eſtimabili. Poſtremo excipitur quoad peccatum: nam ſi pro indigno adhibeantur,peccatum committitur, ut ſepe diximus. Et de quæſtione hac itidem ſatis. Si illud addiderimus ſimoniam proprie non committi etiam ab iis,qui beneficia eccleſiaſtica aliquibus conferunt,quo antidoralem illam obligationem conſequantur,& obligatos ea ratione ipſos,ſuiſque habeant:ſed iam quintam quæſtionem aggrediamur.

S V M M A.

1 *Gratia,& amicitię alicuius ſibi concilianda gratia, ſi quis ad eius preces beneficium cuipiam conferat, an ſimoniam committat.*

§. VI.

1 Quinta quæſtio eſt † an ſimoniã committat, qui,vt gratiam,& amicitiã alicuius ſibi conciliet,ad eius preces beneficium cuipiam confert. Et uidebatur dicendum ſimoniam committi:nam ſicut prohibetur,ne ob pecuniam ſpiritualia tradantur,& obſequia,ita ne ob gratiã,& fauorem,ut habetur in cap. ſunt nonnulli. 1.q.1. Qui ergo ſacros ordines tribuit,dicitur enim ibi tunc ab omni munere manus excutit,quando in diuinis rebus non ſolum pecuniam nullam, ſed nec etiam humanam gratiam requirit. Ecce hic

comparat

comparat fauorem cum pecunia,quandoquidẽ ſicut pro pecunia ſpiritualia tribui non debent, ita nec ob fauorem,at,vbi pecunia interuenit,ſimonia committitur,ergo & ſi ob fauorem. Idem habetur in c.de ordinationibus,ibi per gratiã,& in c.ſeq.verſ.Sed neque gratia,& in c.quãdo Epiſcopus verſ.Ipſi autem,ibi Ne aut fauoris gratia. 1

Atqui contrariam opinionem ſequi debemus ſcilicet ſimoniam non committi vere,& proprie vbi beneficium,ac ſpiritualia quis confert, quo eius gratiam,& amicitiam ſibi concilicet,tum qđ nec qui ob amicitiam preces pro aliquo adhibet ſimoniam committit in huiuſmodi caſu,vt ſi ſpra concluſimus,vbi preces pro conſanguineo fiũt, tum quod gratia,fauor,& amicitia alicuius non ſunt res pecunia eſtimabiles, quo caſu ſimonia non interuenit. Nec repugnant iura antea allegata,eſto enim in hoc comparentur pecunia, & fauor,quia neutro eorum ſpiritualia tribui debent quandoquidem ſpiritualia non ob fauorem, & pecuniam tribui debent,ſed ijs,quos vitæ meritum,& actionis qualitas dignos eſſe moſtrauerit, vt habetur in c.quibuſdam verſ. Ideoque,1.q.1. non tamen conſequitur perpetuo,vt ſicut ſimonia committitur,vbi pecunia interuenit, ita etiã vbi gratia,& amicitia alicuius res ineſtimabilis. Ex quo igitur diuerſę rationes ſunt,diuerſa diſpoſitio eſſe debet,argum.l.Papinianus exuli. ff. de minor.

Excipitur tamen,vbi pretii loco fauorem, gratiam,et amicitiam eius, quis acciperet,tũc enim vt diximus antea ſæpius,intentione ſimonia cõmittitur,non tamen vere,& proprie.

Item excipitur,vbi quis præces fundit pollicetur ei,qui ſpirituale tribuit ob fauorem ſuũ ſe curaturum , vt aliquod pecunia ęſtimabile habeat, tũc enim vera etiam ſimonia committitur, ſecus autem,ſi ſimpliciter , & generaliter fauorem ſuum polliceatur. Quare multi ob id a ſimonia vera excuſantur,qui in huiuſmodi caſibus fauorem ſuum iis pollicentur,a quibus beneficiũ huiuſmodi aliquod acceperunt pro ſuis. Peccatur demum,vbi indignis ob fauorem quid ſpirituale tribuitur. Et de quæſtione hac itidem ſatis: ſextam aggrediamur.

SVMMA.

1 *Praces an ſimoniam inducant facta pro potentia alicuius,& metu.*

§.VII.

1 Sexta quęſtio eſt,an,ſi quis ob preces alicuius potentis uiri beneficium cuipiam conferat,ſimonia committatur. Et videbatur dicendum ſimoniam committi. Nam id prohibitum habetur in c.eſtote 1.q.1. Eorum enim,qui ſunt in ſacro ordine collocandi,dicitur enim ibi prius vitã,moreſq; diſcutite,& ut dignos huic officio adhibere poſitis,non ullius potẽtia, aut ſupplicatio quorumlibet ſubrepat perſonarum. Ecce hic prohibetur,ne potentia alicuius ordo cuipiam conferatur,& quia de ſimonia ibi agitur, ergo,ſi contra fiat,ſimonia committitur. Idem habetur,in c.1.ead.q.6.ſi quis autem Epiſcopatum deſiderat,dicitur ibi,data pecunia potentes perſonas minime ſuffragaturas ſibi adhibeat. Ecce hic quoque prohibetur per potẽtes perſonas Epiſcopatum acquiri. Contrarium tamen ſuadent, quæ diximus ſupra de ſimplicibus præcibus,quę a quocunque adhibeantur(modo præcum naturam non egrediantur)ex quo pecunia æſtimabiles non ſunt,vt ſupra probauimus, ſimoniam nõ inducunt.

Quid igitur concludendum? Pro regula(vt ordinatim rem agam)pono ſimoniam non cõmitti,vbi ad preces alicuius potentis viri beneficium dignitaſque Eccleſiaſtica conferũtur,modo ſimplices præces ſint,cum ob rationes in prima quæſtione allatas,quę & hic locum ſibi vindicant , tũ quod ſcimus quotidie Romanos Pont. rogatos a principibus chriſtianis ad eorum arbitrium dignitates eccleſiaſticas,& beneficia huic , vel illi contuliſſe,& nemo ſanus ſimoniã ab ipſis cõmiſſam eſſe,cõtendet,immo prudentiſſimum factũ aſſeret,quãdoquidem dicti Principes beneficiis huiuſmodi illecti ab Eccleſia , quæ eorum præces audit,ad chriſtianam fidem tuendam magis, magiſque prouocãtur. Hinc,quo amicitia inter Principes ipſos concilietur,in proximiorib. cõſanguinitatis,affinitatiſq; gradib. Romana Eccleſia cũ ipſis diſpenſat, vt hẽtur apud Trid. Synod. ſeſſ. 24.de reform.matrimonii c.5. Hinc,& ſi in hære ſim relapſus curiæ ſeculari traditur, eſto ad fidẽ redeat,vt dicitur in c.ſuper eo de hæret.lib.6.tamen ob principis viri potẽtiam,& vt pax in chriſtiana republica ſit,eccleſia huic parcit , quæ nil aliud eſt,quam iuriſdictionis eccleſiaſticę functio. Sicut igitur hic ſimonia nõ committitur ob potentiam,ita neque etiã in caſu propoſito. Non ergo etiam Eccleſiæ Antiſtites,vt Epiſcopi, qui in regnis huius,vel illius Principis viri beneficia conferunt,ſimoniam committunt,ſi eorum principum pręces in his caſibus audiant.

Hæc autem regula locum habet,etiã ſi nõ ſimplices præces,ſed ob timorem,non tamen probabilem beneficium cõfertur,exempli gratia quia princeps ille non conſueuit indignari,ſi quid ipſi denegetur. Simonia ergo nec hic committitur quandoquidem timor hic non eſt huiuſmodi, vt inferat damnum pecunia æſtimabile,atq; in hãc ſententiam accipiendam eſſe gl.cenſeo in c.1.in uerb.timor 1.q.6.quę ait timorem non inducere ſimoniam,ſicut etiam Additio ad eam, quæ & alios idem ſentientes refert,eſto peccet,vt ait Gl. ibi,qui ratione hac beneficium impetrat. Idem, vt metu collatio facta ſimoniaca non ſit, aſſeruit Sot.de iuſt.& iur.lib.9.q.7.ar.3.in reſp.ad tertiũ verſ.At quia in ſermonem de præcibus,& fauore incidimus,& hoc ob eam rationem, quod dare metus cauſa,nõ eſt dare prętio, quandoquidem dans,vt metum repellat,nihil recipit. Metus igitur ſimoniam non inducit, niſi in commodum pecuniarium redundet.

Item

Item ſimonia non committitur, ſi ob præces potentis alicuius beneficium confertur, quo eius amicitiam,& gratiam ſibi conciliet, ut probauimus antea.

Tertio neq; committitur ſimonia ab eo, qui rogans pro aliquo, qui indignus eſt,& non valens quidquam obtinere, adit eum, qui plurimũ apud Epiſcopum poteſt,& cui epiſcopus negare nõ audet, quo pro ipſo præces adhibeat, nam eſto vterque peccet, ſimonia tamen non committitur, ex quo nihil pecunia æſtimabile datur, accipiturue, non enim indignitas ſimoniam inducit, vt antea probauimus.

Excipitur tamen. primo, vbi beneficium ob id confertur, quoniam probabiliter timet, ne ſi contrarium faciat, aut inde eiiciatur; aut damnum aliud graue ſibi, ſuiſue inferatur, qui eidem potenti viro ſubiecti ſunt, nam vitiatio huius dãni pecunia æſtimabilis eſt, arg. c. dilectus filius de ſimon. atque ſic dixit Sot. eo. ver. Sed tamen quãdo ille metus incuteretur, & exempli declarati, vt ſi rex, eiuſue aulicus Epiſcopo cominaretur, niſi ſacerdotium huic conferet, eum gratiam regis amiſurum, neque aliud conſecuturum, quamuis mẽtalis ſimonia eſſet, ſi nulla pactio expreſſe, tacitaue interueniret, vt habetur in c. fi. de ſim.

Secundo excipitur, vbi quis prætio induceret principem aliquem virum, quo prçces pro eo pẽderet,& rogaret, exempli gratia epiſcopum, quo ei beneficium conferret, nam ob prætium, quod tribuitur, promittiturue, ſimonia cõmittitur: ſecus, ſi quid modicum elargiretur, quod veriſſimile non eſt inducturum principem illum virum ad id, arg. c. & ſi quçſtiones de ſimon. quamuis ipſe ſimoniam committat, qui dedit, ſi pretii nomine dedit & hac intentione. In his ergo caſib. iura ſupra citata locum habere poſſunt, prærerquã quod ad ea iura reſponderi poteſt, vt reſponſum eſt in prima quæſtione.

Tertio excipitur, quoad peccatum, vbi pro indigno præces a potẽte factas quis ob metum, audit, in hoc enim caſu, eſto ſimonia non committatur, vterque tamen peccat, nam princeps pro indigno prçces fundere non deberet, ne in Eccleſiç damnum redũdaret, nec antiſtites ipſum ob præces metumue audire, ſed potius pontificalem dignitatem exemplo ſanctiſſimi illius Thomæ Cantaurenſis Epiſcopi profuſo ſanguine tueri, & facit c. conuenior 23. qu. 8. & ſic ſenſit quoque Sot. eod. verſ. At, quoniam dictum eſt ob metum, & in hoc etiam caſu contraria iura locum habere poſſunt, quandoquidem dignis beneficia Eccleſiaſtica tradenda ſunt; non autem ob huius illiusue potentiam indignis vt habetur in cap. quibuſdam 1. qu. 1.

Poſtremo excipitur, ubi potentia illa princeps ille vteretur pro pretio, vel antiſtites eadem ratione acciperet, eſto enim ſimonia vere, ac proprie non committatur, intentione tamen fit talis & in hoc etiam caſu eadem repugnantia iura locum habere, poſſunt. Verum, quid ſi præces pro ſe quis adhibeat, vt beneficium conſequatur, an ſimonia committetur? Hãc quçſtionem in ſequẽti abſoluemus.

S V M M A.

1 *Præces adhibens pro ſe, vt beneficium eccl. conſequatur, an ſimoniam committat.*

2 *Peccatum non committit, qui ad concurſum beneficij vadit.*

3 *Peccatum non committit, qui a patronis præſentatur ad beneficium, vel eligitur, modo dignus ſit.*

4 *Præces adhibens pro ſe, quo beneficium ſimplex, penſionemue accipiat, ſimoniam non committit, modo dignus ſit,& egeat, alias peccat.*

5 *Petens beneficium, ſi idoneus ſit an ſimoniam committat, ſi ob Zelum Dei id non faciat.*

6 *Petens beneficium animarum curam habens in primis ob Zelum Dei ſimoniam non committit.*

7 *Ordines ſi quis conſequatur præcibus adhibitis, an ſimonia committatur.*

8 *Sacramenta,& ſpiritualia alia ab ordine,& beneficio ſi quis præcibus acquirit, an ſimoniam committat.*

§.VIII.

1 Quçſtio nobis explicanda eſt † vt poſuimus an, qui ſimplices prçces pro ſe fundit, ſimoniam committat, quo beneficium eccleſiaſticum cõſequatur. In qua quæſtione variæ DD. ſententiæ ſunt, vt gl. Inn.& Abb. referunt in c. tuã de ætat.& qualit.& Syl. in verb. Simonia quç. 16. verſ. Tertium, ibi Si uero porrigit.

S. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 5. in reſp. ad 3. ait, ſi qs pro ſe roget, vt obtineat curam animarum, ex ipſa præſumptione indignum ipſum reddi,& ſic p̃ces pro indigno fieri, licite tamen poſſe quem, ſi ſit indigens, pro ſe beneficium eccle. petere ſine cura animarum. Hæc S. Thom, ex quibus duo habentur. Primum petentem animarum curam ob prçſumptionem indignum reddi,& hoc ob rationem, quam alibi ipſe reddidit, quia ſine gratia Dei quam nullus ſcit ſe habere, non poteſt quis exercere curam animarũ digne,& ob id præſumtuoſus videtur, vel ſuperbus, qui omnibus, quibus prçeſſe vult, ſe credit meliorẽ, aut iniuſtus, ſi hoc non credit, ita S. Thom. quodlib. 2 ar. 10. Alterũ, vbi quis dignus eſt,& indiget, hunc beneficium ſimplex animarum curam non habens licite petere poſſe: quæ duo ſequitur Caie. ibid.& Syl. eo. verſ. Si vero porrigit. Prætermittit tamen S. Tho. vnum, an in primo caſu ſimonia cõmittatur, eſto Syl. ibidem hoc ei tribuat, cum tamen re vera ſimoniæ mentionem ibi nullam faciat, idque iure 2
nouerat enim ſanctiſſimus, ac doctiſſimus uir ſimoniam nõ committi, niſi, vbi quid pecunia çſtimabile prçtii nomine pro ſpiritualibus interuenit, cuiuſmodi ſimplices præces adhibitæ non ſunt, ut ſupra probauimus. Eſto igitur hic præſontuoſus,& arrogans exiſtimetur, non tamen ſimoniacus a S. Thoma haberi videtur, quicquid dixerit Syl.

Gl. vero in c. tuam de ætat.& quali. vno excepto

pte

pro ſequi uidetur ſententiam S.Thomæ:nam ait, ſi dignus quis exiſtens egeat, & ob id beneficiũ poſtulet,ambitioſum hunc non exiſtimari,quãdoquidem ob neceſſitatem petere cenſetur, & hoc ob cap.filium,§.non itaque, 1.q.1.ibi enim preces eæ tantum damnãtur,quæ à ſe, vel ab amicis fiunt carnali affectione,& ambitione,ergo ſecus ſi neceſſitate. In hoc igitur idem cum San. Thoma ſentire uidetur,ſicut etiam in alio quatenus inquit preces ambitioſas eſſe, & illicitas, ſi pro ſe eas adhibeat,ut in prçlatum eligatur. Et hoc ob c.nullus itaque 1.q.1.vbi prohibetur, ne per ambitionem ad Epiſcopalem dignitatẽ quis permittatur accedere. Diſſentit autem in hoc, quatenus inquit,ſi petens beneficium nõ egeat, poſſe dici tunc ſimoniacum hunc eſſe: hoc enim San.Thom.non dixit,quippe,quia neque uerum eſt,ut probabimus,niſi animo intendat orantem precibus tanquam pretio uti ad beneficium obtinendum: uerum ſimonia uere, ac proprie tunc non eſt,ut alibi ſupra diximus.

Hugo autem,quem refert Gloſſ.in citat.capi. tuam,quantumcunque quis dignus ſit, ſi preces pro ſe fundat,ſimoniam committere ait. Et hoc ob cap.ordinationes 1.q.1. ubi falſæ iudicantur ordinationes, quç precibus fiunt. Idem ſenſit Gloſſ.in eodem cap.ordinationes, nam ait ſimpliciter ſimoniã induci,ſi quis pro ſe petat,quandoquidem talis ſe ingerit,quod non licet, ut habetur in cap.in ſcripturis,8.q.1.& in cap.per ueſtras de iur.patron. Hanc opinionem improbat Gloſſ.in cap.filium,§.non itaque in uerb. Ordinandi,1.q.1:nam ait ibi, Si opinio Hugon. uera eſſet multos condemnaret. Ego itidem opinionẽ hanc falſam eſſe cenſeo,& hoc ob eam rationem, quia nulla ratione probatur. Nam cap.ordinationes nihil facit,tum quòd etſi falſç iudicantur ordinationes,quæ precibus fiunt, non tamen ſimoniacæ ibi dicuntur,quod probandum erat:tũ quòd ſi uerum hoc eſſet,& ordinationes precib. factæ pro indignis ſimoniacç dicerentur, quod eſt contra ca.latorem,1.q.1.non enim dignitas, indignitaſue ſimoniã inducit,tollitue, uel quod pro ſe,aliiſue fiant.

Abb.quoque in cit.c.tuam multa quidem dixit hac de re,ſed confuſe, & ob id non eſt, quod ea referamus. Quid igitur in tanta opinionum confuſione concludendum ? Ego ut materiam hanc totam explicatam habeamus, tria contemplanda mihi propono.Primum an ſimonia committatur,ſi ut beneficium eccl. conſequatur pro ſe quis preces adhibeat.Deinde,ſi ut ordines ipſi conferantur.Tertiò ſi ut alia ſpiritualia.

2 Quoad primum igitur†prçmitto prius eos nõ peccare, qui beneficia vacantia per concurſum habere legitime contendunt, & ob id nec eos, qui ad concurſum beneficiorum eunt. Tum qđ per edicta publica ad id uocantur, quæ ab ordinariis proponuntur, & ob id arrogantiæ uitium euadunt.Tum quod ſic uoluit,& ſanciuit Tridẽ. Synod.ſeſſ.24.cap.18.de reform. Tum quòd & poſt concurſum,ſi iniuria concurrenti fiat,appellare poteſt,ut cautum eſt per extrauag.Pii V.incip.In conferendis beneficiis,lata anno 1566.ca
3 lend.April.Pont.ſui anno ſecundo. † Item prætmitto eadem ratione, nec prçſentatos à patronis uel electos,poſtulatos, nominatoſue peccare,argum.tot.tit.de elect.& de poſt.& de iure patron. Quare in prædictis caſibus nec ſimoniam committi pro certo habendum eſt,modo ratione alia ſimonia non interueniat.(Id quod quando fieret,ſuo loco antea declarauimus) nam,qui ſimoniam committit,peccat,argumen.ca. tanta de ſimon.& ut ſupra ſuo loco probauimus, at in prædictis caſibus non peccatur, ergo nec ſimonia committitur. Poſtremò permittente lege id ſit, ergo hac quoque ratione ſimonia non committitur,argumen.l.Gracchus,C. de adult. & c. qui peccat,23.q.2.His prçmiſſis,quoad quæſtionem noſtram ſic diſtinguendum cenſeo. Aut
4 quæritur, an quis peccet; † & in hoc caſu, ſi is, qui precibus utitur ad beneficium ſimplex impetrandum,penſionemue,idoneus ſit, & eget,id licite facere,& non peccare hunc ſentio, ut dixit S.Thom.eod.& Abba.& Gloſſ in cit.ca. tuam,& DD.communiter,vt ſenſit Syl.in uerb.Simonia, q.16.uerſicu.Tertium,ibi, Sed ſi porrigit pro ſe. Quare ob id ſimonia nec hic committitur, ut Syl.ibid.ait.

5 Si uero † quis indignus ſit,& non egeat, ipſum peccare concludo,eſto ſimplex beneficium precibus impetrat,ac plane,ſi ganeo,ſi ſcurra, notoriuſue peccator ſit,nõ uideo qua ratione Chriſti Domini patrimonium ſine graui offenſa diſſipandum ei tribuatur. Hoc autem multo magis locum habet ſine dubitatione,vbi beneficium eccleſi.animarum curam habens precibus conſeq. indignus intendit,exempli gratia parochiam aliquam,& Epiſcopatum,& huiuſmodi, etenim ſi arrogantiç notam ſubit,qui dignus eſt,ſi beneficium huiuſmodi precibus conſequi conetur, ut ait S.Thom.ibid.& qui eum ſequuntur(cupientibus enim hæc neganda, fugientibus uero offerenda ſunt,vt dicitur in c.in ſcripturis,8.quç.1.) multo magis,vbi indignus,quis eſt.In his igitur duobus caſibus peccat,& arrogantiæ uitio notatur,& in his caſibus ſententia S. Thom. & qui eũ ſequuntur,locum habet,ſcilicet vt peccetur,& p̃
6 ſumptionis,& arrogantiæ nomen ſubeatur.†Excipitur tamen,vbi quis dignus eſſet,& ob Zelum Dei id faceret,& nouit ſe ad id idoneum eſſe, ut id pluribus tradidit Caietan.2.2.q. 100.artic.5. in reſpon. ad tertium & Sot.de iuſtit.& iur. lib. 9.q.7.art.3.in reſp.ad 3.verſ.Tertium dictum D. Thom.ibi Secundò id arguitur,& præſertim ubi uidet dignitatem aliquam eccleſiaſticam animarum curam habentem ab eo peti,qui inutilis Eccleſiæ futurus ſit. Ac plane, quis eum arrogãtem aſſerat, qui in regnis(vbi hæretici magna ex parte ſunt)uidens eccleſiaſticam dignitatem aliquam uacantem in hçretici manus peruenturam,ſibi,qui chriſtianus uere eſt,ac fidelis,& idoneus,ad eam accipiendam,eiuſque curam gerẽdam ſibi conferri poſtulat? quis eum arrogantẽ

aſſerat,

aſſerat,qui vbi neceſſitas adeſt offert ſe ſe iuxta illud Iſaiæ Ecce ego,mitte me? Nemo mea ſentētia,qui rem ipſam recta conſideret, nam ob has cauſas uni multas parochias commiſſas petentibus a Romano Pont.audiui,alias ergo arrogantiæ uitium ſubitur.

Aut quæritur,an ſimonia committatur, & in hoc caſu re diu,accurateque perſpecta ſimoniam non committi concludo,uel beneficium eccleſiaſticum animarum curam habens prçcibus ſibi paret. Id quod probatur primo hac ratione,quoniam nec ſimoniam committit,qui præcib. ſimplicibus pro alio adhibitis beneficium huiuſmodi ei acquirit,vt ſupra probauimus, ergo neq; ēt, vbi præces huiuſmodi pro ſe interponit, cum ratio alia,quæ ſimoniam inducat,in hoc caſu nō ſit atque in alio,ſed eadem:ergo & eadem iuris diſpoſitio. Nec repugnat,ſi dicatur in hoc caſu arrogantię,& præſumptionis vitium ineſſe, quæ in altero caſu nō inſunt,nam eſto,id verum ſit, vt ſupra præmiſſimus,non tamen arrogantia,ac p̄ſumptio ſimplex ſimoniam inducunt,nullo enim iure id cautum habetur,ergo nec nos interpretatione cautum id eſſe dicemus, argum.l. de prætio, ff.de publ.in rem act.præſumptio igitur, & arrogantia inerit in hoc caſu,non autem ſimonia. Prętereа.vbi pro alio præces adhibentur,ob id ſimonia non committitur,quoniam nihil pecunia æſtimabile prætii nomine datur,quod ad ſimoniam committendam requiritur,vt ſupra probauimus at præces huiuſmodi & hic adhibentur, ergo neque hic ſimonia committitur,etenim ſimonia ſolum committitur,vbi pecunia interuenit,ſeu aliquid pecunia æſtimabile. Tertio facit, quoniam DD.communiter concludunt, vbi quis eget,& idoneus eſt,licite beneficium ſimplex præcib. impetrari poſſe,vt præmiſſimus,at,ſi præcibus adhibitis pro beneficio impetrando ſimonia committeretur,eſto egeret,ſimonia committeretur, non enim egeſtas,paupertaſue a ſimonia excuſat, vt habetur in c.quoniam de ſim. ibi enim,ſi pro ingreſſu monaſterii aliquid paupertatis nomine tribuatur,ſimoniam tamen committi concluditur,ergo idem & hic. Neceſſario igitur ſentire debemus nec in caſu noſtro ſimoniam committi ex quo ſimoniæ materia ſpirituale eſt,nō autem paupertas,vt in ſimili dixit Dom.Sot. de iuſti.& iur. lib.9.q.6.art.2.prope finem ,ibi,Et ratio eſt potentiſſima. Poſtremo facit,quoniam, ſi eſſet ſimonia,aut eſſet iure diuino prohibita,aut poſitiuo,at iure diuino prohibita non eſt,quoniam Romanus Pont.in ea non diſpenſaret, quod tamen facit ſæpius,vbi & præcibus huius illiuſue beneficia confert,& præſertim,iis,in quorum fauorem beneficia reſignata ſunt. Non etiam de iure poſitiuo,quandoquidem id cautum non habemus ſimoniacas eſſe collationes,quæ ſimplicibus prçcibus factæ ſunt eſto cautū habeamus ne prçcib. fiant. Pro regula igitur habebimus ſimoniam nō committi ab eo,qui ſimplicibus præcibus eccleſiaſticum beneficium ſibi acquirit. Quā opinionem ſequitur etiam Inn.in ci.c.tuam de ætat.& quali.& Gl.in c.filium.§.non itaque 1.q.1.tam quoque ſequitur Stylus Romanę Curię,vt proxime innuimus, & refert Syl.ead.q.16.uerſ. Tertiū Idem quoque ſenſit.S.Thom.eo.arti.5. in reſpo. ad 3.eſto Syl.ei cōtrarium adſcribat,vt vidimus & male,nam ſolum inquit indignum reddi ex p̄ſumptione,non autem ſimoniacum eſſe qui ergo præcib.beneficium ſibi comparat, ſimoniam nō committit. Quę regula locum habet ob eaſdem rationes,eſto indignus ſit. Item,vel nō egeat,eſto in utroque caſu peccet,& in hoc caſu contrarię opiniones locum habere poſſunt. Excipitur tamē ubi præcibus quaſi prætio utitur,nam ſimoniam animo concipit,non tamen quæ uere,ac proprie ſimonia ſit,ut in antecedentibus quęſtionibus uidimus. Et in hanc ſententiam quoque contrarię opiniones accipi poſſunt: Sed de quęſtione hac ſatis,ad alteram ueniamus.

7 Quoad ſecundam quęſtionem † an ſcilicet ſimonia committatur ſi præcibus adhibitis quis ordines ſuſcipiat. Concludēdum breuiter & hic eſt,ubi prçces ſimplices ſunt, ſimoniam non cōmitti,eſto enim ordines præcibus conferendi nō ſint ſed iis,qui digni ſunt,vt habetur in c. ordinationes,& in c.de ordinationibus,& in ca. quibuſdam,& in c.pueri 1.q.1.non tamen ſimonia committitur,ſi contrarium fiat ob rationes in antecedentibus quæſtionibus allatas;ſed de quęſtione hac itidem ſatis.

8 Quoad tertiā † an ſimonia committatur, ſi præces ſimplices adhibeantur,quo reliqua ſacramēta,ac ſpiritualia conſequantur,DD.communiter ut teſtatur Syl.in uerb.ſimonia,q.16.uerſ.Tertiū ibi,Vnde cum eo ſic diſtingunt,& Io. Tabi. eod. nu.13.uerſ.Porrigere præces pro aliis ſacramentis,DD.inquam communiter concludunt,Simoniam non committi,& hoc ob eam rationē quoniam ſacramenta hæc,& ſpiritualia alia licet prçcibus impetrare. Ego autem ſententiam hanc & concluſionem DD.uti ueriſſimam ſequor,nō ob rationem eorum,ſed ob hanc,quod,ut ſupra diximus,ſimplices præces ui ſua pecunia æſtimabiles non ſunt,& ob id prætii rationem habere nequeunt:id quod ad ſimoniam concipiendam poſtulatur,ut alibi ſupra probauimus. Quare, qui p̄cibus impetrat ingreſſum monaſterii,ſimoniam non committit,vt habetur in ca.tua,ibi Rogans humiliter de ſimon Minus ergo,qui baptiſmum confirmationem, Euchariſtiam , pęnitentiam, aliaque ſacramenta,ut ſibi adminiſtrentur impetrat imo iis in primis tribuenda hæc ſunt quandoquidē hic auaritiæ & ambitionis ſuſpicio ceſſat & ſalutem animæ optare uidetur,quod Eccleſia in primis quærit,& elaborat. Non itidem,qui alia ſpiritualia,exempli gratia, ut diuina pro ſe fiant,ut miſſæ ſacrum aliæque præces. Item,ut ędes aqua benedicta aſpergantur, aliaue huiuſmodi. Sed de præcibus ſimplicibus iam ſatis,ad præces,quę ſimplices non ſunt,tranſeamus.

De verbis, ideſt muneribus, a lingua, quæ præces ſimplices non ſunt.
Cap. LIX.

S V M M A.

1 *Praces non ſimplices quænam ſint.*
2 *Præcibus non ſimplicibus ſi ſpiritualia quis conſequatur, ſimoniam committit.*
3 *Beneficium conferens cuipiam pacto interueniente, vt is, cui eſt collatum, conſanguineis conferentis ſubueniat, ſimoniam committit.*

VIDIMVS ſupra, vbi ſimplices præces pro ſpiritualibus habendis fiunt, ſimoniam non committi, modo uideamus ubi ſimplices præces non ſunt, ſed naturam præcum egrediuntur, an ſimonia nõ
1 committatur. † Id quod, ut dilucidius fiat, ſciendum eſt, quod ad rem noſtram hanc pertinet tunc præces ſimplices non eſſe, ſed earum naturã egredi, vbi ſecum annexam habent, aut commodi alicuius certi conſecutionem, aut damni uitationem, nã præces ſua ui hæc non afferunt, ergo ſuam naturam egrediuntur, ubi hęc efficiunt. Si ergo quis roget aliquem Epiſcopum, ut beneficium eccl. ſuo filio cõferat, tacito, expreſſimue promittẽs ſe litem deſerturum, quam contra ipſum habet, uel debitum, hæ pręces ſimplices non ſunt, ſed commodum certum ſecum afferunt. Si iiidem Princeps, qui in carcere incluſum habet conſanguineum Epiſcopi, rogat Epiſcopum, ut cuipiam beneficium conferat, innuens tacito erga ſuum conſaguineum ſe benigne præbiturum, pęnamque remiſſurum, quod hic damnum uitatur præces etiam ſimplices non ſunt, ubi commodum, damnumue pecunia ęſtimabile ſecum afferunt.
2 An igitur † his adhibitis pręcibus, ſi beneficiũ eccl. ordines, ſpiritualiane quis conſequatur, ſimoniam committit? Concludendum breuiter eſt ſimoniam hunc committere, nam ſic ſenſit Inno. in c. tuam uerſ. Forte melius de ętat. & quali. ibi enim ait ſimoniam non commitere, qui præces fundit pro ſpirituali, niſi intendat ſe obligare illi, quem rogat, uel exonerare aliquem ab aliquo ſeruitio, quod ei fecerat, ita Inn. ibid. & pręces huiuſmodi ſecum commodum afferunt, ſcilicet uel obligationis acquiſitionem, uel ſeruitii remiſſiouem, & ob id ſimplices præces non ſunt ergo ſimonia committitur. Eundẽ ſequitur Abb. ibidem nu. 3. uer. Vnum tamen aduerte. Idẽ quoque ſenſit Caiet. in ſum. ibi quinto no. qđ triplex muneris genus in uerb. Simonia, & Io. Tabi. eo. n. 13. uerſ. Et aduerte ad unum. quod quãdo, & Syl. eod. q. 16. uerſ. Tertium, ibi Vnde dicit Director. & Guliel. Redoan. de ſimon. 1. p. c. 26. num. 7. & Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 7. ar. 3. in poſtrema concluſione uerſ. Poſterior concluſio, nã ibi exemplo explicans, quando ſimonia committatur, munere a lingua, inquit, ut ſi Epiſcopus præcib. ad temporalem utilitatẽ capiẽdã inflexus ſacerdotium conferat, ea ſcilicet intentione, ut fauurem captet, ex quo ſibi aliqua poſſit ratione collationis ꝑuenire utilitas. Hæc ibi So. ex quib. id, quod dictũ eſt probatur, ſcilicet munus a linqua tunc ſimoniã inducere, ubi eſt pecunia æſtimabile, & affert utilitatem. Communis denique DD. ſententia hęc eſt. Quæ & probatur ratione, nam præces huiuſmodi pecunia æſtimabiles ſunt, ut per ſe patet, at, ubi pro ſpiritualibus quidpiam pecunia æſtimabile tribuitur ſimonia committitur (emere enim ea ratione quis ſpiritualia uidetur) ergo his pręcibus ſimonia committitur. Poſtremo, ſi præcibus non adhibitis, ſed conuentione tantum uel tacito facta de remittendo debito quopiam, uel de obligãdo ſe ad aliquod pecunia eſtimabile pro re ſpirituali conſequenda, ſimonia committitur, argu. c. de hoc de ſimon. & c. cum eſſent. & c. nobis de ſimon. cum ſimi. ergo & ſimonia committetur pręcibus adhibitis an-
3 nexa hmôi habẽtibus. † Quare, ſi quis beneficiũ alicui cõferat ad p̄ces alicuius, quo deinceps ſuis conſanguineis prouideatur pacto intercedente, uel intentione ſimoniam committit, ita S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 2. & Ang. in uerb. Simonia. 5. nu. 1. & Gul. Redoan. de Simon. 1. p. c. 26. in fine. In omnibus ergo caſibus in initio propoſitis ſimoniam quis committit. Excipio tamẽ, ubi nullum pactum tacitũ, expreſſumue intercedit, ſed ſimpliciter ad præces alicuius ſpiritualia quis p̄bet, ſperans ſe inde eius beneuolentiam ſibi conciliaturum, & ob eam commodum conſecuturũ. In hac igitur materia præcum ſic concludendũ cenſeo: iam de laudibus agamus: id quod in ſeq. præſtabimus.

De laudibus, & adulationibus, an ſi pro ſpiritualibus habendis fiant, muneribus itidem a lingua, ſimonia committatur.
Cap. LX.

S V M M A.

1 *Laudes, & adulationes, ſeu aſſentationes quid ſint, quatenus ad rem noſtram pertinet.*
2 *Laudes, & adulationes quotuplices ſint.*
3 *Laudans ſimpliciter, & commendans quempiam, quo beneficium eccl. ſpiritualeue aliud cõſequatur, ſimoniam non committit, qua regula, quouſque pateat, declaratur.*
4 *Laudans quempiam, quo beneficium eccl. ab eo conſequatur, ſpiritualeue aliud ſimoniam non committit, ſi laudes ille adiunctum commodum aliquod habẽt pecunia æſtimabile, uel damni euitationem.*

QVAESTIO nobis demum explicanda hæc eſt, an laudibus, & aſſentationibus ſimonia committatur, ideſt an qui laudat quempiam, quo beneficium eccleſiaſticum, ſpiritualeue aliud ipſe tribuat

tribuat ſibi,ſimoniam committat;id quod vt di-
1 lucidius fiat.†Præmitto primum laudes hic acci
pi eas,quibus quis quempiam commendat, ex-
tollitue,aſſentationes vero eas eſſe, quibus quis
arridet in omnibus alicuius iuxta Gnatonẽ Te-
2 rentianum Si aiunt,aio,rurſus ſi negant nego.†
Secundo pręmitto etiam laudes huiuſmodi bi-
pertitas eſſe,ſicut etiam præces, partim , quę ſim
plices landes ſunt,& laudum naturam non egre
diuntur,quæ ab eo fiunt,qui ſimpliciter quem-
piam laudat.ad nihil aliud reſpectũ habens,par-
tim,quæ laudum naturã egrediũtur, ſed eo artifi
cio,eo tempore , apudque eas perſonas fiunt , &
ob eum finem,quo laudatus commodum quod
piam pecunia æſtimabile acquirat,periculumue
euadat.His præmiſſis de his ſingulis , & prius de
primis,an per ipſas ſimoniã cõmittatur,agamus.
3 Quoad primas igitur†ideſt quoad laudes ſim
plices,breuiter cõcludo,vbi quis ſimpliciter lau-
dat,commendatue quempiam, quo beneficium
eccl.ſpiritualeue aliud ab eo conſequatur , hunc
ſimoniam non committere. Nam ſic inquit Ca
iet.in ſum.de ſimonia uerſ.Quinto nor. Quinto
nora,ait enim ibi qđ triplex muneris genus,ſcili-
cet a manu,vt pecunia,& alia bona mobilia, &
immobilia ab obſequio,vt ſeruitia,& a lingua,vt
laus , adulatio , præces,& cæt. Ad hoc , ut ab Ec-
cleſia ſimoniam punitam conſtituat , exigitur,
quod prætii rationem habeat,alioquin ad uen-
ditionem ſpiritualem non ſpectabit, vt emptio.
Et propterea ſi laus,adulatio,pręces non niſi per
modum laudis,per modum adulationis,per mo
dum præcum concurrunt quantũcunq; ſint nefa
rię,carnales,ac pro indigno,& efficaces,itaqđ in
ducãt prælatũ ad dandũ beneficium ad conferen
dum ordinem,& cæt.Simonia vere,& proprie nõ
incurritur,quamuis crimen aliud incurratur,qa
nulla eſt hic uenditio,& emptio niſi mentalis, ſi
intẽtio adulãtis aut prælati eſt adulationẽ,vt prę
tium ponere.Ecce hic aperte ait Caiet. per lau-
des, & adulationes ſimoniam vere,ac proprie nõ
committi,ſi per modum laudum , & adulationũ
fiant,ideſt,ſi ſimpliciter quis laudet,aduleturue,
idem ſentit S.Thom. 2.2.q.100.art.5.ad.3.ibi.n.
declarans quid ſit munus a lingua,inquit eſſe ip-
ſã laudẽ pertinentem ad fauorem humanum,quĩ
ſub prætio cadit.Si ergo ea laus ſimoniam indu
cit,quæ fauorem prætio æſtimabilem parit,ergo
ſecus ſi laus ſit,quæ id non operetur , idem quo-
que ſentit Nauar.in Man,c.23.nu.102.uerſ.De-
cimo,& Sebaſtianus Medices in Sum.peccatorũ
capitalium 1.p.q.116.et Do.Sot. de iuſti.& iur.
lib.9.q.7.ar.3.in reſpon.ad 3.arg.uerſ.Ad tertiũ,
plura D.Thom.Cõmunis denique DD.ſententia
hęc eſt.Quę & ratione probatur,nam vt ſimonia
committatur uere,ac proprie neceſſario requiri
tur,vt pro ſpirituali prętii nomine quid pecunia
æſtimabile tribuatur,ut probauimus ſupra, & ha
betur in tot.titu.de ſimon.at laudes huiuſmodi,
quæ fiunt ob id,quo laudatus ei beneficium con
ferat,pecunia æſtimabiles non ſunt,ut per ſe pa-
tet,ergo ipſis ſimonia non committitur.

Quæ regula locum habet non ſolum , ubi lau-
des veræ ſunt,verum etiam ubi falſæ , eſto enim
peccetur,non tamen ſimonia vere committitur,
ut ſenſit Caieta.ibidem . Item locum habet vel
deinceps laudatus beneficium ei tribuat,vel or-
dinem aliudue ſpirituale impulſus eiſdem laudi
bus,vt dixit idem Caięta.eodem in loco, Quare
qui aut verſibus,aut ſoluta oratione quempiam
antiſtitem commendauit, ſi ob id inductus an-
tiſtes ille beneficium aliquod ei tribuit, ſimo-
nia commiſſa non eſt . Non idem , ſi quo quis
abſolueretur ab Eccleſiaſtico iudice,verſus quoſ
dam in eius laudem conſcripſit.

Excipitur tamen , vbi laudes huiuſmodi,
eſto natura tales non ſint , pro prętio tamen &
fiunt,& accipiuntur, tunc enim intentione ſi-
monia fit, eſto ſimonia uere , ac proprie dici ne
queat,ut ſenſit Caieta.ibidem. verſicu. Simonia
vere , ac proprie iuncta verſic.niſi mentalis, &
ob id eius generis non eſt, quæ ab eccleſia pu
niatur.Sed de his laudibus ſimplicibus hactenus
iam de aliis agamus.
4 Vbi uero † ſimplices laudes non ſunt, ſed
& tempore apud eas perſonas , & eo animo
fiunt , quo laudatus aliquid pecunia ęſtimabi-
le conſequatur , pro regula habendum eſt ſi-
moniam committi , ut cit. auctores ſupra eiſ
dem in locis ſentiunt . Quare , qui aut apud
Romanum Pontiſ. Epiſcopum quempiam lau-
dat , ut opulentiorem Epiſcopatum ei tribuat,
& ob id ab Epiſcopo ipſe beneficium expectat,ſi
ne dubitatione ſimoniam committit, ut dixit
Nauarr.in Man. capit. 23.numer. 102. uerſic.De
cimo , etenim laudes huiuſmodi ſimplices non
ſunt, ſed commodum pecunia æſtimabile con-
tinent , idem dixit Sot.de iuſtit . & iur. libr.5.
quęſtio.7.artic.3.in reſponſ.ad 3. argumen. uer.
Non enim Diu. Thom. nam ibi ait ſi Epiſco-
pus ſacerdotium regis famulo conferat , ut ſe
apud regem laudibus efferat , quo hamo pin-
guiorem eccleſiam poſſit expiſcari , & ob id
principaliter facit, ſimoniam committi. Item
ſimonia commitittitur , ſi ob id laudat , quo
antiſtes periculum aliquod pecunia ęſtima-
bile euadat , exempli gratia apud Romanum
Ponti.erat quis infamatus quamobrem timen-
dum erat ne damnum pateretur.Si ergo ut peri-
culum hoc euadat, eum laudet , ſimoniam cõ
mittet,quę mentalis erit, ſi nihil ſit dictum, &
ob id pœnitentia delebitur, & ſi pacto interue
niente conuentionalis ex parte tantum executio
ni mandata, ubi uero ab utraque parte erit
realis.

Excipitur tamen , ubi ſolum quis eum lau-
daret , quo prędicta conſequeretur , ipſe ue-
ro ſatis habens,ſi eius antiſtitis amicitiam ſibi
concilietur,ex qua deinceps ſperat beneficium
ab eo collatum iri, in hoc enim caſu ſimoniam
non committi ſentio, tolleretur enim quodam
modo officium charitatis ſi pro miſeris interce-
dere nõ liceret quæ diximus autem de laudibus
eadem & de aſſentationibus ſentimus. Atqui dę
munere

munere à lingua hactenus,& de pretio quo interueniente ſimonia committitur: iam definitionẽ ſimoniæ ponamus.

S V M M A.

1 *Simonia quid ſit,quatenus contractus quidam eſt.*
2 *Simonia quid ſit,quatenus delictum quoddam eſt.*
3 *Definitio ſimoniæ communiter tradita an bona ſit.*

§. I.

SEx dictis iam hucuſque de effectibus ſimoniæ,& de materia eius definitionem iã colligamus,vt promiſſimus, & hic ponamus. Verum quod ipſa conſideratur, & quatenus contractus quidam eſt,& quatenus eſt delictũ, ideo vtriuſque definitionem,& primo quatenus contractus eſt, afferamus.

1 Simonia igitur eſt† contractus non gratuitus, non purusue de re ſpirituali,eiue annexo,diuino humanoue iure improbatus.

Dixi,Contractus,ut ſub quo genere humanarum actionũ eſſet,dignoſceretur; ſimonia enim ſemper committitur per cõtractum, aut nominatum,aut innominatum,vt vidimus antea.

Dixi,Non gratuitus,vt ſignificetur,tunc ſimoniam in primis cõmitti,ubi quidpiam pretii nomine pro re ſpirituali interuenit, & ut ſeparetur a contractibus non gratuitis, quibus ſimonia ſæpius non committitur.

Dixi,Vel nõ purus,quo ſignificentur etiam cõtractus gratuiti, ſed improbati, cuiuſmodi reſignationes in fauorem huius, uel illius ſunt quib. ſimonia etiam committitur;nam,ut multis in locis diximus,& habetur in c.cum pridem, & in c. ſi.de pact.& in c.quam pio, 1.q.2.& in ca.tua nos de ſimon.pure,ſimpliciter,ac ſine modo, & conditione ſpiritualia conferri debent, alioquin ſimonia committitur.

Dixi,De re ſpirituali,eiue annexo,ut circa quę ſimonia committatur,ſciamus,ſimulq; ut ſeparetur a rebus,q̃ nec ſpiritualia,nec eis annexa ſunt.

Dixi,diuino iure improbatus,quo ſimõnia cõprehendatur,quæ diuino iure prohibita eſt, & in iis uerſatur,quę ſpiritualia per ſe ſunt,ut dona ſpiritus Sãcti,uirtutes theologicæ, gratia gratum faciens,ſeptem ſacrã, & iuriſdictio eccleſiaſtica.

Dixi deniq; Humanoue iure improbatus,quo comprehendatur ſimonia, quæ diuino iure prohibita quidem nõ eſt,ſed poſitiuo: cuiuſmodi ea eſt,quæ aut in permutationibus beneficiorũ cõmittitur,aut in reſignationibus in huius,illiusue fauorem,quæ ſine ſuperioris auctoritate fieri nequeũt,ut antea uidimus:ſed de definitione ſimoniæ,quatenus contractus,ſatis;iam alteram afferamus,quatenus eſt delictum.

2 Simonia eſt delictum,ſeu crimen †quod committitur ob contractum non gratuitum,non purumue de re ſpirituali, eiue annexo diuino iure, humanoue improbatum.

Dixi,Delictum,ut ſub quo genere eſt, dignoſcamus:eſt enim ſub delicto iti genere, quippe quia eſt ſpecies eius omnium fere grauiſſima, ut habetur in c.tanta de ſimon.& in c.ſi.1.q.ult. atque ſic pro genere poſuit quoque Flor.quem refert Ioan.de Auan.in Rubr.de ſimon.uerſ. Deinde dicit D.Flo.& Zabarel.in c.nemo presbyterorum,uerſ.Oppono tertio de ſimon.

Dixi,Ob contractum non gratuitum,non puruumue ob rationes,quas diximus in antecedenti definitione.

Dixi,Diuino iure, humanoque improbatum, quo utraque ſimonia,tam quę diuino,quam quę humano iure eſt improbata,comprehẽdatur, ut diximus in altera definitione.

3 Quare definitio illa,†quę communiter circunfertur,& quam poſuimus capite primo in principio,ſcilicet Simonia eſt ſtudioſa uoluntas emendi,uendẽdiq; ſpirituale, uel ſpirituali annexum, non admodum mihi quadrat. Primo,quoniam ſimonia non eſt uoluntas,ſed delictum,& contractus,ut ex dictis conſtat. Nec facit,ſi dicatur,definitur,ut eſt in homine; quandoquidem definitio hæc ſolum conueniret ſimoniæ quatenus animo tantum,& uoluntate concipitur,& ob id neque reali,neque conuentionali cõueniret,immo nec mentali,ubi executioni mãdatur. Poſtremo definitio hæc non comprehendit totum definitũ nec pertinet ad omnem ſimoniam, quandoquidem reſignatio beneficii eccl.in fauorem huius, uel illius facta etiam penſione ſibi non retenta ſine ſuperioris auctoritate ſimoniaca eſt, ut antea probauimus,& tamen hic neque emptio, neque uenditio,ideſt contractus non gratuitus interuenit. Addo definitionem illam cõuenire peccato ſimoniæ animo tantum concepto. Ob has igitur rationes,eſto ea uſi ſumus ad multa, & eam non aſpernemus ob tãtorum uirorũ auctoritatem, tamen,ſi res recta perpẽdatur, amplexãda mihi nõ uidetur. Atqui de his ſatis:ad formã tranſeamus.

De forma Simoniæ tam neceſſaria,quam non neceſſaria. Cap. LXI.

S V M M A.

1 *Simoniæ forma neceſſaria quænam ſit.*
2 *Simoniæ forma non neceſſaria quænam ſit.*

1 FORMA demum ſimoniæ†neceſſaria ſunt actus,quibus committitur, ſicut enim cõtractus, & delicti formæ ipſi actus ſunt, ita etiam & ſimoniæ,quæ,ut uidimus, & delictum, & contractus eſt. Verũ,quod ſpeciatim magis,quæ ſimoniæ forma ſit,dignoſcẽt,ubi ſingularum ſpecierum formas cõtẽplabimur,ob eã rem,nihil eſt præterea,qđ huc generatim addam.

2 Forma uero†nõ neceſſaria ſunt modi uarii taciti,aut expreſſi,quibus ſimonia cõmittitur, de quibus pluribus in locis egimus, ob eã rem ſilentio eos præterimus. Hæc igitur ſunt,quæ de cauſis ſimoniæ mihi agenda uiſa ſunt,ſcilicet de cauſa efficiente,de fine,de materia,& de forma,iam

de accidentibus, quæ ab ipſis cauſis emanant, agamus.

De accidentibus, quæ a ſimonia cauſis proficiſcuntur. Cap. LXII.

S V M M A.

1 *Simonia an in veteri lege hæbreorum committi potuerit.*
2 *Simonia an in veteri lege vnquam commiſſa fuerit.*
3 *Simonia an hodie apud hębreos committi poſſit, & quid de alys gentibus.*
4 *Simoniam qui primus commiſſit in veteri lege.*
5 *Simoniam qui in nouo teſtamento prius commiſſerit.*
6 *Simonia cur emptio, venditioque ſpiritualium dicta eſt magis, quam alio nomine.*

ABSOLVIMVS Dei benignitate, quinam ſimoniam committere poſſint, qui eius effectus, nec non quę materia, ac forma eius eſſentiam accidentia quędam, quæ ab ipſis cauſis emanant, contemplemur. Et quoniam hęc partim ab efficiēte cauſa, partim à fine, partim a materia, partim a forma proficiſcuntur, ob eam rem, omiſſis accidētibus, quæ a fine, de quibus nihil eſt, quod hic agamus, de reliquis, quæ ab aliis cauſis enaſcuntur, agamus. Et primo de eo accidēte, quod ab efficiente emanat. Hoc autem eſt, quisnā primo ſimoniam commiſerit. Verum, vt id dilucidius habeamus, præmittenda hæc ſunt. Primum an ſimonia in ueteri lege committi potuerit. Deinde, an unquam fuerit commiſſa. Tertio, an hodie committatur.

1 Quoad primum igitur† pro certo habendum eſt apud hębreos in veteri lege ante Chriſti D. aduentum, immo & ante legem ſcriptam ſimoniam committi potuiſſe, ideſt peccatum hoc, qđ committitur emendo, uendendoque ſpiritualia (non enim tunc ſimonia dicebatur,) Id quod ꝓbatur, quoniam & tunc ſpiritualia quædam erāt, ut donum prophetiæ, quod qui emeret, ſimoniā committeret, ut ſenſit S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 3. in princ. & in reſp. ad prim. Item ius primogenituræ, quod qui haberet, & ſacerdos erat, ita ſenſit Guliel. Redoan. de ſimon. 1. par. c. 19. nu. 1. uerſ. Et in illis, quæ ſunt annexa, & par. 3. c. 3. nu. 6. & Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. art. 1. concl. 2. uerſ. Per hæc rurſus dirimitur, ibi, Nihilominus uiua diſtinctione. Item donum ſanitatis, ac ſpiritualia, ubi ſunt, ſimonia committi poteſt, ergo & in ueteri lege.

2 Quoad ſecundum, † commiſſa fuit, ut ſenſit S. Tho. ead. art. 4. in reſp. ad 3. ab Eſau, qui primogenituram uendidit Iacob, ut habetur Geneſ. ca. 25. Hinc de eo ſic inquit Apoſt. c. 12. ad Heb. Ne quis fornicator, aut profanus, ut Eſau, qui ꝓpter unam eſcam uendidit primitiua ſua, quam qui haberet, ſacerdotium habebat. Commiſſit eam quoque Ziezi, arg. c. cum in Eccleſiæ, & c. ſicut ꝓ certo de ſimon. & in c. qui ſtudet, & in c. cito turpem, 1. q. 1. nam ut habetur lib. 4 regum c. 5. Cū Eliſeus eius dominus curaſſet Naam ſyrum a ſe pra gratia ipſi diuinitus tradita, & nihil eorum, q̄ ab ipſo Naam oblata fuerāt, accepiſſet, poſt eius diſceſſum ſecutus eſt eum Ziezi, & falſo ſe ab Eliſeo miſſum inquiens, pecuniam, & alia accepit, quamobrē, ꝙ uidebatur gratiā ſanitatis uendere uoluiſſe, ob eā rē lepra fuit ꝑcuſſus, ut ibi narrat.

3 Quoad tertium † an hodie apud ſynagogam, & hębreos ſimonia committi poſſit, concludēdū eſt nō poſſe, ut dixit Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. art. 1. concluſ. 2. eod. uerſ. ibi, At uero poſt chriſtianam redemptionem. Et hoc ob eam potiſſimum rationem, quoniam materia ſimoniæ, & ea, circa quæ ſimonia cōmitti poteſt, ſpiritualia ſunt ad animarum ſalutē data, inſtitutaue, ut antea ſuo loco uidimus, at ſpiritualia hæc apud Eccleſiam apoſtolicam tātum hodie ſunt, uetus enim lex, ueteraque ſacrificia, & ſacramēta abrogata ſunt, quippe quę ad ſalutem animarū hodie non operentur, iure igitur ſimonia apud ſynagogam committi amplius non poteſt, cum etenim ſpiritualia non adſint prędicta, nec ſimonia committi poteſt, quæ ſpiritualium hmōi uenditione, emptioneque committitur. Vel igitur hodie circunſionē, uel primogenita uendāt, ab ipſis ſimonia non cōmittetur. Multo minus apud alias gentes, quæ Chriſti fidē nunq̄ ſuſceperunt, nā nec ante nouā legē cōmitti apud ipſos ſimonia poterat.

4 His pręmiſſis, † id quod explicādum primo ꝓpoſueramus, ex parte iam habemus, ſcilicet q̄ primus ſimoniam commiſerit, ideſt delictum hoc, quod cōmittitur uendendo, emendoue ſpiritualia. Nā in ueteri teſtamento fuit primo Eſau. Itē Iaſon Antiochius gręcus, qui multum iudęos oppręſſit, uendendo ſacerdotium, ut habetur in c. ſicut Eunuchus, & ibi Glo. 1. q. 1. Item & Roboā, ut habetur lib. 3. regum c. 13. in fine, & Glo. in c.
5 eos, qui in uerb. Et tertius, 1. q. 1. Item & Ziezi. † Verum quis in nouo teſtamento? Primus refertur Simon Magus, unde poſtea ſimonia dicta eſt, nam, ut habetur c. 8. in Act. Apoſt. cum animaduertiſſet Apoſtolos miracula tanta facere, eam poteſtatem, ut haberet, quo deinceps eam uenderet, per ipſamque lucraretur, pecuniam Principi Apoſtolorum Petro obtulit, cuius impietatem animaduertens Apoſtolus, Pecunia tua ſit tibi in perditionem, inquit, qui exiſtimaſti ſpiritum Sāctum pecunia poſſideri. Hic ergo legitur primo in nouo teſtamento ſimoniam commiſiſſe, quod autem ſimoniam commiſſerit, habetur in c. qui ſtudet 1. q. 1. & in c. non ſatis, & in c. conſulere, & in c. ſicut de ſimon.

6 Verum, † cum ſimonia committatur tā a uēdēte, quam ab emente ſpiritualia, cur magis à Simone nominata eſt, ideſt uitium hoc à Simone illo Mago ſimonia eſt dictum, quā a Ziezi. Item cur vendentes dicti non ſunt Ziezitæ, quoniam Ziezi immitantur, qui ſpiritualia uendere uoluit; ſimoniaci uero, qui emunt, ex quo Simonem illū

ſequuntur

ſequuntur qni ſpiritualia emere voluit? Ob eam rem id factum eſt, quoniam Simó ille Magus abſolutam magis ſimoniam committere uoluit, q̃ ullus alius: nam uoluit gratiã ſpiritus Sancti emere, ut deinceps illam uenderet, ut dicitur in c. ſaluator, 1.q.3.& ut dixit Arch.Flor.in 2.par. Sum. tit. 1.cap.5.in princi.& Gulielm. Redoan. 1.par. cap.1.num.31.& DD.communiter lib.4.di. 25. q.1.& Dom.Sot.lib.9.q.5.ar.1.uerſ.Ad quæſtionem, conclu.1. at Ziezi eam ſolum uendere uoluit. Iure igitur a perfectiori nomen ſumpſit, arg. l.cum quæritur.ff.de ſtat.homin. Sed de hoc ſatis; ad accidentia, quæ a materia emanant, tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simonia ſpecies quot ſint.*
2 *Simonia conuentionalis quid ſit.*
3 *Simonia realis an ſpecies ſimoniæ proprie ſit.*
4 *Simonia alia eſt prohibita à iure diuino, alia a iure poſitiuo.*

§. I.

1 SA materia uero diuiſio oritur, uidendum igitur eſt quot ſpecies ſimoniæ ſint. †Simoniæ igitur ſpecies primariæ duæ ſunt; quarum altera dicitur conuentionalis, de qua agitur in c. de hoc, & in c.cum eſſent, & in c.ex diligenti, & in c.ueniens, & in c.ex tuæ, & in c. ex inſinuatione cum ſimil.de ſimon Alia nó conuentionalis, de qua in c.fin.eod.& communiter mentalis nominatur: iam, quid conuentionalis ſit, exponamus: nam definitionem alterius ſpeciei in ſecunda tabula ponemus.

2 Conuentionalis ſimonia eſt ſimonia, †quæ pacto interueniente expreſſo, tacitoue fit. Dixi Eſt ſimonia, & poſui nomen illud ſimonia pro genere, ut appareat ſub quo genere conuentionalis ſimonia ſit, eſt enim ſub genere ſimoniæ, quandoquidem ſimonia, ut genus tam de ſimonia conuentionali, quam de non conuentionali dicitur, & ſic de pluribus ſpeciebus, quod generis proprium eſt, ut logicæ artis magiſtri docent, & habetur in l.1.ff.de offic.præſid. & in l. 1. & 2.ff.de adop.& quo ſeparetur ab aliis delictis, quæ ſimoniacha non ſunt.

Dixi, Quę pacto interueniente fit: tum quo ſeparetur tanquam differentia a ſimonia non conuentionali, quæ communiter mentalis dicitur, q̃doquidem ipſa nulla conuentione, nulloque pacto interueniente fit, ut habetur in c.fi.de ſimon. tum quo ſignificetur ſimoniam hanc nó fieri, ubi conuentio non interuenit, idque iure merito, nã ſi conuentio non interueniret, abſurde conuẽtionalis diceretur, cum nomen conueniens rei non eſſet, qđ eſt contra §.eſt & aliud in Inſt. de dona.

Dixi, Expreſſo, quo ordinarius modus explicetur, qui in ſimonia committẽda interuenit, ordinarius enim modus ſeruatur, ſicut in reliquis cõtractibus, ubi expreſſe conuenitur de ipſo contractu, id quod duabus rationibus cõtingit. Primo, ubi conuenitur de ſpirituali quopiam alienãdo, ac uendẽdo, & ſimul ab uno ſpirituale, ab altero pretium ſtatim datur. Si ergo quis offerat Epiſcopo centum, exempli gratia, quo ſtatim ei beneficium conferat, & Epiſcopus ei aſſentiatur, ſimonia committitur. Secundo, ubi ſolum promiſſio interuenit, exempli gratia quis promittit mille Epiſcopo, ut beneficium ſuo filio cõferat, & Epiſcopus è contrario beneficium illi promittit, nã ſimonia nó ſolum committitur, ubi eſt perfecta, ideſt ab utraque parte executioni mandata, uerum etiam & ubi promiſſione tantum concepta eſt, ut habet in c.nobis de ſimo.ibi enim electio, ut ſimoniaca mandatur irrita fieri, propterea qđ ab eis facta eſſet, qui pecunię promiſſionem acceperant, ergo ſola promiſſione ſimonia committitur, atque ſic not. Abb.ibi nu.2.nam ait ſola promiſſione dandi temporale pro ſpirituali induci ſimoniam. Idem habetur in c.ueniens eod. & in c.2.de confeſſ.& in c.talia, uerſ. Quem tamen, 8. q.3.& ut ſenſit Glo.in c.de hoc in uerb.recepiſſe de ſimon. Idem probatur ratione, nam Simonia eſt ſtudioſa uoluntas emendi, uendendique ſpirituale, ut in initio diximus, at emptio, & uẽditio fit ſtatim, atque de pretio cõuentum eſt, eſto res nondum tradita ſit, & pretium non numeratum, ut habetur in Inſti.de emp.& uend.in prin. ergo ſtatim atque cõuenerint inter ſe, ſimonia erit cõcepta. Confirmatur hoc, quoniam eſt uoluntas emendi, uendendique ſpirituale, ergo non neceſſario requiritur ad ſimoniã præſtatio rei. Poſtremo eſt ẽt peccatum, quod & animo tantum concipitur, & concipi poteſt, iuxta illud, Qui uiderit mulierem, & cõcupierit eam, iam mechatus eſt, ergo multo magis hic, ubi cõuentio interuenit; Non eſt igitur quod hac de re dubitemus. Quare, uel ex neutra parte ſimonia ſit completa, uel ex una tantum, tamen ob prædictas rationes ſimonia commiſſa eſt, ſtatim atque de emptione, & uenditione conuentum erit.

Dixi, Tacitoue, quo alius modus oſtendatur, quo pactio ſimoniaca, & ob id ſimonia committitur. Hæ igitur ſimonię ſpecies ſunt.

3 DD.uero ſpeciem aliam faciunt, †quam realẽ appellant, & eam inquiunt eſſe ſimoniam conuẽtionalem ab utroque contrahentium ſaltem ex parte executioni mandatã. Ego autem hanc proprie ſpeciem non eſſe cócludo. Primo, quia ſimonia realis, ut ipſi inquiunt, nil aliud eſt, quã ſimonia conuentionalis ab utroque cõtrahentiũ executioni mandata, ergo non eſt proprie ſpecies, ſicut nec etiã emptio, & uenditio executioni mandata eſt ſpecies diuerſa ab ea, quæ conuentione tantum perfecta eſt, & matrimonium cõſumatũ ab eo, quod non eſt cõſumatum. Poſtremo ſimonia conuentionalis ad realem ſe habet, ſicut peccatum cordis, oris, & operis inter ſe, at hęc ſpecie proprie non differunt, ſed gradu tantum, quoniã alterum eſt altero perfectius, ut dixit S.Tho. 1.2. q.72.art.7.in reſp.& Nauar.in Man. Prælud.9.n. 7.uerſ. Prima gratia habetur, ergo nec ſimonia realis ſpecies diuerſa a conuentionali erit. Nec

- *Simonia Mentalis cognitio habetur cognitis ipſius &*
  - *Cauſis, quarum alia dicitur.*
    - *Efficiens Homines in quibus, vt ſimoniam committant ineſſe debent quadam*
      - *Communia, de quibus generatim actum eſt.*
      - *Propria I. Ne expreſſe conuenerint. II. Nec tacito c. 1.*
    - *Finis, ſeu effectus quorũ alij ſunt reſpectu habito ad ipſam quatenus eſt.*
      - *Contractus quorũ alij ſint ex parte.*
        - *Ementis ſpiritualia, ſpiritualium acquiſitio,*
        - *Vendentis ſpiritualia, Pretij acquiſitio.*
      - *Delictum quorum alij ſunt de iure.*
        - *Diuino, de quibus generatim ſupra, & hic ca. II.*
        - *Poſitiuo Pœna, quibus ſimonia mentalis non ſubijcitur.*
    - *Materia, cuius alia eſt.*
      - *Communis circa quam, & ex qua, de quibus ſupra generatim*
      - *Propria quo ad genus eſt Simonia cap. 3.*
    - *Forma Intentio animo concepta acquirendi, alienandiue pretio interueniente, modo, conditioneue ſpiritualia, eiſue annexa c. 4.*
  - *Accidentibus quæ ab ipſis cauſis emanant, ſcilicet*
    - *Ab efficiente*
    - *A Fine*
    - *A Materia*
    - *A Forma.*
      - *De quibus generatim actum eſt.*

BARTHOLOMAEI VGOLINI
EX MONTE SCVTVLO
DIOECESIS ARIMINENSIS,
IVRISCONSVLTI,
Ac Barbiani Archipresbyteri.

DE SIMONIA MENTALI

Tabula Secunda.

De ÿs,qui ſimoniam mentalem committere poſſunt,ideſt de eius cauſa efficiente,& de ÿs, quæ neceſſario ineſſe eis debent ad hanc ſimoniam committendam. Cap. I.

S V M M A.

1 *Simoniæ ſpecies duæ,& quæ.*
2 *Simonia mentalis committitur tam ab Eccleſiaſticis perſonis,quam à ſecularibus.*
3 *Simonia mentalis committitur,vbi expreſſe pactum non interuenit.*
4 *Simonia mentalis vnde dicta eſt.*

HACTENVS de ſimonia generatim egim':
iam ſpeciatim,ideſt de
ſingulis eius ſpecieb.
1 ſeparatim agamus: †
quę,quoniam duæ præ
cipuę ſunt: altera con-
uentionalis,quę & rea
lem ſub ſe continet, al
tera non conuentiona
lis,quæ mentalis communiter dicitur,vt ſupra vi
dimus,& mentalis breui eget tractatione, ob eã
rem prius hanc,deinceps illam contemplemur.
Verum quòd agendo de hac ſimonia eũdem or-
dinem mihi obſeruãdum propoſui, quem ſupra
generatim obſeruaui,ideo prius de iis, qui ſimo
niam hanc committere poſſunt,ideſt de cauſa ef
ficiente,& de iis,quæ neceſſario ineſſe ei debent
ad ſimoniam committendam,deinceps de effe-
ctibus ipſius:tertio de materia,poſtremo de for-
ma,agamus.

Simoniam mentalem igitur iidem committunt,quos generatim ſimoniam committere antea dixi;nam quicquid de genere dicitur, & de qualibet eius ſpecie,vt Philoſophi inquiũt,& rationes,quæ de efficiente cauſa allatę ſunt,& locũ hic ſibi vindicant,& ob eam rem & diſpoſitio,argum.c.cum dilecta de confirm.vtil.uel inutil. &
2 l.illud.ff.ad l.aquil.Tam † igitur perſonæ Eccle-
ſiaſticæ,quam ſeculares ſimoniam hanc commit
tere poſſunt.

Neceſſario autẽ requiritur, quo ſimonia hæc
committatur,præter ea,quæ poſuimus in Tab. 1.
3 c.7.primum,† ne expreſſe de ſpiritualibus emen
dis,uendendisue conueniatur: idque iure meri-
to, tum quod ſimonia hæc nullo pacto interue-
niente, ſed affectu animo intercedente commit
titur,ut habetur in c.fi.de ſimon.uerſ.Quę nullo
pacto,ſed affectu animi præcedente,atque ſic no
4 tant DD.ibi. † Tum quod inde ſimonia menta-
lis dicta eſt,quoniã mente concipitur,nulla con
uentione interueniente. Tum quod,ubi pactum
interuenit mentalis eſſe deſinit,& conuentiona-
lis fit,quæ ſpecie a mentali differt,ut uidimus,at
que ſic ſenſit Abb.in c.conſulere in fine de ſimo.
& ſequitur Mar.Soc.Sen.ibid.& in c.tua nos, nu
me.5.ubi quoque Soci.eod. Hoc igitur primum
eſt,quod ſimonia hæc proprium habet, ſcilicet
ne cõuentio expreſſa, pactumue expreſſum in ip
ſa interueniat;iam ad reliqua tranſeamus', quod
in ſeq.præſtabimus.

S V M M A.

1 *Simonia mentalis vt committatur,requiritur,ut nec tacitum pactum,conuentione interueniat.*
2 *Simonia mentalis an committatur, vbi nihil omnino datum,acceptumúe eſt.*
3 *Simonia mentali peccatum committitur, eſto nihil omnino datum,acceptumúe ſit.*
4 *Simonia mẽtali peccatum ſimoniæ committitur, eſto nihil omnino datum,acceptumúe ſit.*
5 *Simonia mentalis nullo modo executioni mandata nõ ſubijcitur pœnis iuris poſitiui,ideſt ſimoniacbus mẽtalis non punitur pœnis a iure poſitiuo inſtitutis.*

§. I.

1 SRequiritur quoque,† ut ſimonia mentalis tã
tum committatur,ut nec tacito conueniãt
inter ſe,ſicut habetur in c.fi.de ſimon.nam
ibi de hac ſimonia Summus Põtifex agens eam
tunc committi ſentit', ubi nullum pactum inter-
uenit,

uenit, ſed affectus animi tantum, ut ait ibi in uerſic. Quę nullo pacto, ſed affectu animi. Si ergo tūc committitur, vbi nullum pactum interuenit, ergo nec tacitum interuenire debet, qui enim nullum dicit, omne excludit, arg. l. Iulianus. ff. de lega. 3. & facit c. tua nos, uerſ. Licet autem eod. de ſimon. Præterea, ſi tacitum pactum interueniret, conuentionalis ſimonia eſſet; talis enim eſt, vbi expreſſum pactum interuenit, ergo idem, & vbi tacitum; par enim virtus taciti, & expreſſi eſt, ut habetur in l. cum quid, & ibi DD. ſi cert. pet. Nō eſt igitur, quod hac de re dubitemus: nam & ſic dixit Nauar. in Man. cap. 23. num. 103. Simonia mentalis tantum, ait enim ibi, eſt ſimonia mente tantum concepta citra omnem conuentionem expreſſam, uel tacitam, ſiue res tradatur, ſiue nō. Ecce hic aperte ſentit, nec tacitam conuentionē interuenire in hanc ſimoniam debere. Idem & apertiſſime dixit in Commentar. c. ſi. de ſimon. nume. 8. Quare non recte ſenſit Guliel. Redoan. in Tract. de Simonia, 1. par. c. 2. nu. 13. & in multis aliis locis, qui exiſtimauit ſimoniam mentalem eſſe, & ubi tacito agitur, & ſic tacitum pactū interuenit: repugnat enim antecedentibus rationibus, ut per ſe patet, & Abb. quem citat, id non dixit: nec ratione alia id probat. A priori ſentētia igitur non diſcedemus. Qui ergo ſimpliciter cupit ſpirituale habere pretio dato, uel conferre ſpirituale pretio accepto, ſimoniam mētalem committit, eſto nihil datum, acceptumque ſit, ut dixit Nauar. in cit. locis.

2 An igitur † ſimonia mentalis committitur, ubi à neutro quicquam datum eſt? In hac quæſtione duæ DD. ſententię ſunt, quarum prima fuit Glo. in c. conſulere de ſimon. nam ibi dixit ſolam uoluntatem habendi ſpirituale pro temporali non facere quem ſimoniachum, dummodo uoluntas contenta ſit ſuis terminis. Idem dixit in c. fin. in uerb. Affectu, eand. Gloſſ. ſequitur Gulielm. Redoan. eod. c. 2. num. 12. idem ſentit Ang. in uerb. Simonia 1. num. 6. nam nec adulterium committere ſentiunt eum, qui alterius mulierem tātum concupiuit. Contrariam opinionem, ut ſimonia etiam hic committatur, ſenſit Archid. in c. quicū que, 1. q. 1. nam diuiſionem ſimoniæ tradens, inquit triplicem eſſe, aliam large tantum, ſcilicet ſimoniam mentalem, ubi nihil datur, aliam ſtrictius, ſcilicet mentalem cum effectu, aliam ſtrictiſſime, ubi pactum interuenit; ex quibus apparet ſimoniæ loco hanc mentalem ipſum habere, eſto nihil datum, acceptumue ſit. Idē & apertius dixit Nauar. eod. c. 23. nu. 103. & in eod. c. ſi. nu. 7. in utroque enim loco ſimoniam hanc peccatum eſſe concludit.

Quid ergo concludendum? Ego ſic diſtinguē-
3 dum cenſeo. † Aut quæritur, an qui uoluntatem hanc hēt ſpūalia habendi pretio dato, uel dandi pretio accepto, peccet, eſto deinceps nihil detur accipiaturue, & in hoc caſu ſine dubitatione cōcludo peccatum ab hoc committi, nam & ſic dixit Nauar. in cit. locis, & in Man. c. 23. num. 100. uerſ. Dixi uoluntas, & ſenſit quoque Tho. ab Argent. diſt. 25. q. 1. arti. 4. in reſp. ad ſecundum in primo quæſito, lib. 4. & Petrus Tataretus ead. d. & q. uerſ. Primo per ſimoniam, ibi, Simonia mentalis, & Gabriel. Byel. ead. d. q. 2. paulo poſt princip. Et probatur etiam rationibus; nam peccatū eſt dictum, aut factum, aut cōcupitum contra legem Dei, at, qui hoc animo affectus eſt, concupiſcit contra diuinam legem, quæ uoluit, ut gratis accepta, gratis darentur, ergo peccat. Poſtremo qui re ipſa ſimoniam committit, ſcilicet dando, & accipiendo aliquid, peccat, ergo & qui hoc cupit; nam peccata cordis, oris, & operis eiuſdē ſpeciei ſunt, eſto diuerſi gradus ſint, ut dixit S. Tho. par. 1. q. 72. art. 7. & ſequitur Nauar. in Man. prælud. 9. num. 7. uerſ. Prima eſt Anſelmi. Pro certo igitur habebimus ſimoniachum hunc peccare, & in hoc primo caſu ſecunda opinio locum habebit, quam & ſequitur Gloſſ. in cit. cap. conſulere, & in cap. fin. & qui primam ſententiam ſequuntur.

4 Aut quæritur, † ex quo peccatū committitur, an ſimoniæ peccatum ſit: & in hoc etiam caſu pro certo etiam habendum eſt ſimoniæ peccatum eſſe. Nam, ut DD. magna ex parte ſentiunt, ſimonia eſt ſtudioſa uoluntas emendi, uendendique ſpirituale, ſeu ſpirituali annexum; at in caſu noſtro talis uoluntas eſt, ergo peccatum hoc ſimoniæ peccatum eſt. Præterea, qui mentalem ſimoniam committit, & re ipſa aliquid dat, accipitue, pro certo ſimoniæ peccatum committit, ut habetur in eod. c. ſi. ergo & in hoc caſu noſtro ob doctrinam S. Thom. proxime allatam. Peccatū igitur committitur, & peccatum ſimoniæ, & ob id uera ſimonia, atque ſic dixit Thom. ab Argen. d. 25. q. 1. art. 4. uerſ. Ad ſecundum, nam ait hūc uere ſimoniachum eſſe coram Deo, ſeu in foro Dei in primo quæſito, lib. 4. & Gabr. Byel. ead. diſ. q. 2. uerſ. Dicitur ſtudioſa, & hic quoque ſententia Nauar. locum habet.

5 Aut quęritur, † an ſimonia hęc ſubiiciatur pœnis à iure poſitiuo propoſitis, ideſt an ſimoniachus hic puniatur pœnis, quibus alii ſimoniaci a iure poſitiuo puniuntur. Et in hoc caſu concludēdum eſt ſimoniachum hunc his pœnis nō affici: communis enim DD. ſententia hęc eſt, ut teſtatur Nauar. in Man. eod num. 103. Idque merito, cogitationis pœnam enim in exteriori foro nemo patitur, ut dicitur in c. cogitationis de pœni. diſt. 1. & ibi not. id Nauar. in re noſtra, num. 9. & in c. cogitatio ead. d. Immo nec puniri poteſt, ut aſſeruit Nauar. eod. num. Et in hanc ſententiam opinio Gloſſ. accipienda eſt, & qui eam ſequuntur. In hac queſtione igitur ſic concludendū cenſeo; & de cauſa efficiente mentalis ſimonię ſatis, ad effectus eiuſdem tranſeamus.

De effectibus ſimoniæ Mentalis. Cap. II.

S V M M A.

1 *Spiritualium, temporaliumque acquiſitio per ſimoniam mentalem facta valet.*

2 *Spiri-*

2 *Spiritualium, temporaliumque acquiſitio per ſimoniã mentalem tam ex parte ementis ſpirituale, quã ex parte uendentis, retineri poteſt, qua regula quouſque pateat, declaratur.*

3 *Pęna exterior, ſeu fori exterioris eccleſiaſticas culpas mente conceptas non afficit,*

4 *Pęna exterior eccleſiaſtica an afficiat culpas mente conceptas, ſi extrinſecus ſigno aliquo culpa expreſſa ſint.*

5 *Vſura Mentalis ad reſtitutionem obligat.*

6 *Simonia Mentalis cur ad reſtitutionem non obligat, ſicut uſura mentalis.*

7 *Interuenientes Epiſcopis, aliiſue Eccleſiæ Præſidibus quo in primis beneficium eccleſiaſticum ipſis conferatur, ad illud dimittendum non obligantur, modo nullũ pactũ interuenerit.*

8 *Sacerdotes obligare non debent pænitentes ad reſtitutionem eorum, quæ per ſimoniam mentalem adepti ſunt.*

DE effectibus ſimonię mentalis agendum nobis propoſuimus: verum, quod hi partim ſunt reſpectu habito ad ſimoniam, quatenus cõtractus eſt, partim, quatenus eſt delictum, ideo prius de prioribus, deinceps de aliis agamus.

1 Primum igitur† ſpiritualium, temporaliumue acquiſitio per ſimoniam mentalem facta valet, ideſt ſpritualia, temporaliaue per hanc ſimoniã acquiruntur, eſto peccetur, vt DD. communiter ſentiunt, idquod & ratione hac probatur,† nã acquiſita per hanc ſimoniam tam ex parte ementis ſpirituale, quam ex parte illud vendentis, retinere licite poſſunt, vt probauimus, ergo acquiſitio horum valet, non enim retineri licite poſſent, niſi acquirerentur, arg. c. 1. 14 qu. 6. & c. peccatum de reg. iur. lib. 6.

An igitur, & qui exempli gratia beneficium eccleſiaſticũ, ſpiritualeue aliud adeptus eſt, hac ratione, & qui pro ipſis prætium accepit, retinere ipſa licite poterunt? (quæſtio enim hæc proponitur, vt ex dictis patet, vbi mentalis ſimonia aut ab vtroque ſimoniaco, aut ab altero tãtum executioni mandata eſt.) In hac quæſtione tres DD. ſententię ſunt, quarum prima eorum eſt, qui hos ad reſtituendum non obligari, ſed acquiſita retinere poſſe, inquiunt, hanc opinionem ſequitur S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad ſextum, nam ibi ait quoad Deum ſolam voluntatem facere quem ſimoniacum, Sed quoad pęnam eccleſiaſticam, exteriorem non puniri, vt ſimoniacum, adeo ut renũciare teneatur, ſed dr̃e eum de mala intentione pęnitere. Hæc S. Th. ſi ergo Simoniacus hic nõ punitur pęną exteriori Eccleſię, cuiuſmodi ęſt acquiſiti reſtitutio, ſi renunciare acquiſitum nõ tenetur, retineri ipſum põt, & idcirco acquiritur. Hãc eandẽ opinionẽ ſequitur Caic. ibi, & in Sum. in verb. Simonia, & amplexatur quoque eam Gomes. in regula de trien. q. 12. verſ. quid dicendũ, & Gulielm. Redoan. in Tract. de ſimonia p. 1. ca. 3. n. 15. vbi quæſtionem hanc diſputauit & opinionem hanc communem eſſe teſtatur, ſicut etiam in p. 4. c. 8. nu. 28. & Nauar. in commentario. c. fi. nu. 12. verſ. nobis tamen de ſimon. vbi eam pluribus & ipſe comprobauit, & in Man. c. 23. n. 103. verſ. Sed quo ad poſteriorem, ibi, ſed nobis ſemper placuit. Probatur autem communis hæc opinio potiſſimum per cit. c. fi. de Simon. Conſultationi tuæ breuiter reſpondemus, & cæc, ait enim ibi Romanus Pont. & ad reſignationes ſpiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto, ſed affectu animi præcedente acquiruntur (in quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolam pęnitentiam ſuo ſatisfacere creatori) eos per ſimoniam hmõi non teneri. Ecce hic apertiſſime probari acquiſita per ſimoniam mentalẽ retineri licite poſſe. Primum, quia ibi dicitur, eos ſimoniacos non teneri ad reſignationes ſpiritualium, & temporalium quæ ſcilicet ſic acquiſiuerũt, ergo retineri ea poſſunt, valet enim argumentum a contrario ſenſu, arg. l. 1. & ibi communiter no. ff. de offi. eius. Præterea ibidem dicitur his delinquentibus, ſcilicet ſimoniacis ſufficere per ſolam pęnitentiam ſuo ſatisfacere creatori, ideſt Deo, at, ſi reſtituere acquiſita per hanc ſimoniam retinere non poſſent, non ſufficeret ſola pęnitentia, ſed opus eſſet reſtitutione, non enim peccatum remittitur, niſi reſtituatur ablatum, vt dicitur in c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. & in c. p. 7. q. 9. Neceſſario igitur cõcludendum eſt, Si eum canonem pure ſine fallaciis interpretemur, mentales ſimoniacos retinere acquiſita per eam ſimoniam poſſe, de hac enim ſimonia ibi agitur; id quod illis verbis declaratur. Quæ nullo pacto, ſed affectu animi præcedente acquiruntur, hac enim ratione, ſcilicet nulla conuentione, nullove pacto intercedẽte ſimonia mẽ

3 talis cõcipitur, ut ſupra probauimus.† Poſtremo communis opinio hæc, probatur etiam hac ratione, nam vt reſtituatur per ſimoniam acquiſitum pęna exterior eccleſiaſtica eſt, ut ſenſit S. Thom. eo. ar. 6. ad ſextum. at pæna huiuſmodi affici quis non poteſt pro ſimonia mente tantum concepta vt ait Sanc. Thom. ibidem, quandoquidem Eccleſia de occultis non iudicat, ut habetur in c. ſicut ſuis in fine, & in ca. tua nos de ſimon. & facit c. cogitationis de pæn. d. 1. ergo hac quoque ratione ad reſtituendum ſimoniacus hic nõ obliga

4 tur.† Nec repugnat, ſi dicatur ex quo ad dationẽ & acceptionem ventum eſt, exteriori facto quodammodo ſimoniam explicatam ab Eccleſia exteriori pœna puniri poſſe, ut hæreticus, qui hæreſim animo conceptam facto quopiam expreſſit, in excommunicationem enim incidit, vt DD. communiter cõcludunt, nam hoc nihil eſt, quandoquidem illud locum habet in iis, quæ mala ſunt non ſolum animo concepta, verumetiam & extra prolata, cuiuſmodi hæreſis, adulterium & furtum ſunt, at dare quidpiam pro re ſpirituali pacto non interueniente per ſe malum non eſt niſi ratione inordinatæ uoluntatis, & ob id, ex quo delicti ratio in uoluntate conſiſtit, & de de-

licto

licto non conſtat, niſi pactum, & conuentio interueniat, iure merito ex quo delictum in mente tantum conſiſtit, per exteriorem pœnam Eccleſiæ puniri non poteſt, ita tradidit Nauar in eod. c. fin. nu. 30. de ſimon. Ex his omnibus ergo concluditur ſimoniacos mentales vel eccleſiaſtica beneficia, vel quid aliud per mentalem ſimoniam adepti ſint, retinere tuto, & licite ipſa poſſe.

Contrariam opinionem tamen, vt acquiſitum per ſimoniam mentalem reſtituendum ſit, ac retineri nequeat, amplexati ſunt Maior. diſt. 25. q. 7. lib. 4. & Adri. quol. & Sot. q. 8. lib. 5. ar. 11. de iuſtit. & iur. qui omnes acquiſitum per ſimoniam

5 mentalem reſtituendum exiſtimarunt. † Probatur autem horum ſententia potiſſimum hac ratione, quoniam & per mentalem vſuram, acquiſitum reſtitui debet, vt habetur in ca. conſuluit & ibi no. de vſuris, ergo inquiunt ipſi, idem in ſimonia mentali dicendum eſt, nam argumentum valet ab vſura ad ſimoniam, & e contrario, vt dixit Bero. conſ. 207. nu. 13. uolu. 3. & facit quod ſicut Chriſtus Dominus mutuum dantibus dixit Mutuum date, nihil inde ſperantes, ita ſpiritualia diſtributuris dixit, Gratis accepiſtis, gratis date. Hæc tamen opinio communiter improbatur, nã, eſto in uſura ſic conſtitutum ſit, contrarium tamen eſt in ſimonia decretum ob rationes, quas infra videbimus.

Tertia fuit opinio diſtinguentium, & prima Hoſt. in eod. c. fi. qui exiſtimauit acquiſitum per ſimoniam reſtituendum nõ eſſe, ſed retineri poſſe, vbi per ſimoniam iure poſitiuo prohibitam acquiſitum eſſet, & in hanc ſententiam accipiendũ eſſe dixit cit. c. fi. de ſimon. ſecus autem, vbi per ſimoniam iure diuino prohibitam acquiſitum eſſet. Hanc opinionem ſequitur quoque Fel. in eo. c. fi. & Ang. in verb. ſimonia 7. in principio, & Hẽricus Gandenſis quolib. 6. q. 16. Quorum opinio etiam improbatur, tum quod in eo c. fin. de religionis ingreſſu agitur, qui ſpiritualis eſt, vt dixit Caiet. 2. 2. quæ. 100. ar. 6. & ob id de iure diuino prohibita ibi ſimonia, & quod canon iſte generaliter loquitur ſcilicet ad reſtitutionem ibi eos nõ teneri, & rationem huius Pontifex reddens, inquit, ob eam rem id eſſe, quoniam nullo pacto, ſed affectu animi interueniente acquiruntur. Ratio igitur, qua mouetur ad declarandum hos ſimoniacos ad reſtitutionem non obligari ea redditur quoniam per ſimoniam mentalem aquiſita ſunt, & ob id nullo pacto, ſed affectu animi tantum interueniente, non autem ob id quod ſimonia ibi de iure poſitiuo eſſet quæ ratio locũ ſibi vindicat, vel ſimonia iure diuino prohibita commiſſa ſit. Reiicienda igitur horum ſententia eſt.

Altera fuit opinio Medi. qui in tract. de Vſur. reſt. dixit opinionem communem in foro fori locum habere, & in eo caſu loqui cit. c. fi. de ſimon. non autem in foro poli, ſeu conſciẽ, quę opinio repugnat omnino ei c. t. ca. fin. nam ex quo ibi ait Summus Pontifex delinquentibus ſufficere per ſolam pœnitentiam ſuo. ſatisfacere creatori, planẽ conſtat & in foro poli locum habere, non enim ſatis fieret creatori, vt ibi ait, ſi reſtitutione opus eſſet, ob cit. regulam peccatum. de reg. iur. li. 6. & mirandum eſt id Medin. non animaduertiſſe.

Quid igitur in hac DD. uarietate concludendum? Ego a communi opinione diſcedendum non cenſeo, vt ſcilicet retineri acquiſita per hanc ſimoniam poſſint ob rationes pro hac ſententia ſuperius allatas, & præſertim ob cit. c. fi. de ſimo. nam ibi mentalis ſimonia cõmiſſa erat & ab utroque executioni mandata, & tamen quoad reſtitutionem inquit Romanus Pontif. eos ſimoniacos non teneri ſed ſolum ad pœnitentiam

6 agendam. † Reſtat, vt reſpondeatur ad rationem depromptam ex c. cõſuluit de vſur. quamobrem ſcilicet uſura mentalis ad reſtitutionem obliget, non autem mentalis ſimonia, hæc enim ratio potiſſimum eſt, quæ communi opinioni repugnat.

Rationes igitur variæ in hoc redduntur in eo. c. fi. & alibi a DD. Atque vt mittam, quod dixit Couar. in reg. Peccatum 1. p. relect. in initio, qui de uſura contrariam opinionem ſequitur ab ea, quam DD. communiter ſequuntur, exiſtimat. n. nec uſuram mentalem ad reſtitutionem obligare, & alios plures idem ſentientes ibi refert nu. 4. ut mittam inquam hoc. Non nulli primo exiſtimarunt ob eam rem mentalem ſimoniam ad reſtitutionem non obligare, quoniam in ſimonia tam dans, quam accipiens delinquit, & ſic ambo in pari delicto ſunt, & idcirco ad reſtitutionem neuter obligatur. nam in pari delicto poſſidentis conditio potior eſt, vt dicitur in l. 3. ff. de condi. ob turp. cauſ. at in mutuo mutuum dans vſuram delictum committit, non autem mutuum accipiẽs, & vſuram pręſtans, ut habetur in c. quoniam iunct. c. debitores de vſur. quo caſu deliquens ad reſtitutionem tenetur, ve dixit Iureconſ. in l. 1. ff. ob turp. cauſ. Hanc rationem improbauit, ac recte Abb. in eod. c. fi. de ſimon. Fieri enim poſſe ait ibi, vt & in caſu noſtro vnus tantum delinquat, ut ſi Epiſcopus ſimpliciter, ac pure beneficium cõferat, & quod ipſi offertur gratis datũ exiſtimet, non tamen ob pretium beneficii datum ſit, quo caſu non Epiſcopus, ſed alius, & idcirco unus tantum ſimoniam committit, item & e contrario. Cum igitur ratio hæc non concludat, reſpuenda eſt, argum. l. neque natales C. de probat. & l. non hoc C. unde leg.

Vnde ſecundo Abb. in cit. c. fi. ob eam rem factum dixit, ut uſura mentalis ad reſtitutionẽ obliget, quoniam ſi retineri datum per uſuram poſſet, materia uſuræ committendæ daretur, fingerent enim homines quod datur, ultro, & non ex cõuentione dari. Hæc ratio mihi etiam non ſatisfacit, tum quod & in ſimonia locum habet, ut per ſe patet, tum quod ſimonia non eſt delictum leuius ipſa vſura, ut dicitur in c. ſicut ſimoniace, & in c. ſeq. de ſim. & in c. fi. 1. q. uit.

Tertia fuit ratio Caiet. 2. 2. qu. 100. arti. 6. qui obeam rem vſurarium mentalem ad reſtitutionem accepti teneri dixit, non autem ſimoniacũ

huiuſmo-

huiuſmodi,quia quod datur vſurario, non datur
ſponte,ſed,inuoluntarie inuolũtarie.n.ſoluuntur
vſuræ vexationem redimendò, & q̃uis inuolunta
rium ſimplex non ſit,eſt tamẽ mixtum, at,quod
datur ſimoniaco uoluntarie datur, quoniam da-
tur animo emendi , vendendiue, conſtat autem
tam emere , quam uendere uoluntarios contra-
ctus eſſe abſque inuoluntario mixto, ut ex S.Et-
hico habetur.Hęc igitur Caietan.ratio eſt, hanc
ſequitur Nauarr.cap.23.num.103.uerſicu.Quin
tò,ibi Tum quia ſatis,& in Commentario capit.
fin.num.22.de ſimon.Hanc quoque ipſe non im
probo,aliam tamen,uti ueriorem, & ex rei natu-
ra deprompta amplector, quam ut dilucidio-
rem habeamus , pręmitto unum , quod uerif-
ſimum eſt , reſtitutionem eſſe actum iuſtitiæ
commutatiuę,ab hac enim quis obligatur ad re-
ſtitutionem,ut tradidit S.Thom.2.2.quæſti.62.
art.1.& Couar.in reg.peccatum.2.p.releċt.in ini
tio,& Nauar.in Man.cap.17.uerſicu. Neceſſitas
autem, ubi opinionem hanc communiter rece-
ptam teſtatur.

Hoc pręmiſſo,Ego dico ob eam rem uſuratiũ
mentalem ad reſtituẽdum acceptum teneri, quo
niam id,quod in mutuo ultra ſortem datur,con-
tra iuſtitiam commutatiuam eſt:nam contractus
mutui gratis fieri debet,argum.l. cum quid, ff.ſi
cert.pet.Ex quo igitur contra naturam cõtractus
facit,iuſtitiam commutatiuam lędit, & idcirco
ad reſtitutionem obligatur,ut præmiſſi. Contra
uero ſimoniacum mentalem ad reſtitutionem
non obligari ſentio, atque concludo, quoniam
id,quod datur contra iuſtitiam commutatiuam
non eſt,ſeruatur enim natura contractus emptio
nis,& uenditionis reſpectu habito ad ipſos cõtra
hentes ex quo alter rem tradit,alter dat pretium,
eſto ſuper materia inhabili contractus fiat,& id
circo ad reſtitutionem neuter obligatur. Et hæc
ratio ſolida mihi uidetur, vt quæ ex medullis ma
teriæ deprompta eſt,qua ſtante manifeſto con-
ſtat rationem depromptam ex cit.c.conſuluit,cõ
muni opinioni propoſitæ non repugnare.

Pro certo igitur habebimus acceptum per ſi-
moniam mentalem,ubi nulla pactio expreſſa,ta-
citaue interuenit,reſtitutioni ſubiectum non eſ-
ſe,hæc enim ſententia expreſſa habetur in cit.ca.
fin.de ſimon.hæc communiter recepta, ut dixi-
mus,hæc vſu comprobata vt teſt. Caietan ſecun
da ſecundæ,quæſtio.100.articu. ſexto. uerſicul.
ſed hæc reſponſio, ibi & ſic communiter ſerua-
tur,Non igitur,qui beneficium eccleſiaſticũ hac
ratione adeptus eſt ad eius reſignationem obli-
gatur,non qui in eodem caſu pro beneficio confe
rendo pretium habuit,ad eius reſtitutionem te-
nebitur.

Quę ſententia non ſolum in foro fori locum
habet,uerumetiam in foro conſcientiæ,ut habe-
tur in cit.cap.fin.& ut concluſit Caietan.in Sum.
in uerb.Simonia in fine,& 2.2.eod arti.6. & Na-
uar in cit.c.fin.num.26.uerſic.Extenditur etiam
ad utrumque forum,& in Man.cap.23.num. 102.
uerſ.Quintò,ibi Procedit etiam,& conſuluit etiã
in conſi.24.de ſim.lib.5.

Item locum habet non ſolum in ſimonia iu-
re humano prohibita, uerumetiam & diuino, tũ
quod cit.cap.fin.de ſimon.ut diximus non diſtin
guit,tum quòd ratio,quamobrem ad reſtitutio-
nem eos ibi non obligari ait, ea tacito redditur
in eo uerſicu. Quæ nullo pacto,quoniam ſimo-
nia mentalis erat, quamobrem fit , ut diſpoſitio
eius canonis locum ſibi uendicet, ubicunque ſi-
monia committitur,& ob id uel in ſpiritualibus
de iure diuino,uel poſitiuo,tum quod canon ille
de ſimonia commiſſa in ingreſſu monaſterii agit,
quæ ſimonia de iure diuino prohibita eſt , cum
ſit res,quę uendi non poteſt , ſcilicet ſtatus ille
ſpiritualis à Chriſto Domino inſtitutus dum di
xit,Si uis perfectus eſſe uade,& uẽdę omnia, quę
habes,& da pauperibus,ut dixit Caietan.eodem
artic.6.uerſicu.Mihi uidetur,quòd hæc reſpon-
ſio,atque ſic dixit Nauarr.in eodem cap. fin.nu-
mero 26.uerſic.Et addimus prædictam conclu-
ſionem,& in Man.eodem uerſicu.ibi, Concludo
igitur.

Tertiò locum habet non ſolum,ubi vnus ſimo
niam commiſſit,uerumetiam,ubi uterque,& exe
cutioni eam mandauit ob dictionem illam Vtri
que,poſitam in eodem cap.fin.ex quo enim utri-
que res datæ acquiruntur,& ſat eſt, ut utrunque
peccati pœniteat,reſtitutioni locus non eſt,ut di
xit idem Nauar.in eodem Man.eod.cap.& uerſ.
ibi,Procedit etiam,& non ſolum,& in cit.cap.fin.
eod.num.26.uerſicu.Extenditur etiam: idẽ ſen-
ſit etiam Innocen.ibid.qui exemplo eum cano-
nem interpretans in cit.diction. Vtrique,exem-
plum de eo ponit,qui ſeruiuit,ut beneficium ac-
ciperet,&,qui ob id dedit,quia ſeruiuit nullo pa
cto,conuentioneque,nec tacita intercedẽte,quo
caſu ſimonia mentalis ab utroque committitur.

Poſtremò locum habet , quodcumque detur,
vel temporale,uel ſpirituale ſit,vt inquiunt Caie
tan.& Nauarr.in eiſd.locis,& ob id uel munus à
manu,uel ab obſequio,uel à lingua. His igitur
modis concluſio hæc amplificatur,quæ & memo
riæ mandanda eſt,quandoquidem innumeros à
reſtitutione liberat,ut dixit Caiet. ibidem in fi-
7 ne,& Armilla in uerb Simonia in fine ibidem. †
Nam primò,qui Epiſcopis potiſſimũ inſeruiunt,
ut beneficium eccleſiaſticum ipſis conferant, &
ob id obſequii beneficium ab ipſis accipiant, ad
beneficium dimittendum non coguntur, modo
nullum pactum,nullaque conuentio uel tacita in
teruenerit. Qui in Curiis itidem morantur, &
hoc animo in primis affecti inſeruiunt Cardina-
libus,& aliis Eccleſiæ prælatis,ut dignitates Ec-
cleſiaſticas,canonicatus,eccleſias, penſiones ac
demum beneficium eccleſiaſticum conſequan-
tur,ob eaſdem rationes eodem iure cenſentur.

Qui denique munera elargiuntur, qui in lite-
ris opera dicant,obſequiumue aliud præſtant,ad
reſtitutionem itidem non obligantur,modo ta-
8 men pactio nec tacita interuenerit.†Quare ſacer
dotes,qui horum peccata audiunt, tuto abſolu-
tionem præſtare ipſis poſſunt,nec ad reſtitutio-
nem

nem eorum,quę per hanc ſimoniam adepti ſunt, obligare debent, quandoquidem ſat eſt, ut eos peccati pœniteat,ut dicitur in citat.capit.fin.de ſimon.

Ex his iam patet,quod in initio huius c. diximus,ſpiritualium, temporaliumque acquiſitionem per hanc ſimoniam factā valere, & acquiri.

Excipio tamen ea ſpiritualia,quę cum peccato eſſe nequeunt,vt ſacramentum pęnitentiæ, & extremæ vnctionis, nam, ſi quis prætii nomine, quidpiā det,quo ea ſacramenta ipſi adminiſtrētur(modo probabiliter id minus licere non ignotet)nihil recipit,ex quo in ipſa receptione ſacramentorum mortiferre peccat,& gratia,e qua effectus eorū, ſacramētorum proficiſcūtur, cum mortifero peccato eſſe non poteſt.Quare ob eandem rationem nec aliorum ſacramentorum gratiam recipiet,eſto collata valeant,vt Baptiſmus,Confirmatio,ordo,ac reliqua.Atqui de effectu ſimoniæ Mentalis,quatenus rationem contractus habet hactenus,ad effectus alios,quos parit, quatenus delictum eſt tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simoniaci Mentales nulla pœna poſitiuo iure impoſita in foro conſcientiæ puniuntur.*

2 *Simoniaci Mentales in pœnas ipſo iure in ſimoniacos illatas nec in foro exteriori incidunt.*

3 *Simoniaci Mentales nec per ſententiam a Iudice in foro exteriori puniri poſſunt, vbi neque ex confeſſione ipſorum,neque aliis coniecturis eorū ſimonia probari poteſt.*

4 *Simoniaci non conuentionales an in foro exteriori puniri poſſint, ſi eorum ſimonia conſtet, vel ipſorū confeſſione, vel coniecturis, ſeu præſumptionibus.*

§.I.

§. Vidimus,qui nam effectus ſimoniæ mentalis eſſent reſpectu habito ad ipſam, quatenus contractus eſt, iam eiuſdem effectus alios quatenus eſt delictum videamus, verum,quod hi partim iure diuino,partim iure poſitiuo ſunt ſed diuino iure DD.communiter ſentiunt eos effectus ſimoniam mentalem parere quos conuentionalis parit,de quib. egimus ſupra generatim in c.12.ob eam rem ipſis ommiſſis,ne actum agamus,effectus tantum eos contemplemur, qui a iure poſitiuo profecti pęnę ſunt: id quod vt dilucidius fiat nonnulla prius communiter recepta præmittemus,deinde,quod dubitationem habet explicabimus.

1 Præmitto igitur primum † & pro certo pono in foro conſcientiæ nullam pęnam poſitiuo iure in ſimoniacos latam inferri in ſimoniacum mentalem poſſe,ob cit.c.fi.de ſim.Sed ſolum arbitrariā pęnam de more imponi a ſacerdote poſſe, qui ei ſimoniaco,ſacramentum pęnitentiæ adminiſtrabit,arg.c.omnis de pęn.iunct.alleg.c.fi. de ſimo.

2 Secundo pręmitto † ſimoniacum hunc mentalem non incidere in pęnas,quæ ipſo iure in ſimoniacos inferuntur nec in foro foti,& hoc ob eā rationem,quoniam pęnæ huiuſmodi aut in ſimoniacos reales,aut conuentionales latæ ſunt,ut habetur in extrauag.cum deteſtabile de ſimon. & in extrauag.Sane eo.& in aliis extrau. poſitis in hoc opere,at pęnæ,quę ipſo iure contra aliquos latæ ſunt,in alio caſu locum non habent ut dixit Gl.1.in Cl.unic.de conſang.& affini.& glo. communiter recepta in c.fi.de iur.patr.

3 Tertio præmitto † & pro certo pono,vbi prætii nomine pro ſpiritualibus quidpiā qs dedit nullo pacto, nullaue conuentione interueniente, ſi id non conſtat,neque ex dantis confeſſione, neque ex coniecturis præſumptionibuſue aliis, de quibus in c.& ſi quæſtiones de ſimon.nec per iudicē in foro fori puniri poſſe, & hoc ob eam rationem, quoniam Eccleſia de huiuſmodi occultis non iudicat,vt dicitur in c.tua nos,& in ca. ſicut tuis in fine de ſimon.Immo nec a iure puniri poteſt quis in hoc caſu,ut de hæretico mentali DD. communiter concludunt.

4 His præmiſſis reſtat, ut contemplemur hunc caſum,an puniri poſſit ſimoniacus hic in foro exteriori,vbi vel confeſſus eſt ſe pretium pro ſpiritualib.dediſſe,vel ex coniecturis id conſtat, quāuis nullum pactum,nullaue conuentio interuenerit. In hac igitur quæſtione, Ego ſentio hunc puniri poſſe. Primum,quoniam ratio, quamobrē ſimonia mentalis non punitur,ea eſt, quoniam eſt occulta,& Eccleſia ipſa non nouit,& de occultis non iudicat,vt dicitur in c.ſicut tuis in fine & in c.tua nos de ſimon.at ratio hæc in propoſita quęſtione ceſſat, ex quo per confeſſionem propriam facta eſt manifeſta,arg.c.fi.de cohab. cler. & mulier.nulla enim alia ratione delictū ſic manifeſtum fieri poteſt,vt propria delinquentis cōfeſſione,ergo puniri poterit, nam ceſſante cauſa prohibitionis,& prohibitio ceſſare debet,arg.ca. cum ceſſante de appell.confirmatur ratio hæc, p cit.c.tua nos,nam ibi de ſimonia mentali agens Rom.Pont.inquit,ſibi de manifeſtis datum eſſe tantummodo iudicare,& quoniam ibi non conſtabat qua intentione datio temporalium, & receptio in canonicum facta eſſent,idcirco ſi intentio ſimoniaca interceſſiſſet, apud diſtrictum iudicem culpabiles iudicari.Hęc ibi,ergo, ubi de ſimonia mentali conſtat,& apud Eccleſiam culpabiles hmōi ſimoniaci,erūt,vel delinquētiū cōfeſſione uel cōiecturis,pſumptionibuſue id cōſtet. Poſtremo præſumptionibus,& coniecturis ſimonia mentalis probari poteſt,vt habetur in ca.& ſi quæſtiones de ſimon.ibi enim cum dubitaret Archiepiſcopus Strigonenſis,an ſimonia ab eius fratre commiſſa eſſet,propterea quod legato,qui eo venerat,vt ipſi archiepiſcopo palium traderet, equum unum tranſmiſſerat, Roman.Pontif.hac de re conſultus reſpondit,ſimoniam ibi commiſſam non eſſe,quandoquidem ad cognoſcendum an ſimonia commiſſa ſit, reſpectus haberi debet ad dantem,& ad accipientem,& ad datum, & ad tempus quo datur,quæ omnia ibi conſiderata huiuſmodi erant,ſicut ait ibi Romanus Pont. ut ſimoniam non ſuaderent.Ecce ſimoniam mentalē

ibi

ibi coniecturis probari poſſe ergo & puniri; alioquin fruſtra ſimoniæ probatio heret, ſi puniri nõ poſſet, De ſimonia mentali vero ibi agi hinc apertiſſime conſtat, quoniam ſi de conuentionali ageretur, fruſtra dantis, accipientis, dati, temporiſq; dationis ratio haberetur, à quocunque enim qd piam daretur, acciperetur ue ex conuentione pretii nomine pro ſpiritualibus, & quocunque tempore vel minima res daretur, ſimonia eſſet, ut dicitur in cap. ex tuæ, & ut ibi, nor. de ſimon. Poſtremo facit, quod ſi is, in cuius fauorem beneficium renunciatum ab aliquo eſt poſt aditam poſſeſſionem nullo pacto intercedente liberaliter in fauorem nepotis eius, qui renunciauit, beneficiũ ſimplex reſignet, & impenſas etiam factas pro redimenda penſione, quę erat impoſita beneficio ſibi renunciato primo renunciãti reſtituat, etſi apud Deum nulla ſimonia, nullaque cõfidentia eſt, cõmittitur, in foro tamen exteriori, ſi patefierent, & probari poſſent uitio ſimoniæ. vel cõfidentię hic notaretur, ut dixit Nauar. conſil. 30. de ſimon. li. 5. & conſi. 79. num. 2. eo. uiden. ergo idem in caſu noſtro.

Contra ſententiam hanc tamen duo facere uidentur. Primum, quod ſimonia hæc mente concipitur, ut dicitur in ca. fin. de ſimon. at animus alicuius ac mens Deo tantum nota eſt ut dicitur in re noſtra in c. tua nos in fine de ſimon. & facit ca. ſignificaſti eod. & Clem. exiui, §. quoniã de uerb. ſign. ergo puniri poſſe non uidetur in foro exteriori, ex quo Eccleſiæ nota nõ eſt. Alterum, quod ſimonia eſt delictum, ut dicitur in capi. tanta de ſimon. & in ca. fin. 1. q. ult. at in criminibus, ac delictis luce meridiana probationes clariores eſſe debent, ut habetur in l. fin. & ibi no. C. de proba. quę ꝓbationes in huioſmodi ſimonia haberi nequeunt, ergo nec ipſa puniri poterit.

Atqui à propoſita concluſione diſcedendum non eſt. Nec repugnant contraria propoſita, non primum nam animus hominis Deo tantum notus eſt, ubi extrinſecus ſe non patefecit, at ubi externis factis ſe declarauit, & homini notus efficitur, vt habetur in l. 1. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de ſica. & in l. his qui §. diuus, ff. de tuto. & curat. dat. ab his, & in l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit. & in §. pauonum in Inſtit. de rer. diuiſ. in omnib. enim his iuribus externis factis animus alicuius ſeu quid in animo quis haberet, declaratur. Eſto igitur ſimonia mentalis animo concepta ſit, tamen, ſi nota fiat, ac manifeſta ex ſimoniaci cõfeſſione, uel ex coniecturis iuxta cit. cap. etſi quęſtiones, non uideo, quamobrem in foro exteriori a iudice puniri non poſſit. Nec facit, ſi dicatur in ca. fin. de ſimon. conſtabat de mentali ſimonia, & tamen pœna non imponitur: nam, ne canon ille repugnet citat. cap. etſi quæſtiones, quod fieri debet, vt dicitur in capitu. cum expediat de electio. lib. 6. & in l. 1. C. de dot. promiſ. ſimoniam ibi in foro conſcientiæ notam factam eſſe interpretandum eſt. Non repugnat denique alterum de probationibus. nã, quòd ſimonia de criminibus exceptis eſt, & ſępius occulte committitur, ob eam rem ad ipſam probandam ſigna, & coniecturę admittuntur, ut habetur in cap. ſicut, 1. de ſimon. & ut dixit Crauet. conſil. 122. num. 8. Concludo igitur in hoc caſu ſimoniacum mentalem in exteriori foro puniri poſſe, & in hanc ſententiam opinionem Hoſti. accipiendam eſſe, qui in Sum. de Simon. §. per iudicem uerſic. Quod ſi quis conſeit, ait ſimoniacos mentales tãquam alios ſimoniacos puniri: Sed de effectibus Simonię mentalis hactenus, ad eius materiam tranſeamus.

De Materia Simoniæ Mentalis. Cap. III.

S V M M A.

1 *Simoniæ Mentalis materia eadem eſt, quæ ſimoniæ conuentionalis, ac realis.*

2 *Simonia Mentalis an committatur circa ea, quæ ſimoniaca ſunt, quia prohibita.*

EXPLICATIS effectibus ſimoniæ Mentalis eiuſdem materiam explicemus: quam rem, ut
1 paucis abſoluamus, † ꝓ certo habendum eſt eã dem ſimonię materiã eſſe, quę ſimonię conuẽtionalis, ac realis eſt, & quam ſupra generatim
2 diximus, † & idcirco eam committi tam circa ſpiritualia diuino iure inſtituta, quam poſitiuo iure: Id quod hinc probatur, quoniam nulla ratio cõtrarium ſuadere uidetur. Poſtremò, quoniam nec ſimonia conuentionalis, nec realis committi poteſt, quæ ſecum mentalem non comprehẽdat, id eſt uoluntatem emendi vendendiue ſpiritualia, ut generatim egimus ſupra §. 7. cap 2. at realis, ac conuentionalis ſimonia in ſpiritualibus poſitiuo iure inſtitutis etiam committitur, ergo & mentalis, atque ſic ſenſit Gloſſ. in cap ex tuę, ibi Intentio conſideranda, & ibi Abb. de ſimon.

Contrariam opinionem tamen ſequitur Guli. Redoan. de ſimon. p. 1. cap. 28. numero 11. uerſicul. Verum cum ius patronatus, & numero 17. uerſicu. Verum meo iudicio non eſt hoc ita intelligendum, & ead. p. cap. 29. num. 2. uerſicu. Et circa illud, & in multis locis totius eius Tract. nam aſſerit in citatis locis ſimoniam mentalem non committi circa ea, quæ à iure poſitiuo inſtituta ſunt, & ſic circa ea, quę ſunt ſimoniaca, quia prohibita. Pro hac autem ſua opinione allegat capit. fin. de ſimon. nam cum ibi pro ingreſſu monaſterii data, & accepta reſtitui non oportere dicatur, ſed ſat eſſe per pœnitentiam Deo ſatisfacere, Redoan. exiſtimauit, ex quo de ingreſſu monaſterii ibi agitur, ac religionis, & ob id de ſpiritualibus a iure poſitiuo inuentis, & nulla pœna inuritur, ſimoniam mentalem non committi. Atqui a propoſita ſententia diſcedendum non cenſeo. Nec repugnat citat. cap. fin. Primò, quoniam de ſimonia

nia ibi agitur,tum quòd canon ille ſub titulo de ſimonia eſt, ergo ibi, de ſimonia agi neceſſario eſt concludendum, leges enim ad materiam tituli accipi,atque accommodari debent, ſub quo collocatæ ſunt,argument.l.imperatores, ff.de in diem add. & ut dixit Iaſ.,in le. ſi filius,qui in poteſtate numero 31.ff.de liberis.& poſthum. tum quod ibi pro certo habebatur ſimoniam commiſſam eſſe,ſed ſolum de reſtitutione,ac pœna dubitabatur,quam dubitationem tollit ibi,Romanus Pont. Addo, ne aliunde argumenta ſummamus Roman. Pontif. ſimoniam hanc appellare ſimoniam,ibi in fine dum ait, Eos per ſimoniam huiuſmodi non teneri, ergo de ſimonia ibi agitur. Quod itidem de ſimonia mentali ibidem agatur rationibus his quoque conuincitur, & quod DD.communiter eum canonem de ſimonia mentali agere interpretantur, & quòd de ſimonia conuentionali, quæ pacto interueniente fit loqui canon ille non poteſt, ex quo nullum pactum interuenerat,ſed affectus animo tãtum, vt habetur in uerſicu. Quæ nullo pacto, & idcirco de mentali eodem in loco agi concludendum eſt. Quod denique de ſpirituali iuris poſitiui eodem in loco agatur ipſe Redoan. id ait, qui de iure poſitiuo religiones eſſe inquit,immo pro certo habet de prohibitis iure poſitiuo ibi agens.Si ergo de ſimonia ibi agitur,ſi de conuentionali canon ille loqui non poteſt, ſi de iis,quæ ſimoniaca ſunt,quia prohibita,eo iure manifeſto probatur ſimoniã mentalẽ & in iis,quæ ſimoniaca ſunt,qa ꝓhibita,cõmitti,cuius contrarium ꝑ eum canonem ipſe probare nitebatur.Quare rectius dixit Redoan.eod. ca.28.num.11, dum dixit non conſiderari ſimoniam mentalem in illis, quæ ſunt iuris poſitiui,quam,ubi dixit ibidem ſimoniam in iis,quæ iuris poſitiui ſunt, committi non poſſe,prior enim opinio uera eſt, quandoquidem à iure non punitur, & ob id non conſideratur,poſterior uero falſa,vt ex dictis patet, eadem igitur materia ſimoniæ mentalis eſt, quæ alterius ſimoniæ, & ob id committitur tam in iis, quæ prohibita ſunt,quia ſimoniaca, quam in iis, quæ ſunt ſimoniaca,quia prohibita,id eſt tam in ſpiritualibus de iure diuino, quàm de iure poſitiuo.

Ex his,quæ diximus,quoniam, quinam huius ſimoniæ effectus eſſent, vidimus, nec non, quæ eius materia, quæ definitio eius ſit colligamus, id quod,vt dilucidius fiat,in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Simonia Mentalis quid ſit.*
2 *Simonia Mentalis quotuplex ſit.*

§. I.

§. Propoſuimus proxime nobis ſimonię definitionem ponendam. Verum,ut rem hanc abſolutam magis habeamus,an plures ſpecies etiam dentur,contemplemur.

1 Quoad primum † Simonia Mentalis eſt ſimonia,quæ nullo pacto expreſſo, tacitoue interueniente fit.

Dixi Simonia,quo oſtendatur ſub quo genere ſit: nam ſub ſimoniam generatim ſumptam eſt, vt habetur in capi.fin.de ſimon.in fin.& ibi DD. & Abba. & Mar. Socin. Sen.in capitu. conſulere in fin. de ſimon. & Ioann. Andręa. quem refert idem Abba.in capitu.tua numero 5. & Socin.numero 10.eod.

Dixi Quę nullo pacto expreſſo, tacitoue interueniente fit, quo tanquam differentia ſeparetur à ſimonia tam conuentionali in ſpecie,quàm reali,quę ambæ pacto expreſſo,tacitoue concipiuntur,ut antea vidimus, vbicunque ergo pactum, conuentioue non interuenit,ſed animo quis concipit ſe uelle ſpiritualia pretio conſequi,vel alienare,ſimonia mentalis concipitur, vt dicitur in cap.fin.uerſicu.Quæ nullo pacto,ſed affectu animi præcedente,& citat.cap.tua nos eodem de ſimo.& ibi communiter no. Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad ſecundum † ſimoniæ huius ſpecies duę ponuntur. Altera,quæ à neutro adimpleta eſt, ſed animo tantum concepta, cuiuſmodi ea eſt, quam quis animo concipiens,exempli gratia ſpiritualia emendi,vendendiue executioni non mãdauit,uel quod non potuit,vel quòd noluit, & hæc ſimonia omnium leuiſſima eſt, eſto nihilominus peccet mortifere, qui eam animo firmo concepit,ut dixit Nauarr.in Man.cap.23. numero 103.& in capitu.fin.num.12.de ſimon. & nos generatim ſupra in Tab.1.capit.10.nullis tamen pœnis iure poſitiuo afficitur,vt in antecedenti loco vidimus. Altera ſpecies eſt, quæ executioni mandata eſt,ut dixit Nauar.eod.numer.103.ut pote quis præſtitit aliquid alicui hoc animo in primis,ut ſpirituale conſequatur, & qui accepit ob ſpirituale datum accepit,cum uterque tamen alterius animum non noſſet,vel ſi noſſet,nullum tamen pactum,nullaque conuentio expreſſa, tacitaue interuenit,in hoc enim caſu ſimonia mentalis completa eſt,& executioni mandata, & vere ſimonia,vt habetur in eodem cap. fin.de ſim. & ut id pluribus probauit Gulielm. Redoan.in Tracta.de ſimon.capit.3.p.1. Hæ igitur ſimonię ſpecies à DD.fiunt. Quæ tamen mea ſententia ſpecies proprie non ſunt,ſed inter ſe differunt,ſicut matrimonium conſumatum, & non conſumatum,& ſicut peccata cordis,oris,& operis,quę eiuſdem ſpeciei ſunt,eſto diuerſi gradus ſint, ut dixit S.Thom.1.2.q.72.art.7.& ſequitur Nauar. in Man.Prælud.9.num.7.uerſicu. Prima eſt Anſelmi.Eſto igitur altera perfectior altera ſit,non tamen proprie ſpecie inter ſe differunt.Et de hoc itidem ſatis,ad formam tranſeamus.

De forma ſimoniæ Mentalis. Cap. IIII.

S V M M A.

1 *Forma ſimoniæ Mentalis quænam ſit.*
2 *Intentione,& animo dans aliquid,quo ſpirituale, vel*

T beneficium

beneficium eccleſiaſticum conſequatur, an præſumatur ſimoniam committere, & qua.

FORMA denique hu-
1 ius ſimouię mentalis,†
ex quo nulla conuen-
tione interueniente fit
ſed animo tantum con
cipitur, ea animi conce
ptio ſcilicet ſpiritualia
conſequendi tradendi
ne interueniente pre-
tio, nel modo, conditio
neue aliquã forma erit, ſic enim quoduis menta-
le peccatum etiam concipitur. Quare fieri po-
teſt, vt dans hoc animo affectus ſimoniam com-
mittat, non autem accipiens, quippe, quia eo ani
mo preditus non ſit, & hoc animo non accipiat,
& è contrario. Qui ergo quidpiam Epiſcopo,
alteriue tribuit hoc animo affectus, vt beneficiũ
eccleſiaſticum ſibi conferat, ſimoniam menta-
lem committit, modo nulla ratione id exprimat,
ita inquiunt Ancharan. in capit. fin. uerſic. Quin-
tò not. de ſimon. & Ioan. de Anan. uerſic. Vltimò
not. eod. idem, ſi hac ratione obſequia præſtet. E
contrario quoque & Epiſcopus ſimoniam hanc
committit, ſi hoc animo præditus, vt quidpiam
conſeqnatur, beneficium conferat, ita DD. alle-
gat. eod. in loco inquinnt.
2 Verum quid † ſi quis pecuniam, aliudue tri-
buit ei, à quo ſpirituale accepturus eſt, ac dein-
ceps accipit nulla inter ipſos conuentione inter
ueniente, an ſimoniam interceſſiſſe exiſtimabi-
tur? Hanc qnęſtionem abſoluimus in P. Parte
Cap. 9. §. fin. num. 6. quæ igitur huc pertinent il-
linc ſummantur. Et de ſimonia Mentali hacte-
nus, ad conuentionalem transeamus.

Simoniæ conuentionalis cognitio habetur cognitis ipſius &

- *Cauſis, quarum alia dicitur.*
  - *Efficiens Homines in quibus, vt ſimoniam hãc committant ineſſe debent quadam*
    - *Communia ipſi cum alijs ſimonijs, ſupra, & hic c.1.*
    - *Propria I. Vt conueniãt, aut expreſſe, aut tacito. II. Ne ab vtroque executioni mandata ſit eod. c.1.*
  - *Finis, ſeu effectus quorũ alij ſunt reſpectu habito ad ipſam quatenus eſt.*
    - *Contractus quorũ alij ſunt reſpectu habito ad*
      - *Ementem, accipientemue ſub cõditione, modoue ſpiritualium acquiſitio c.2.*
      - *Vendentem, alienantem ſub cõditione, modoue pretij priuatio c. eod.*
    - *Delictum quorum alij ſunt de iure,*
      - *Diuino ſupra generatim*
      - *Poſitiuo Pœna, quarum alia ſunt*
        - *Comunes, de quibus ſupra generatim c. 2. §. fin.*
        - *Propria, quæ nullæ ſunt, quibuſdam caſibus exceptis eod. §. fi.*
  - *Materia, cuius alia eſt.*
    - *Communis, ſcilicet circa quam, & ex qua, ſupra generatim*
    - *Propria, quo ad genus proximum Simonia conuentionalis in genere cap. 3.*
  - *Forma ſunt verba, facta, ſigna tacita, aut expreſſa, quibus ſimonia contractus, delictumue concipitur.*
- *Accidentibus quæ ab ipſis cauſis emanant, ſcilicet*
  - *Ab efficiente*
  - *A Fine*
  - *A Materia*
  - *A Forma.*
  - (all four:) *Supra generatim, & hic c.5.*

BARTHOLOMAEI VGOLINI EX MONTE SCVTVLO. DIOECESIS ARIMINENSIS, IVRISCONSVLTI. Barbiani Archipresbyteri.

DE SIMONIA CONVENTIONALI TABVLA TERTIA.

De ijs, qui ſimoniam Conuentionalem committere poſſunt, ideſt de cauſa efficiente, & de ijs, quæ neceſſario ineſſe eii debent ad hanc ſimoniam committendam, Cap. I.

S V M M A.

1 *Simonia Conuentionalis tam à perſonis Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus committi poteſt.*
2 *Simonia Conuentionalis vt committatur, neceſſario requiritur, vt conuentio, ſeu pactio interueniat.*
3 *Simonia Conuentionalis committitur conuentione tacita itidem intercedente.*
4 *Chirographum, quo quidpiam delictum probabatur, creditor reſtituens debitori, quo beneficium eccl. ei conferat, ſimoniam conuentionalem committit.*
5 *Sponſionem faciens quis cum Epiſcopo, quòd ſuo filio beneficium non conferet, ſimoniam committit, ſi beneficium conferatur.*

EXPLICATA ſimonia Mentali prima ſimoniæ ſpecie, iam ad alteram tranſeamus, quæ conuentionalis in ſpecie ſimonia dicitur, & eſt ſimonia, quæ pacto interueniente concepta executioni nondum mandata omnino eſt, de reali enim poſtremò agemus. Verù, quòd agendo de hac ſimonia, eundem ordinem mihi obſeruandum propoſui, quem ſupra generatim obſeruaui, ideo prius de ijs, qui ſimoniam hanc committere poſſunt, ideſt de cauſa efficiente, & de iis, quæ neceſſario ineſſe ei debent ad ſimoniam hanc committendam, deinceps de effectibus ipſius, tertio de materia, poſtremo de forma, agamus.

Simoniam conuentionalem hâc igitur ijdem
committere poſſunt, quos in prima Tabu. poſui-
mus ca. 1. cum multis ſeq. ob eaſdem rõnes, quas
1 in Tab. 2. ca. 1. tradidimus: †Quare tam Eccleſia
ſticæ perſonæ, q̃ ſeculares eã cõmittere poſſunt:
de quibus perſonis, quod egimus abũde in Tab.
1. ob eã rem, quæ huc pertinent, illinc ſumantur.
2 Neceſſario autem requiritur, † quo ſimonia
hæc committatur, præter communia, quæ poſui-
mus in Tab. 1. ca. 7. ut conueniant, paciſcanturq;
inter ſe de ſpirituali emendo, uendendoque. Nã
cõuẽtionalis ſimonia idcirco ſic appellatur, quo
niam conuentione interueniente fit, ut ſenſit Ab
ba. in c. ex tuæ nu. 5. uerſ. Aut enim ex pacto de ſi
mo. & Naua. in Man. c. 23. n. 103. & Gul. Redoã.
in Tract. de ſim. p. 2. ca. 1. in principio, & Lud. Go
mes. in reg. De trien. poſſ. q. 12. uerſ. Sed ꝙ iſta
regula de conuentionali, communis deniq; DD.
ſententia hæc eſt. Idque iure merito, ſi enim con
uentio non interueniret, cum conuentionalis ſi-
monia dicatur, rei conueniens nomen non eſſet,
quod eſt abſurdum, & contra §. eſt & aliud in In
ſti. de dou. Preterea ſimonia hęc eſt ſimonia, quę
pacto interueniente expreſſo, tacitoue fit, ut infra
ca. 3. uidebimus, ergo requiritur neceſſario, ut cõ
uentio interueniat de re ſpirituali, quo definitũ
definitioni conueniat. Poſtremò ſimonia menta
lis hac potiſſimum ratione differt a conuentiona
li, quoniam ea nulla conuentione, pactoue inter
cedente fit, ut antea vidimus, ergo hac quoq; rõ-
ne conuentio interuenire debet. Nõ eſt igitur, ꝙ
hac de re dubitemus. Quare, quòd conuentio ge
nerale nomen eſt, ut habetur in l. 1. §. 1. ff. de pac.
ob eam rem quæcunque conuentio non gratuita
nõ puraue de re ſpũali fiet, ſimonia hæc cõmitte
tur, ut id probauimus abũde in Tab. 1. c. 55. §. 1.
3 Conuentio autem hęc † uel expreſſe, vel tacito
fiat, nihil intereſt, vtroq; enim modo ſimonia cõ
mittitur. Ac ſi expreſſa conuentio ſit, quòd ſimo
nia committatur, pręter quam quod id per ſe cõ
ſtat, idem habetur in c. de hoc de ſim. ubi ut ſimo
niacus punitur, qui ab Epiſcopo beneficium ꝓ-
miſſum accepit, quo ſuæ electioni conſentiret, et
ut inter ſe conuenerant, ex quo beneficium pro
miſſum erat, & expreſſe, ut ibi habetur. Ad idem
facit c. cum eſſent eod. nã ibi ſimonia cõmiſſa di
citur, propterea quòd miles quidã clerico benefi
cium Eccleſiaſticum promiſerat, ſi in quadam cã
ei operam daret. Ad idem pertinet c. ex diligẽti,
& c. ueniens, & c. ſeq. & c. tua nos, & c. per tuas 3.
& c. pen. eo. quib. iuribus per expreſſam conuen-
tionem ſimonia cõmiſſa habetur. Si tacito itidẽ
conuentio fiat, tãtundẽ eſt, par enim uirtus taci-
ti, & expreſſi eſt, arg. l. cũ quid, & ibi cõiter no. ff.
4 ſi cer. pet. † Quare, ſi Epiſcopus centum cuipiam
debeat, & creditor, quo beneficium ipſi, alteriue
conferat, chirographum eius ſummæ tribuat, ſi-
moniã committet, per traditionem enim chiro-
graphi tacito pacti inter ſe uidentur, ut remiſſio
debiti fiat pro beneficio, arg. l. Labeo, ff. de pac. ſi
5 quoq; † ſponſionem centum faciat quis cum Epi

ſcopo

ſcopo,ideſt vna ſcomeſſa di cento ſcudi,quòd ip
ſi,eiuſue filio,beneficium non conferet,& Epiſco
pus,ne centum amittat,ſed lucretur,beneficiũ fi
lio eius conſerat,ſimonia conuentionalis tacito
committitur,& per obliquum, ita ſentit Nau.in
Man.c.23.nu.105.paulo poſt prin. non enim hic
directo pro beneficio datur,ſed per obliquũ ſpõ
ſionem faciendo.Idẽ,ſi Epiſcopus mortuo Paro-
cho,qui ære alieno oppreſſus erat,& Epiſcopo ip
ſi plurimum debebat,ſic diceret,vellem ſucceſſo
rem mihi ſatisfacere:nam ſi quis ſe ſatisfacturũ
offerat,ſimonia cõmittetur,ut in ſimili dixit Na
ua.ibid.nam inquit ſimoniam a quodam cõmiſ-
ſam fuiſſe,qui,Regi cupienti,ut ſucceſſor cuiuſdã
Epiſcopi uiginti millia aureorum,quæ ipſi ab eo
Epiſcopo debebantur,ſolueret, dixit Regi Ego
ſoluam ea ex legitima mei filii, qui erat Epiſco-
patu dignus,ſi ei placeret, non rogando regem,
ut filium præſentaret ad ipſum Epiſcopatum,pro
qua præſentatione eã pecuniæ quantitatem pro-
mittebat:nã,ſi Rex nihil aliud dicẽdo filium præ
ſentaſſet,ſimonia eſſet tacito pacto cõmiſſa, & p
obliquũ,ita Naua.& ſequitur eũ Summa Corona
de ſim.2.p.c.9.habetur caſus huiuſmodi in c. cũ
ad noſtrã,& c.ſeq.de elec.Idem,ſi dicatur hoc pa
cto à collatore beneficii ei,cui illud confert.Acci
pe nũc beneficiũ hoc, quia poſtea reſignabis cũ
penſione,ita vt centũ tibi pro penſione retineas,
& ſi capax erit maioris penſionis,quod reliquum
erit pro penſione Titio aſſignabitur,ſtatim.n.at-
que hic accepit beneficiũ,& illud deinceps reten
ta penſione reſignauit,tacito ſimoniã commiſſit,
ex quo nõ fuit aperta pactio,ſed admonitio q̃dã,
& ſignificatio modi,quo haberi poſſet penſio,at
in ſimili conſuluit Nauar.conſi.6.de ſimo.lib.5.

Hoc aũt,ut.ſ.cõuẽtio interueniat tacita,uel ex
preſſa,locum hẽt ẽt in ſimonia reali,quæ ut ſuo lo
co tradidimus,nil aliud eſt,q̃ ſimonia conuentio
nalis ab vtraque parte executioni mandata ſaltẽ
ex parte.Vbicũq.igitur inter ſe conueniunt,ut al
ter ſpũale tribuat,alter aliquid pretii noĩe detur,
fiatue expreſſe,tacitoue, conuẽtionalis ſimonia
hæc erit,locũq; id hẽt uel per ſe conueniãt, aliuſ-
ue de ipſorũ conſenſu antecedente,cõſequẽteue.
Si ergo alius de tuo conſenſu det quidpiã ei, qui
ſpũale tibi traditurus eſt,vel te ſciente, & poſtea
ratũ habente in his quoque caſibus ſimonia hæc
cõmittetur,vt habetur in c.Matthæus,& ĩ c.ſicut
tuis ver.Niſi poſtea cõſenſeris eo. de ſim.Sed de
hoc hactenus,ad aliud,q̃ neceſſario ineſſe debet,
tranſeamus.

S V M M A.

1 *Simonia cõuentionalis vt committatur,neceſſario re*
quiritur,ne executioni mandata ſit ab vtroque con
trahentium.

§. I.

1 Requiritur denique,†quo ſimonia hæc cõuẽ-
tionalis committatur,ne poſt cõuentionẽ fa
ctã ab utroque contrahentiũ executioni mã-
data ſit:nã tunc non remanet conuentionalis,ſed
realis redditur,quãdoquidem definitio ſimonię
realis ei conuenit,non aũt conuentionalis,realis
enim definitio hęc eſt.Simonia realis eſt ſimonia
conuentionalis ab vtroque cõtrahentium aut in
totũ,aut ex parte executioni mãdata, ſeu adim-
pleta,ut inquiunt Naua.in Man.c.23.nu.105.&
Ant.Berarducius in Sum.Corou.p.3.de ſim.n.9.
& Sebaſtianus Medices in Sum.Peccat.capita.q.
115.in fi.Quare ſimonia cõuentionalis erit, ubi
aut cõuẽtio ſimplex tantũ interuenit,quia.ſ. con
uenerũt inter ſe,alter de dãdo pretiũ pro ſpũali,
alter ipſum ſpũale pro pretio,neuter tñ adhuc qc
quã dedit.Aut,ibi alter tm̃ conuentionẽ factã ad
impleuit,vel qui ſpũale,vel qui pretium ẽt ex par
te,promiſit.Et hoc propriũ ſimoniæ conuentio-
nalis huius eſt,quod ob oculos habẽdũ eſt ob pę
nas,quæ à iure poſitiuo in ſimoniacos inferũtur,
non.n.ſimoniaci conuẽtionales hi uniuerſis pœ
nis afficiuntur ſemper,quibus afficiuntur reales
ſimoniaci:ſed de iis,qui ſimoniã hanc cõmittũt,
nec non de iis,quæ neceſſario ineſſe ipſis debẽt,
quo ſimonia hæc committatur,hactenus, ad effe
ctus ipſius iam tranſeamus.

De effectibus ſimoniæ Conuentionalis. Cap.II.

S V M M A.

1 *Spiritualia per ſimoniam conuentionalem collata ac*
quiruntur.

2 *Beneficij eccleſiaſtici collatio per ſimoniam conuẽ-*
tionalem facta an valeat.

3 *Beneficium eccleſiaſticum per ſimoniam conuentiona*
lem collatum an in foro conſcientiæ retineri poſſit,et
quid in foro exteriori.

EFFECTVS aũt ſimoniæ conuentio-
nalis,de quibus agẽdum nobis eſt,
qm̃ partim ſunt reſpectu habito ad
ipſam ſimoniã,quatenus cõtractus
eſt,partim,quatenus eſt delictũ, iõ
prius de prioribus,deinceps de alijs agamus.

1 Primum igitur†ſpũalia per hãc ſimoniã colla
ta acquiruntur, id qd̃ probatur primò hac rõne,
qm̃ collata per hanc ſimoniã valent,ſeu collatio
ſpũaliũ per hanc ſimoniã facta valet.nullo.n.iure
cautũ eſt acquiſitionẽ ſpũaliũ ſic factã nullã eſſe,
ergo quod ius non dicit,nec nos dicere debem⁹.
arg.l.de p̃tio,ff.de publ.in rem act. Poſtremò ex
ceptio facit regulã in contrariũ,at in ſimonia rea
li tm̃ cautũ eſt,vt collatio quorundã ſpũaliũ nul-
la ſit,ſcilicet in extrauag cũ deteſtabile de ſimo.
ergo ſecus in ſimonia cõuentionali, inclusio.n.
unius alterius excluſio eſt,ar.l.cũ p̃tor,ff.de iud.
& c.non ne de præſumpt. Ex quo igitur collatio
valet,ſpiritualia per ſimoniam hanc acquirũtur.
An igitur beneficii Eccleſiaſtici collatio p ſimo-
niã conuentionalẽ facta ualet? Itẽ an pretium ſic
acquiſitum retineri poteſt? Hæ duæ queſtiones
nobis explicandæ ſunt.

2 Quoad primã q̃õnẽ igitur†Caie.in Sum.in uer.
Simonia propè finẽ uerſ.Tertiò ex eo, quod non
eſt conſumatũ,& Sot.li.9.q.9.art.1.de iuſt.& iur.
collationẽ bñficii hãc nullam eſſe exiſtimarunt.
Et hoc ob eam rationẽ,quod ubi beneficiũ col-
latum eſt,& ſic ex parte ſimonia executioni mã-
data eſt,eſto ex parte accipientis beneficium ni
hil ſit datum,realem tamẽ ſimoniam cõmiſſam

eſſe iidem ſenſerunt, nam, vt inquiunt ipſi de ſententia S. Tho. ſimonia eſt ob futura obſequia beneficium conferre; ſi ergo ſimonia realis eſt beneficii collatio ipſo iure non valet, ſed nulla eſt ob extrauag. cum deteſtabile de ſimon. Hæc ratio repellitur a Nau. eod. c. 23. num. 104. verſ. Tum quia non eſt ſufficiens, nam eadem ratione dicendum eſſet, inquit enim ipſe ibi, ſimoniam eſſe realem dare ſtatim pecuniam pro beneficio poſtea conferendo, & tamen in hoc caſu realem ſimoniam non committi iidem cōcludunt. Hæc reſponſio Naua. ex eo confirmatur, qđ nō minor eſt ſimonia, vbi pretium prius datur, quam res ſpiritualis, immo expreſſa magis, vt dicitur in ca. in tantum verſ. Cū vero de ſimon. Præterea ego dico ea ratione ipſorum ſententiam non probari tum quod eorum ratio eadem cum dicto eſt, nā probare volunt ſimoniam realem eſſe beneficiū ob promiſſionem temporalis conferre, & ratione hac vtuntur, quod ſimonia realis eſt beneficium dare ob promiſſionem futuri obſequii, quod idē eſt, arg. c. ſaluator. 1. q. 1. tum quod pro certo ponunt id, de quo diſputatio eſt, nam diſputatur, an ſimonia realis ſit, vbi adimpleta eſt ab eo tantū, qui ſpirituale tradidit, ipſi vero ſua ratione, vt ex ipſa patet, pro certo id ponunt eſſe ſimoniam realem, cuius contrarium infra c. vli. aſſeruimus. Tū quod nec S. Thom. id inquit, eſto enim dicat ſimoniam eſſe ob futura obſequia beneficium conferre nec ipſe inficior, immo pro certo id habeo, non tamen conſequitur ſimoniam realem eſſe, & ob id diſpoſitionē cit. extrau. cum deteſtabile locum habere, non enim argumētum valet ſimonia committitur, ergo realis, ex quo igitur horum ſententia nec firma ratione, nec iure probatur, tenenda non eſt.

Quare contrariam ſententiam, vt collatio hęc valeat in hoc caſu, vbi ſpirituale prius datum eſt, & beneficium, amplexati ſunt Caſſador. deciſ. 5. de conſt. & Gomes. in cit. reg. de trien. poſſ. qu. 2. & Nauar. qui ipſos ſequitur & commendat admodum in cit. c. fi. num. 28. de ſimoni. & in c. ſi quando exce. 4. nume. 3. de reſc. & in Man. ca. 23. num. 104. verſ. Sed contrarium eſt tenendum & in conſ. 32. nu. 3. de ſimon. lib. 5. Probatur autem primo hac ratione, quoniam ita Romana Curia, & eius Stylus ſeruat, vt cit. autores eiſdem in locis teſtantur, at Stylus Romanę curię ius facit, & ob id ſeruari a nobis debet, arg. c. ex literis de conſt. & c. quam graue de crimin. falſ. & vt dixit Gomeſ. in Proęm. Reg. Cancel. q. 2. uerſ. Quarto pro iſta parte in fine, ubi & alios idem ſentientes refert, ergo ab hoc ſtylo nō diſcedemus, ut ſcilicet collatio beneficii hæc facta noudum ſimonia, ab altero executioni mandata, ualeat. Poſtremo probatur id quoniam nullo iure cautum eſt in hoc caſu collationem nullam eſſe, ſed ſolum in cit. extrauag. cum deteſtabile, at omnes interpretantur eam locum habere in ſimonia tantum reali, vbi ſcilicet ab vtroque ſimonia executioni mandata eſt, ut ait Naua. in Man. eod. 104. uerſ. Tum denique extrauag. & in eod. c. fi. nu. 28. uer. Facit, quod pauci, qui eam, & in c. ſi quando ead. excep. nu. 3. & Caſſad. & Gomes. in cit. locis, ubi & de ſtylo ſic interpretationem hanc receptam teſtantur, ergo hac quoque ratione collationē ualere concludere debemus. Tertio facit, quoniā qui contrarariam opiniouem ſequuntur, ſimoniā realem hic commiſſam ſentiunt, at hæc ſimonia realis, non eſt quandoquidem ipſa committitur ubi ab utroque executioni mandata eſt ſcilicet ab eo, qui ſpirituale promiſſit, quia illud dedit, & ab eo, qui prætium promiſſit, quoniam illud præſtitit, quod hic factum nō eſt, ut in facto proponitur, quamobrem cit. extrauag. locum non habet ex quo, ut diximus, in reali ſimonia tantum locū habet & recepta eſt. Poſtremo facit, quoniam, ſi uellemus diſpoſitionem cit. extrauag. cum deteſtabile in ſimonia conuentionali locū habere, & ob id in caſu noſtro, pęuis fauere mus, quod fieri non debet, vt habetur in l. interpretatione, ff. de pęn. & in c. ſtatutum de reg. iur. lib. 6. & in ca. odia de reg. iur. eod. lib. Item multi excommunicatione, ſuſpenſioneq; irretiti eſſent multi ad fructus beneficiorum, quos hac ſimonia conſecuti ſunt, reſtituendos obligati: multi, quod beneficia non reliquerent, fructusque non reſtituerēt, quæ hominum cupiditas eſt, maximo in diſcrimine ſalutis uerſatentur, quibus omnibus periculis interpretatione hac conſulitur. Collatio igitur beneficii Eccleſiaſtici per ſimoniam conuentionalem facta valet.

3 Atqui tan beneficium hoc ratione hac acquiſitum retineri in foro interiori, exteriorique poterit? Quoad forum interius, ſeu conſcientiæ concludo retineri poſſe, nam ſic aſſeruit Nauar. in cōmentar. c. fi. de ſim. uerſ. Tertium num. 18. ibi Septimo quod non ſolum, nam ibi ait non neceſſariam eſſe diſpenſationem ad retinendum beneficium, quod quis per ſimoniam hanc conuentionalem adeptus eſt, ubi & Gomeſ. & Caſſad. idem ſentientes refert. Hoc idem tradidit in c. ſi quando excep. 4. num. 3. de reſcrip. & in conſ. 32. nu. 3. nam ibi ait quoad ſimoniam conuentionalem commiſſam in beneficio ſufficere cōtritionem & bonam confeſſionem peccati. Præterea probatur id etiam ratione, nam, ſi reſtitutio facienda eſſet aut diuino, naturalique iure, aut poſitiuo fieri deberet, at nullo iure id cauetur. Non diuino, ac naturali, tum quod ſi hoc eſſet, Romanus Pontif. in hoc diſpeuſare non poſſet & tamen diſpenſat, ut generatim antea uidimus, tum quod acquiſitum per ſimoniam mentalem reſtituendum eſſet cū in conſcientiæ foro diuinum, ac naturale ius locū habeant, cuius tamen contrarium habetur in ci. c. fi. de ſimon. Non poſitiuo, ex quo enim loco pęnæ, ſeu in pęnam priuatio hæc fieret, pęna a iure poſitiuo illata in foro conſcientiæ non debetur ante iudicis ſententiam, ut tradidit Gl. communiter recept. in c. fraternitas 12. q. 2. & facit. c. cū ſecundum leges de hæret. lib. 6. In foro conſcientiæ igitur Eccleſiaſticum beneficium per ſimoniam conuentionalem acquiſitum retineri poteſt.

Quoad forum exterius uero,ſeu forum fori,an
priuari eo qs poſſit:Pro certo habeo priuari poſ-
ſe:nam ſic Romanam Rotam hoc conſueuiſſe te
ſtatur Nauar.in Man.c.23.num.104.uerſ.Poſte-
rior uero. Idque iure merito, ex quo enim graue
delictum eſt,deponi etiã poſſet,ut ſentiunt Abb.
ac Dec.in ca. at ſi clerici de ind.quos refert Na-
uar.in eod.uerſ.Nõ eſt igitur quod hac de re du-
bitemus.Beneficia eccleſiaſtica igitur per ſimo-
niam conuentionalem acquiruntur, ac retineri
in conſcientiæ foro poſſunt,eſto priuari ipſis poſ
ſit , ſi in foro exteriori per ſimoniam hane ade-
ptus ea,quis eſſe conuincatur, ut ex dictis proxi-
me colligitur.

Verum quid de aliis ſpiritualibus? Spiritualia
quoque alia ob antecedentes rationes acquirun
tur.Excipio tamen ea ſpiritualia,quæ nec per ſi-
moniam mentalem acquiri concluſimus in ante
cedenti Tab.prox.c.2.prope finem, ſed de quæ-
ſtione hac ſatis,ad alteram tranſeamus, an ſcili-
cet pretium acceptum pro ſpirituali dãdo,quod
ſpirituale tamen datum non eſt,retineri poſſit,tã
in foro interiori,quam exteriori, quam quæſtio-
nem in ſeq.explicabimus.

S V M M A.

1 *Reſtitui an debeat temporale acceptum, pro ſpiritua
li promiſſo tam in foro conſcientiæ,quam in foro ex
teriori .*

2 *Reſtitui debet,quod datum eſt iudici , ut inique iudi-
cet,ſi iudex non inique iudicauit.*

§. II.

1 Quæſtio nobis proxime propoſita hæc eſt , †
an,ſi conuentionalis ſimonia adimpleta eſt
ab eo,qui temporale promiſit pro ſpiritua-
li conſequendo,cum is, qui ſpirituale promiſſit ,
aut nollit,aut nõ poſſit ſpirituale promiſſum præ
ſtare,an inquam temporale acceptum reſtitui ei
debeat,a qno acceptum eſt, exẽpli gratia Titius
centum dedit Seio , quo eum præſentaret ad be-
neficium uacans,in quo ius patronatus habebat,
Seius autem accepta pecunia præſentare ipſum
non uult,uel non poteſt , an igitur Titio reſtitui
pecunia hæc debet? Videbatur dicendum ad re-
ſtitutionem hunc non obligari . Primo,quoniã,
ut in antecedenti quæſtione uidimus, ſi nõdum
data pecunia beneficium quis adeptus eſt per ſi-
moniam conuentionalem , retineri illud poteſt,
ergo & è cõtrario, qui pecuniam accepit pro ſpi
rituali dando retinere pecuniam poſſe uidetur,
diſpoſitum enim in unum ex correlatiuis & in a-
lio locum habet,ut habetur in l.fin.C. de indict.
uid.tollen.& ut tradidit Bar.in l.1.C. de cupreſ.
lib. 10.Poſtremo facit,quoniam eſto reſtitui de-
bet,non ei,qui dedit,ſed aut Eccleſiæ,in cuius in
iuriam data eſt,uel fiſco adiudicanda uidetur,ar
gu.c.de hoc de ſimo.& c.audimus,eod.& l.3. iũ
cta Glo.ff.de cond.ob turp.cauſ.

Contrariam ſentẽtiam nihilominus ſequitur
Caiet.in Sum.in uerb. Simon. prope finem uerſ.
Quod ſi pecunia in hoc caſu,ut pretium receptũ
fuiſſet,& ſequitur Dom.Sot.de iuſt.& iur.libr.9.
q.8.ar.1.uerſ.Interim ergo de reali dicere,ibi Et
quidem,& Nauar.in Man.c.23.num.104. paulo
poſt princ.uerſ.Tum quia obligat ad reſtituẽdũ.
Id quod etiam probatur ratione,nam qui pecu-
niam hanc dedit ob cauſam dedit, ut ſcilicet be
neficium conſequeretur,& idcirco non pure,ſed
ob cauſam dedit ; ergo , ex quo cauſa adimpleta
non eſt,reſtitui debet,cum is,qui accepit,omni-
no dominus factus non ſit ipſius tradentis inten
tione,arg.l.1.& tot.tit.C.de condi. ob cauſ.& ff.
de cond.cauſ.dat.non lec.atque ſic ſenſit Caiet.
ibid. Præterea facit,quoniam datum ob malum
committendum,quod ſecutum non eſt, reſtitui
ei debet,qui dedit,& nõ alteri, ut aſſerit Medin.
in C.de reſtit.quem refert,ac ſequitur Nauar.in
Man.c.17.nu.30.in fi.Poſtremo in pęnis ſumus,
& ob id benignior interpretatio facienda eſt, ut
qui pecuniam dedit,eam recuperet,arg.c.in pœ
nis,& ibi Gloſſ.de reg.iur.lib.6.& ut ſenſit Caie.
ibid.Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtin
guendum cenſeo.

Aut res agitur in foro conſcientię,& in hoc ca
ſu poſterior ſententia locum habet , & rationes
redditæ,nec non auctoritates Caietan.& Nauar.
qui in hoc foro loquuntur , ut aperte habetur a-
pud ipſum Caiet.in cit.loco,nam dãs re uera ani
mum non habuit transferẽdi dominium rei ſuæ
in accipientem,niſi accipiens præſtitiſſet , quod
promiſerat,& idcirco pecuniam tradẽdo non eũ
dominum ſimpliciter fecit,& ob id dominus ip-
ſe remanſit,ergo reſtitui ei debet,ex qno res alie
2 na eſt,arg.c.peccatum de reg.iur.lib.6.† Hinc,ſi
quid vel iudici detur,vt inique iudicet , vel Epi-
ſcopo,vt ordinem,beneficiumue conferat.iudex
vero nec inique iudicet , & Epiſcopus ordinem ,
beneficiumue non conferat,reſtituere ei debere
a'quo acceperunt,& non in pauperes diſtribuere
poſſe Iudicem,& Epiſcopum conſulit Nauar.ibi
dem:ergo idem in caſu noſtro.Nec repugnat,qđ
in antecedenti quęſtione dictum eſt beneficium
retineri poſſe per ſimoniam conuentionalem ac
ceptum:nam,qui beneficium contulit , ad illud
gratis dandum tenebatur,& non pretio, at ad pe
cuniam 'gratis præſtandam hic non tenebatur ,
quamobrem fit,vt cum ratio diuerſa ſit in vtroq;
caſu,ceſſet argumentum a correlatiuis, quod lo-
cum non habet,ubi in utroque ratio eadem non
eſt,ut DD.communiter concludunt.

Aut res agitur in foro exteriori, & in hoc caſu
prior ſententia locũ habet,ut ſcilicet ei reſtituen
da non ſit pecunia,qui eam dedit,& hoc ob eam
rationem,quod turpia lucra auferenda ſunt, arg.
l.in hæredem.ff.de calumniat.& l. ubi autem iũ
cta Gloſſ.ff.de cond.ob turp.cauſ. ubi enim tur-
pitudo tam ex parte dantis,quam accipiẽtis uer
ſatur,accepta pecunia ei reſtitui non debet , qui
dedit,nec apud eum remanere, qui accepit , ſed
fiſco adiudicanda,ut ſenſit Gloſſ.in cita.l.ubi,&
hoc in pœnam delicti, atque ſic ſenſit etiam Ca-
iet.ibid.nam ait ipſe ibi,ſi auctoritas iudicis in-
teruueniret,

teruenirer,ſe non credere ei reſtituẽdam, ſed in pœnam ab illo tollendam,& pro Chriſti honore exponendam: at iudex in foro fori tantum interuenit. In hoc igitur foro ei reſtitui non debet,& in hanc ſententiam iura accipienda ſunt in prima parte allegata,ut mirtam canones citatos locum habere in ſimonia reali, de qua ſuo loco agemus.

Quis ergo pretium hoc habebit? De iure ſcripto,aut Eccleſiæ,in cujus iniuriam datum eſt,aſſignabitur,aut in pauperes diſtribuetur,id quod ſenſit Caiet. ibid. de iure non ſcripto autem, ſeu de conſuetudine fiſcus Apoſtolicus,ſeu Camera Apoſtolica illud ſibi vult,ut in ſequ. Tab. uidebimus,vbi res hęc agetur, ſed de effectu Simoniæ, quatenus rationem contractus habet, hactenus, ad effectus eiuſdem tranſeamus,quatenus delicti rationem habet,id quod in ſequenti præſtabimus.

S V M M A.

1 *Pœna nulla certa contra ſimoniam conuentionalem præſcripta eſt.*

2 *Pœna arbitraria conuentionalis ſimoniacus puniri poteſt.*

§.III.

Effectus ſimoniæ conuentionalis reſpectu ad ipſam habito,quatenus contractus eſt expoſuimus,iam euiſdem effectus exponamus reſpectu habito ad ipſam,quatenus delictũ ẽ, verũ quod hi partim iure diuino,partim poſitiuo ſunt & diuino iure iidem habentur, quos generatim poſuimus in Tab. 1.c. 12.ob eam rem ipſis omiſſis,qui a iure poſitiuo proficiſcuntur, quę pęnæ ſunt contemplemur.

1 Qnoad hoc igitur pro regula habẽdum eſt nullam certam pęnam contra ſimoniacum conuentionalẽ pręſcriptam eſſe,nullo enim iure id cautũ

2 habetur. †Quare pro criminis grauitate, modo hac,modo illa pęna puniri poterit,argu.l. 1. ff.de iur.delib.& c.de cauſis de off.deleg. Modo igitur, infamiæ nota afficietur,nunc depoſitione, nunc alia pęna ad iudicis arbitrium plectetur,vt generatim antea vidimus.

Excipio tamen,vbi aut ſimonia conuentionalis in Romana Curia committitur,aut confidentialis,tunc enim contra hos ſimoniacos tam ipſo iure,quam p iudicis ſententiam pęnæ quæpiã p̃ſcriptæ ſunt,verum,qđ hæ pęnæ communes huic ſimoniæ cum reali ſunt,ob eam rem in prima parte ipſas poſuimus;ſed de effectibus ſimonię huius ſatis,ad materiam eiuſdem tranſeamus.

De Materia Simoniæ Conuentionalis. Cap.III.

S V M M A.

1 *Simonia conuentionalis in ſpecie quid.*

EXPLICAVIMVS, qui ſimoniam conuentionalẽ committunt,quique ipſius effectus ſint,iam materiã eius aggrediamur. Verum,quod eadẽ omnino eſt, quam generatim de ſimonia diximus tã reſpectu habito ad ſimoniam quatenus contractus,delictumue eſt,tam reſpectu habito ad ea,circa quæ verſatur,& ex qua fit, committitur enim & ſimonia hęc circa ſpiritualia,eiſue annexa pretio interueniente,vt habetur in c.non ſatis. & in c.cũ in eccleſię cũ trib.ſeq.& in c.nemo Epĩſcopus,& in tot.fere tit.de ſimonia,ob eam rem materia hac omiſſa, hic ſolum materiam proximam ponamus,quæ generis loco habetur, ſimoniæ huius igitur genus ſimonia conuentionalis eſt,nam ſtãte forma communi opinione ſimoniã conuentionalem duas quaſi ſpecies ſub ſe habere,conuentionalem hãc in ſpecie de qua agimus, & realem,de qua in ſeq. Tab. agemus, neceſſario ſimoniæ huius genus cõuẽtionalis ſimonia erit. Ex his,quæ hucuſq; dicta ſunt quid ſimonia hæc ſit,colligi poteſt.

1 Simonia conuentionalis in ſpecie igitur †eſt ſimonia conuentionalis,quæ aut a neutro contrahentium,aut ab altero tantum executioni mandata eſt.

Dixi ſimonia conuentionalis, & quo ſciatur ſub quo genere ſit,quod eſt ſimonia cõuentionalis,& quo ſeparetur a ſimonia non conuentionali quę ſimonia mentalis eſt,ipſa enim conuentione interueniente nõ fit, ſed animo tantum concipitur,vt habetur in c.fi.de ſimo. Hęc autem conuentione,pactioneue interueniente,vt antea probauimus.

Dixi,quæ aut a neutro contrahẽtiũ,aut ab altero tantum executioni mandata eſt,quo tanquã differentia ſeparetur ab altera ſpecie huius ſimoniæ conuentionalis,quæ realis nominatur, quandoquidem ipſa committitur vbi ab vtroq; contrahentium aut ex toto,aut ex parte executioni mãdata eſt,vt dixit Nauar. in Man.c. 23.nume. 105. & nos infra ſuo loco. Hac igitur ratione ſimonia hæc conuentionalis definitur.

Ex hac definitione in duobus caſibus ſimoniã hanc committi habemus,ſcilicet aut vbi neuter contrahentium executioni ſimoniam mandauit exempli gratia,quoniam qui ſpirituale promiſit nondum illud contulit,& qui pro eodem pretiũ nondum illud præſtitit. Aut vbi alter tantum executioni mandauit,verbi gratia,qui pretium pro ſpirituali promiſſit,illud dedit,eſto, qui ſpirituale promiſerat nondum ipſum contulerit, cuiuſmodi caſus habetur in c.in tantum de ſim. & de promi etiam poteſt ex c.tua nos eo.uel e contrario ſpirituale datum fuit, ſed nondum pretium eius cuiuſmodi caſus habetur in c.nobis fuit eo. de ſimo. Quare grauior ea ſimonia eſt,ubi ex parte eſt adimpleta,& grauius punietur, quam vbi

non eſt adimpleta, vt infra uidebimus c.ſeq. ſed de hac mareria ſatis, ad formam tranſeamus.

De forma ſimoniæ conuentionalis. Cap.IIII.

S V M M A.

1 *Forma ſimoniæ conuentionalis in ſpecie quęnam ſit.*
2 *Promittens inſtrumento publico quis alicui centum quo beneficium eccl. ei conferat, non habens animũ emendi beneficium, nec pręſtandi illa centum, an ſimoniam committat.*
3 *Promittens taliter mortifere peccat.*
4 *Dantes, & promittentes aliquid hodie pro ſpiritualibus habendis non in pœnis, dant, vt ſpiritualia emãt vel quod emi poſſe exiſtiment.*
5 *Simulam pietatem iactitanſue ſe peritum eſſe, quo beneficium conſequatur, ſimoniam non committit.*

1 FORMA deniquę ſimoniæ cõuẽtionalis in ſpecie ſunt verba, facta, & ſigna, quibus cõtractus rei ſpiritualis non gratuitus fit. Id qđ probatue primo hac ratione, quoniam in contractibus forma ſubſtantialis eorum ſunt verba, & facta, quibus contractus efficitue, ſtatim .n. atque in emptione de pretio conuentum eſt in pecunia numerata, emptio facta eſt, vt habetur in Inſti. de empt. & vend. & matrimonium contractũ dicitue ſtatim; atq; præſente parocho aut verbis, aut ſignus mutuus conſenſus in matrimoniũ præſens, vel vt dicitur per nerba de pręſenti præſtitus eſt, vt habetut in c.pen. de ſponſ. & in ca. licet de ſponſ. duoe. iunct. c.1. de ceform. matrimo. ſeſſ. 24. apud Trid. Synod. at ſimonia contractus ſpeciẽ habet, vt antea vidimus, ergo eius forma ſubſtantialis erunt verba, ac ſigna, quibus cõtractus ipſe ſimoniacus concipitur, nam & quod ſignis concipiatur ſimonia, ſicut etiam contractus nonnulli, ſic dixit Nauar. quis Caiet. idem ſententẽ refert in Man. cap. 23. num. 105. uerſ. vel factis. poſtremo id etiam, hinc probatur, quoniam nec cõtrahentes, qui ſunt cauſa efficiens. Nec itidem effectus ſimoniæ, ſicut nec materia ulla eius forma eius poſſunt, ergo neceſſario concludendum eſt formam ſimoniæ eſſe verba, aut ſigna, ſeu facta, q bus contractus ipſe conficitur. Hęc igitur ſimoniæ conuentionalis forma propria eſt. Quare uel pure concipiatur, vel ſub conditione, uel cauſa vel modo ſimonia ſemper committetur quando quidem ſpiritualia pure tribui debent, vt habetue in c.fi. & in c. cum pridem de pact. & in c. tua nos de ſim. & in c. quam pio 1.q.3. & vt dixit Guliel. Redoa. in tract. de ſimo. p.2. c.3. nu.1. & DD. communiter. Item, quoniam conuentione, & pactione ſimonia hęc cõmittitur, & cõuẽtio generale nomen eſt ut dicitue in l.1. §.2. ff. de pact. ob eã rem uel nuda pactio ſit, vel veſtita, vt aiunt ſemp ſimonia committetut, modo gratuita non ſit, ita Redoan. ead. p. c.4.

2 Veeum quid, ſi quis inſtrumento publico promittat centum alicui, vt confeeat ipſi beneficiũ eccl non habens tamen animum emendi beneficium, nec præſtandi illa centum, an hic ſimoniã committet. Hanc quæſtionem diſputauit Caiet. in 2. Tom. Trac. 9. q. 2. & conclusit ſimoniam non committi. Et hoc ob eã potiſſimum, rõnẽ; quoniã ſimonia eſt voluntas emendi, uel uendendi ſpirituale, at hic uoluntas huiuſmodi non adeſt, ut in facto proponitur quandoquidem nec beneficiũ emere, nec illa centum pręſtare in animo habet, ergo ſimonia non committitur, eſto vendens credat ſe vendere, quod tamen nihil eſt, cum nõ adſit, qui emat. Hæc igitue potiſſima ratio eſt Caiet. quamobrem in hoc caſu ſimoniam non committi aſſerit, ſequitur quoque hanc opinionem Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 5. arti. 1. verſ. Dubium hinc autem non diſſimulandum exurgit. Hunc tamen peccare ait mortifere, tum quod participat cum ſimoniaco, qui re uera vẽdere ſe exiſtimat, & uult tum, quod ſe infamat, ſe ſimoniacum ſignificãdo, tum ob ſcandalum, quod tribuit, ac denique ob mendacium, quod ſui natura ſemper peccatũ eſt.

Contrariam ſentẽtiam nihilominus ſequitue Nauar. in Man. c. 23. num. 106. verſ. Ad tertium, ſcilicet ſimoniam & hũc committere. Et hoc ob eam rationem primo, quoniam ea promiſſione, eſto falſa ſit, intendit ipſe ſpirituale conſequi, ob eam enim rem fingit, quo alter impellatur ad beneficium ei conferendum. Item ea promiſſio eſt quid temporale at ubi datur, promittiturue quid temporale pro ſpirituali conſequendo ſimonia committitur, ut ipſe ait, ergo & hic. Hęc ratio mihi non ſatisfacit, nam eſto, qui temporale promittit pro ſpirituali, ſimoniam committat, non tamen ſimpliciter id uerum eſt, ſed ſolum, ubi tẽporale illud pecunia æſtimabile eſt, ſecus autem ſi non ſit pecunia æſtimabile, nam ſimonia uere & proprie non committitur, ut probauimus ſupra de pręcibus, & laudibus, ubi preces, & laudes pecunia æſtimabiles non ſunt, at promiſſio hæc hæc falſa pecunia ęſtimabilis non eſt, ergo ſimonia proprie, ac uere per hanc promiſſionem non committitur. Tertio hanc ſentẽtiam ratione hac probat Nauar. quoniam ad ſimoniam committẽdam non neceſſario poſtulatur, ut quis animum habeat emendi, uendendique ſpirituale, ideſt cõtractum emptionis, & uenditionis de ſpirituali fieri. ſed ſat eſt, ut animum quis habeat faciendi dandique aliquid, quo ſpirituale conſequatur, ergo hic ratione hac ſimoniam committit, nã ea falſa promiſſione intendit conſequi ſpirituale, eſto non intendat emere. Hæc itidem ratio mihi non probatur, eſto enim non neceſſario requiratur cõtractus emptionis, & uẽditionis, requiritue tamẽ aliquis non gratuitus cõtractus, & idcirco, ut qd pro ſpirituali tribuat, quod pecunia æſtimabile ſit, ut propoſuimus antea, cuiuſmodi promiſſio hęc falſa non eſt, ut dixi.

Quid ergo concludẽdum? Ego præmitto prius & pro certo pono ſimoniam hic cõmitti ab eo, q

uendit

uendit. Et hoc ob eam rationem, quoniam ipſe animum uendendi habet ſpirituale, & ex parte ſua contractum adimplet. Præterea ob id, quo ſimonia uolontare tantum committitur, ut uidebimus: ergo, ex quo hic animo conceptum iam habet uendendi ſpirituale, immo & pactus eſt, ac cõuenit cum alio, ſimoniachus ſine dubitatione eſt, ſimonia enim, ut ſæpiſſime diximus, eſt uoluntas emendi, uẽdendiq; ſpirituale, uel ſpirituali annexũ. Nec facit, ſi dicatur, ex quo non eſt emptor, nec uenditor eſſe põt, cũ hæc nomina correlatina ſint, nã ſimonia præter quam quod eſt contractus, vt uidimus, eſt quoque delictũ, quod ab uno tantum concipi poteſt, ut DD. communiter concludunt, & arg. c. de ſimoniace de ſimo. Erit igitur vel contractus innominatus, uel emptionis, uel uenditionis, eſto falſus ex parte ementis,

3 Secundo præmitto, † qui promiſſit ea centum, pro certo ipſum mortifere peccare ob rationes, quas reddidit ipſe Caiet. cum quo tranſit etiam Nauar. ibid.

His præmiſſis, quoad quæſtionem ipſam ſic diſtinguendum cenſeo in ipſo promittente pecuniam. Aut quæritur, an in foro exteriori Eccleſiæ pro ſimoniacho habeatur, & in hoc caſu ꝓ ſimoniacho ipſum habendum cẽſeo; nam, ex quo adeſt pactum, & inſtrumentum publicum, ſecundũ ea, quæ apparent, Eccleſia iudicat, arg. l. illicitas. §. ueritas, ff. de off. præſid. non autem ſecundum animum, quandoquidem Eccleſiæ notus ipſe nõ eſt, ſed occultus, & Eccleſia de occultis non iudicat, ut dicitur in c. ſicut tuis, & in c. tua nos in fin. de ſimon. Accedit ſimoniachum mentalem, & alium etiam peccatorẽ occultum ab Eccleſia non puniri, ut habetur in c. fi. de ſimon. & facit ca. cogitationis, & ibi Nauar. de pœnit. d. 1. ob eam rationem, quoniam ipſam non nouit: ergo & è contrario ſimoniachus apparens ex factis exterioribus pro tali ab Eccleſia habebitur, eſto animo talis non ſit, ut quod operatur propoſitum in ꝓpoſito, operetur oppoſitum in oppoſito, arg. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. & in hanc ſententiam Nauar. opi
4 nio locum habere poteſt. † Et re uera hodie ſimoniæ ratione hac committuntur, eſto etiam aliquid detur pro ſpirituali conſequendo: non enim datur, quaſi quis intendat emere ſpirituale, ſed ut inducat animum dantis ad dãdum, id quod Abbas dixit quoque in c. per tuas, 1. num. 10. de ſimon. ibi enim agens, an crimen ſimoniæ ſit aliis criminibus grauius, & referens opiniones DD. q ſentiunt ſimoniam aliis criminibus grauiorem eſſe, inquit ſe hoc uerum putare, ubi ſimonia haberet in ſe hæreſim, ut quia credit quis gratiam ſpiritus Sancti poſſe pretio acquiri. Sed ſecus puto inquit in ſimonia, quæ cõmittitur hodiernis temporibus, dantes enim pecuniam, dãt potius, ut inducant ſuperiorem ad ordinandum, uel ad conferendum beneficium, quã quod exiſtiment illam gratiam poſſe emi, uel uendi, uel quam ipſi in ueritate intendant emere, uel uendere. Hæc ibi Abb. Ex quibus dictum iã a nobis probatur; ſequitur quoque idem Mar. Socin. Sen. ibi. Excipio tamen in hoc dicto ruſticos, & huiuſmodi ꝑſonas: nam imperiti exiſtimant ſpiritualia hæc uẽdi poſſe. Aut quæritur, in foro interiori, an hic ſimoniam uere committat, & in hoc caſu concludendum cenſeo, ſimoniam quidem uere, & proprie ab hoc non committi. Primo, quia ſimoniæ definitio ei non conuenit, nam uoluntatem non habet emendi ſpirituale, ut in facto proponitur, & ſimonia eſt uoluntas emendi ſpirituale, ergo nec definitum ei cõuenire poteſt. Poſtremo, quoniam ad ſimoniam uere, & proprie committendam neceſſario requiritur, ut datio, aut promiſſio ſit pecunia æſtimabilis, ut antea probauimus promiſſio uero hæc talis non eſt, quippe, quia falſa. Non eſt igitur ſimonia commiſſa uere, ac proprie in foro interiori, & in hoc caſu ſentẽtiam ſequor Caiet. & Sot. qui Sot. hanc diſtinctionem ſequitur, & ueriſſimam ipſe cẽſeo. At illud ſane uerum ſentio intentione, ut ita dicam, ſimoniam committi, ſcilicet ſimilitudinariam, quippe, qui intendat ea falſa promiſſione ſpirituale cõſequi, eſto animum non habeat emendi, nam alia tamẽ ratione iniuſta nititur habere ſpirituale, quę quoniam nihil pecunia æſtimabile continet, ob eam rẽ uere, ac proprie ſimonia interuenire non poteſt, ſicut diximus ſupra de precibus, & laudibus, & in hoc etiam caſu, ſententia Nauar. locum habebit, ſed de quæſtione hac ſatis.

5 Ex ſolutione huius quæſtionis † ſolutio alterius habetur, an ſimonia committatur ab eo, qui pietatem ſimulans beneficium cõſequitur, nam, ex quo ſimulatio illa falſa eſt, & pecunia non æſtimabilis etiam ſua natura, ſimonia non committitur, niſi intentione ipſius ſimulãtis, ſed peccat mortifere. Præterea Hipocrita hic eſt, ut qui iniuſte laudem ſibi quæritet, nõ autem quicquam dat, quamobrem emptio fieri poſſit. Simoniam ergo hic nõ committit, atque ſic dixit S. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 5. ad quartum, & ſequitur Ioan. Tabien. in uerb. Simonia, nu. 60. uerſ. Quinquageſimonono, & Ang. eod. 3. num. 21. uerſ. Vtrum prætendens ſanctitatem, & Dom. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 9. q. 7. art. 3. in reſp. ad quartum, ubi pluribus hanc rem agit, & ob id ad reſtitutionem non tenetur, Sicut nec is, qui ſanctitate, paupertateue ſimulata, quid acquirit ex eleemoſyna, nam ſanctitas illa, & paupertas ſunt cauſæ impulſiuæ dandi, finis uero propter Deũ, & ita pluribus ibi concludit Sot. Quare ob eaſdem rationes, nec ſimoniam committit, qui ut dignitatem Eccleſiaſticam conſequatur, in ſacris literis ſe diutius uerſatum iactitat, & ſe dignum oſtendit, peccat tamen, ſi indignus ſit. Intẽtione itidem ſimoniam committit, ſi ea ſimulatione tanquam pretio utitur, quæ tamen uere, ac proprie ſimonia non eſt, ut diximus ſupra de precibus, & laudibus. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo, ſed de cauſis huius ſimoniæ hactenus; ad accidentia eiuſdem tranſeamus, id quod in ſequ. præſtabimus.

De accidentibus, quæ a cauſis ſimoniæ conuentionalis emanant. Cap. V.

S V M M A.

1 *Simonia conuentionalis duplex eſt, & quæ una quaque.*

2 *Simonia hæc an conuentionalis, realiſue ſit vbi ex parte eius adimpleta eſt, qui ſpirituale promiſſit.*

ABSOLVTIS cauſis ſimoniæ huius iam accidentia, quæ ab ipſis emanant contemplemur. Verum, quod de accidentib. quæ ab efficiente cauſa, a fine & a forma ſunt nihil eſt, quod dicatur, ob eam rem diuiſionem, quæ a materia naſcitur contemplemur.

1 Simonia igitur conuentionalis hæc, † ut ait Nauar. in Man. c. 23. num. 104. duplex eſt. Altera quæ a neutro nulla ex parte executioni mandata eſt, ſed ſolum conuentio, & pactio interuenit de dando, faciendoque aliquid pro ſpirituali. Altera, quæ executioni ex parte mandata eſt.

Prima eſt, exempli gratia, vbi conuentum inter aliquos eſt, vt alter pecuniam det, alter uero beneficium eccl. ſed nondum ille pecuniam, nec hic beneficium dedit. Hæc igitur ſimonia conuentionalis prima eſt. Et de hac habetur in c. cum eſſent de ſimon. nam, cum ibi promiſſiſſet clericus quidam militi ſe cauſam eius quãdam acturum, contra vero miles illi beneficium, Romanus Põtif. cum hoc intellexiſſet, promiſſionem eam improbauit. Et hoc ob eam rationem, ut ipſe ibi ait, quoniam ſimoniacam prauitatem continebat. Ecce hic ſimonia conuentionalis erat (conuentio enim facta erat expreſſa de beneficio eccleſiaſtico dando pro re temporali) Item a neutro executioni mandata, nam nec clericus operam ſuam pſtiterat, nec miles beneficium. ergo ſimonia conuentionalis eſt quamuis a neutra parte adimpleta ſit, idem habetur, in cap. cum quidam de pact. quamobrem fit, vt ſimonia hęc mentali grauior ſit. Item, ex quo pbari põt in foro exteriori puniri poteſt, vt dixit Naua. ibidem & facit cit. c. cum eſſent, & c. cum pridem, vbi cõtractus nullus redditur, quod pęnam in ſe cõtinet, vt alibi diximus. Quotieſcunque igitur ſimonia hæc a neutra parte executioni mandata eſt, prima conuentionalis ſimoniæ ſpecies quodammodo erit.

Altera eſt, vbi ab vno eorum executioni mandata eſt, ſcilicet, aut ab eo, qui temporale promiſſit, aut ab eo, qui ſpirituale. Neceſſario igitur requiritur, ut alter ſolum executioni ex parte ſua mandauerit. Et de hac habetur in c. ex diligenti de ſimon. ubi quis homagium præſtitit, & ſic cõuentionem ex ſua parte factam impleuit pro pro miſſione facta ſibi de beneficio eccleſiaſtico, qđ ei datum tunc nondum erat. Item habetur in ca. nobis eod. ubi electio improbatur, quæ facta fuerat promiſſione intercedente ſolum de quadam pecuniæ quantitate, facit quoq; c. ueniens eod. Secunda igitur quaſi ſimonię ſpecies conuentionalis hęc eſt, vbi ex parte vnius tantum eſt adimpleta. Et vbi ex parte dantis temporale adimpleta ē, nemo id inficiatur, nam & idem Caiet. inquiunt & Sot. quos refert, & ſequitur Nau. eo. in loco.

2 Verum quid, † vbi ex parte eius adimpleta eſt qui ſpirituale promiſit, an conuentionalis realisue ſimonia erit? DD. in hoc varii ſunt Caiet. & Sot. quos refert Naua. ibidem realem ſimoniam eſſe inquiunt, ut diximus ſupra ca. 2. hac Tab. nã ad eam adimplendam ſat eſſe ſentiunt ſpirituale traditum eſſe. Et hoc ob has rationes in primis quoniam, ut ait S. Thom. 2. 2. q. 100 art. 5. in reſp. ſimonia eſt dare ſpirituale pro obſequio futuro & nondum præſtito, item credit vendere eſt uendere. Hę tamen rationes non concludunt ſimoniam realẽ eſſe, ſed ſimpliciter ſimoniã eſſe, nã & idem concluderent ſi pro ſpirituali dando pretiũ datum eſſet, cum expreſſius exprimat uẽditionis ſpeciem qui prius recipit pretium, quam rem uenditam conferat, ut dicitur in cap. in tantum de ſimon.

Contrariam opinionem ſequitur Nauar. ibid. num. 104. ut realis ſimonia non ſit. Et hoc ob eã potiſſimum rationem, quoniam ſtylus Romanæ Curiæ hic eſt, ut collatio beneficii per hanc ſimoniam conuentionalem facta, ideſt nondum pretio dato, ualeat, de quo ſtylo teſtatur Caſſado. & Gomes. quos refert ibi Naua. & nos ſupra alibi, at ſi eſſet ſimonia realis, collatio non ualeret ob extrauag. cum deteſtabile de ſimon. quam DD. communiter interpretantur locum habere vbi ab vtraque parte adimpleta eſt, ut ſupra diximus.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cẽſeo. Aut uolumus eam realem ſimoniam dicere, in qua præter conuentionem res aliqua tradita eſt, & in hoc caſu uerum erit ſimoniã realem eſſe, atqui idem erit uel ſpirituale, uel tẽporale tantum datum ſit, arg. cit. c. in tantũ uer. Cũ uero expreſſius, ſed in hãc ſententiã ſuam opinionem non interpretantur Caiet. & Sot. & mea ſententia non bene, cum ipſi exiſtiment realem ſimoniam committi ſolum, ubi ſpirituale traditur, non autem temporale, quod eſt contra cit. c. in tantum, nam, cum ibi quidã pro chriſmate dãdo in fine quadrageſſimę pecuniã in media quadrageſima accepiſent, de hoc edoctus Romanus Pont. mandat huiuſmodi exceſſum corrigi, non obſtante, quod pecunia pręſtaretur ante chriſmatis dationem, & hoc ob eam rationem, quoniam ut ait ibi Summus Pontifex, expresſius exprimit uenditionis ſpeciem, qui prius recipit pretium, quam rem uenditam conferat. Ex quo apparet non minus ſimoniam cõmitti ubi ſpirituale traditur prius, quam ubi pretium. Immo potius, ubi pretium antecedit rei traditionem, uel igitur in utroqe caſu realem ſimoniam committi dicendum eſt, uel in neutro. Aut nolumus intelligere ſimoniam realem eam, quę perfecta abſoluta, & adimpleta eſt, & plurib. pęnis punitur, & in hoc caſu ſententiam Nauar. ſequor, ut ſcilicet realis

non

non ſit,niſi ab utraque parte adimpleta ſit.Id qđ probatur hac potiſſimum ratione, quoniam non eiſdem pęnis.vbi ab una parte tantum eſt adimpleta afficitur, quibus afficitur, poſteaquam ab utraque eſt adimpleta,nam in hoc caſu collatio beneficii facta non ualet,& tam conferens, quam is,cui confertur,ipſo iure excommunicatus eſt, vt habetur in cit.extrauag.cum deteſtabile de ſimon.quam conſtitutionem DD.communiter interpretantur locum habere,vbi ab vtraque parte ſimonia completa eſt,vt alibi probauimus,ar,ubi ab una parte fuit adimpleta,collatio beneficii q- dem valet,& in excommunicationem neuter incidit,eſto beneficio priuari poſſit,& puniri,vt dixit Nauar.eo.c.23.num.104.& nos ſupra de pęnis. Verum inquiet quiſpiam cur potius conuentionalis,quam realis dicenda eſt ea ſimonia, ubi ex parte tantum eſt adimpleta? Ob eam rationē quoniam,ut proxime diximus eiſdem pęnis non ſubiicitur,quib.realis,ſed iis,quibus cōuentionalis ſimplex. Poſtremo, quoniam realis perfecta, & abſoluta omnino ſimonia eſt eiuſmodi dici non poteſt,quę ex parte eſt completa. Hinc videmus in iure pro legato nobis relicto,cuius domini efficimur a morte teſtatoris poſt aditam hæreditatem,vt habetur in l.a Titio,& ibi Gloſſ. ff. de furt.& ut tradunt doct.in l.1.C.commu.de lega.& in §.noſtra autem in inſt.de leg.nobis tantum actionem in perſonam dari,ut dicitur in cit.§.noſtra,& in ead.l.1.cum tamen actio hæc non detur pro re noſtra,ſed pro re quæ nobis debetur vt tradit Imperator in §.1.in Inſtit.de act.id quod ob eam rem fit,quoniam ficte,& non proprie abſoluteque dominium legati quis adeptus eſt. Iure igitur in caſu noſtro ſimonia hæc non omnino adimpleta ab utroque cum cōuētionali fuit potius numeranda,quam cum reali, in hac, igitur quęſtione ſic concludendum cenſerem. Duæ quodāmodo ſpecies ergo ſimoniæ conuentionalis ſunt,quarum altera eſt,ubi ſolū pactio, & conuentio interuenit tacito,expreſſeue. Altera, ubi unus ex parte ſua adimpleuit. Id quod idem cenſeo ſi adimplere quis incipiat. Simoniam ergo conuentionalem committit,qui inſeruit alicui pacto interueniente,ut deinceps beneficium eccleſiaſticum ipſi tribuat,quamuis,ſi pactio nulla ratione interuenerit,mentalis ſimonia,& non conuentionalis eſſet:ſed de ſpecie hac ſatis,ad alteram ſpeciem cōuentionalis ſimonię, quæ realis dicitur,tranſeamus.

- *Simonia Realis cognitio habetur ex cognitis ipſius &*
  - *Cauſis, quarũ alia dicitur,*
    - *Efficiẽs Homines in quibus, vt ſimoniam hanc committant ineſſe debent quadam*
      - *Communia ipſi cum alijs ſimonijs, ſupra generatim, & hic c.1.*
      - *Propria I. Vt ex toto, aut ex parte adimpleta ſit. II. Aut eodem tempore, aut diuerſo eod. c.*
    - *Finis, ſeu effectus quorũ alij ſunt reſpectu habito ad ipſam quatenus eſt.*
      - *Contractus quorũ alij pertinent ad*
        - *Ementem, accipientemue ſpiritualia ſcilicet ſub conditione, modoue ſpiritualium acquiſitio c.2.*
        - *Vendentem ſpiritualia, alienantemue, ſcilicet ſub cõditione, modoue pretij priuatio eod. c.*
      - *Delictum quorum alij ſunt de iure.*
        - *Diuino ſupra generatim, & hic c.3.*
        - *Humano, Pœna, quarum alia ſunt.*
          - *Cõmunes reſpectu habito ad*
            - *Simonias omnes ſupra generatim*
            - *Spiritualia omnia hic, & nulla.*
          - *Propriæ, quarum alia ſunt reſpectu habito ad*
            - *Ordines reſpectu habito ad*
              - *Cõferentes 1. ſunt excõicati 2. ſupenſi à collatione ordinũ. 3. A põtificali. 4. Ab ingreſſu Eccleſię. 5. Arbitraria pęna puniuntur. 6. Cõtrauenĩẽtes ſuſpẽſi ſunt ab eccleſię adminiſtratione, et a fructibus 7. Irregulares etiam ſiunt. c.3.*
            - *Ordines reſpectu habito ad*
              - *Suſcipientes 1. ſunt excõicati 2. ſuſpenſi, & tales declarati, & perpetuo ab oĩ ſpe aſcendẽdi ad ſuperiores ordines. 3. Adminiſtrãtes ſunt irregulares priuati dignitatibus officijs, et beneficijs Inhabiles ad alia ẽt diſſimilia. Sĩ regularis ſit actiua, et paſſiua voce priuatus eſt 4. Irregulares ſũt c.4. Proxeneta, & non patefacientes puniuntur, vt inf.*
            - *Beneficia reſpectu habito ad*
              - *Conferentes excõicati ſunt c. 5. Suſcipiẽtes excõicati ſunt. 2. Collatio nulla, et iõ reſignãda cũ fructibus 3. Inhabiles ad ipſa ſiũt, & ad alia acquirenda. 4. Cõuictis ſæpius hãc ſimoniã cõmiſiſſe corporaliter puniuntur, deponũtur, & à cõſortio fideliũ eijciuntur per ſententiã. 5. Triẽnali poſſeſſione nõ adiuuantur 6. Spoliati beneficio nõ agũt c.6. Ipſis ignorantibus tamen ſimonia cõmiſſa quid iuris ſit habetur c.7. Proxeneta ſunt excõmunicati ca. 8. Nõ patefaciẽtes ſimoniã in ordine, et beneficio ẽs puniũtur c. 9.*
    - *Materia, cuius alia eſt,*
      - *Communis ſupra generatim*
      - *Propria quo ad genus Simonia conuentionalis c.10.*
    - *Forma executio ipſius ab vtroque facta aut ex parte, aut ex toto cap. 11.*
  - *Accidẽtib. quæ ab ipſis cauſis emanant, ſcilicet*
    - *Ab efficiente*
    - *A Fine*
    - *A Materia*
    - *A Forma.*
    - (all four:) *Supra generatim*

EFFECTVS denique ſimoniæ realis quoniam & hi partim ſunt reſpectu habito ad ſimoniā hanc, quatenus contractus eſt; partim, quatenus eſt delictum, ideo prius de prioribus, deinceps de poſterioribꝰ, agamus.

1 Primum igitur† ſpiritualia per hāc ſimoniam collata acquiruntur, id quod probatur hac potiſſimum ratione, quòd in aliquibus tantum caſibus cautum eſt, vt collatio ſpiritualium per hanc ſimoniam facta, nulla ſit, ut habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. & in Bulla Grego. de datis, & promiſſ. pro iuſt. vel grat. & in alia Bulla de ſimonia confidentiali, & generatim antea, ergo ſecus in reliquis ſpiritualibus, tū quod incluſio unius alterius excluſio eſt, arg. l. cum prætor, ff. de iud. & c. nonne de præſumpt. tum quod exceptio contrariam regulā eſſe indicat, vt tradunt DD. in Rubr. de reg. iur. Pro regula igitur habebimus ſpiritualia per hanc ſimoniam collata acquiri, ac valere Excipiuntur caſus, qui habentur in cit. extrauag. & quos in Tab. 1. poſuimus. Verum quid de temporali nomine pretii accepto pro ſpiritualium collatione, an ipſum accipiens dominium eius acquirat? Hanc quæſtionem in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Pretium acceptum pro beneficio tradito retineri non poteſt ab eo, qui illud accepit de communi iure ſcripto.*
2 *Pretium temporale pro ſpirituali datum in foro fori de iure ſcripto reſtituendum non eſt ei, qui illud dedit eodem iure.*
3 *Pretium acceptum pro conferendo beneficium ei eccleſiæ dandum eſt, in cuius iniuriam fuit datum cōmuni iure.*
4 *Ingreſſus monaſterij gratia ſi quid detur, cui reſtituēdum eodem iure.*
5 *Sepulturæ gratia ſi quid datum eſt cui reſtituendum eodem iure.*
6 *Spiritualium aliorum gratia ſi quid detur cui reſtituendum eodem iure.*
7 *Reſtitutio pretij ſpiritualium, cui reſtituendum de cōſuetudine.*
8 *Reſtitutio pretij prędicti cui facienda in foro conſcientia.*

§. I.

§ Quæſtio nobis propoſita hæc eſt in pręſenti explicanda, an pretium temporale pro ſpirituali tradito acceptum, & ob id in ſimonia reali retineri poſſit, eique acquiratur, q illud accepit, quam quæſtionem, vt dilucidiorem habeamus, diſputabitur primo in foro exteriori, deinde in foro interiori conſcientiæ, & primo ubi pro beneficio eccleſiaſtico, pro ingreſſuque monaſterii datum pretiū eſt, & pro ſepultura, deinde, ubi pro aliis ſpiritualibus.

Quoad primum igitur, vbi in forum exterius delata ſimonia hęc eſt, etſi DD. in hoc uarii ſint, Ego tamen, ut abſolutā materiā hāc habeamus, ac certā, quatuor concluſionib. ipſam explicabo.

1 Concludo igitur primum, † qui pretium hoc accepit pro beneficii eccl. traditione, retineri ab eo illud non poſſe, Id quod probatur primo per c. de hoc de ſimo. & per c. ueniens eod. nam in c. de hoc, Rom. Pōt. inquit ſi rex, eiuſue Principes quidquam ab Epiſcopo acceperint, quo electioni ſuę conſentirent, reſtitui debere, Regem autē, & principes eius, ait enim ibi, debes inducere, vt ſi qua acceperint a præfato Epiſcopo, ut eius electioni pręſtarent aſſenſum, Eccleſię Exononienſi ſine diminutione reſtituāt, cum ea ſine graui ſuę uitæ periculo retinere non poſſint. Ecce hic ſimonia realis commiſſa erat, ex quo pro præſtatione conſenſus in electione pecunia accepta erat, & ſine diminutione, ut reſtituatur, ibi præcipitur, ergo retineri non poteſt. Idem habetur in eod. ca. ueniens, ibi enim mandat Summus Pōti. ut compellantur Abbas, & monaci ad reſtituendā pecuniā, quam acceperant a quodam ob id, ꝙ in monachum eum receperunt. Ecce hic quoque ſimonia ab utroque completa erat, (monaci. n. receperant eū in monachum, ac deinceps pecuniam ꝓmiſſam habuerant, & idcirco ſimonia realis erat cōmiſſa,) & ibi quoque ꝑcipitur, vt reſtituatur, ergo retineri in foro exteriori non pōt, ex quo. n. citatis iuribus Rom. Pont. aditus erat, & ad ipſum res delata, in foro exteriori res agebatur. Poſtremo probatur id ēt ratione, nam turpia lucra hæc ſunt, & turpiter acquiſita, ergo auferri debēt a fiſco, turpia enim lucra a fiſco extorquēda ſunt, ut habetur in l. fiſcus. ff. de iur. fiſci, & in l. in hęredē, ff. de calumn. & l. ubi autē, iunct. Glo. ff. de cond. ob turp. cauſ. In hoc igitur foro pro certo habebimus retineri pretium hoc non poſſe ab iis, qui illud acceperunt, aut pro beneficio eccl. conferendo, aut pro receptione in monaſteriū, aut pro ſepultura, ut de primo habetur in cit. ca. de hoc, de ſecundo in eod. c. ueniens, & de tertio in c. audiuimus eod, de ſimo. & in hanc ſentētiam accipiēdus eſt S. Tho. qui & ipſe hoc ſenſit pretiū hmōi ab hoc retineri non poſſe, 2. 2. q. 100. art. 6. in reſp. ad quartum, ſicut etiam Archiep. Flor. in 2. p. Sum. tit. 1. c. 4. §. 3. uerſ. Tertia perditio, & Sylue. in uerb. Simonia, q. 2. uerſ. Secundum.

2 Secundo idem cōcludo† pretium hoc reſtituēdum ei non eſſe, qui illud dedit. Id quod probat per cit. c. de hoc de ſimo. nā ibi iubetur, ut id, qđ pretii nomine datū eſt, ei Eccleſię detur, in cuius iniuriam datū erat, & quamobrē ſimonia cōmiſſa erat, ergo non ei, qui dedit, reſtitui debet, arg. l. cū ꝑtor, ff. de iud. & c. nonne de ꝑſum. Idē habetur in c. audiuimus, eod. ibi enim exacta ꝓ ſepultura tribuenda, ut reſtituātur duplicata, & erogētur in utilitatē eius eccleſiæ, in cuius iniuriā fuerāt tributa, mādat. Non igit̄ ei, q dedit reſtituet̄.

Contra concluſionem hanc tñ facit c. ueniens

de ſimon. nam ibi, cum pecunia data eſſet à quopiam, quo in monaſterium reciperetur, præcipit ibi Romanus Pontif. vt ei reſtituatur. Verum a propoſita concluſione diſcedendum nô eſt. Nec obſtat cit. cap. veniens, nam idcirco ibi ei, qui dedit, pecunia reſtituitur, quoniam petita ab eo fuerat nomine conſuetudinis; aſſerebatur enim conſuetudinem eſſe, vt tantum ab ingredientibus monaſterium tribueretur, id quod legitime fieri exiſtimans monaſterium ingreſſurus bona fide, & ob id ſimoniam non interuenire exiſtimans pecuniam præſtitit. Quòd igitur culpa caret, ob eam rem pecunia ei reſtituitur, atque ſic reſpondit Couar. in Reg. peccarum, 2. par. §. 2. nume. 7. quæ reſponſio mihi ueriſſima uidetur, omiſſa alia, quam uti falſam non ſequor. Pro regula igitur habebimus in ſimonia reali, quod pretii nomine datum eſt, ei, qui dedit, reſtituendum non eſſe. Excipitur tamen, vbi bona fide, ſcilicet probabiliter quis exiſtimâs id fieri poſſe quidpiam dedit, tunc enim reſtitutio ei faciẽda erit ob cit. c. ueniens de ſimon.

8 Tertio concludo, † de iure communi, ſcripto pretium hoc ei Eccleſiæ tribuendum eſſe, in cuius iniutiam datum eſt, ſiue pro ipſa eccleſia, beneficioue eccleſiaſtico habendo datum ſit, ſiue pro ingreſſu monaſterii, id eſt, vt in monaſterium quis reciperetur, ſiue pro ſepultura. Nam de primo habetur in c. de hoc de ſimon. ibi enim, cum laici quidam pretio dato electioni cuiuſdam ad Eccleſiam Exonens. aſſenſi eſſent, ut ad reſtituẽdum illud eidem Eccleſiæ inducãtur, Romanus Pont. mandat, Regem autem, & Principes eius, ait enim ibi, debes inducere, ut ſi qua receperint a præfato Epiſcopo, ut eius electioni præſtarent aſſenſum, Eccleſiæ Exonen. ſine diminutione reſtituant, cum ea ſine graui ſuæ ſalutis periculo retinere non poſſent. Ecce hinc aperte probari datum pro aliqua eccleſia côſequenda, & ut in Epiſcopum eccleſiæ quis eligeretur, ei Eccleſiæ attribuendum eſſe, cuius gratia datum erat. Non eſt igitur quod hac de re dubitemus. Idque iure merito, nam ob eam dationem iniuria Eccleſia affecta eſt, quaſi uenalis facta, ergo ad eam compenſandam acceptum ei reſtitui debet, atqoe ſic dixit Abb. ibi, num. 6. uerſ. Vltimo not. & Mar. Soc. Sen. & DD. communiter. Idem Abb. in c. conſulere de ſimon. & Bertach. in reper. in uerb. Simonia, uerſ. Simoniæ côſenſus. Quæ autem diximus de datis pro eccleſia habenda, eadem dicimus, ſi pro uicariatu, & alia adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum, ſeu ſpiritualium data ſint, nam ei eccleſiæ reſtitui debent, ut habetur in c. conſulere, & ibi Abb. de ſimon.

Verum quid, ſi canonici omnes pecuniam accipiunt, quo quempiam in ſuum antiſtitem eligant, an tũc ei Eccleſiæ receptum reſtitui debet? Hoſt. & Anton. quos refert, ac ſequitur Abb. in cita. cap. de hoc, num. 11. inquiunt ei Eccleſię reſtituendum eſſe, in cuius iniutiam datum eſt, ſi inde electores remouẽtur, qui ſimoniam commiſſerunt, ſi uero electores ſimoniaci non remouẽtur, tunc fiſco, id eſt Romano Ponti. tribuendum inquiunt, quo in pauperes ab eo diſtribuatur. Et hoc ob eam rationem, ne electores ex ſuo delicto commodum reportent. Hæc exceptio mihi non probatur, primum, quoniam pecunia hæc ob eam rationem Eccleſiæ tribuitur, quo iniuria ipſi illata compenſetur, vt DD. communiter concludunt, & Abb. not. in eod. cap. de hoc, nume. 6. & habetur in cap. audiuimus in fine, & ibi etiam not. eod. de ſimon. iniuria enim nonnulla ei Eccleſiæ irrogatur, quæ pecunia interueniente acquiritur, Eccleſia namque ipſa, eiuſque adminiſtrationes uenales reddi quodammodo uidetur, ut habetur in c. conſulere iũcto dicto Abb. num. 2. de ſimon. at, ſi alteri pecunia detur, iniuriæ ſatisfactionem Eccleſia iniuria affecta nõ accipiet. Præterea argumentum de toto ad partem ualet, ut e contrario, arg. l. quæ de tota, ff. de rei uendi. at in cita. cap. de hoc Archidiaconus, & quidam alius clericus ſimoniam commiſerant in electione, & tamen mãdatur, ibi, ut pro ſimonia datum eidem Eccleſiæ tribuatur, ergo idem, etſi omnes ſimoniam commiſſerint. Nec repugnat ratio propoſita, nam quod dicitur Eccleſiæ dandum, quæ iniuria affecta eſt, non in eam ſententiam accipitur, ut inter clericos eius eccleſiæ diſtribuatur, quod citati auctores ſenſiſſe uidentur, ſed in cõmodom aliquod eius Eccleſiæ, exempli gratia in ędificationem, in ueſtes, in ornamenta, & huiuſmodi ad eccleſiam pertinentia cõuertantur, ut dicitur in cap. audiuimus, uerſic. Quod ſi quis tranſgreſſor, de ſimon. ibi enim mandatur, ut pretium pro re ſpirituali tributum in utilitatem locorum, in quorum diſpendium ſolutum eſt, fideliter conuertatur. Ceſſat ergo ratio eorum, eſto enim, inde non ammoueantur, commodum tamen huiuſmodi pecuniæ non ſentient. Hinc in ſimili, & excommunicatus, & a beneficio ſuſpenſus beneficii fructus non percipiunt, ſed in utilitatem eccleſiarum eorum conuertuntur, ut probauimus in Tract. de cenſ. Tab. 2. c. 12. & tamen a beneficiis non remouentur, ergo idem & hic. Quare uel clerici omnes ſimoniaci in eccleſia remaneant, Eccleſię pecunia tribuetur, ne aliorum culpa damnũ ipſa patiatur. Exceptio igitur hæc mihi non probatur.

Excipiunt etiam iidem, ſcilicet Hoſtiẽ. & Anton. quos refert, ac ſequitur Abb. in eod. cap. de hoc, nume. 11. de ſimon. ubi, qui temporale pretium dedit, non habet unde uiuat, tunc enim ei reſtituendum inquiunt, & hoc ob cap. ueniens, eod. ibi enim Romanus Pontif. mandat reſtitui quędam monacho, qui in monachum recipi ſine pecuniæ datione non poterat, ut aſſerebant Abbas, ac fratres reliqui ob conſuetudinem, quam allegabant, & addunt rationem hanc nonnulli, quamobrem pecunia ei reſtituatur, quo. ſ. haberet, unde uiueret in aliud monaſterium tranſlatus. Hęc exceptio taceri fortaſſe poteſt, ſed non ratio. Exceptio, quoniam indigenti ſubueniendum eſt, argum. cap. paſce, diſt. 86. etenim & excommunicatis, & a beneficio ſuſpenſis, qui ſuorum

rum

rum beneficiorum fructibus tunc carent, ut habetur in cap. paſtoralis in fine de appella. ſubuenitur ex ipſis fructibus, non ut de ſuo, ſed ut de alieno, & tanquam pauperibus, arg. c. quoniam in fine 11. qu. 3. & ut nos in Tractatu de Cenſuris abunde id probauimus. Non autem ratio ducta ex eo c. veniẽs, nam non ibi reſtitutio pecuniæ ei fit, qui ipſam dedit ob id, quod nõ haberet, vnde viueret, quoue haberet in aliud monaſteriũ trãſlatus, vnde ſe ſuſtentaret (non enim ibi hoc dicitur) ſed ob id, quod bona fide dederat, exiſtimãs ſe recte dare, quo in monacũ reciperetur, ex quo Abbas ac monaci eius monaſterii conſuetudinẽ eſſe aſſerebãt, ut aliquid daret, qui in monacũ reciperetur. Ob bonã fidem igitur quã hẽbat reſtitutio ei fit, qui dedit, atq; ſic reſpondit Couar. in reg. peccatũ in 2. par. §. 2. in fine & ut ſupra dixi. Pro regula igitur habebimus, hoc caſu excepto, vbi bona fide quis dedit, eccleſiæ pecuniam ſemper dandam eſſe, in cuius iniuriam data erat.

4 Pro ingreſſu † monaſterii etiam ſi pecunia detur, ei monaſterio aſſignabitur, in cuius iniuriã data eſt, ad iniuriam enim illatam compenſandã pretium acceptum aſſignari iura uoluerunt, cui iniuria illata fuit, ut habetur in c. audiuim⁹ in fine ibi in quorum fuerint ſoluta diſpendium, & ibi no. de ſimo. ſicut etiam no. Abb. ac reliqui in ca. de hoc de ſimon. num. 6. Nec repugnat ſi dicatur ubi omnes de monaſterio peccarunt, ne pretii participes fiant, ei monaſterio dandum non eſſe ut nonnulli exiſtimarunt, tum quod ratio prædicta locum habet, non ſolum vbi vnus ex monaſterio ſimoniam committit, verumetiam vbi omnes ut per ſe patet, ergo eadem iuris diſpoſitio locum habere debet, argumen. capit. cum dilecta de confirmat. vt. l. vel inut. & l. illud ff. ad leg. aquil. nam argumentum de toto ad partem ualet & e contrario, arg. l. quę de toto ff. de rei uind. tũ quod, ut in antecedenti caſu vidimus non in vtilitatem propriam monacorum id, quod datũ fuit erogandum eſt, ſed in monaſterii vtilitatem, ut pote comparandis facibus, veſtib. aliiſque ad diuina facienda pertinentibus, uel ſarciendo ipſo monaſterio, uel eccleſia, & huiuſmodi. id qđ nobis ſignificatur in cit. c. audiuimus in ver. Quod ſi quis traſgreſſor. Non repugnat etiã qđ nõnulli alii uoluerunt ſecundo monaſterio, in quod trãſfertur, tribuendum eſſe ne ipſi oneri ſit, nam primo id nullo iure cautum reperitur, præterea non ſatisfieret iniurię illatę priori monaſterio, id qđ Eccleſia uoluit, ut habetur in cit. c. audiuimus in fine. Addo nec oneri ſecundo monaſterio fore, ibi enim collocabitur, ubi ali poteſt, alioquin in priori remanebit, ut dicitur expreſſe in c. quoniã de ſimon. Non denique repugnat cit. c. ueniens ubi ei qui eam dedit, pecunia reſtituitur, nã qđ & in antecedenti caſu diximus, ob eam rem ei reſtitutio fit, quoniam bona fide ipſam tribuit, exiſtimans ob conſuetudinem monacis allegatam id ſibi licere, id quod hinc dilucidius probatur, & quod is, qui dedit ultro Pontificem Roman. adiit, ut conſtat eo cap. ueniens, id quod innocẽtiæ ſignum eſt, reorum enim proprium eſt iudicium, fugere, non autem vltro ſe offere. Et Quod Romanus Pontif. ibi mandat ut Abb. & alii ab officio ſuſpendantur, is vero qui pecuniã pro ingreſſu dedit, ut in alio monaſterio in habitu monaſtico domino ſtudeat deſeruire, & hoc ne ſcandalum tribuatur, ut dicitur in cap. de regularibus eod. de ſimon. Ex quibus patet Abbatem ſolum, & monacos in culpam fuiſſe non autem, qui pecuniam pro ingreſſu dedit, nam ſi culpa non uacaſſet & ipſe punitus eſſet, ut factũ fuit in cit. c. de regularibus cum enim ibi quidam ingreſſum monaſterii ſciẽtes per ſimoniam habuiſſent, mandat Romanus Pontif. ut ſolitudines, ſeu alia monaſteria diſtrictiora ipſi adeant, in quibus tam execrabilem exceſſum ſine intermiſſione deplorent, ſi uero ipſis ignorantibus ſimonia commiſſa ſit, ut in alio monaſterio Deo inſeruiant, & ſic id habetur prope modum, quod in cit. cap. ueniens. Concludo igitur & monaſterio pecuniam pro ingreſſu datam aſſignandam eſſe, ſicut eccleſię aſſignandam diximus, ubi pro ea adipiſcenda data eſſet. Excipio tamen ubi bona fide pecuniam pro ingreſſu monaſterii quis dedit, tunc enim ei reſtituendam cenſeo, ut dicitur in cit. c. ueniens. non autem eccleſię, quæ ex parte dantis iniuria affecta non eſt.

5 Tertio Eccleſiæ † iniuria affectæ pecunia aſſignanda eſt non ſolum in prædictis caſib. uerumẽt & ubi pecuniam quis præſtitit, quo ſepulturã in aliqua eccleſia haberet, ut habetur in ci. c. audiuimus. Atqui quamobrem duplicatum ibi reſtitui mandatur? Ob eam rem, quod Epiſcopi illi authoritate ſui magiſtratus quodammodo, & quaſi per conceſſionem pecuniam exigebant, ita reſpondit Abb. ibi nu. 1. & communiter DD. ſecus autem ubi ex pacto, & a ſponte dante quid accipitur, tunc enim ſimplum præſtari aſſerunt Abb. ibidem Marian. Socin. Sen. ac reliqui. Id tamen quod ultra ſimplum præſtatur ante iudicis ſententiam in foro conſcientiæ non debetur, ex quo pęna eſt iuxta Gl. cõiter recept. in c. fraternitas 12. q. 2. & Abb. ac Fel. uid. in cit. c. audiuimus.

Excipitur tamen & hic ubi exiſtimaret dantẽ ſe licite dare poſſe, nam tunc ei reſtitutio fiet ob ea, quæ ſupra diximus.

Secundo excipitur, ubi ab Inuitis omnino exactum eſſet, & in c. ſuam iunct. Glo. fin. eod. de ſimon. cum enim ibi parochiani quæſti eſſent apud Romanum Pontif. ſuos capellanos pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium pecuniam ab ipſis exigere, & extorquere, mandat ibi idem Romanus Pont. ut dicti capellani ſatis faciant. Gloſſ. uero inquit ſcilicet reſtituendo ablata, ergo eis, a quo extorſerunt, reſtitutio enim eſt in priſtinum ſtatum poſitio. Nec repugnat cita. cap. audiuimus, nam non hic eccleſia læſa erat ſed ipſi homines, & ob id reſtitutio eis fit, ibi uero eccleſia.

Tertio excipitur, ubi, qui dedit, iuſte dedit, exẽpli gratia pro uexatione tollenda, ſi tamen uexetur, ſi enim, exempli gratia, in iure omnino

iam quæſito quis ab aliquo iniuria uexetur, & vt
ceſſet, quidpiam ei tribuet, ſi tamẽ vexetur, quod
datum eſt, reſtitui ei debet, ita habetur in c. dile-
ctus filius, c. de ſimon. ſic enim & Eccleſiæ reſti-
tutio fit, vbi in eius iniuriam aliquid datum eſt.
Immo reſtitui debet datum, eſto, qui accepit, eũ
deinceps non uexet, & fidem datam de non ue-
xando ſeruet; nam ita dixit Gloſſ. fi. ibi in cit. ca.
dilectus filius, quam ſequuntur Mar. Soc. Sen. ibi
in fine ibid. & Fel. & Abb. nume. 4. verſ. Pro iure
autem quæſito, & communiter eam receptam te
ſtatur in verſ. In fine, nam & qui pecuniam dat,
ne per calumniam negotium ei fiat, repetere eã
etiam cum pœna poteſt, eſto accipiẽs calumniã
non moueat, ut habetur in l. 1. iunct. l. 3. §. 1. ff. de
calumniat.

Contra ſententiam hanc tamẽ facere uidetur
cit. c. dilectus filius; nam ibi iubetur, ut reſtitua-
tur, ſi contra promiſſionem ſuam uenerit: ergo ſe
cus, ſi non uenerit, ualet enim argumentum a cõ-
trario ſenſu, vt habetur in l. 1. & ibi DD. ff. de off.
eius. Atqui a propoſita ſententia diſcedendum
non eſt: nam argumentum illud ceſſat, ubi abſur
dum ſequitur, ut hic, iniuria enim quis commo-
dum conſequeretur cum alterius iactura, contra
l. cum de indebito. ff. de cond. indeb. quo caſu ar
gumentum illud locum nõ habet, ut tradũt DD.
in cit. l. 1. ff. de off. eius. Excipiunt tamen nonnul
li, ubi de conſenſu ſuperioris conuentio facta eſ-
ſet: tunc enim licite datum retineri poſſe conclu
dunt, & ita Gloſſ. Abb. & Soc, inquiunt, exceptis
tamen Cardinal. & Fel. Atqui de quæſtione hac
etiam ſatis; iam ad poſtremam ueniamus, ſcili-
cet quid faciendum de eo ſit, quod pro aliis ſpiri
tualibus datum eſt,

6 Quid igitur fiet, † ſi quidpiam detur pro conſe
crationibus Epiſcoporum, & pro benedictionib.
Abbatum, ut in c. ſicut de ſimon. uel pro chriſma
te habendo, ut in ca. tantum, uel pro abſolutione
conſequenda ab excommunicatione, ut in ca. ad
aures, uel pro ordine, ut in c. 1. & in ca. ex tuæ, uel
pro reconciliatione, condemnationeue, ut in ca.
nemo eod. de ſimon. cui datum aſſignabitur? Sa-
ne pro his ſpiritualibus, ſcilicet ſacramentis, ac
ſacramentalibus, & pro exercenda, non exercen-
daue iuriſdictione eccleſiaſtica cõmuni iure id
cautum non habemus, Quare ad iudicis arbitriũ
hoc diſtribuetur, arg. c. de cauſis de off. deleg. &
l. 1. ff. de iur. delib. Excipiuntur tamen caſus in ſu
periori exceptis. Cõmuni iure ſcripto igitur ob
ſimoniam realem datum ſic aſſignari debet in fo
ro exteriori. Et de hac tertia concluſione ſatis.

7 Quarto demum concludo † de conſuetudine,
& iure non ſcripto in foro fori cameram apoſto-
licam, & fiſcum pecuniam ſic datam ſibi uindica
re, ut dixit Quint. Mandoſ. in Tract. ſignat. grat.
in tit. Diſpenſatio cum ſimoniacho, uerſ. Et licet
de iure, & Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 8. arti.
1. in reſp. ad 4. & hanc concluſionem ſentio locũ
habere in pretio dato pro quacunque re ſpiritua
li, & non ſolum pro tribus iam dictis, ſcilicet be-
neficiis, ingreſſu monaſterii, & ſepultura, ſed &
pro aliis, ſed de foro exteriori hactenus, de foro
interiori conſcientiæ iam agamus.

8 Quoad forum conſcientiæ † uero Dom. Sot. de
iuſt. & iur. lib. 9. q. 8. arti. 1. in reſp. reſtituendum
pretium ipſi ait, qui illud dedit, & hoc ob eam ra
tionem, quoniam accipientis factum non eſt, &
idcirco eius remãſit, qui dedit. Nec repugnat in
quit ipſe, ſi dicatur in pęnam ipſum priuari; nam
in foro conſcientiæ, ad pœnam pręſtandam quis
ante ſententiam non obligatur, ut tradidit Gloſ.
communiter recept. in c. fraternitas 12. q. 2. Hæc
opinio Sot. non omnino mihi ſatisfacit. Ego igi-
tur ſic diſtinguendum cẽſeo. Aut per ſimoniam
qui pretium dedit, ea ſpiritualia habuit, quæ ipſi
auferri nequeunt, cuiuſmodi ſunt baptiſmus, cõ
firmatio, ordo, & matrimonium, & alia huiuſmo
di, & in hoc caſu reſtituendum ei, qui dedit, non
cenſeo, ſed apud eum remanendum, cui datum
eſt; Et hoc ob eam rationem, quoniam, qui illud
dedit, animum habuit transferendi dominium
eius in eum, ſi ſpirituale ipſi tribueret, quod infi
ciari quis non poteſt; ergo, ex quo adimpleta cõ
ditio eſt, quia ſcilicet ſpirituale habuit, reſtitui
pretium ei non debet, ſed apud accipientem re-
manere. id quod & Sot. & Caiet. etiam ſentiunt:
nam in ſimonia conuentionali pretium reſtituẽ-
dum ei inquiunt, qui ipſum dedit, ſi deinceps ſpi
rituale nõ tradatur, ergo ſecus, ubi ſpirituale tra-
ditur. Nec repugnat, ſi dicatur non eſſe licitam
cauſam acquiſitionis, nam ſat eſt uoluntas domi
ni dantis, qui uult dominum accipientem face-
re, ſi ſpirituale ſibi tradatur, quod ad dominium
transferendum ſat eſt, ut habetur in §. per tradi-
tionem quoque in Inſtit. de rer. diuiſ. In hoc igi-
tur caſu in foro conſcientiæ pretium datum non
reſtituendum ei cenſeo, qui illud dedit, excipio
tamen, ubi inuitus quodam modo dediſſet, tunc
enim Sot. ſententia locum ſibi uindicabit. Aut p
ſimoniam ea ſpiritualia ſibi tradita ſunt, quæ ei
non acquiruntur, ut beneficium eccleſiaſticum,
& in hoc caſu rurſum ſic diſtinguendum cenſeo.
Aut, qui pretium dedit ſciebat ſe ſpirituale illud
conſequi non poſſe, & hic idem cenſeo, quod in
ſuperiori caſu, ſcilicet ad reſtituendum pretium
non obligari, qui illud accepit, cum ob rationem
in ſuperiori caſu allatam, tum ob id, quod cuius
per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dari
donatio eſt, ut dicitur in l. cuius per errorem de
reg. iur. & in l. 1. & ibi Gloſſ. ff. de cõd. indeb. Aut
ignorabat, qui pretium dedit, ſe ſpirituale illud
conſequi non poſſe, & in hoc caſu etiam ſenten-
tiam Sot. ſequor, ut ſcilicet pretium ei in conſciẽ
tiæ foro reſtituatur; quãdoquidem uerisimile eſt
eum daturum illud non fuiſſe, ſi ſciuiſſet ſpiritua
le ſe habere non poſſe, quippe quia conditio ad-
impleta non eſſet, ſub qua pretium ipſe dederat.
In foro conſcientiæ igitur ſic concludendum cẽ-
ſeo: ſed de effectibus ſimoniæ realis, reſpectu ha-
bito ad ipſam, quatenus contractus eſt, ſatis, ad
effectus eiuſdem trãſeamus, quatenus delictum
eſt.

De pœnis eorum, qui per ſimoniam realem ordines conferunt, effectu ſimoniæ huius, quatenus delictum eſt. Cap. III.

S V M M A.

1 *Ordines per ſimoniam realem conferentes ipſo facto excommunicati ſunt: quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Epiſcopi, & alij ordinum collatores recipientes quicquam etiam ſponte oblatum pro prima tonſuræ collatione pro literis dimiſſorijs, teſtimonialibusue, item pro ſigillo, aliaue cauſa, ipſo facto excommunicati ſunt.*

3 *Abſolutio excommunicationis ipſo iure latæ contra conferentes ordines per ſimoniam realem, & prædicta, Romano Pont. reſeruata eſt.*

EFFECTVS ſimoniæ realis expoſuimus reſpectu habito ad ipſam, quatenus contractus eſt: iã eiuſdem effectus exponem᷒ reſpectu habito ad ipsã, quatenus eſt delictum: verum quod hi partim iure diuino, partim poſitino ſunt: & diuino iure iidem habẽtur, qnos ſupra generatim poſuimus in Tab. 1. ca. 12. ob eam rem ipſis omiſſis eos cõtemplemur, qui a iure poſitiuo proficiſcuntur, quique pęnæ ſunt. Atqui quod pœnę aut per ſententiam, aut ipſo iure inferuntur; & per ſententiam nulla propria pęna huic propoſita eſt præter eas, quæ generatim antea poſitæ ſunt, & quaſdã, quas in ſimonia hac in beneficio commiſſa infra ponemus: ipſo iure uero ſolum in ſimoniam hanc in ordine, beneficioue committentes inuſtæ pœnæ ſuut, ob eam rem de his agamus; & primo de pœna contra ſimoniachos in ordine reſpectu habito prius ad eos, qui ſimoniam hanc committunt in ordinib. conferendis, ac deinceps reſpectu habito ad eos, qui in ipſis recipiendis ipſam committunt.

1 Ordinem igitur† per ſimoniam realem conferẽtes ipſo facto excommunicati ſunt, ut habetur in extranag. cum deteſtabile de ſimon. & ut dixit Sylu. in nerb. Simonia, num. 19. q. 19. ibi, Tertia eſt excommunicatio, & Ioa. Tabien. in uerb. Simonia, nn. 74. uerſ. Septuageſimotertio, & Nauar. in Man. cap. 23. num. 111. uerſ. Quarto quod ſimoniachus, & Borgas. in tracta. de irregul. par. 6. num. 92. uerſ. Tertia eſt pœna excommunicationis, & Vin. in ſua Syl. opin. 724. nume. 5. cum ſeq. Non eſt igitur, quòd hac de re dubiremus.

Hæc autem excommunicatio afficit primo quoſcunque, & quacunque dignitate præditos, ut habetur in ead. extrauag. in uerſ. Et illos, & in Bulla Pij V. incip. Cum primum apoſtolatus lata anno Domini 1566. Pont. ſui anno primo Kalen. Aprilis, verſ. Et ut ſimoniacæ prauitatis, ibi, Qui uero ordines.

Item afficit vel manifeſte, uel occulte ſimoniã hanc commiſerint, ut dicitur in ead. extrauag. in uerſ. Et eorum quemlibet tam manifeſtum, quã occultum.

Tertio afficit, quemcunque ordinem conferant, nam non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus, arg. l. de pretio, ff. de publ. in rẽ act.

2 Poſtremo afficit, † uel primam tonſuram per hanc ſimoniam conferant. Immo uel pro literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, uel pro ſigillo, aliaue cauſa pecuniam accipiant: Et hoc ob eam rationem, quoniam ſic ſanciuit Trid. Synod. ſeſſ. 21. c. 1. de reform. ibi enim poſteaquam S. Syno. prohibuit in initio eius capitis, ne pro collatione quorumcunque ordinum, & clericalis etiam tonſuræ, & pro literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, & pro ſigillo, aliaue quacũque cauſa etiam ſponte oblatum epiſcopi, & alii ordinum collatores, aut eorũ miniſtri quouis prętextu accipiant, in fine ſi contrafecerint, tam dantes, quam accipientes decernit pręter diuinam ultionem, ut pęnas a iure inflictas ipſo iure incurrant, at ipſo iure prædicta excommunicatio inuritur per cit. extrauag. cum deteſtabile, ergo ipſi hac obligabuntur, atque ſic habetur in Add. ad Diaz. in ſua Practi. crimin. canon. c. 91. uerſ. Quinto, quod dicta pœna, Non enim intelligi poteſt de pœnis, quæ per iudicem inferuntur, nam hæ non a iure, ſed ab homine inuruntur, quod eſt not. De ſimonia Reali uero Tridẽ. Synod. ibi agere hinc conſtat, quoniam nult tam dantes, quam accipientes pœnas a iure inflictas incurrere, ergo non ſat eſt promiſſio, ſed tam datio, quam acceptio neceſſaria poſtulatur. Quare, ne a uerborum proprietate diſcedamus, quod fieri debet, ubi aliter de mente conſtituentis non conſtat, arg. l. non aliter, ff. de leg. 3. & ut pœnæ, de quibus agimus, coarctentur quod etiam faciendum, ut habetur in c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. & ibi Gloſſ. & in l. interpretatione. ff. de pœn. ac demum, ne re dubia in potiorẽ partem uerba interpretemur, iuxta l. cum quæritur. ff. de ſtat. homi. de reali ſimonia Trid. Syno. ibi agere concludendum eſt.

Pœna igitur propoſita locũ non habet primo, ubi per ſimoniam mentalem ordo collatus eſt, ideſt nulla pactione, conuentioneue intercedente, ſed animo tantum ſimonia concepta eſt, nam tunc ratione hac ordinem conferens excommunicatus non eſt, quandoquidem cit. extrauag. cũ deteſtabile locum habet, ubi ſimonia realis commiſſa eſt, ut uſus, ac Romanæ Curiæ Stylus ſeruat, & interpretatur, & DD. communiter, ut antea uidimus. Accedit demum ſimoniam mentalem pœnitentia deleri, ut dicitur in c. fi. de ſimonia, quod non fieret, ſi excommunicatio interueniret, quandoquidem pœnitentia non tollitur, ſed abſolutione opus eſt, arg. c. cum deſideres de ſent. excomm. & ut nos in Tract. noſtro de cenſuris egimus.

Eadem priori ratione, quod ſcilicet cit. extrauag.

uag.cum deteſtabile locum habet in ſimonia reali,ſi ordo per ſimoniam conuentionalem collatus ſit,ipſum conferens excommunicatione non obligabitur,in quam tamen incidet,ſi etiam poſt multum temporis realis fiet,vt pote, quia poſt collatum ordinem, quod conferenti antea promiſſum erat accipit,vt declarauit Naua.in Man. c.23.nu. 104.& nos infra diximus.

Poſtremo locum non habet,ubi ipſe ordinem conferens ſimoniam non commiſit,ſed alius eius miniſter ipſo inſcio, exempli gratia pecunia vicario Epiſcopi quis dedit,quo Epiſcopum ad ordinem conferendum ei induceret, & Epiſcopus huius rei inſcius ordinem contulit,in hoc enim caſu & ſimilibus excommunicationem euaderet idque iure merito,qui enim culpa caret, puniri non debet,ar. c.2.de inſt.& c.2.de iis,quæ fiunt a maior.par.c.& l.ſacimus C.de pę.His igitur modis regula hæc declaratur.

Atqui ab excommunicatione hac quis abſol-
3 uet?†a Romano Pot.tantum,nam eius abſolutionem ſibi reſeruauit,vt dicitur in cit.extrauag. cũ deteſtabile,in verſ.A qua,niſi a Romano Pontif. etenim,vbi alius excommunicationem fert,& abſolutionem eius ſibi reſeruat,ab alio tribui non poteſt,arg.c.nuper,& ibi communiter no.de ſen. excom.& nos in Tract.de cenſuris Tab. 1.c. 10.§. 1.n. 1.Excipitur tamen articulus mortis, tunc.n. inferior abſoluere poteſt, qui articulus quinam dicatur,& quid,ſi Romanum Pon.adire nequeat faciendum ſit,egimus abunde in ead. Tab. 1. ca. 4.§. 5.Excipitur,etiam ubi alias iuriſdictionem haberet,ut per Iubilea,tunc enim id poterit. Tertio excipitur,vbi ſimonia eſt occulta, nã tũc Epiſcopus ſubditum in hoc abſoluere poterit, in occultis caſibus.n. quibuſcunque etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis Tridentina Synod. facultatem dat Epiſcopis abſoluendi ſubditos in ſeſſ. 24. de reform.c.6.at oĩs caſus reſeruatus Papæ annexã habet excommunicationem,vt probaui in Trac. de cenſuris Tab. 1.c. 10.§. 4.nu. 8.ergo,ex quo cõceditur per Sanctam Synod.facultas abſoluendi ab huiuſmodi caſibus, & ab excommunicatione vt abſolutio tribuatur,facultas conceſſa intelligi debet,ut probaui in eod.nu. 8.non.n.alias abſolui quis poſſet. Accedit quod in eod. capit.6. tribuitur facultas abſoluendi ab hæreſi nulla excommicationis facta mentione,& tamen certum eſt hæreſim excommunicationem coniunctam habere & reſeruatam,ergo ab excommunicatione hac Epiſcopus abſoluet, atque ſic concluſit Nauar.in conſ. 18.de cler.excom.min.li. 5.quod eſt notandum.Immo,ſi celebrauit, quamobrem irregularis factus eſt,cum hoc irregulari diſpenſare poteſt,nam & in hoc Epiſcopo facultas data eſt per Trid.Syno.eo. in loco atque ſic concluſit Nauar.ibidem non tamen inhabilem factum habilem facere poterit quandoquidem in hoc facultas non datur.

S V M M A.

1 *Ordinem per ſimoniam realem conferrens a collatione quoruncumque ordinem,& prima etiam tonſura ſuſpenſus eſt.*

2 *Ordinem per ſimoniam realem conferens ipſo iure ab executione omnium munerum pontificalium ſuſpenſus eſt.*

3 *Ordinem per ſimoniam realem conferens ab ingreſſu eccleſiæ impeditus eſt.*

4 *Ordinem per ſimoniam realem conferens arbitraria pœna puniri poteſt.*

5 *Suſpenſus,interdictusque propterea quod ordines per ſimoniam realem contulit,ab adminiſtratione ſua eccleſiæ ſuſpenſus eſt.& a perceptione fructuum omnium beneficiorum,quæ habet, & etiam irregularis,ſi contra interdictum, ſuſpenſionemque uenıat.*

6 *Bulla Siſti Quinti an locum habeat in ſimonia tantũ reali.*

7 *Bulla Siſti Quitì contra ſimoniacos refertur.*

§.I.

1 § Secundo loco conferens per ſimoniam ordines a collatione quoruncunque ordinum, atque etiam ipſius tonſuræ ſuſpenſus eſt,ut habetur in Bulla Siſti Quinti incip.Sanctũ, & ſalutare ſacri ordinis ſacramentum, lata anno domini 1588.Non. Ian.Pont.ſui anno Quarto in uer. Cęterum ſi quis antiſtes iunct. uerſ. antecedenti. ut igitur præſules eccleſiarum,ibi Vt in quo deliquit,in eo puniatur,nam pęnas,quas infert in eos antiſtites,qui irregulati,uel extra tempora, & huiuſmodi ordines conferunt,locum habere etiam ſe uelle ait in iis,qui ordines,& etiam primã tonſuram accepta pecunia conferunt.At inter pęnas quas in prædictos infert,propoſita ſuſpenſio eſt, ergo & in caſu noſtro locum habebit, ex quo caſus hic ſimonię exequatus eſt cum prioribus caſibus quoad pęnas ibi propoſitas,ar.l. 1.& ibi DD. ff.de leg. 1.Nullum igitur ordinem hic conferre poterit,nec primam tonſuram.Nec repugnat, ſi dicatur per apoſtolicam ſedem,vt per literas Roma mihi allatas nunciatum eſt,ad iuris terminos eam Bullam redactam eſſe;nam, ut ab eiſdem literis audiui in aliis partibus ſolum correcta eſt, non autem quoad ſimoniam. Caueant igitur Eccleſiæ antiſtites,ne crimen hoc committant.Hęc autem pęna amplificatur,& coarctatur, ut ſuperior,nam loquitur Bulla in caſu vbi quis poſt receptam pecuniam ordinem cõfert.& ob id in ſimonia reali.& de hac pęna itidem ſatis.

2 Tertio loco†ſuſpenſus eſt quoque ipſo iure ab executione omnium munerum Pontificalium, ut habetur in ead. Bulla eod.uer. Vt igitur præſules,ibi Et ab executione omnium munerum põtificalium. Non igitur chriſma conficere,non cõfirmationis ſacramentum adminiſtrare poterit, non cęmiteria,Eccleſias,Aras,Calices, Corporalia,campanas,& huiuſmodi conſecrare, non Abbates,virginesque benedicere,aliaque huiuſmodi obire,nam hæc pontificum munera ſunt,ut habetur in c. 1.§.ad epiſcopum d. 25.& in c.quamquis d 68.& de conſecr.d. 5.in c.per manus,& ut ſenſit Gl.in c.tranſmiſſam de elect.

3 Quarto†ingreſſum in eccleſiam ipſo iure occluſum

clusum

cluſum interdicto habet, ideſt ingreſſus in eccleſiam ei interdictus eſt, vt habetur in eod. uerſicu. ibi, Et ab ingreſſu eccleſiæ interdictus exiſtat. Hoc antem interdictum quid operetur, abunde id explicauimus in Tract. de Cenſuris Tab. 5. ca. 16. §. 1. cum ſequ. quæ igitur huc pertinent, inde promantur.

4 Quintò † arbitraria pœna punitur, vt habetur in eodem uerſicu. ibi, Aliiſque grauioribus pœnis noſtro, & pro tempore exiſtentis Roma. Pon. arbitrio puniatur. Vbi autem arbitraria pœna eſt, quid iuris ſit uid. Iul. Clar. in Prax. crim. lib. 5. recept. ſent. quę. 83. uerſicu. Sed quæro, & Viu. in ſua Syl. opin. 417. Hæc tamen pœna, quòd à iudice inuritur, ipſo iure non infertur.

5 Si verò † contra interdictum ſuſpenſionemque uenerit, ab adminiſtratione ſuæ eccleſiæ ſuſpenſus eſt, & à perceptione fructuum omnium beneficiorum, quæ quacunque ratione habet, ut habetur in eadem Bulla in uerſicu. Quod ſi ſpræta. Addo ego & ipſo iure irregularem hunc fore: nam ſuſpenſus ab executione ordinum, ſi diuina facit, ut prius, irregularis efficitur, ut habetur in cap. 1. de re iud. lib. 6. & in c. 1 de ſenten. excomm. eod. lib. & ut nos abunde id egimus in Tracta. de cenſuris cap. 14. §. 1. ubi etiam habetur quid iuris, ſi Epiſcopus, à pontificalibus ſuſpenſus contra faciat.

Verum huiuſmodi pœnæ à quo remitti poſſunt? Item an in ſimonia conuentionali locum habeant? Quoad primum à Romano Pontif. tantum, ut habetur in uerſic. Vt autem homines, vbi multis modis hæc regula amplificatur, Quicunque enim ſint, quacunque dignitate præditi, quacunque autoritate muniti, quodcunque priuilegium habeant, à quocunque cōceſſum, & ob quamcunque cauſam, abſoluere nequeunt, & ob id, eſto Epiſcopi in irregularitatibus, & omnibus ſuſpenſionibus ex delicto occulto pręuenientibus, & in quibuſcunque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, quibuſdam exceptis, abſoluere poſſint, ut habetur apud Trid. Synodum ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. tamen in hoc caſu nihil poterant: nam derogatur per hanc Bullam ipſi concilio in illis uerbis. Aut epiſcopis per decreta Concilii Tridentini. Item, eſto aliàs in iubileis ſæpius permitti ſoleat, vt in foro pœnitentiæ à cenſuris quis abſoluatur, tamen per huiuſmodi permiſſionem, nec in pœnitentiæ foro abſolui hos poſſe decernit in eod. uerſ. cum ſeq.

6 Quoad ſecundum † breuiter concludo in reali ſimonia & hanc Bullam locum habere. Primo, quoniam dicitur ibi, Recepta pecunia, ut ordinem conferret, in futurum inſigniuerit, uel promouerit, quę uerba rem perfectam ſignificant: Nam participium illud, Accepta, præteriti temporis participium eſt, quod rem præteritam, & factam ſignificat, & ſic, ubi non pecuniæ promiſſio tantum interuenit, ſed ubi re ipſa data eſt, & accepta, & ſic ex parte uolentis ordinem ſimonia eſt adimpleta. Item uerba illa. In futurum inſigniuerit, uel promouerit, quæ reſpectum habent ad vendentem ordinem, eſto futuri temporis ſubiunctiui modi ſint, tamen, vt res perfecta ſit, & adimpleta, poſtulat, ut grammatici docent, & ſic ſignificant, ubi ex parte ordinem conferentis ordo ipſe collatus eſt, at ubi ab utraque parte ſimonia adimpleta eſt, realis ſimonia dicitur, vt ſuo loco uidimus: ergo & hic agi de reali ſimonia agendum eſt. Præterea hic ſumus in pęnis, & ob id benignior interpretatio facienda eſſet, ſi res dubitationem haberet, ut ſcilicet in reali ſimonia non autem in conuentionali quoque locum ſibi uendicaret, argumen. cap. in pęnis de regul. iur. lib. 6. & l. interpretatione, ff. de pęn. ergo multo magis in caſu noſtro id faciendum eſt, ex quo uerba aperte ſignificant, & pecuniam datam eſſe oportere, & ordinem itidem collatum, & ob id ſimoniam realem commiſſam, quo propoſitæ pęnę locum habeant, ne à uerborum proprietate diſcedamus nulla ratione id ſuadente contra l. non aliter, ff. de leg. 3. In hac igitur quęſtione ſic concludendum cenſeo, ſalua ſemper Sanctæ Roma. Eccleſiæ interpretatione. Atqui de pęnis, quę ipſo iure in conferentes ordines per ſimoniam inferuntur hactenus. Eſſet hic agendum de pęnis, quæ per ſententiam inuruntur, ſed, quoniam nulla præcipua pęna propoſita eſt, præterquam arbitraria, vt in citata Bulla Siſti Quinti, habetur, & nos antea proxime hic poſuimus, & generatim antea egimus, ob eam rem vnum huc addimus præter prædictas aliis & grauioribus ad arbitriū Romani Pont. affici poſſe, vt in ead. Bulla dicitur. Quòd tamen prædicta Bulla ad hanc materiam plurimum pertinet cùm ad dicta in hoc capite, tum ad ea, quę in ſequenti dicentur, ob eam rem hic inſerendam ipſam curauimus.

Sixtus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctum & ſalutare ſacri ordinis Sacramentū ab ipſo Domino, & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum, beatiſque Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus ſingulari diuinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam ſalutemque animarum ſancte ac religioſe adminiſtrari decet, vt quæ vel ex typo, & figura veteris legis, vel aliàs ex multa ſanctorum Patrū Prouidentia, circa ordinandorum natales, ætatē, vitę ac morum probitatem, ſanctitatem, ſcientiā, & alias qualitates in ſacris ordinationibus requiſitas per ſacros Canones, vel Apoſtolicas Conſtitutiones aut generalium Conciliorum decreta ſalubriter ſtatuta fuerunt, ea inuiolate obſeruentur. Nam ſi in veteri teſtamento tam multa de integritate, & munditia Sacerdotum & miniſtrorū Altaris, deque eorum præſtantia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiā Prophetam, Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt: certe multo maior ratio, & diligentia adhibenda erit in promouendis tam inferiorum graduum Clericis quā etiam

presbyteris

presbyteris, qui ad conſummationem Sanctorũ in opus miniſterii, in ædificationem Corporis Chriſti conſtituuntur, prout de his ipſis, & diuino verbo, & Beatorum Apoſtolorũ præceptis ac ſimul Sanctorum Patrum ſtatutis ſæpiſſime traditum eſt. Quare nos pro ea, quæ nobis à Domino iniuncta eſt cunctarũ Eccleſiarum cura, & ſollicitudine ipſos Paſtores, & Pręſules Eccleſiarũ, quorum proprium munus eſt perſonas idoneas Clericali militiæ aſcribere, & ad minores maioreſque ordines rite promouere, auctoritate noſtra duximus admonendos, vt in exequendo hac in parte ſuo Paſtorali officio attẽtius poſthac in uigiles, canonicas ſanctiones vt par eſt obſeruẽt, ac ut nemini detur offenſionis occaſio, neue eorum miniſterium vituperetur ſtudeant uitare ea omnia ſcandala, & abſurda, quę ex vitioſa, & minus canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi noſtri dolore frequentius exoriri.

Cum enim multi etiam interdum inhabiles & indigni non uocati ſancta Dei uocatione, ſed potius Satanæ dolis decepti prætextu deuotionis & pietatis rem quidem ſacram & diuinum munus, intempeſtiue tamen, & inordinate affectantes, ſeu temporale aliquod commodum, aut lucrum ſibi proponentes, vel nimia ſimplicitate, & imperitia, malitiaue aut fraude ad ſuſcipiendum Clericalem characterem, alioſque ordines ante ætatem legitimam, vel a non ſuo Epiſcopo, aut non præuio debito examine, & approbatione, ſiue alias minus rite, vel etiam temerę ſe ingerant: Debent ſane Epiſcopi paterna charitate, & prudentia eorum ſaluti, qui ſępe neſciunt, quid petant, melius etiam quã ipſimet poſtulant, & ſalubrius conſulere, nec tam quid flagitent, quàm quid expediat conſiderare, ſumma vero diligentia prouidere tum in alienę dięceſis ſubditis ordinandis, ne quemquam promoueãt ſine eorum ordinarii litteris dimiſſoriis, tum in recognoſcendis ipſis litteris, ne falſo aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habeat, confectæ ſint, tum denique in examinandis natalibus, ætate, vita, moribus, ſcientia, idoneitate, titulo & reliquis qualitatibus, ne quid in ſuæ vel alienæ dięc. perſonis ad Clericalem honorem, & Eccleſiaſticos ordines promouendis deſideretur eorum, quæ ex præſcripto ſacrorum Canonum requiruntur.

Vt igitur Præſules Eccleſiarum intelligant, ſi in re tam graui, & tanti momenti culpa, aut negligentia peccauerint, ſe non modo in tremendo Dei iudicio, uerum in hoc quoque ſęculo Rom. Pontifici ſuæ villicationis rationem fore reddituros: Præſenti Conſtitutione perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, vt ſi in poſterum Antiſtes aliquis Epiſcopali, Archiepiſcopali, Primitiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas ad primam tonſuram minoreſque ordines ſuis ſubditis conferendos à Sede Apoſtolica auctoritatem habens, quemcunque ſæcularem uel cuiuſuis ordinis, aut militiæ regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, ſeu aliàs inhabilem, vel in regularem exiſtentem, vel extra tẽpora a iure ſtatuta, vel abſque veris dimiſſoriis ſui ordinarii litteris, aut per ſaltum, vel furtiue, aut quo ad ſæculares ſine titulo ſufficiẽtis beneficii, uel patrimonii, aut ante ętatem per ſacri generalis Tridentini Concilii decreta primę tonſuræ, aut cuique ordini præſcriptam, aut non ſeruatis temporum interſtitiis, ita vt aliquis vnico die, ſeu continuatis diebus ad plures ordines ſacros, vel poſt unũ ordinem ſuſceptum ſine cauſa rationabili antequã tempus ab eodem Concil. Tridentino pręfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, ſiue diſpenſatione, aut indulto Apoſtolico Clericali charactere, non legitime inſigniuerit, aut ad ordines minores, vel ſacros, vt pręfertur, vel aliàs male promouerit, ſiue id ſcienter, ſiue ignoranter fecerit, niſi debita diligentia adhibita iuſtus error, & probabilis facti ignorantia eum excuſet, vt in quo deliquit in eo puniatur, à collatione quorumcunque ordinum atque adeo ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat, aliiſque grauioribus pęnis noſtro, & pro tempore exiſtentis Roma. Pont. arbitrio puniatur.

Quod ſi ſpreta huiuſmodi ſuſpenſione, & interdicto in præmiſſis ſe temere ingeſſerit, etiam à regimine & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, & à perceptione fructuũ menſæ eiuſdem, ac quorumcunque beneficiorum per eum in titulum vel commendam ſeu alias obtentorũ ſuſpenſionem eo ipſo incurrat, eiuſque interdicti, aut ſuſpenſionis relaxationem, aut pœnarum remiſſionem ab alio quam a Rom. Pont. pro tẽpore exiſtente nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. reco. Pij II. & aliorum Ro. Pont. noſtrorum prædeceſſorum, qui per ſuas cõſtitutiones aut in Cancellaria Apoſtolica publicatas regulas contra huiuſmodi Clericos male promotos diuerſas pœnas inflixerunt veſtigiis inhærentes, eoſdem Clericos poſthac male promotos ab executione, miniſterio, & exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendẽdi ad alios ſuperiores perpetuo ſuſpenſos declaramus, & ſi in eis, miniſtrare præſumpſerint, illos ſic irregulares effectos, omnibus & quibuſcunq; per eos in titulum commendam, aut alias obtentis dignitatibus, officiis & beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, quomodocunque qualificatis ſæcularibus vel cuiuſuis ordinis aut militię regularibus, ac etiam ſi ipſi Clerici regulares fuerint, actiua & paſſiua voce, ipſo facto priuamus, & iis priuatos atq; ad illa, & alia ſimilia vel diſſimilia in poſterum obtinenda in perpetuum inhabiles, & incapaces eſſe decernimus, & declaramus, dignitatum, officiorum & beneficiorum huiuſmodi, ſic pro tempore vacantium diſpoſitionem nobis, & Apoſtolicæ Sedi perpetuo reſeruantes.

Vt autem homines qui nimia indulgentia, & ſpe impunitatis, ac venię facilitate hactenus fuerunt ad huiuſmodi facinora procliuiores, ea ſub-

lata

lata,& præcluſa ab his abſtineant,& caueāt in futurum tam abſoluendi quam diſpenſandi facultatem in caſibus ſuperius expreſſis,etiam in foro conſcientiæ nobis & ſucceſſoribus noſtris dumtaxat auctoritate & tenore præmiſſis perpetuo reſeruamus,Inhibentes,ne a quoquam ſæculari,uel cuiuſuis ordinis regulari Presbytero,uel Prælato quauis auctoritate fungente,nec per quæcūq; Iubilea,& indulgentias,etiam pleniſſimas & extraordinarias per noſtros prædeceſſores,aut noſmet ipſos uel ſucceſſores noſtros,anno Iubilei,aut alio quouis tempore & Cruciatæ Sanctæ,vel quocunque alio titulo,modo & forma, Motu proprio & Conſiſtorialiter,ſeu ad quorumcunque Principum,Regum,aut Imperatoris inſtantiam, eorūque cōtemplatione & intuitu cum quibuſuis ampliſſimis in genere,uel in ſpē derogatoriis clauſulis conceſſa,vel in poſterum concedenda, nec uigore aut prætextu facultatum , aut priuilegiorū Mare magnū,aut alias quomodolibet nuncupatorū quibuſuis ordinib. Cōgregationib. aut pſonis regularib.aut Epiſcopis per decreta Concilii Tridentini aut officio ſacræ pęnitentiariæ Apoſtolicæ,vel minoribus,aut etiam Maiori,Pęnitētiariis noſtris & Rom.Pont.pro tempore exiſtentis,uel alias quomodolibet pro tempore conceſſorum, Perſonæ ſic ut præfertur delinquentes,tam ſcilicet Antiſtes,ſeu Abbates promouentes,quā Clerici male inſigniti ſeu ordinati a reatibus & exceſſib. præfatis abſolui, præterquam in mortis articulo poſſint,aut debeant,nec cum iis ſuper irregularitate propter præmiſſa contracta,etiā ſi etiā men penitus occultum fuerit, quouis modo ualeat diſpenſari.

Verumenimuero quia grauiorib.morbis fortiora ſunt adhibenda remedia,& iuxta perſonarū, locorum,ac temporum qualitates leges ſunt immutandæ,pęneque aggrauandæ & emoliendę cū huiuſmodi peccatum ſatana ſuggerente hominū quę fragilitate aſſentiente videatur iam ad culmen vitiorum aſcendiſſe,& in præcipiti eſſe:Ideo vt homines ſaltem pęnæ timore & proprii honoris confuſione a peccato deterreātur, nouū huic veneno antidotū cogimur præparare:Ac propterea volumus,ut qui abſolutionem & diſpenſationem hmōi petet,ſemper quāuis delictū adhuc occultum extiterit non per officium Sacræ Pęnitētiariæ,ſed a nobis & pro tempore exiſtente Ro. Pontifice in vtroque foro abſolutionē petere teneantur:alioquin ipſæ conceſſiones & abſolutiones,etiam cum clauſula,quod præſentis Conſtitutionis tenor & alia prædicta habeantur pro expreſſis,prorſus nullæ,irritæ & inualidæ exiſtant, ac nemini pęnitus ſuffragentur.

Cæterum ſi quis Antiſtes uel Abbas ſeruatis quidem cunctis præmiſſis & cæteris omnib. quæ in ipſius tonſuræ & ordinum collatione obſeruari debent,perſonas habiles & idoneas, ſed tamē recepta ab iis,quibus tonſuram,aut ordines conferret pecunia,pretio uel præmio ſimoniace in futurum inſigniuerit,uel promouerit: uolumus ut præter alias cenſuras & pęnas contra ſimoniace ordinantes & ordinatos a ſacris Canonib.& Conſtitutionib.Apoſtolicis alias inflictas & irrogatas,quibus nequaquā derogare intendimus,ēt omnia & ſingula ſupradicta in ſic promouentib. & promotis locum habeāt;Decernentes præſentes literas ſub quibuſuis conceſſionibus , facultatibus & gratiis,etiam in caſibus quibuſcunque Sedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cęnæ Domini reſeruatis,etiam ſub nomine Iubilei plenarii,vel Cruciatæ ſanctæ abſoluendi facultatem quibuſuis perſonis generaliter uel ſpecialiter tribuentibus minime comprehendi:ſed ſemper ab illis exceptas eſſe & cenſeri,ſicque in præmiſſis uniuerſis & ſingulis per quoſcunque Iudices & Commiſſarios,etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & S.R.E.Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicādi & interpretandi facultate in quauis cauſa & inſtantia iudicari & diffiniri debere,ac irritum & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari.Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,ac in Conciliis etiam generalibus editis,cæteriſque contrariis quibuſcunque.Vt autem præſentes literæ omnibus innoteſcant,mandamus illas ad Valuas S. Ioannis Lateranen.& Principis Apoſtolorū de Vrbe Baſilicarum & in acie Campi Floræ affigi & publicari, & poſt quindecim dies q. in vrbe ſunt,q uero extra eam & citra Montes intra quator menſes,qui demum vltra Montes erunt,intra octo menſes a die publicationis huiuſmodi computan.perinde afficere & arctare,ac ſi eorum cuique perſonaliter intimatæ fuiſſent , ac earundem præſentium literarum exemplis etiam impreſſis Notarii publici manu ſubſcriptis,& ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis eandem fidem in iudicio & extra illud adhiberi,quę ipſis præſentibus adhiberetur , ſi eſſent adhibitæ vel oſtenſæ.Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtri ſtatuti,ordinationis, declarationum,priuationis,reſeruationum,inhibitionis,voluntatum,decretorum & mandati infringere uel ei auſu temerario contraire.Si quis autem hoc attentare præſūmpſerit indignationem Omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, Nonis Ianuarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto

E.Card. Prodat.

Io.Aug.Papius

Regiſtrata apud Ioan.Angelum Secretarium.

A. de Alexiis.

Anno a Natiuitate Domini , Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, Indictione ſecunda, Die uero nona menſis Ianuarii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri Domini Sixti diuina prouidentia Papę Quinti, Anno eius Quarto, Retroſcriptę litteræ Apoſtolicæ,affixę & publicatæ fuerunt in valuis Baſilicarū Sancti

Sancti Ioannis Lateranen.& Sancti Petri Principis Apoſtolorum deVrbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ,& acie Campi Floræ,nemoris eſt,per nos Hieronymum,Lutium,& Pompeum Guerram Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſores.
7 Alex.Parabiachos Mag.Curſ.†

Ex hac igitur Bulla apparet quàm grauiter ſimonia in ordine puniat,ſed de pęnis,quæ in eos inferuntur,qui per ſimoniam realem ordines cō ferunt hactenus,ad ſuſcipientes eadem ratione ordines tranſeamus.

De pœnis ipſo iure illatis in eos,qui per ſimoniā realem ordinis ſuſcipient, effectu ſimonia realis quatenus delictum eſt,

S V M M A.

1 *Ordines per ſimoniam realem accipiens ipſo iure excommunicatus eſt,qua regula,quouſque pateat,declaratur.*

2 *Ordines per ſimoniam realem accipiens ab ordinum executione ipſo iure ſuſpenſus eſt,quæ regula,quouſque pateat,declaratur.*

3 *Ordinem per ſimoniam realem ſuſcipiens an ſuſpenſus etiam ſit ab executione,aliorum ordinem , quos ſimoniace non recepit.*

4 *Abſolutio excommunicationis,& ſuſpenſionis lata in recipientes ordines per ſimoniam realem , à quo tribuatur.*

5 *Suſpenſi ob ſimoniam commiſſam in ordine pro declaratis habentur,& ab omni ſpe,& facultate aſcendendi ad ſuperiores ordines ſuſpenſi ſunt.*

1 PER ſimoniam realem quoque†ordinem ſuſcipiens ipſo iure,& ſtatim excōmunicatus eſt,ut habetur i extrauag.cum deteſtabile de ſimon.& aſſerunt DD.allegati, in ſuperiori capite de conferente,& facit ca.reperiuntur, 1.q. 1.quæ pœna conſque pertinet,quouſque pertinere eam diximus quoad conferentes in antecedenti conclnſione.quare locū,ēt habet, vel primam tōſuram per ſimoniā quis ſuſceperit, vel literas dimiſſorias , teſtimonialeſue , & alia, ut habetur apud Trid.Synod.ſeſſ.2 1.cap. 1.iūct. cit.extrauag cum deteſtabile:nam ſancta Synodus uult,vt qui prædicta per ſimoniam conſequitur, ipſo facto in pœnas à iure illatas incidat , cuiuſmodi excommunicatio hæc eſt:ergo per ſimoniā hanc iam dicta ſuſcipiens ipſo facto excommunicatus eſt,ut concluſimus ſupra de dāte,ſeu cō ferente ordines.

2 Secundò†ab executione ordinis ſic ſuſcepti ſuſpenſus eſt,eſto enim character recipiatur , non tamen executionem eius habet , ex quo, ut dixi ab executione ſuſpenſus eſt,ut habetur in c.accuſatum iunct.Gloſſ.& c.ſequen.de ſimon.& in extrauag.cum deteſtabile de ſimon. Declaramus, ait enim ibi,quod omnes illi,qui ſimoniace ordinati fuerint, à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi. Ecce hic aperte dicitur per ſimoniam ordinem ſuſcipientem executionem non habere,atque ſic inquiunt DD. communiter Gloſſ.in cap.quibuſdam in uerb.ſtare, 1.qu. 1.& Abba.in eod.cap.accuſatum,num.4.ibi.Ad primum dic, quòd aut eſt ſimoniacus in ordine , & ſequitur Felin,ibid.Idem ait Innocen.in capi.tanta,& ibi quoque Abba.num.5.uerſic.in ea Gloſſ. & Mar. Socin.Sen.qui communem receptum hoc eſſe teſtatur de ſimon.& S.Thom.2.2.q.100 art.6.in reſpon.ad primum,& Archiep.Flor.in 2.p.Sum.ti. 1.cap.5.§.5.& Syl.in verb.Suſpenſio,§.7.& Ioan. Tabien.in verb.Simonia,num.66.uerſicu. Sexageſimoquintò,& Nauarr.in Man.cap.23.numero 111.uerſicu.Ad decimumquartum, & uerſic: Octauò dico , ubi opinionem hanc communem inquit,& Borgas.de irregul.p.6.de ſimon. numero 70.& Viu.in ſua Syl.opin 724.& Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.5.caſ.401.num. 25. & facit cap.ſi quis Epiſcopus, 1.q. 1.Non eſt igitur quod hac de re dubitemus,etenim , ex quo ſuſpenſus eſt ab ordinum executione,eorum executionem non habet.

3 Hoc autem multis modis amplificatur:†nam primo locum habet etiam in aliis ordinibus , nō ſolum enim ab ordine,quem ſimoniace ſuſcepit, ſuſpenſus eſt,& executionem non habet , uerum etiam & ab aliis,ita dixit Innocen.in eod.ca.tanta in uerb.Cantare,& in cap.per tuas,num.4.uerſi.Et ſcias,& ibi quoque Abba.nume.5.& Felin. num.3.uerſic.In Gloſſ.2.ibi Prima concluſio , & Mar.Socin.Sen.num.14.de ſimon.Idem Innocē. in cap.pen.in fine,& ibi quoque Abba. & idem Abba.in cap.ſimoniace,num.5.eod.& Syl.& Angel.in verb.Simonia,6.in principio , & Borgas. ibid.& Viu.ibidem qui de communi DD.ſententia teſtatur.Probatur autem per cit.extrauag.cū deteſtabile:nam non dicitur ibi ſuſpenſos eſſe ab executione ordinum ſic ſuſceptorum,ſed ab executione ſuorum ordinum,quibus uerbis apparet ab omnibus ordinibus ſuſpenſos eſſe, ex quo ordines oēs,quos habent,ſui ordines dici poſſunt.

Contra ſententiam hāc tamen facere uidetur cap.pen.de ſimon.nam,ſi ordinādus promittat, iuretue ordinatori ſe ſuper prouiſione ſua moleſtia ipſum non affecturum,ſi eum ordinet , eſto non habeat,unde uiuat,(quo caſu Epiſcopus ordinem conferens ad alimenta ei prȩſtanda obligatur,)ordinatum ab ordine ſic ſuſcepto tantum ſuſpenſum eſſe ibi dicitur,ergo non ab aliis ordinibus ſuſpenſus erit , incluſio enim vnius , alterius excluſio eſt,argum.capi. non ne de præſumpt.& l.cum prætor,ff.de iud.ergo & in quæſtione propoſita idem dicendum uidetur. Secundò contra opinionem hanc facit,cap.fin.de temp. ordin.li. 6.nam ibi Epiſcopus,ſi aut infanti monaſterium non ingreſſuro primam tonſuram conferat,uel illiterato,vel alterius diœceſis clerico ſine ſui ordinarii licentia, per annum à collatione clericalis tonſuræ dumtaxat ſuſpenſus eſt,ut ibi dicitur,& hoc ob eam rationem,ut in quo peccauit , in eo puniatur,

puniatur,ſicut ait ibi Romanus Pont.Idque iure
merito,etenim pęna delicti grauitatem eius egre
di non debet,ob c. 2.de iis,quæ fiunt a maior.pa.
c.& c.non aſſeramus,24.q.1.ergo idē in caſu no-
ſtro ob eandem rationem dicendum uidetur.Po
ſtremo repugnare uidetur etiam c.tanta de ſim.

Quid igitur concludendum?A communi opi-
nione diſcedendum non eſt,cum ob ea, quæ ſu-
pra diximus,tum ob extrauag. ſeu Bullā Siſti V.
contra male promotos inci.Sanctum,& ſalutare.
latam anno 1588.Nonis Ianuarij Pont.ſui Anno
Quarto,quam in antecedenti capite poſuimus:
nam ibi ſuſpendit per ſimoniam ad ordines pro-
motos perpetuo ab executione ordinum ſuſce-
ptorum,& ab omni ſpe aſcendendi ad alios ſupe
riores,vt habetur in ea Bulla,ibi Et nihilominus,
junct.uerſ.Cæterum,ſi quis antiſtes,ex quo enim
ſuſpendit ab executione ordinum ſuſceptorum,
nec diſtinguit à quotum ordinū ſuſpenſione , ab
omnium executione interpræt abimur. Quæ Bul
la,etſi,vt audio correcta eſt,non tamen quoad ſi-
moniā. Item ob id,quod,vt videbimus,ſimonia-
cus talis excommunicatus etiam eſt per cit.extra
uag.cum deteſtabile , & excommunicatus om-
nium ordinum executione caret.

Non obſtant modo contraria propoſita , nam
cit.c.pen.nā,ibi proprie , & directe ſimonia non
erat,quandoquidem nec ordinator quicquā acci
pere,nec ordinandus quicquam dare uolebat,vt
ibi habetur,ſed ſolū cautio ordinatori fiebat , ne
poſt ſuſceptum ordinē alimenta ordinato pſtare
cogeretur.Non igitur ob ordinē cautio præſtaba
tur,ſed ob id,quod ordinē conſequebatur , & ſic
directe ſimonia non committebatur,ſed ſpecimē
quodam eius dabatur: At hic vere,ac directe ſi-
monia intercedit,& ob id mirandum non eſt,ſi
grauior pęna inuratur.

Non obſtat etiam cap.fin.de temp.ordin.nam
idcirco in caſu noſtro grauior pęna inuritur,quo
niam grauius delictum eſt,quàm ibi,ſimonia.n.
inter grauiſſima crimina numeratur,& ſui graui
tate alia crimina vincit,vt dicitur in cap.ſicut de
ſimon.immo alia crimina reſpectu huius,pro ni-
hilo reputantur,ut dicitur in cap.fin.1.q.ulti. &
ob id etiam contra iuris regulas,ut puniatur, in-
ſtituta plura ſunt,arg.c.ſi dominus, & c.tanta cū
ſimil.de ſimon.Addo ſic conſtitutum eſſe.

Non obſtat etiam cit.ca.tanta:nam ibi de di-
ſpenſatione agitur.Firma igitur amplificatio ꝓ-
poſita remanet.

Secundò propoſita regula locum habet, ut ſci
licet ab omnium ordinum executione ſuſpēſus
ſit,eſto etiam peccati, & delicti eum pęnituerit:
nam adhuc ordinum executione caret,niſi abſol
uatur:nam,ex quo ſuſpenſus in pęnam eſt per ca
nonem,non tollitur ſuſpenſio pęnitentia, ſed ab
ſolutione opus eſt,vt probaui in Tract.de cenſu-
ris Tab.4.§.2.num. 12.& nu.13. atque ſic ſenſit
Nauar.in Man.c.23.nu.111.uerſ.Quintò:nā ibi,
ait ſimoniam realem in ordine egere abſolutio-
ne ab excommunicatione,& à ſuſpenſione, ergo
ipſo iure non tollitur,atque ſic habetur in c.inq-

ait.

ſitionis de accuſ.& ibi Inn.Abb.Socin. & DD.&
no.Gl.in c.per tuas,2.in uerb.Miniſtret de ſimo.

Tertio locum habet adeo,ut ſi conuictus fue-
rit ordinem per ſimoniam ſuſcepiſſe per decenniū
ſine ſpe diſpenſationis non poſſit abſolui,& nec,
ut abſoluatur,cū ipſo diſpenſari,ita ſanciuit Pius
V.in Bulla incip.Cum primum Apoſtolatus offi
cium,lata anno 1556.Calen.April.Pont.ſui anno
Primo,Quicunque igitur,ait enim ibi,deteſtabi
le crimen ſimoniæ commiſiſſe conuictus fuerit
in conſequendis ordinibus,eo ipſo ſit ab illorum
executione per decenium ſine ſpe diſpēſationis
ſuſpēſus.Immo per cit.Bullam Siſti V. perpetuo
ſuſpenſi declarantur.Quare,ſi diuina ab his fiāt,
irregulares fient:nam ab officio,ordineque ſuſpē
ſi diuina faciendo irregulares efficiuntur , à qua
liberari præterquam à Rom.Pont.nequeunt,ut
habetur in c. 1.de re iud.li.6.& in c. 1.de ſent.ex
comm.eod.lib.

Poſtremo locum habet, eſto occulte ſimonia
commiſſa ſit,ita DD.cit.a me ſupra concludunt,
ita Ego in eod.Tract.de Cenſuris aſſerui in Tab.
1.cap. 13.§.4.ubi multa ad hunc locum pertinen
tia tractantur,ſicut etiam in §.13.His igitur mo
dis regula hæc amplificatur, iā exceptiones eius
ponamus.

Excipitur ergo primum,ubi ſimonia menta-
lis commiſſa eſt:nam etſi ſimoniacus hic morti-
fere peccat,ut ſupra probauimus,in nullam tamē
iuris poſitiui pęnam incidit,arg.c.fin. de ſimon.
cum ibi not.& ut aſſeruit Nauar.in Man.cap.23.
num.103.& num.111.uerſic.Ad decimum quar
tum,& pertinent huc , quæ late diximus in eod.
Tract.Tab.1.cap.9.§.12.

Secūdo excipitur,ubi ſimonia conuentionalis
tm̄ eſt:nam neque in hoc caſu ſuſpenſus eſt: non
enim id iure cautū eſt,& ob id nō dicendū,arg.l.
de pretio,ff.de publ.in rem act.& ita aſſeruit Na
ua.eod.ca.23.n.104 & nu.111.uerſ.Ad decimū-
quartum,& Caſſador.deciſ.5.de conſti.& Gom.
in reg.de trien.poſſ.q.12.in fine,& ſtylus Roma
nus ita docet,eſto Sot.& Caiet.contrarium ſen-
tiant.Excipio tamen,ubi realis fieret.

Tertio excipitur quoad alios, ubi ſimoniacus
hic neque notorius,neque denunciatus eſt:nam,
etſi quoad ſe ſuſpēſus eſt,ſui tamē parochiani ſa
cramenta ab eo licite petent ob extrauag. Ad
euitanda , quæ communionem nobis cum cen-
ſura irretitis permittit , ubi nec notorij, nec de-
nunciati ſunt,atque in re noſtra ſic ſenſit Borgas
in Tracta.de irregular.par.6.in titu.de ſimon.nu
mero 92.ibi,Tertia eſt pęna excommunicatio-
nis.(Ea uero extrauag.à me in eodem Tracta.de
cenſuris poſita eſt,ac declarata in Tabu. 1.capit.
13.§.7.)idem ſenſit Nauarr.in Man.capitul. 25.
numero 68.uerſicu.Secundo peccat mortaliter,
ibi,Dixi propriam,& apertiſſime id dixit Dom.
Sot.de iuſtit.& iur.libro nono , quæſtio. octaua.
articul.primo,in reſpon.ad primum argument.
uerſicul. Illa autem , quæ de aliorum commu-
nicatione.

Quartò excipitur,vbi ſimonia ab eo commiſ-

ſa non eſt,nec ab alio eo ſciente,ſed alius eo ignorante ordinatori aliquid dedit:nam hic ſolū eius ordinis,quem per ſimoniam accepit,executionē non habet,ſed ab eo ſuſpenſus eſt,non autē ab aliorum ordinum executione,qui ſimoniace collati non ſunt,ita dixit Inn.in c.tanta in uerb.Cantare,ibi,Niſi eo ignorante de ſim. & ſequitur Abba.in c.de ſimoniace,nu.6.uerſ.Et aduerte,quia iſto caſu,& Feli.ibid.nu.2.uerſ.In Glo.fin.ibi Et hoc caſu dicit hic,& Mar.Soc.Sen.nu.9.uerſi.Et aduerte,idem Abb.in c.per tuas,2.nu.6.uerſi.Et hæc intelligo vera de ſim.& ſequitur ibi Soc.nu.16.& Fel.nu.3.uerſ.Prima concl.qui opinionem hanc communem ſentit,&c.ſicut tuis eod. & ca. ſtatuimus cum multis ſeq. 1.q.1.& Syl.in uerb. Suſpenſio,q.7.uerſ.Si tamen ipſe,communis denique DD.ſententia hęc eſt.Si ergo pater,ſi amicus,fraterue eo ignorante quid ordinatori dederit,eius ordinis ſic ſuſcepti executione tantū carebit.Quare,quòd ob alterius culpam excōmnicatio non fertur,arg.c.Romana,§.in uniuerſitatem de ſent.exc.li.6.& ut nos id abunde ꝓbauimus in Tract.de cenſuris Tab.2.cap.17.§.8.ob eam rem in hoc caſu in excommunicationē hic non incidet,ſat enim eſt executionem ordinis ipſum non accipere,& ob id ſine culpa ſentire pœnam non debet, arg.c.2.de conſtit.

Contrariam opinionem tamen ſequitur Nauar.in Man.c.25.nu.68,uerſ.Secundò peccat,ibi Dixi Propriam:nam ibi ait, ſi alius dat, aut promittit aliquid Epiſcopo,aut alteri,ut aliquē aliū ordinet,ipſo,cui ordo conferendus eſt,inſcio,vel ſcio,ſed contradicente,hunc ordinem ſuſcipientem non peccare,& accipere non ſolum characterem,ſed etiam executionem iuxta Bellame. quē ſequitur Cardin.ut refert ibi Nauarr.et hoc maxime uerum eſſe ait poſt extrauag. ad euitanda, Ecce hic Nauarr.aperte ait hunc nec peccare, & executionem etiam ordinis habere. Quid igitur concludendum?Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæſtio hæc diſputatur iuxta ius antiquum, ſeu reſpectu habito ad ius antiquum,& in hoc caſu priorem opinionem veram eſſe cenſeo. Aut diſputatur reſpectu habito ad cit.extrauag. ad euitanda,& in hoc caſu opinionem Bellamer.& Nauar.& Cardinal.ueram concludo:nam, etſi Epiſcopus,qui aut promiſſionem,aut dationem pro miſſit,ſimoniacus eſt,non tamen notorius,denūciatuſue,& ob id non tenemur eum uitare,modo ſimoniam ipſi non commiſerimus,ut habetur in cit.extrauag.quæ de quouis criminoſo loquitur. In hac igitur quęſtione ſic concludendum & cōmunem opinionem interpretandam,& coarctādam cenſeo.

Quintò excipitur,vbi eo ſciente,ſed contradicente,ac prohibente ab alio pecunia data eſt:nā & in hoc caſu executionem quoq; ordinis habebit,nec excommunicatus,ſuſpenſuſue erit,ut dixit Naua.in eo.loco,& facit c.ſicut tuis de ſimo. ubi confirmatio electi facta ualet,ſi eo prohibente ab alio promiſſio,datione aliqua facta eſt.

Sextò excipitur,vbi eo ignorante pecunia ordinatori data eſt à ſuis inimicis,quo damnum ipſi ordinando facerent,arg.c.nobis fuit de ſimo. vbi electio valere ibi dicitur,eſto promiſſio pecuniæ facta ſit ab aliquibus,vt diſpendium,damnumue eligendo inferrent,ergo idem hic,atque ſic ſenſit Nau.eo.c.25.in cit.uerſ. Dixi Propriā.

Septimò excipitur,vbi, quod ſe inſcio datum eſt,poſt ordinis ſuſceptionem,reſtituit:nā nec in ſuſpenſionem,excōicationemue incidit,ut dixit Syl.in verb.Simonia,q.8.uerſ.Quintū,ibi,Adde quarto,& ſequitur Naua.eo.uerſ. Secundo peccat,ibi,Nec poſtea ſoluendo illud Immo nec tūc peccare reſtituentem pecuniā addit eo.Nau.modo ratam,gratamque dationem illam non hēat, & hoc ob id,quoniam nulla id lex vetat in conſcientię foro,eſto Syl.contrariū ſenſerit ibid. qđ in foro fori locum habere pōt & præſumptionē.

Poſtremò excipitur,vbi cū ipſo diſpenſatū eſt, ideſt,vbi à ſuſpenſione abſolutus eſt,& ab excōicatione:nam, ex quo executionem non habet ſic ordinatus ob ſuſpenſionem,& non nunquam ob excommunicationem,iure his ſublatis,executionem habebit,impedimenti enim cauſa ceſſante, ceſſat impedimentum,arg.c.cum ceſſante de appe.& l.addigere,§.quamuis,ff.de iur. patron.

4 Atqui†ab huiuſmoni ſuſpenſione quis abſoluet?Item quis ab excommunicatione?Quoad excommunicationem pro certo habendū eſt à Romano Pont.tantū ipſam tolli,ſibi enim eā reſeruauit in ead.extrauag.cum deteſtabile de ſimo. idem hbetur in Bulla allegata ſupra Siſti V. vbi reuocat oēs facultates, quarum beneficio poſſet quis abſolui,uide ſupra ca.3.Idē ſenſit Nauar.in Man.c.23.nu.11.uerſ.Quarto.Quoad ſuſpēſionem,vbi ipſemet,qui ordinē ſuſcepit, ſimoniam commiſſit,aut alio eo ſciente,& conſentiete tacito,vel expreſſe à Romano Pon.tm̄ abſolui pōt, ut de cōi DD.ſentētia teſtatur Abb.in cit.c.de ſimoniace,n.4.cum ſeq.Et hoc ob c.pen. de ſimo. Immo nec Romanus Pon.diſpenſare in hoc con ſueuit,arg.c.erga,1.q.1.ſi aūt de hoc cōuictus ſit vide ſupra hoc,ca.uerſ.Tertio locū habet, ſi autē ab alio eo ignorante,& nō probante ſuus ordinarius abſoluere ipſum poterit,ita Abb.in eo. c.de ſimoniace ob c.præſentium,1. q. 1. & ſequuntur DD.Id quod locū habet,licet manifeſtū ſit, eſto nonnulli contrarium ſenſerint:nā,ex quo ſumus in pœnis,& qui ordinē ſuſcepit,ſimoniā ipſe non commiſſit,benignior interpretatio facienda eſt, vt à ſuo ordinario abſoluatur,arg.c.odia de reg. ius.li.6.& l.interpretatione,ff.de pœ. Quod aūt diximus,ab ordinario abſolui poſſe in eam ſententiā id accipiendū eſt,ubi cū ipſo ſimonia cōmiſſa non eſt:nam tunc aut à ſuo ſucceſſore, aut ſuperiore abſoluetur,ut DD.cita.eiſdem in locis inquiunt.Quod uerum cenſeo,ubi & ipſe ſuſpenſus eſt,vel excommunicatus,& notorius,aut denunciatus:non enim alias iuriſdictionē amittit, quominus abſoluere poſſit ſuſpēſū ob ſuā culpā. arg.c.ad probandum de re iud.iunct.extrauag.ad euitanda:nam & Parochus mulierem, cum qua peccauit,abſoluere poteſt, vt DD. communiter

concludunt

concludunt, quandoquidem ea ratione iuriſdi-
ctio non tollitur.
5 Tertio † ſuſpenſi ob hanc rationem pro decla
ratis ſuſpenſis habentur, ſic enim ſtatuit Siſtus
Quintus in citat. Bulla verſ. Et nihilominus feli.
recor. Pij II. ibi Eoſdem clericos poſt hac. Quæ
declaratio multum operatur: nam denunciari ſu
ſpenſus ſtatim poteſt, quod antea non liceret, ut
tradidi in Tract. de cenſ. Tab. 1. cap. 21. §. 2. nume
ro 8. & facit cap. cum ſecundum legés. §. fi. de hæ
ret. lib. 6.

Quarto pperuo ab omni ſpe, & facultate aſcen
dendi ad ſuperiores ordines ſuſpenſi declaran-
tur à Siſto V. in eod. uerſi. ibi, Et ab omni ſpe, ſed
iam ad alias pœnas tranſeamus.

S V M M A.

1 *Suſpenſus, quia per ſimoniam ordinem ſuſcepit, ſi in*
ordinibus miniſtrare præſumit, irregularis efficitur
2 *Ipſo facto omnibus dignitatibus officijs, & beneficijs*
eccleſiaſticis priuatus eſt.
3 *Inhabilis, & incapax ad prædicta, & alia ſimilia, diſ*
ſimiliaque efficitur.
4 *Actiua, & paſſiua voce etiam priuatus eſt, ſi cleri-*
cus regularis ſit, & qua priuatio hac ſit actiua, &
paſſiua.

§. I.

Quintò, ſi ſuſpenſus, propterea quòd ordines
per ſimoniam accepit, in ordinibus miniſtra
1 re præſumpſerit, † præterquam quòd irregula
ris efficitur, argument. cap. 1. de re iud. libr. 6. &
2 c. 1. de ſent. excomm. eod. lib. † ipſo facto priua-
tus eſt omnibus dignitatibus, officiis, ac benefi-
ciis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, quomo-
documque qualificatis, ſecularibus, uel cuiuſuis
ordinis, vel militiæ regularibus, ut habetur, in eo
dem uerſi. Et nihilominus, ibi, Et ſi in eis mini-
ſtrare præſumpſerint, & pro declaratis habentur
in Bulla Siſti V. allegata in fine antecedentis par
tis.
3 Sextò, † ſi itidē miniſtrauerit in ordinibus, in
habilis, & incapax ad illa prędicta beneficia, & di
gnitates, & officia, & alia ſimilia, uel diſſimilia in
perpetuū decernitur, & declaratur, ut dicitur in
eo. uer. Et iis priuatos, atque ad illa. Si ergo bene
ficium huic conferatur, nec in conſcientiæ foro
retinere illud poterit, quandoquidem nullū ius
conſequitur, & ob id tanquam alienum detinēs
ad reſtitutionem obligatur, arg. ca. peccatum de
reg iur. lib. 6.
4 Septimò. † ſi clericus regularis ſit, & ſic ſuſpē-
ſus miniſtrauerit, ut diximus, pter prædictas pœ
nas, actiua, & paſſiua voce priuatus eſt. Quare ad
nullum officium eligi poterit, & ob id nec Prior,
nec Miniſter, ſeu Prouincialis, nec Generalis eſſe
ualebit, ex quo paſſiua voce caret; id quod nil a-
liud ſignificat, quàm recipi non poſſe ad officiū
aliquod, nec ei conferri, ſic enim & factionem te
ſtamēti paſſiuam is dr̄ non habere, qui in teſtamē
to hæres inſtitui, & ex teſtamento capere non po
teſt, ut habetur in §. legari autem in Inſtit. de le-
ga. & in tit. de hære. qual. & diff. §. teſtamenti fa-
ctio. Item ꝙ uocem actiuam non habet, nec alios
eligere ad prędicta ipſe poteſt, ſicut nec teſtamē
tum facere, qui teſtamenti factionem actiuâ non
habet, ut habetur in cit. proxime iuribus. Itē nō
ſolum actiua, & paſſiua voce priuatus eſt, quoad
officiorum electiones, uerum etiam quoad om-
nia, quę à Capitulo per uoces fiunt, quare quęcū
que res capitulariter agetur, vocem dare hic non
poterit actiue, & paſſiue, quamuis, ſi quid ipſi im
ponatur, quod oneris rationem habeat, ſubire il-
lud cogatur, atque ſic habetur in Clem. 2. in fi.
Glo. in uerb. In Capitulo, & ibi Zabar. de ætat. &
qualit. & Nauar. qui rem hanc ſic declarat in cōſ.
6. de uerb. ſign. lib. 6. Hæ igitur pœnæ ſunt, & in-
habilitates, quæ per citatam Bullam ipſo iure in
ferūtur. Atqui, an & irregularis hic efficitur? Hoc
in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Irregularis efficitur, qui per ſimoniam realem ordi-*
nes ſuſcipit.
2 *Irregularitas impedit functiones ordinum ſuſcepto-*
rum.
3 *Aliorum ordinum ſuſceptionem.*
4 *Beneficiorum eccleſiaſticorum, & etiam penſionum*
acquiſitionem,
5 *Irregularitas non priuat beneficijs eccl. qua quis an*
te ipſam adeptus eſt.

§. II.

1 Irregularis demum efficitur, qui per ſimoniā
realem ordines ſuſcipit: id quod hac ratione
probatur; nam, ubi canon ordinis ſuſceptio-
nem prohibet, excommunicationis pęna, ipſo iu
re contra non parentem propoſita, ſi cōtra faciat,
ipſo iure irregularis efficitur, ut habetur in ca. 1.
de eo, qui furt. ord. ſuſcep. ibi enim, ſine licentia
Epiſcopi, examinatoriſue ordinē ſuſcipit, irregu
larē fieri hūc inquiunt Abb. ibi, & Cardi. & Gl. in
c. fi. eo. & hoc ob eam rōnem, quod excōicatio la
tę ſententiæ contra ſic accipientem promulgata
erat, & ea prohibitū, ne hac rōne ordo ſuſcipere-
tur. At per extrauag. cum deteſtabile de ſim. pro
hibetur propoſita ipſa excōicationis ſententia, ip
ſo iure, ne quis ordines ſimoniace ſuſcipiat, ut ibi
habetur, ergo, contrafaciēs irregularis redditur,
atque ſic conſuluit Nauar. lib. 5. de ſimon. conſi.
97. nū. 9. verſ. Ad ſextam, quę.
2 Hæc aūt irregularitas multa operatur. † Nā pri
mo ordinū ſuſceptorum functiones impedit, nō
enim irregularis exercere functiones ordinis po
3 teſt, arg. c. inquiſitionis de accuſ. † Item, ne aliis
ordinibus quis initietur, & ſic ordinū ſuſceptio-
nem tollit, nō ergo irregularis ordines ſuſcipere
valet: nam irregularitas eſt impedimētum cano
nicum directo impediens acceptionem, ordinū
eccleſiaſtic. aut aliquem vſum eorum, quatenus
ſunt ordines, ut tradidit Nauarr. in Man. capi-
4 tul. decimoſeptimo, numero 19. † Poſtremo be-

neficiorum eccl. incapacem reddit. Non ergo beneficium irregulari acquiritur, ſi ei cōferatur, antequam eum eo diſpenſetur, ut tradit Abb. in ca. cum noſtris de conceſſ. præbend. & ſequitur Nauarr. lib. 5. de homicid. conſil. 13. nume. 2. immo nec penſiones obtinere poteſt de ſtylo Curiæ, vt de hoc teſtatur idem Nauar. eod. libr. conſil. 41.
5 uerſi. Sextò, quod de ſtylo, † Ante tamen irregularitatem beneficia acquiſita retineri poſſunt, donec per ſentētiam ipſis quis priuetur, ut tradidit Innocent. communiter recept. in eod. capit. cum noſtris de conceſſ. præben. Quo igitur ſuſceptorum functiones exercere, non ſuſceptos ordines adipiſci, beneficia eccleſiaſt. habere quis poſſit, diſpenſatione opus, quam qui præſtare queat, in ſequ. explicabimus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare Romanus Pont. cum quocunque inhabili ob ſimoniam ad ordinem, & beneficium poteſt.*

2 *Diſpenſare cum ſimoniaco in ordine, id eſt cum eo, qui pro ordine habendo aut ipſe pecuniam dedit, aut alius, eo ſciente, & ratum habente, ſolus Romanus Pont. poteſt.*

3 *Diſpenſare cum ſimoniaco occulto in ordine epiſcopus poteſt.*

4 *Diſpenſare cum eo, qui ſimoniacus quidem non eſt, ſed tamen ordinem per ſimoniam ſuſcepit, quia ſcilicet alius eo ignorante, & ratum non habente pecuniam dedit, epiſcopus poteſt.*

5 *Diſpenſare cum ſimoniaco occulto poteſt epiſcopus, eſto, cum ipſo ſimonia commiſſa ſit, quoad irregularitatem.*

6 *Diſpenſatio cum irregulari quid operetur.*

7 *Irregularis vbi quis eſt per celebrationem factam in excommunicatione quis cum eo diſpenſet.*

§. III.

Qui ordinem per ſimoniam ſuſcipit, Irregularem hunc fieri proxime probauimus, iam, quis eum eo diſpenſare poſſit, uideamus. Verum, quòd nonnulli exiſtimarunt Romanum Pont. in omnibus caſibus cum ſimoniaco diſpēſare non poſſe, ideo prius horum opinionem refutabimus, deinceps propoſitam quæſtionem abſoluemus.

1 Quoad primum igitur, † vt refert Gloſſ. in ca. poſt tranſlationem in verb. Nequeat de renunciat. ubi materia hæc diſpenſationis cum ſimoniaco agitur, nonnulli exiſtimarunt Romanum Pont. diſpenſare non poſſe. Primò ob cap. erga, 1. quæſtio. 1. nam ibi dicitur erga ſimoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſeruanda, habendam eſſe: Ex quibus uerbis colligunt cum ipſis diſpenſari non poſſe, ex quo nulla miſericordia eis ſeruanda eſt. Hæc ratio meo judicio nihil facit, eſto enim nulla miſericordia eis ſeruanda ſit, non tamen conſequitur, quin ſeruari poſſit. Poſtremò id Alexand. 2. cauit, vt ibi habetur, ergo diſcedere ab ea lege poteſt, nemo enim eā legem dicere ſibi poteſt, à qua diſcedere ei non liceat, minus autem eius ſucceſſori, vt habetur in capitu. innotuit de elect. cum ſimil. citat. ibi à Gloſſ. Secundò pro hac opinione ſic argumentantur, Qui per ſimoniam ordinem ſuſcipit, characterem vitioſum ſuſcipit, & remittere eum non poteſt (id quod & uerum eſt, deleri enim impreſſus in anima character ordinis non poteſt, ut aſſeruit Trid. Synod. ſeſſ. 7. de ſacram. canon. 9.) at, qui rem alterius vitioſam habet, & iniuſte, non poteſt veniam conſequi, niſi eam reſtituat, vt dicitur in cap. 1. 14. quæſtio. 6. & facit, capitu. peccatum de regul. iur. libr. 6. ergo idem & hic. Ad hanc rationem reſpondit & optime Gloſſ. in eodem capitu. poſt tranſlationem, ſcilicet Romanum Pontif. nihilominus diſpenſare poſſe: nam permittens Romanus Pont. ut hic adminiſtret, & executionem ordinis habeat, uitiū purgat, ſicut furti uitium purgatur à rei domino, ſi res furtiua de ejus voluntate apud furem remaneat, ita habetur in l. ſi fur in principio, ff. de vſucap. Hæc Gloſſ. Addo ego, ex quo dimitti ordo non poteſt, hunc excuſari, ſicut excuſatur, qui rem alienam reſtituere non valet, vt tradidit Gloſſ. in eodem capitu. peccatum in uerb. Peccatum. Quare, cum nullis rationibus opinio hæc nitatur, cōtrariam amplexari debemus, quā & DD. communiter ſequuntur, vt infra uidebimus, ſcilicet Roman. Pont. in omnium caſibus diſpenſare poſſe. Probatur autem primò hac ratione: nam depoſitio, & irregularitas eſt pœna a iure canonico inuenta, vt ſenſit Glo. magiſtra. in capitu. ad reprimendam de off. ordina. at iuri poſitiuo Romanus Pont. non ſubiicitur, ſed præeſt, vt dicitur in capitu. propoſuit de conceſſ. præben. ergo diſcedere ab eo poteſt. Poſtremo eam pœnam Romani Pontifices ſtatuerunt, ergo & hac ratione ab ea eorum ſucceſſores diſcedere queunt, argument. citat. capit. innotuit de elect. Pro certo igitur habebimus cum quocunque ſimoniaco Romanum Pont. diſpenſare poſſe, Et de quæſtione hac ſatis.

2 Qnoad † primam autem quęſtionem a primo propoſitam ſcilicet, quis diſpenſare poſſit cum ſimoniaco in ordine, vt regulam conſtituamus, vbi pro ordine conſequendo pecuniam ipſe dedit, ab aliove datam ſciens ratam habuit, ſolus Romanus Pontif. diſpenſare poteſt, ita dixit Gloſſ. in citat. capitu. poſt tranſlationem in verb. Nequeat, ibi ſed hoc non credo, & Abba. qui de communi ſententia teſtatur in cap. de ſimoniace, numero 4. in fine de ſimon. & ibi quoque Felin. numero 2. uerſicu. in Gloſſ. fin. qui opinionem hanc communem etiam ſentit. & Mar. Socin. Sen. numero 6. & DD. omnes ibi, vbi materia hæc etiam tractatur. Probatur autem per capi. pen. de ſimon. & ibi quoque not. Gloſſ. penult. nam ibi pro ſimonia commiſſa in eo, quod conſequitur ordinem, diſpenſatio Sedi Apoſtolicæ reſeruatur, ergo multo magis, vbi in ipſo ordine commiſſa eſt, vnde etiam DD. vt Felin. in eodem capitu. de ſimoniace, numero 2. uerſi. Et eo ca[illegible], ampliat propoſitam regulam, vt in conſe[illegible]

ad

ad ordinem locum etiam habeat. In hoc igitur caſu ſolum Romanus Pont. diſpenſat, ergo non Epiſcopus. imo nec Romanus Pō. ſolet in hoc diſpenſare, vt inquiunt Abb. ac DD. in eod. c. de ſimoniace.

3 Excipio tamen, † vbi delictum occultum eſt, & ad forum contentioſum non deductum, in hoc enim caſu Epiſcopum diſpenſare poſſe concludo, & hoc ob eam rationem, quoniam Trid. Synod. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. permittit epiſcopis in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto præuenientibus diſpenſare, modo ex homicidio voluntario non ſit, vel ad forum contencioſum non deducta, ergo & in caſu noſtro licite diſpenſabit, tum quòd Trid. Synod. generaliter loqtur, ſcilicet de irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus, ergo & de irregularitate per ſimoniam occultam contracta, lex enim generaliter loquens, generaliter intelligi debet, arg. l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. prçſtan. tum quod Sancta Synod. caſus quoſdam excipit, in quibus hic noſter nõ eſt, ergo ſecus in ipſo, incluſio enim vnius alterius excluſio eſt, arg. l. cum prætor, ff. de iud. & c. nonne de præſum. & exceptio in uno caſu confirmat regulam in aliis. In hoc igitur caſu Epiſcopus diſpenſabit, atque ſic ſenſit Nauar. li. 5. de ſimon. conſil. 97. num. 13. verſic. Quare videtur concludendum.

4 Poſtremò excipitur, † vbi, qui ordinem ſuſcepit, ſimoniacus non eſt, vt pote, quia neque pecuniam ipſe dedit, nec ab alio datam ſciuit, & ubi ſciuit, dationem ratam eam non habuit, in hoc enim caſu etiam Epiſcopus diſpēſare poteſt, ut dixit Abb. in cit. c. de ſimoniace, num. 6. verſic. Et quod indiſtincte, & Felin. num. 2. verſi. In Gl. fin. & communiter DD. Probatur autem per illud c. de ſimoniace iunct. Gloſſ. nam ibi in hoc caſu pmittitur diſpenſatio cum hoc, vt ſcilicet poſſit remanere in ſuis ordinibus, ergo Epiſcopus diſpēſare poteſt: nam, ubi ius diſpenſationem ſimpliciter concedit, alterique eam non reſeruat, Epiſcopus diſpenſare poteſt, ita dixit Innocent. communiter recept. in capit. dilectus filius de temp. ordi. idque iure merito, nam, ex quo alterius culpa damnum patitur, diſpenſatio concedi ab Epiſcopo poſſe debet, quo facilius eam cōſequatur. Hoc autem locum habet, eſto manifeſtum ſit ſimoniam commiſſam eſſe, atque ſic inquit Abba. in cit. cap. de ſimoniace, & ſequitur ibi Mar. Soc. Sen. & Felin. quic quid alii contrarium ſenſerint ibi.

5 Atqui, † an diſpenſare cum hoc ſimoniaco Epiſcopus poterit, eſto ipſo ſciente, vel cum ipſo ſimonia commiſſa ſit? Ego ſentio & in hoc caſu diſpenſare hunc poſſe, tum quod, ex quo occultus, & denunciatus non eſt, vel excommunicatus ſit, & quodcunque delictum commiſerit, iuriſdictionis uſum non amiſſit ob extrauag. ad euitanda, & facit capit. ad probandum de re iudic. etenim & abſolutio peccatorum tributa à presbytero ſuæ concubinæ valet, ut dixit Archid. in capit. omnes 3. q. 1. quem refert, ſequitur, & communiter receptum eſſe teſtatur Nauarr. lib. 5. de ſimo. conſil. 97. num. 13. verſicu. Tum quia poteſtas abſoluendi. Tum quòd Trid. Synod. eod. cap. 6. non diſtinguit an Epiſcopus id nouerit nec ne, & an cum ipſo ſimonia commiſſa ſit, ergo nec nos diſtinguere debemus, argum. l. de pretio, ff. de pub. in rem act. nam ſi id voluiſſet, id excepiſſet, ſicut alios caſus excepit. Pro certo igitur habebimus Epiſcopum, & in hoc caſu diſpenſare cum hoc ſimoniaco poſſe, atque ſic aſſeruit pluribus Nauar. eod. conſil. numero 13. ubi etiam repugnantia quadam diſſoluit.

6 Verum † diſpenſatio hæc quid operabitur? Multa. Nam primò is, cum quo diſpenſatum eſt, ordinum ſuſceptorum vſum recuperabit, aliorum ordinum capax erit, collatio beneficiorum eccleſiaſticorum ipſi facta, valebit, Quæ omnia ei per irregularitatem ablata eſſe ante probauimus: nam ſublata impedimenti cauſa, impedimētum tollitur, argument. capitul. cum ceſſante, de appella. Non tamen collatio beneficiorum huic facta, dum irregularis erat, confirmabitur, ut aſſeruit Innocent. communiter recept. In cap. cum noſtris de conceſſ. præbend. & Nauarr. eod. conſil. num. 14. Idque iure merito, quòd enim ab initio non valet, temporis tractu conualeſcere non poteſt, ut dicitur in l. quod ab initio, ff. de regul. iur. & cap. non firmatur eod. lib. 6.

7 Atqui † ſi irregularis fiat ob celebrationem, quæ ei per excommunicationem prohibita eſt, irregularis enim excommunicatus fit celebrans, vt probauimus in Tracta. de cenſuris capit. 14. §. 1. Tab. 2. quis cum hoc diſpenſabit? Modo occultus ſit, Epiſcopus autoritate ipſi tradita à Tridē. Synod. capit. 6. de reform. ſeſſ. 24. ſi tamen in iudicium deducta irregularitas non ſit, atque ſic dixit Nauar. conſil. 69. de ſimon. libr. 5. Alias vero Summus Pont. Sed de pœnis ſimoniaci in ordine hactenus, ad pœnas ſimoniaci in beneficio tranſeamus.

De pœna eius, qui eccleſiaſticam dignitatem, beneficiumue eccl. per ſimoniam realem confert, effectu ſimoniæ realis, quatenus delictum eſt.

Cap. V.

S V M M A.

1 *Beneficium eccleſiaſticum per ſimoniam realem conferens ipſo facto excommunicatus eſt, qua regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Officia eccl. per ſimoniam realem conferens in excommunicationem non incidit.*

3 *Penſionem per ſimoniam realem conferens in excommunicationem non incidit.*

4 *Iuſpatronatus per ſimoniam realem conferens in excommunicationem non incidit.*

5 *Spiritualia quæcunque per ſimoniam realem conferens in excommunicationem non incidit, modo, nec modo, nec beneficium eccl. ſit.*

1 BENEFICIVM eccleſiaſticum † etiam per ſimoniam realẽ cõferens ipſo facto in excommunicationem incidit, vt habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. & ut inquit Syl. in uer. Simonia. numero 19. q. 19. uerſicu. Tertia eſt excommunicatio, & Ioan. Tabien. eod. num. 74 verſic. Septuageſimotertio, & Nauar. in Man. cap. 23. num. 111. uerſic. Quartò, & uerſic. Septimò, & Vio, qui de communi ſentẽtia teſtatur in ſua Syl. opin. 734. nu. 51 cum ſeq.

† Hæc autem regula amplificatur, vt ſuperior tradita de ordine: nam locum habet, quicunque ſit, qui beneficium ratione hac confert, & quacunque ratione uel per electionem, uel per præſentationem, vel collationem, & inſtitutionem, & ob id uel Reges, Reginæue ſint, quæ in hoc opus ſuum præſtiterint, vt dicitur in ead. extrauag.

Item locum habet, quodcunque eccleſiaſticũ beneficium ſit, exẽpli gratia, vt Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, & huiuſmodi. Item vel alia beneficia animarum curam habentia, cuiuſmodi Eccleſiæ parochiam habentes ſunt, aut uicariæ perpetuę: nam & hæ beneficii loco ſunt, ut habetur in Clem. unic. de off. vic. atque ſic dixit Add. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 91. uerſi. Quartò. Item uel beneficia ſimplicia ſine curam animarum non habentia, cuiuſmodi capellæ ſunt, nec non altaria quædam, hæc enim quoq; beneficiorum nomine continentur, ut tradidit Rebuff. in ſua Prax. in p. 1. cap. Seculare beneficium quotuplex.

2 Excipitur autem primò, † ubi officia eccleſiaſtica, quis per ſimoniam uenderet, non enim in excommunicationem hic incidit: nam per citat. extrauag. cum deteſtabile excommunicatio fertur, vbi beneficia eccleſiaſtica, ordineſue p ſimoniam realem conferuntur, in quorum numero officia hæc non ſunt, ut per ſe patet. Nec repugnat officiorum mentionem ibi fieri; nam eo nomine beneficia accipiuntur, vt ait Add. ad Diaz. ibidẽ & Nauar. in Man. ca. 23, nu. 111, uerſ. Ad decimũ tertium. Quare, qui vicariam ad vitam ſuam uẽderet, in excommunicationem non incideret, ſecus autem, ſi uicariam perpetuam, quæ eſt beneficium, arg. Clem. unic. de off. uic. atque ſic inquit Nauar. & Add. ad Diaz. eiſdem in locis. Non itidem in excommunicationem hanc incidunt canonici, qui ſede uacante vicarium conſtituerunt hac conditione, ut emolumenta omnia, quę uicarius percipere ſolet, inter ipſos, & vicarium diuidantur: nam nec vicariatus huiuſmodi eccl. beneficium eſt, & idcirco cit. extrauag. cum deteſtabile, locum habere in hoc caſu non poteſt; atq; ſic conſuluit Nau. li. Quinto ne plat. uic. ſuas cõſ. 2.

3 Secundò excipitur, † vbi penſio venditur, & p ſimoniam hanc conceditur, eſto enim ſimonia committatur, non tamen in excommunicationẽ quis incidit, quandoquidem beneficii nomine non continetur, vt aſſeruit Nauar. eod. li. 5. de ſimon. conſ. 60. num. 2. atque ſic aſſeruit Add. ad Diaz. in caſu noſtro eod. ca. uerſ. Septimò, & Nauar. in Man. ca. 23. nu. 111 & eod. conſ. 60. eo. nu. 2. & conſ. 63. eod. tit. in fine, id quod eo magis aſſerendum eſt, quandoquidem cit. extrauag. cum deteſtabile, pœnas continet, & idcirco coarctanda, arg. l. cum de interpretatione, ff. de pœnis, & c. odia de reg. iur. lib. 6.

4 Tertiò † excipitur Iuſpatronatus: nã nec illud emens excommunicatus eſt, ut dixit Nauar. eo. nu. 111. uerſ. Ad duodecimum, ibi Et denique. & in conſ. 87. de ſim. li. 5. & in conſ. 66. nu. 3. ubi ſic definitum ait in foro Pęnit. quandoquidem nec ipſum eccl. beneficium eſt, ex quo & laico conceditur, eſto ſecus ſit, ſi per ſimoniam realem ad beneficium quem præſentaret.

5 Poſtremò † excipiuntur ſpiritualia reliqua omnia, eſto enim per ſimoniam realem conferãtur, tamen pęnæ in his locum non habent, quæ habẽtur in cit. extrauag. cum deteſtabile, modo eccleſiaſtica beneficia, ordineſue non ſint, ut DD. cõmuniter concludunt.

Verum abſolutio huiùs excommunicationis cui reſeruata eſt? Mortis periculo excepto, ipſi Pontifici Rom. reſeruatur per cit. extrauag. cum deteſtabile: ſed de pęna conferentis beneficium eccl. per ſimoniam realem ſatis, ad pœnas eorũ tranſeamus, qui beneficia per eandem ſimoniã acquirunt.

De Pœnis eius, qui acquirit dignitatem, beneficiumue eccleſiaſticum per ſimoniam realem, Cap. VI.

SVMMA.

1 *Beneficium eccl. per ſimoniam realem accipiens ipſo facto excommunicatus eſt.*

2 *Beneficij eccl. collatio per ſimoniam commiſſam ab eo cui confertur, nulla eſt, quæ regula, quouſq; pateat declaratur.*

3 *Beneficij eccl. collatio nulla eſt, vbi ab alio ſimonia commiſſa eſt ſciente, & non contradicente eo, cui collatio facta eſt.*

4 *Simonia commiſſa in electionem an confirmationem vitiet, & quid è contrario.*

1 ACQVIRENS etiam † per ſimoniam realem dignitatem eccleſiaſticam, beneficiumue ipſo iure excommunicatus eſt, vt habetur in extrauag. cũ deteſtabile de ſim. & ut DD. cit. in antecedenti capite concludunt. Id quod, & pro regula, habebimus, quę uti ſuperior de conferente declaratur, & amplificatur reſeruaturque abſolutio Rom. Pont. per cit. extrauag. Atqui an abſolutio ab excõmunicatione tributa ei, qui beneficium, ſic acquiſitum non renunciauit, valeat? Planè conſtat tribui non debere.

bere. Tributam tamen valere cenſeo per c. venerabilis. ubi autem de ſent. exco. li. 6. Nec repugnat peccatum non remitti, niſi reſtituatur ablatum, nam locum habet in peccatis, nõ autem in cenſuris.

2 Item † beneficii per hanc ſimoniẽ habiti collatio nulla eſt, nec titulus ullus tribuitur, ut DD. cõmuniter inquiunt S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 6. in reſpõ. ad tertiũ, quẽ ſequuntur cõiter Theologi, ut teſtatur Cou. in reg. peccatum. 2. p. §. 8. n. 7. uerſ. Sic, q beneficium habuit, idem inquiunt Borgas. in Tract. de irregular. & diſpen. p. 6. in tit. de ſimon. numer. 73. uerſ. ueritas autem eſt, & Rebuff. in ſua Prax. benef. in tit. de ſimon. in reſign. nu. 7. uerſ. Sed ut omnia breuiter abſoluam, & Couar. ibidem, & Viu. in ſua Syl. opin. 714. nu. 2. uerſ. Et hoc procedit quoque in beneficio, & Nauarr. in Man. c. 23. nu. 105. uer. Porro hæc ſimonia realis, & in c. ſi quando de reſcrip. excep. 4. & Gulie. Redoan. de ſimon. p. 4. c. 11. n. 30. & per totum. Probatur autem per extrauag. cum deteſtabile de ſimon. ibi enim aperte habetur, nullius eccleſiaſtici beneficii collationem ualere, nam ibi Romanus Pont. poſteaquam pęnas in ſimoniacos ab aliis latas confirmauit, hæc addit, Per electiones uero, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ iuribus omnino careant, in eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, perſonatibus, officiis eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficiis, aut aliquo horum cuiquam ius nullatenus acquiratur. Nec inde faciat fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quę percepit, reſtitutionem, ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus, & cęt. Hæc ibi Romanus Pont. ex quib. apertiſſime colligitur, ac aperitur propoſita cõcluſio. Nam primo uult electiones, confirmationes, prouiſiones, & quaſcunque alias diſpoſitiones per ſimoniam factas iuribus omnino carere, ut habetur in uer. propoſito, ergo prouiſiones huiuſmodi nullæ prorſus ſunt, dictio enim illa Omnino omnem caſum comprehẽdit, ideſt tam actus eſſentiam, quam eius effectum, ut dixit Iaſ. in l. pcibus nu. 1. C. de impub. & aliis ſubſt. & Feli. qui alios idem ſentientes refert in c. ex parte de of. deleg. Secundo quoniam uult in illis, eccleſiis, ad quas per ſimoniam ratione quapiam prouiſi ſunt nullum ius ab ipſis acquiri: declarant hoc uerba illa Eorum cuipiam ius nullatenus acquiratur, quæ dictio. Nullatenus, acquiſitionem omnem denegat. Si ergo nequaquam uult, ut illud acquiratur, ergo nec titulus, ergo nec ullæ prouiſiones erunt. Poſtremo, quoniam uult, ne ſuos fructus faciant, ergo etiam in foro cõſcientiæ locum hoc habebit, ut ibidem habetur. Ex his omnibus concluditur collationes beneficiorum in eccl. per ſimoniam factas nullas eſſe. Probatur denique in Extrau. Martini Quinti in Concilio Conſtantienti lata, ubi hæc habentur, quæ in cit. Extrauag. cum deteſtabile, ſicut etiam in multis aliis, quas refert Ioan. Tab. in uerb. Simonia numer. 74 uer. Septuageſimotertio, & Rebuff. eod. ſicut etiam Viu. & Borgas. Ex quo igitur non modo iuris interpretum opinio hæc eſt, uerumetiam & Theologorum, item expreſſum hoc habetur in cit. extrauag. non eſt, quod hac de re dubitemus.

Declaratur autem concluſio hęc multis modis
3 † nam primo locum habet non ſolum, ubi ſimoniam commiſſit is, cui beneficium collatum eſt, uerumetiam & ubi alius eo ſciente, & non contradicente, tum quod ſic dixit Coua. ibid. & Borgas ibidem uerſ. Secus, ſi per alium eo ignorante argumento ſumpto a contrario ſenſu, tum quod, q ſcit, & non repugnat, conſentire uidetur, ut dixit Gl. in c. ſicut tuis in uerb. Præbere de ſimo. & ibi Abb. in fine.

Secundo loco declaratur, ut locum habeat, nõ ſolum, ubi ſimonia publica eſt. quod & DD. ueteres omnes cenſuerunt, ut inquit Couarr. ibidem in uerſ. Apud ueteres, uerumetiam quod quidam negarunt, de quibus Couar. ibidem, ubi etiam occulta eſt, nam cit. extrauag. cum deteſtabile, utrũque caſum comprehendit expreſſe, ubi ſcilicet, & manifeſtus, & occultus ſimoniacus eſt, illis uerbis eorum quemlibet tam manifeſtum, quam occultum, quod & animaduertit Couar. eodem in loco uerſic. Sed ſane concluſio Concilii Conſtã.

Tertio declaratur, ut locum habeat a quocũq; ſimonia commiſſa ſit, uel a Cardinali, aliaque dignitate præditis eccleſiaſtica, uel a Regibus, dignitateue alia mundana decoratis, ut habetur in eadem extrauag. cum deteſtabile, ibi Illos cuiuſque ſtatus, & cęt.

Quarto declaratur, ut locum habeat quæcunque beneficia collata ſint ob ea uerba Quibuſuis beneficiis. Siue igitur beneficia ſint, quæ eccleſiaſticam iuriſdictionem habeant, cuiuſmodi Epiſcopatus ſunt, ſiue beneficia animarum curã habentia, ſiue dignitates, ac perſonatus, ut canonicatus, prępoſituræ, Archidiaconatus, & id generis ſiue beneficia ſimplicia, ut capellæ, & altaria per ſimoniam conferantur, eorum collatio nulla eſt.

Quinto declaratur, ut locum habeat in quibuſcunque eccleſiis hæc quis adeptus ſit ob uerba illa In eccleſiis.

Sextõ declaratur, ut locum habeat, quacunq; ratione quis propoſita eccleſiaſtica beneficia adeptus ſit, utpote, uel per inſtitutionem, uel per collationem aliamue prouiſionem, ob uerba illa, Per electionem uero, & cæt. atque ſic cit. autores eiſdem in locis, & Red. p. 4. c. 12.

Septimo declaratur, ut locum habeat eſto act9 & collatio facta non ualeãt, ſat enim eſt, ut ualeret, ſi nõ eſſet ſimoniaca: id qđ hẽtur in extrag. 2. de ſimon. ibi n. collationes omnes ſic factæ nullæ ſunt, & tamen puniuntur eas facientes, atque ſic dixit Nauarr. in conſil. 33. nu. 2. de ſimon. lib. 5.

4 Verum, quid, † ſi in beneficio, quod, ubi cõfertur intercedere electio, ac deinceps confirmatio debet, ſimonia committatur in electione, non autem in confirmatione, & collatione, an collatio ualebi? Breuiter concludendum eſt nullam ipſam eſſe, nam, ex quo electio, quæ collationis fundamentum eſt, & principium, argu. tot. tit. extra

de

de elect. nulla per ſimoniã redditur. ob. c. extrã uag. cum deteſtabile, & quod deinceps ſequitur nullum eſſe debet, ſublato enim fundamẽto, ædificium totum corruit, arg. l. 1. & 2. ff. de uſufru. & ſublato antecedenti tollitur cõſequẽs; ubi etiam fundamentum non eſt, ſuperædificari nõ poteſt; arg. c. cum Paulus, 1. q. 1.

At quid è contrario, ſi electio nõ ſimoniace facta eſt, confirmatio autem, ſeu collatio per ſimoniam? Idem, quod proxime, concludendum cenſeo, ſcilicet neque hic collationem, confirmationemne valere, arg. c. ſicut tuis de ſimon. ubi confirmatio valuit, eſto per ſimoniã facta eſſet, quoniam cõfirmatus, ne ſimonia committeretur, antea prohibuerat, & factum ignorabat: ergo ſecus, ubi id ſciuit, & non prohibuit, atque ſic dixit Fel. ibid. in verſ. Sexto not. ubi ait, ſi irritetur confirmatio, & electionem irritam cenſeri, & hoc ob uitium ſimoniæ ſecus, ſi ob aliá cauſam, & ita Bal. in l. quidam, §. ſed cum veteres, C. de neceſſ. hæred. inſtit. Idem dixit Ioan. de Anan. in eod. c. ſicut tuis, verſ. Nota, quod dolus, nam perſona redditur inhabilis ad beneficium ſuo vitio, & idcirco non repugnat c. ſi confirmationem de elect. lib. 6. ubi cõfirmatione ſublata ob aliam cauſam, electio firma remanet: nam id fit, quoniam non ob uitium electi, ſed ob alterius uitium cõfirmatio fuit ſublata. Poſtremo id probatur per cit. extrauag. cum deteſtabile, ubi electiones, & confirmationes per ſimoniã factas nullas reddit; & tamen contingere poteſt in uno caſu electionem ſimoniacam non eſſe, confirmationem autem contra. Quare, ſi à patronis per ſimoniam quis ad beneficiũ offeratur, ac præſentetur, eſtò Epiſcopus eum inſtituat ſine ſimoniæ uitio, inſtitutio tamẽ nulla erit, ſicuti è contrario, ſi præſentatio legitima ſit, inſtitutio autem ſimoniaca. Ex his apparet non ſolum beneficii collationem, ſed etiam quamcunque prouiſionem, confirmationem, electionem, præſentationem, & quamlibet aliam diſpoſitionem ſimoniacam, ſimonia reali, nullam eſſe per extrauag. 2. de ſimon. atque ſic concluſit Nauar. de ſimon. conſi. 1. nu. 2.

Poſtremo declaratur propoſita concluſio; ut locum habeat etiam in foro conſcientiæ, atque ſic dixit Couar. ibid. nam impedit acquiſitionẽ, quo caſu uti res aliena detineri nõ poteſt, arg. ca. peccatum, de reg. iur. lib. 6. & ut proxime uidebimus: Sed de his hactenus, iã agamus, an reſtituere beneficium ſic acquiſitũ quis debeat, id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1. *Beneficium eccl. quod quis per ſimoniam realem adeptus eſt, retinere non poteſt, ſed dimittere ipſum debet.*

2. *Pœna à lege illata in conſcientiæ foro non debetur ante iudicis ſententiam, & quomodo accipiendum hoc ſit.*

§. I.

Propoſitimus nobis proxime explicandum, 1 † an retinere illud beneficium quis poſſit, quod per ſimoniam realem collatum ei eſt: id quod in præſenti nobis eſt faciendum. In qua quæſtione nos concludimus retineri ipſum non poſſe, ſed ad relinquendum quẽ obligari. Et hoc ob eam rationem, quæ ſolidiſſima eſt, quoniam nullum titulum in ipſo habet, ut probauimus per extrauag. cum deteſtabile de ſimoni. & ob id ſe alienam rem tenere pro certo ſcit, atque idcirco quodammodo furtiue, furem autẽ ad reſtitutionẽ obligatum eſſe nemo dubitat, arg. tot. tit. de furt. ergo & hic, atque ſic aſſeruit Couar. in regu. peccatum 2. p. §. 8. num. 6. uerſ. Sic, qui beneficiũ habuit per ſimoniam, & Nauar. in Man. c. 23. nu. 11 1. uerſ. Nono, & S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. in reſp. ad tertium, id quod locum habet, eſto ſententia, & executio à iudice facta non ſit.

Contra ſententiam hanc tamen facere uide-
2 tur † Gloſſ. tam a Canoniſtis, quam a Theologis communiter recepta, ut teſtatur Couar. in Tract. de ſponſ. & Matrimon. c. 6. §. 8. num. 10. in c. fraternitas 12. q. 2. quæ ad pœnam a lege inflictam præſtandam quem non obligari in foro conſciẽtiæ ante condemnationem, & iudicis ſententiam concludit, quam concluſionem pluribus proſequitur idem Couar. eod. nu. 10. cum multis ſeq. & Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 1. q. 6. artic. 6. ergo idem in caſu noſtro dicẽdum uidetur, ut ſcilicet ad beneficium reſtituendum hic non teneatur, antequam a iudice ipſi auferatur. At qui a propoſita ſententia diſcedendum nõ eſt, ut ſcilicet hic ad reſtituendum beneficium teneatur, eſto ſententia iudicis non interuenerit, & condemnatio ob ſupradicta. Nec obſtat cit. Gloſ. c. fraternitas; nam ea locum habet, ubi lex priuat quem bonis iam acquiſitis ob delictum, tunc enim in foro cõſcientiæ, ex quo dominus fuit, & iuſtum principiũ habuit, reſtituere illa non tenetur, quouſque iudex ipſe ea illi abſtulerit, & hoc ob eam rationem, ne contra ſe exequi pœnam quis cogatur, quod natura ipſa abhorret. In hoc igitur caſu ea Gloſ. locum habet. At ubi lex acquiſitionem, & translationem dominii in delicti pœnam prohibet, ut hic, tunc, eſto iudex ipſe nõ exequatur, ad reſtituendũ tamen, quod illicite quis uſurpauit, tenetur, quippe, quia nunquam dominus fuit, & nullum ius in ipſo habuit, & ob id, ex quo rem alienam ſe retinere ſentit, ad eam reſtituendam tenetur, ut habetur in c. ſi res, 14. q. 7. atque ſic aſſeruit in re noſtra id pluribus Couar. in reg. peccatum 2. par. relect. §. 8. uerſ. Quod de lege pœnali dicitur. At qui an ſine licentia ſuperioris dimittere illud poterit? Communiter concluditur, ut teſtatur Ioan. de Imol. in ca. niſi, §. propter de renunciat. quem refert, ac ſequitur Ioan. de Anan. in c. Mattheus in fine de ſimon. ſi ab alio ſimonia commiſſa eſt eo ignorante, tunc requiri licentiã ſuperioris, & ſine ea relinqui nõ poſſe, & hoc ob id, quoniam habet coloratam poſſeſſionem, Idẽ, ſi eo ſciente, ſed tamen hoc occultum eſt, ſecus

autem

autem ſi ipſo ſciente commiſſa eſt, & notoria, nã tunc ſine licentia poteſt, quãdoquidem, nullum colorem poſſeſſionis habet, ita communiter concluditur, de hac autem renunciatione uid. DD. etiam in c. ex inſinuatione de ſimon. Reſtituere igitur quis beneficium ſic acquiſitum debet nulla alia iudicis ſententia intercedente, ſeu cõdemnatione. Sed qd de fructibus, an & ipſos reſtituere hic debeat. Hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Fructus extantes perceptos ex beneficio eccleſ. quod quis per ſimoniam realem adeptus eſt, reſtituere tenetur.*
2 *Fructus percepti ab eodem beneficio reſtitui debent etiam conſumpti.*
3 *Fructus, qui percipi potuerunt ex beneficio eodem, ſed percepti non ſunt, reſtitui quoque debent.*
4 *Fructus percepti a ſimoniacho in beneficio, qui non reſtituendi.*
5 *Fructus percepti a ſimoniacho reali ex beneficio cui reſtituendi.*

§. II.

1 Fructus † quoque extãtes perceptos ex eo beneficio, quod quis per ſimoniam realẽ adeptus eſt, reſtituere in foro conſcientiæ itidẽ tenetur; ſic enim dicitur in extrauag. cũ deteſtabile de ſimon. nam ibi Roma. Pontifex de fructibus eorum beneficiorum agens, ſic inquit, Nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorũ omnium, quos percepit, reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus, id, m habetur in Bulla Pii V. incip. cum primum lata anno 1566. Kal. April. Pont. ſui anno 1. in verſic. Et ut ſimoniacè. Non eſt igitur, quod hac de re dubitemus, quin reſtitutio fructuum horum facienda ſit. Idem quoque aſſeruit Couar. in regu. Peccatum 2. p. §. 8. num. 7. verſ. Sic, qui beneficium habuit, & Nauar. in Man. c. 23. num. 105. verſ. Porro hæc ſimonia, & num. 111. verſ. Nono, & S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 6. in reſp. ad tertium. Idque iure merito, nam vbi reſtitutio rei alicuius facienda eſt, quę frugifera ſit, non ſolum res ipſa, ſed fructus inde percepti reſtitui debent, ut habetur in ca. grauis, & ibi Abb. ac DD. de reſtit. ſpol. & facit l. cum prætor, ff. de uerbo. ſignif. atque ſic dixit Nauar. in Man. cap. 17.

2 Et hæc reſtitutio † locum habet etiam in fructibus conſumptis, nam & ipſi reſtituẽdi ſunt, ideſt eorum æſtimatio, vt dixit S. Thom. eod. quem ſequitur, & communem eſſe receptũ a Theologis teſtatur Couar. eod. verſ. Sic, qui beneficium habuit, & Nauar. eod. nu. 111. verſ. Nono. Id quod & iure probatur; nam malæ fidei poſſeſſor eſt, ex quo per ſimoniam ſe beneficium obtinere ſcit, at malę fidei poſſeſſor, & fructus conſumptos reſtituere tenetur, ut dicitur in §. ſi quis à non domino in Inſtit. de rer. diuiſ. & tradidit ibi Ang. nu. 5. verſ. Quæro quid de malæ fidei poſſeſſore, ibi, Si uero conſumpti ſunt, ubi & opinionem hanc communem eſſe teſtatur.

3 Poſtremo, † & fructus, qui percepti non ſunt, percipi tamen potuerunt, reſtitui debẽt, ita dixit S. Thom. eod. uerſ. Ibi, Sed etiam eos, qui percepi potuerunt à poſſeſſore diligenti, & facit cit. cap. grauis de reſti. ſpol. & not. ibi p DD. etenim fuit cauſa, quamobrem percepti non ſunt, & ob id ad intereſſe obligatus eſt.

4 Excipiuntur tamen † ſumptus facti quęrendorum, cogendorum, conſeruandorumque fructuũ gratia: nam hi excipientur, vt dixit S. Tho. ibid. & eum ſequuntur DD. idque iure merito, nam, ex quo ad reſtitutionem fructuum tenetur, fructuum nomine intelliguntur, qui remanent deductis expenſis, vt dicitur in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. & in l. ſi à patre, §. fructus, ff. de petit. hæred. eſto enim malæ fidei poſſeſſor ſit, naturalis tamen ratio poſtulat, ne quis cum alterius iactura locupletetur per l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. & habetur in cita. §. fructus; Fructus, dicitur enim ibi, intelliguntur deductis expẽſis, quæ quærendorum, cogendorum, conſeruandorumque eorum gratia fiunt, quod non ſolum in bonę fidei poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat, uerum etiam in prędonibus, ſicut Sabino quoq; placuit. Hæc Iureconſ. Si ergo & prędones expenſas factas utiliter retinere poſſunt, ergo & hic malę fidei poſſeſſor. Quare, ſi ſuis ſumptibus fundos beneficii colendos curauerit, partiarii coloni ratione dimidios fructus licite retinebit.

Excipitur quoque, vbi quid aliud in eccleſiæ vtilitatem impenderit, nam hoc illi quoque acceptum referri debet, ob rationem naturalem ꝓxime allatam, ut dixit S. Thom. recept. ibi. & Domin. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 8. ar. 1. in reſponſ. ad tertium, ibi, Deductis tamen. Si ergo ędes Eccleſię reficiendas, ſarciendasue curauerit, hoc ei in fructibus computabitur, ſi itidem capellanum conduxit tantundem, ubi eo opus erat.

5 Atqui † hos fructus quis habebit? & cui reſtituentur? Ipſi eccleſię, unde percepti ſunt, nam, ex quo eius facti non ſunt, eccleſię remanſerunt, ita Dom. Sot. de iuſt. & iur. lib. 9. q. 8. art. 1. in reſpo. ad quartum argumentum, eſto hodie tamen Camera Apoſtolica eos ſibi vindicat, & ob id cum ea compoſitio fieri poteſt, ita Sot. ibidem, infra nos ca. 7. §. 2. in fine uiden. ſed de quęſtione hac ſatis. Verum, quod ubi realis ſimonia committitur in beneficio, & ordine, collatio non ualet, & excommunicatio ipſo iure infertur, quid iuris, ſi beneficii collatione facta poſt multum temporis pecunia promiſſa pro eo beneficio data ſit, de collationis nullitate, & excommunicatione? Hęc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Collatio beneficij nulla eſt, eſto non eodem tempore ſimonia adimpleta ſit, & realis facta, ſed deinceps.*
2 *Collatio beneficij ob promiſſionem pecuniæ factã, quę poſt multum temporis data eſt, ab initio nulla eſt, & ſic nullitas retrotrahitur.*

3 *Collatio*

3 *Collatio beneficij facta ob promiſſionem pecuniæ, quæ nondum data eſt, pendet, quouſque detur, & neque interim valet, neque non valet.*

4 *Retrotractio nullitatis collati beneficij quid operetur in caſu propoſito.*

§. III.

Explicandum nobis propoſuimus proxime quid iuris, ſi beneficium collatum ſit ob promiſſam pecuniam, quæ deinceps poſt multum temporis, exempli gratia poſt biēnium, uel triennium data eſt, & ob id realis ſimonia eſt cō miſſa tunc, non autem ab initio, quid inquam iuris tam quo ad validationem collationis, quam quoad excommunicationis pœnam. Verū omiſſa in præſenti excommunicatione de collatione beneficii tantum agamus: id quod, vt dilucidius fiat, hæc contemplabimur. Primum, an collatio hæc nulla ſit. Deinde, eſto nulla ſit, quādo, an ſcilicet ab initio collationis, vel poſteaquam conuētionalis ſimonia realis facta eſt. Tertio, eſto ab initio, an interim valeat nec ne. Quarto an idem in foro conſcientiæ, quod in foro fori, ſit.

1 Quoad primam quæſtionem igitur † pro certo habendum eſt collationem beneficii huius factam nullam eſſe, ſtatim atque ab vtroque executioni mandata eſt. Et hoc ob eam rationem, quoniam collatio hæc per ſimoniam realē facta eſt, ex quo ab vtroque ſimonia executioni eſt mandata: at, vbi collatio beneficii per realem ſimoniam facta eſt, nulla eſt ipſo iure collatio, vt habetur in extrauag. cum deteſtabile de ſimo. quæ de communi DD. ſententia in ſimonia reali loquitur, ergo beneficii collatio hæc nulla erit. Et de hac prima quæſtione ſatis.

2 Quoad ſecundam itidē, † vbi executioni mandata eſt, an ſcilicet ab initio collationis, beneficii collatio hæc nulla eſſe intelligatur adeo ut retrotrahatur, an uerò poſteaquam ab vtroque ſimonia hæc fuit adimpleta, nulla eſſe incipitur. Videbatur dicendum nullam tunc reddi collationem hanc, vbi ab vtroque fuit adimpleta, non autem ab initio collationis, & ſic non retrotrahi nullitatem ad tempus collationis. Nam eo tempore beneficii collatio per ſimoniam conuentionalem facta eſt; at collatio per talem ſimoniam facta valet, vt antea vidimus, ergo & ab initio hāc valuiſſe dicendum videtur. Atqui contrariā ſententiam ſequi debemus, ſcilicet ab initio collationem beneficii nullam eſſe cenſeri & quodam modo retrotrahi. Et hoc, quoniam Romanæ Curię ſtylus ſic ſeruat, ut teſtatur Caſſad. deciſ. 4. de loc. quem ſequitur Nauar. in c. fi. nume. 31. uerſ. Itaque dici poteſt de ſimon. & in Man. c. 23. nu. 104. verſ. Multo fortiora ſunt argumenta, & Maurus Antonius Berarducius in ſua Sum. Coron. p. 3. in Tract. de ſimon. nume. 8. at ſtylus Romanæ Curiæ legem facit, arg. c. ex literis de conſti. & c. quis graui de crimin. falſ. ergo ſeruari debet. Ab initio igitur nulla collatio eſſe cenſetur, etenim, etſi emphyteuta Eccleſiæ, qui (ſi intra duos annos canonem non præſtitit, & ſecularis emphyteuta poſt triēnium) ipſo iure priuatus eſt, vt dicitur in c. potuit de locat. priuatus non cenſetur, antequam dominus priuatum eum eſſe velle ſe declaret: tamē, ſi deinceps declaret, uel poſt multum temporis ſe uelle emphyteutam priuatum eſſe, ab initio priuatus cenſetur, ita cita. auctores inquiunt, ergo idem & in caſu noſtro. Et de hac itidem quæſtione ſatis.

3 Quoad tertiam quæſtionem, † an ſcilicet collatio interim, quouſque ab altero adimpleatur, ualeat, nullaue ſit? Concludendum eſt ipſam nec ualere, nec non ualere, ſed pendere. Id quod ratione hac una probatur, quoniā ſic Romanæ Curiæ ſtylus ſeruat, ut Caſſado. teſtatur, & citati auctores ſupra in eiſdem locis. Hinc ob eandem rationem caducitas ab emphyteuſi ob non ſolutionem canonis pendet, quouſque dominus caducitatem probet, ut dixit idem Caſſad. deciſ. 3. de locat. Nec repugnat c. 2. de elect. lib. 6. ubi beneficii collatio pure facta, aut ſtatim ualet, aut ſtatim nulla eſt, ut ibi dicitur, & ob id non pendet, nam ut beneficii collatio pure facta non pēdeat, iure poſitiuo cautum eſt: ergo eodem iure id tolli poteſt, ſicut expedire magis Eccleſiæ uidetur. Hinc ab hoſtibus captus ſtatim mortuus exiſtimatur, ſi apud hoſtes, uel poſt multum temporis moriatur; ſi uero in patriam redierit, in ciuitate ſemper fuiſſe cenſetur, ut habetur in §. eius, qui apud hoſtes iunct. Gloſſ. in Inſtit. Quibus nō eſt permiſ. fac. teſt. & ſic ſtatus eius pendet. Hinc quoque res legata ab hærede alienata ſi ſit, pendet alienationis huius ualiditas, quouſque legatarius, ſe eam uelle, nolleue declarauerit, nam, ſi legatum ſe uelle legatarius dixerit, ab initio nulla eſt alienatio, ſi uero legatum reſpuerit, ab initio alienatio facta eſſe ualida cenſetur, ut dicitur in l. quædam ſunt, ff. de reb. dub. ergo idem in caſu noſtro. Interim ergo collatio nec ualet, nec nō ualet, ſed pendet. Et de hac quæſtione itidem ſatis.

4 Quoad quartam quæſtionem † breuiter concludo, & in foro fori, & in foro cōſcientiæ hæc locum habere, nam fictio hæc in utroque foro locū ſibi uindicat, arg. tot. tit. de præſcrip. nam a lege fit, quæ ius hoc habet faciendi.

At quid retrotractio hæc nullitatis operabitur? Hoc ſcilicet, quoniam, qui beneficium ratione hac adeptus eſt, ad reſtitutionem fructuum omnium obligabitur, quos hucusque percepit, perinde atque ſi ab initio re ipſa beneficii collatio nulla fuiſſet iuxta ea, quę tradidimus de reſtitutione fructuum, quos quis percepit ex beneficio per ſimoniam realem acquiſito: ſed de collatione beneficii hactenus, ad excommunicationē tranſeamus.

S V M M A.

1 *Excommunicatio lata contra eum, qui beneficium, ordinemue eccleſiaſticum per ſimoniam realem contulit, accepitue, ſi ſtatim adimpleta non fuit, ſed poſt multum temporis, an obliget.*

2 *Secundo*

2 *Secundo, eſto obliget, an ab initio collationis beneficij, ordiniue, an vero poſteaquam ab vtroque ſuit adimpleta.*

3 *Tertio, an interim pendeat, quouſque adimpleatur.*

4 *Quarto, an ſi alter eorum interim diuina, exempli gratia, miſſæ ſacrum celebrauit, irregularis fiat, ſi deinceps adimpleatur ſimonia, & realis fiat, & hoc tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ.*

5 *Quinto, quid ſi interim, antequam realis ſimonia facta eſt, alter eorum beneficium adeptus ſit legitime, an collatio valeat, & retinere illud poſſit, ſi deinceps ſimonia executioni ab vtroque mandata ſit, & realis facta.*

§. IIII.

§ Per ſimoniam realem, quæ committitur, vbi ab vtroque contrahentium executioni mãdata eſt, ſi ordinem, beneficiumue quis acquirat, excommunicatus ſtatim quoque ipſo iure eſt, vt dicitur in extrauag. cum deteſtabile de ſimon. & DD. per cit. extrauag. concludunt. Verum, quòd, ut proxime dixi, ſimonia hæc realis non committitur, niſi ab utroque executioni mãdata ſit, exempli gratia, ubi qui ſpirituale promiſſit, illud præſtitit; & qui pretium, illud dedit, quæritur modo, quid ſi poſt promiſſionem factã mutuam, qui ſpirituale promiſſit, illud ſtatim dedit non autem, qui pretium, quo caſu ſimonia realis nondum eſt, ſed conuentionalis, quęritur inquã, ſi alter eorum interim diuina celebrauit, beneficiumue aliud legitime adeptus eſt; ac poſtremo alter pro ſua parte etiam ſimoniam adimpleuit, & pretium promiſſum præſtitit, & ob id ſimonia realis facta eſt, an excõmunicatio hic locum habeat? Et eſto, habeat, quando? an ab initio collationis, & ſimoniæ ceptæ, an uero poſt adimpletam, & ſic poſt realem ſimoniam factam? Item an interim excommunicatio pẽdeat? Quarto, an quod celebrauit, irregularis factus erit? Poſtremo, an collatio beneficii interim legitime facta ualebit? Hæ ſunt quæſtiones, quæ hic explicandę nobis ſunt.

1 Quoad primam igitur† pro certo habendum eſt, ſtatim atque ab utroque ſimonia adimpleta eſt, ipſo iure utrũque excommunicatum eſſe. Et hoc ob cit. extrauag. cum deteſtabile, ubi enim in beneficio, ordineue realem ſimoniam quis cõmiſſit, ſtatim excommunicatus eſt, ut habetur in ead. extrauag.

2 Quo ad ſecundam quæſtionem† pro certo ẽt habẽdum eſt ab initio collationis ordinis, beneficiiue excommunicatos ambos eſſe, & ob id excommunicationem retrotrahi. Et hoc, quia ſic Romanæ curiæ ſtylus ſeruat, ut teſtantur Caſſador. & Gomeſ. quos refert, ac ſequitur Nauar. in Man. c. 23. num. 104. uerſ. Multo fortius, & in ca. fi. num. 28. uerſ. Multo fortiora de ſimon. & Lud. Paleſtrellus in loco infra cit. Sic enim & eodem ſtylo ſeruatur, ut excommunicatio in penſionarium lata ob penſionem nõ ſolutam ab initio obliget, eſto poſt multum temporis pẽſionarius declaret ſe uelle ipſum excommunicatũ eſſe. Nec repugnat, ſi dicatur excommunicationem, & cẽſuras non retrotrahi, ut dixit Gloſ. in c. cum quis in uerb. Incurris de ſent. excom. libr. 6. nam iure poſitiuo id cautum eſt, & ob id alio poſitiuo iure tolli poteſt, arg. §. ſed naturalia in Inſtitu. de iur. nat. gent. & ciuil. & ut dixit Nauar. in cita. locis. Statim ergo, atque ab utroque executioni mandata erit hæc ſimonia, ab initio uterque excommunicatus cenſebitur. Et de hac quæſtione itidem ſatis.

3 Quoad tertiam, † an interim excommunicatio pendeat: Videbatur dicendum ipſam non pẽdere, quandoquidem excommunicatio pure lata ſtatim aut obligat, aut non obligat, ut habetur in c. ad hæc quoniam de appell. & ut dixit Gloſſ. in cit. ca. cum quis in uerb. Incurris, & ut dixi in Tract. meo de cenſuris Tab. 1. cap. 2. §. 11. nume. 9. Atqui contrarium ſequi debemus, ſcilicet in hoc caſu excommunicationem pendere, ut ſcilicet, ſi executioni non mandetur, excommunicatus neuter ſit, executioni uero mandata, uterque ſit excommunicatus. Et hoc, quia ſic Romanæ Curiæ ſtylus ſeruat de eorundem auctorum ſententia, ſic enim & de nullitate beneficii diximus antea in antecedẽti §. atque ſic dixit quoque Ludouicus Paleſtrelus in libello inſcripto Reſponſiones caſuum conſciẽtiæ in caſ. 37. pag. 164. uerſic. Tum quia extrauagãs ſecunda. Nec repugnat contraria ratio, nam ad ipſam reſpondetur, ut reſponſum eſt ſupra in antecedenti proxima quæſtione, ſcilicet iure poſitiuo cautum id fuiſſe, ne excommunicatio pendeat, & ob id alio poſitiuo iure tolli id poſſe. Et de hac itidem quæſtione ſatis.

4 Quoad quartam, † an irregularis factus ſit, prõpterea quod, antequam realis ſimonia facta eſſet, & ob id antequam eſſet excommunicatus, diuina fecit. Videbatur dicendum irregularẽ hunc factum non eſſe, quandoquidem excommunicatus tunc non erat. Contrarium tamen ſuadere uidetur, quod excommunicatio retrotrahitur, ut uidimus, & proinde habetur, atque ſi ab initio excommunicatus eſſet, quo caſu irregularis fieret diuina celebrando, arg. c. 1. de re iud. lib. 6. & ca. 1. de iud. eod. lib. Quid igitur concludendum? Ego in foro conſcientiæ hunc irregularem non eſſe cenſeo: nam primo id dixit Nauar. in Man. c. 23. nume. 104. uerſ. Succedit tamen quæſtio, & in Commen. c. fi. num. 32. uerſ. An incurrat irregularitatem de ſimon. & in conſi. 82. nume. 5. de ſimon. lib. 5. & Sum. Coron. par. 3. in Tract. de ſimon. num. 8. Præterea id quoque probatur ratione, nam excommunicatus ignorãs ſe excommunicatum, ſi celebrat, diuinaque facit, irregularis non fit, ut habetur in ca. apoſtolice de cler. excõmin. & ut id pluribus probauimus in Tractat. de Cenſuris, cap. 14. §. 1. Tab. 1. nume. 12. at hic non modo ignorabat ſe excommunicatum eſſe, immo ſciebat ſe non eſſe excommunicatum, ergo diuina faciens irregularis factus nõ eſt. Hinc appellans a declaratione excommunicationis, quæ an ualeat, dubitatur, interim celebrando irregularis

laris

laris nõ efficitur, eſto iuſta deinceps declaretur, vt dixit Fel. in c. Rodulphus, uerſ. Et appellari in vltim. column. de reſcrip. ſicut nec etiam appellans ante excommunicationem, vbi appellationi fidens interim celebrat, eſto deinceps appellatio vana pronuncietur, vt dixit Gloſſ. pen. communiter recept. in c. ſolet de ſen. excom. lib. 6. etenim in vtroque caſu ignorantia ipſos excuſat. Poſtremo hic ſumus in pœnis, ergo benignior interpretatio facienda eſt, vt habetur in ca. cum in pœnis de reg. iur. lib. 6. Eſto igitur excommunicatio retrotrahatur, non idcirco tamen irregularis fiet, ſi antea diuina celebrauit.

Verum quid in foro fori? Et in hoc caſu idem cenſeo irregularem hunc non fieri; id quod & ratione probo: nam ſi is, qui excommunicatus iam eſt ignorans ſe excommunicatum celebrat, irregularis non fit, vt habetur in cit. ca. apoſtolice de cler. excom. min. qui canon in foro exteriori loquitur, vt inde patet, multo min⁹ irregularis fiet celebrans, antequam excommunicatus ſit, argu. c. quemadmodum de iure iur. & l. patre furioſo, ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. non etenim minus veritas in caſu vero operatur, quam fictio in caſu ficto. Nec repugnat, ſi dicatur retrotractionem excommunicationis, ſi hoc detur, nihil operaturam quoad tempus antecedens ipſam executionem ſimoniæ; nam ſatis operabitur, quod collationes beneficiorum, & huiuſmodi huic factæ nullæ reddentur, vt modo uidebimus. Et de quæſtione hac itidem ſatis, ad poſtremam tranſeamus.

5 Quoad poſtremam quæſtionẽ, † beneficii collationem interim factam legitime, antequam ab utroque ſimonia executioni mandata ſit, pendere cenſeo, ut ſupra de excommunicatione cõcluſimus, & ſimonia adimpleta nullã eſſe. Id quod ea ratione probatur, quòd ſi contrarium diceremus, retrotractio excommunicationis quoad tẽpus antecedens ipſam adimpletionẽ inutilis omnino eſſet: nam excommunicatio inhabilem ad beneficium excommunicatum reddit, quod hic non fieret, & idcirco non dicendum, ex quo lex ſuos actus inutiles non facit. Nec facit, ſi dicatur & irregularem fieri hunc debere, quod proxime negauimus: nã ibi tractatur de pœna, ac de damno, hic uero de lucro, & alia ratio habetur, ubi de damno uitando, & de lucro acquirendo agitur, ut dicitur in l. fin. C. de codicill. etenim ignorantia iuris quoad pœnam uitandam excuſat, non autem quoad lucrum acquirendum prodeſt, ut dicitur in l. iuris ignorantia non prodeſt, & in l. ſeq. ff. de iuris & fact. ignor. & Iaſ. in l. iuris, C. qui admitti. Hinc in ſimili etſi irregularis non fit excommunicatus excommunicationis inſcius ſi celebret, ut habetur in cap. apoſtolice de cler. excommunic. min. ſi tamen interim ei beneficium conferatur, collatio non ualet, ut dixit Gloſſ. in eod. cap. apoſtolice, & Couar. in cap. alma, 1. par. §. 7. num. 3. de ſent. excommu. lib. 6. ubi de communi ſententia teſtatur, & nos in Tract. de Cenſuris Tab. 2. ca. 13. §. 1. num. 1. In hac igitur quæſtione ſic concludendum cenſeo; quamuis contrarium fortaſſe uoluerit Nauar. in eod. conſ. 82. nu. 6. & male ob prædicta.

Vidimus ergo hucuſque, qui beneficiũ eccleſiaſticum per realem ſimoniam conſequitur ipſo facto in excommunicationem incidere. At qui an in ſuſpenſionem hic itidem incidet, irregulariſque fiet? Has quæſtiones in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Beneficium eccl. per ſimoniam acquirens ipſo facto ſuſpenſus non eſt.*

2 *Beneficium per ſimoniam acquirens irregularis non fit.*

§. V.

§. Propoſuimus nobis proxime duas quæſtiones explicandas, ſcilicet an beneficium eccleſiaſticum per ſimoniam adeptus ipſo facto ſuſpenſus ſit, & irregularis.

1 Quoad primam quæſtionem igitur † S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. in reſp. ad primum, inquit ſimoniachum hunc, ſi publicus ſit quoad ſe, & quoad alios ſuſpenſum eſſe, ſi uero occultus ſit quoad ſe tantum, idem ſenſit Innoc. in cap. tanta de ſimon. nam & ipſe diuiſionem hanc occulti, & manifeſti facit, & ſequitur eum Abb. ibi nume. 5. & nonnulli alii, quos refert Couar. in Clemen. ſi furioſus de homicid. 1. par. relect. §. 1. numer. 7. ad hoc autem probandum Innoc. citat. ca. reperiuntur, 1. q. 1. & §. uerum iunct. ca. ad hoc d. 32. quibus iuribus propoſita opinio non probatur, nam in cap. reperiuntur de ſuſpenſione non agitur, & eſto de ſuſpenſione ageretur, nõ tamen de ſimoniacho in beneficio ibi tractatur, ſed de ſimoniacho in ordine, id quod uerba eius canonis apertiſſime ſonant. Idem quoque habetur in cita. §. uerum, iunct. c. ad hoc, ut interpretatur Gloſſ. ibi in uerb. Officiũ. Et hæc ſunt, quæ pro hac ſententia à propoſitis DD. allegantur.

Contrariam opinionem ſequitur Nauar. in Man. cap. 23. num. 111. uerſ. Tertio dico, & in cõſil. 97. num. 11. uerſ. Ad ſeptimam, de ſimonia libro 5. Et hoc ob eam rationem, quoniam nullo ueteri, rẽcẽtiorique iure id cautum eſt, ergo nec nos dicere debemus, arg. l. de pretio, ff. de publ. in rem act. Ac reuera nullum ius eſt, quo id caueatur.

Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum, & has opiniones inter ſe ſic conciliandas cenſeo. Aut quæritur, an recipiens beneficium per ſimoniam ipſo iure ſuſpenſus ſit ex ſuſpenſione, quæ cenſuræ eccleſiaſticæ ſpecies eſt, & cuius mentio fit in cap. quærenti de uerbo. ſignific. & in hoc caſu opinionem Nauar. ueriſſimam cenſeo, ſcilicet ſimoniachum hunc ſuſpenſum non eſſe. Tum quod, ut ipſe ait, nullo iure id cautum habetur. Tum quod ſuſpenſio, eſt pœna, at in nullam pœnam ipſo iure quis incidit, niſi

iure

iure id caueatur,vt tradidit Gloſſ.pen.communiter recept.in cap.fin.de iur. patron. & facit quoque Glo.1.in Clem. 1. de conſ & affin. & in Clemen.1.de priuileg.ergo,ex quo à iure ipſo pęna hæc propoſita non eſt,ea ipſum affici interpretatione noſtra non debemus,argumen.l. interpretatione,ff.de pœnis,& cap.odia de reg.iur. li.6.

Aut quæritur, an ſimoniacus hic ſuſpenſus ſit ea ſuſpenſione,quæ naſcitur ex quouis mortifero peccato, quę cenſura non eſt, ſed impedimentum, quo mortifero peccato pollutus celebrare non poteſt,& in hoc caſu ueriſſimam cenſeo opinionem S.Thom.Innocen.& qui eos ſequuntur; nam re uera, ex quo ſimoniacus hic mortifere peccat,diuina facere,non poteſt.argumen.capit. fin.de uit.& honeſtat.clericor.& cir.capi.ad hoc d.32.In quam ſententiam Innocen.opinionem, interpretandam magis, magiſque cenſeo,ſicut etiam S.Thom. & qui eos ſequuntur, quoniam Innocent.ait,ſi hic ſimoniacus occultus ſit, quoad ſe tantum ſuſpenſum eſſe,& ſtatim atque eum pęnituit,& beneficium reſtituit, celebrare poſſe: ſecus autem,ſi manifeſtus ſit:nam & quoad alios ſuſpenſum eſſe hunc inquit:at ſi ſuſpenſione,quę cenſuræ ſpecies eſt,obligatus hic eſſet, quamuis peccati ipſum pęniteat,beneficiumque reſtituat, antequam tamen abſoluatur, diuina facere non poteſt;non enim in hoc caſu pro contumacia ſuſpenſio feretur,ſed pro pęna, quo caſu abſolutio neceſſaria eſt,vt declaraui in Tract.de cenſ. Tab. 4.cap.4.§.2.num. 12.cum ſeq. Quorum opinio, ut locum etiam habeat,neceſſario requiritur, ex quo de ſimonia reali agitur, ut non ſolum ſimoniacum hunc peccati pęniteat,uerumetiam,& ut ab excommunicatione abſoluatur, in quam incidit per extrauag.cum deteſtabile de ſimo.Quam obrem etiam factum eſt,vt nonnulli exiſtimarint S.Thom.& qui eum ſequuntur, ſuſpenſionis nomine accipere impedimentum illud,quod excómunicatio affert,quo quis impeditur, ne diuina faciat,prior tamen ſententia uerbis Inn. accommodatior videtur.Hac igitur ratione has opiniones inter ſe conciliandas cenſeo.Et de quæſtione hac ſatis.

2 Quoad ſecundam quæſtionem autem † an ſimoniacus in beneficio irregularis ſit,breuiter cẽſeo hunc irregularem non eſſe. Primum, quoniam nullo iure id cautum habemus,ergo irregularem eum nec dicere poſſumus:nam irregularis nemo cenſendus eſt niſi in caſibus à iure expreſſis,ut habetur in cap.is qui,de ſentent.excomm. lib.6.Poſtremò irregularis diuina facere, ac celebrare non poteſt etiam poſt pœnitentiam, niſi cum ipſo diſpenſetur, irregularitas enim etiam poſt pœnitentiam ordinis executionem impedit,ut inquiunt DD. communiter, & Nauarr.in Man.cap.27.num. 191.& Mar.Socin.Sen.in cap. ad audientiam,num.12.uerſic. Igitur ſequendo ordinem de ſimon.& Maiol.de irregul.lib.1. cap.1.numero 1.at adeptus beneficium per ſimoniam vbi occultus eſt,poſt pęnitentiam celebrare poteſt,vt dixit Innocen. in capitu. tanta de ſimon.modo tamen ab excommunicatione abſolutus ſit,ergo irregularis non efficitur, atque ſic aſſeruit Nauarr.in conſil.91. de ſimon. libr.5.& de quæſtione hac itidem ſatis. Atque an inhabilis hic ſit ad beneficia? Hoc in ſequent. abſoluemus.

S V M M A.

1 *Inhabilis quis efficitur ad beneficium eccl. quod per ſimoniam adeptus eſt tam iure antiquo,quàm nouo.*

2 *Inhabilis ſit ad alia beneficia obtinenda, qui per ſimoniam beneficium eccl.adeptus eſt.*

3 *Inhabilis non ſit ſimoniacus in beneficio ad ea beneficia, quæ ante ſimoniam commiſſam legitime obtinuit.*

4 *Inhabilis ad dignitatem an inhabilis ſit ad beneficia,& è contrario.*

§. VI.

1 §. Tertio loco,†qui dignitatem, beneficiumue eccl.per ſimoniam adeptus eſt, non ſolum ipſo iure priuatus eis eſt,uerumetiam ipſo facto ad ipſa inhabilis efficitur,vt probabimus,uerum,quo materiam,hanc abſolutam magis habeamus,tria contemplabimur. Primum caſum iam propoſitum,ſcilicet an quis inhabilis ſit ad beneficium,quod per ſimoniam realem adeptus eſt. Alterum,an inhabilis efficiatur in futurũ ad beneficia alia obtinenda. Tertium,an inhabilis ſit ad beneficia ante ſimoniam legitime obtenta.

2 Quoad primũ igitur †cõcludẽdũ eſt ueteri iure,qui per ſimoniam realem beneficium eccleſ. adipiſcitur, ipſo facto inhabilem ad ipſum reddi, id quod probatur, hac potiſſimum ratione, quoniam ut retinere,& habere illud poſſit, diſpenſatione opus eſt,ut colligitur ex capit.penu. de elect. nam ibi dicitur epiſcopum diſpenſare non poſſe,vt quis prælaturam habeat,quę per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante,& ratum non habente,collatũ eſt, ſecus autem,ſi beneficium ſimplex ſit, modo libere illud reſignauit:ex quibus apparet diſpenſationem neceſſariam ipſi eſſe,fruſtra enim,an diſpenſare ibi Epiſcopus poſſet,ageretur,ſi diſpenſatione opus nõ eſſet. Si diſpenſatione igitur opus eſt, uel ab alio ſimonia commiſſa ſit eo ignorante, & ratum non habente,ergo inhabilis ad illud beneficium effectus eſt, & multo magis, vbi ſimoniam ipſe commiſſit,non enim diſpenſatione opus eſſet, ſi iure ipſo pro habili haberetur,argument. l.1.ff. ad municipal. atque ſic DD. communiter ſentiunt in citat.capitul.penul.& Abb. ac reliqui in capitul. de ſimoniace de ſimon. & Nauarr. in conſilio 91. numero ſeptimo, de ſimon. libro quinto ubi quęſtionem hanc diſputauit. Pro regula igitur habebimus,qui ſimoniam per ſe,aliũue cõmiſſit in beneficio acquirẽdo, inhabilẽ ad

illud reddi. Quæ regula locum habet, quamuis ipſam alius commiſſit ipſo ignorante,& ratū non habente ob cit c.pen.de elect. Eſto igitur ab excommunicatione abſolutus ſit, in quam incidit,vbi realem ſimoniam in beneficio ipſe commiſſit, tamen inhabilis ad beneficium illud eſt; id quod & intruſo in beneficium cōtingit,vt inhabilis ad illud ſit,vt habetur in ca. quisquis de elect.

Iure nouo autem, quod eſt per Bullam Pii V. Incip.Cum primum,latam anno Domini 1566. Kalen. Aprilis, Pont.ſui Anno Primo. Nauar.exiſtimauit ſimoniachum hunc ad beneficium huiuſmodi inhabilem ipſo iure non fieri in conſil. 91.de ſimon,lib.5.Probat autem hanc ſuam opinionem,omiſſis vulgaribus hac ratione, quoniā ea bulla triplicis generis ſimoniachos punit,ſcilicet in ordine,dignitate,& beneficio: & primos non punit,niſi conuictos,ideſt niſi conuicti ſint, & idcirco niſi iudicis ſentētia interuenerit,& ob eam rem non ipſo iure,ergo,vt ait ipſe, Idem dicendum eſt de ſimoniacis in dignitate,& beneficio, vt ſcilicet niſi conuicti ſint, ſcilicet per ſententiam non autem ipſo facto,inhabiles ad beneficia non fiant(hac enim pœna hos ſimoniachos ea bulla afficit)nam,vbi clauſula in principio, in medio, in fineue alicuius diſpoſitionis ponitur, ad omnia referri debet,cum in omnibus eadem ratio eſt,vt Dec.ac DD. communiter concludūt in c.ſecundo requiſitis de appell. Alioquin, addit ipſe,fruſtra eſſent poſita illa verba, Si conuictus fuerit.Hæc Nauar.

Ego autem contrariam ſententiam,vti quę veriſſima eſt,amplector,ſcilicet, vt hic inhabilis ſit ipſo facto nulla iudicis ſententia interueniente, ad beneficium,quod per ſimoniam realē a ſe cōmiſſam adeptus eſt.Id quod ꝓbatur primo, quoniam nuſquā apparet in citata Bulla ius antiquū correctum eſſe, immo totum contrarium,ſ.iura antiqua omnia punientia ſimoniacos confirmata eſſe.Et vt ſimoniacę prauitatis, & labes ꝓrſus aboleatur,dicitur enim ibi,conſtitutiones antecesſorum noſtrorum contra ſimoniachos editas, & pręſertim Pauli Secūdi inuiolabiliter obſeruari mandamus. Ecce hic antiquum ius vt inuiolabiliter obſeruetur,per Bullam ipſam mandari,ergo abſurdum eſt dicere ea Bulla ius antiquū corrigi.Praeterea per eam conſtitutionem Roman. Pont. augere pęnas in ſimoniachos voluit,declarant verba illa. Et delinquētes tā in ſacrorum ordinum receptione,quam in beneficiorum aſſecutione,ſtatutis etiam inferius pęnis noſtra auctoritate afici uolumus.Hæc ibi,quibus uerbis apparet non veteres pęnas abrogare,ſed recētes addere uoluiſſe dum inquit Statutis etiam inferius pęnis: At ſi ſublatas antiqui iuris pœnas diceremus,& ob id inhabilitatem,inducta ad auctionē diminutionem facerent contra l.quod fauore,ff. de leg. Addo, eſto iure antiquo id cautum non fuiſſet,per hanc Bullam id caueri, Qui dignitates eccleſiaſticas ſimoniace acquiſiuerit,dicitur enim in eadem Bulla,illis ſit ipſo iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas,& quaſcunq; alias obtinendas.Qui beneficium,aut officium eccleſiaſticum ſimoniace adeptus fuerit, illis ſimiliter ſit ipſo iure priuatus, & ad fructuum omniū, quos perceperit,reſtitutionem teneatur, & perpetuo ſit inhabilis ad ea,& quęcunque alia beneficia eccleſiaſtica obtinēda. Ecce hic duobus in locis haberi ſimoniachum hunc inhabilem quoad beneficium ſic acquiſitum ipſo facto reddi,id que apertiſſime haberi,modo ſincere,& ſine cauillatione eam Bullam interpretemur. Non obſtat modo clauſula illa, Conuictus fuerit, quam poſitam in principio ad omnia conſequentia referendam dixit Nauar. nam contrarium totum probatur,ſcilicet referendam non eſſe.Primum, quoniam ubi Romanus Pont. uoluit eam locum habere in omnibus id dixit.ibi enim poſtea quā ſpeciatim pœnas in ſimoniachos in ordine, & in dignitatibus, & in beneficiis expreſſit, generatim deinceps in eoſdem ſimoniachos omnes pęnas inferre uolens ſic inquit, Si quis autem tale crimen pluries commiſiſſe conuictus fuerit prater ſupradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur,& ab ordinibus eccleſiaſticis degradatus & ſidelium conſortio eiiciatur. Ecce hic,ubi ad omnes ſimoniachos prædictos pertinere uoluit generaliter locutum eſſe,& eiſdem uerbis, ſcilicet, Si conuictus fuerit,uſum eſſe,ergo ubi ſpeciatim hanc clauſulam adhibuit,ad omnia ipſam pertinere ſe nolle ſignificauit. Prętera, ſi uellemus eā clauſulam, Si conuictus fuerit ad reliqua pertinere,illud neceſſario concludere debemus, qui dignitates eccleſiaſticas ſimoniace acquiſiuerit, illis ipſo iure priuatum non eſſe,ſed requiri ſentētiam iudicis, ex quo uerba illa Conuictus fuerit ad ſequentia pertinent, nam ſub eadem clauſula,& oratione, ſub qua inhabilem ſimoniachum hunc eſſe dicitur, ſub eadem ipſo iure priuatum eſſe in initio refertur, Qui dignitates eccleſiaſticas ſimoniace acquiſiuerit,habetur enim ibi, illis ſit ipſo iure priuatus,& in futurum inhabilis ad eas,& quaſcunque alias obtinendas. Hæc ibi, ex quibus iam dicta probantur; at hoc eſt contra communem opinionem ſupra relatam, & cōtra etiam hanc Bullam, quæ mandat inuiolabiliter obſeruari conſtitutiones Pauli Secundi, inter quas eſt Extrauag. cum deteſtabile de ſimonia, qua cautum eſt collationes Eccleſiaſticarum dignitatum, & alias prouiſiones beneficiorum eccleſiaſticorum per ſimoniam realem factas nullas eſſe,ipſo facto, & nulla iudicis ſententia intercedente, ergo, ne conſtitutio hæc ſibimet repugnet,& ne correcta ſit cita.extrauag.2. de ſimon.clauſula illa, Si conuictus fuerit in initio poſita,ad reliqua referri nō debet. Nec facit, ſi dicatur pertinere tantum ad inhabilitatē,nam ex quo ſub eadem clauſula priuatio ipſo iure eſt, itidem ēt & inhabilitas, eadem ratione cōcludi omnia debēt,arg.l.iam hoc iure,ff.de uulg.& pupilla.& l.eum,qui ędes,ff.de uſucap. Ex his conſtat clauſulam illam, Si conuictus fuerit,nihil ad rem noſtram facere,nec etiam inutilem eſſe,quā

doquidem

doquidem in ſuo loco operatur; ſcilicet in ſimoniachos in ordiue. Conſtat etiam, quod DD. inquiuut in ca. ſecuudo requiris de appella. iu caſu noſtro locum ſibi nō viudicare, quandoquidem contrarium ſuadent iam prædicta, & ob id nō eadem ratio in omnibus eſt, quo caſu dictum DD. ceſſat, quod vbi eadem ratio eſt locum habet, ue ipſemet Nauar. id quoque dixit. Pro certo igitur habebimus ipſo facto, etiam ſi factum iudicis nō interuenerit, ſimoniachū realem in beneficio eccleſiaſtico inhabilem eſſe ad illud, adeo, vt ei cōferri deinceps uequeat ſine diſpenſatione, vel ab excommunicatione, in quam incurrit, abſolutus ſit. Et de prima quæſtione hactenus; iam alteram aggrediamur.

2 Quoad ſecūdam quæſtionem † an etiam ſimoniachus hic realis inhabilis ſit ipſo facto etiā iudicis ſententia non interueniente ad alia beneficia, concludendum eſt breuiter, & ad alia beneficia, vt in priori caſu, inhabilem ipſo facto eſſe: id quod, ne longius habeamus, habetur in ead. Bulla Pii V. in verſ. Qui dignitates eccleſiaſticas, & in verſ. Qui beneficium: quibus iu locis eiſdem rationibus probatur ipſo iure quem inhabilem eſſe ad alia beneficia, quibus ad acquiſitū per ſimoniam inhabilem fieri probatum eſt. Quare, ſi ante diſpenſatiouem huic beneficio conferatur, retinere illud non poterit, ex quo collatio nulla eſt, & ex quo ut rem alienam illud retinet contra regulam Peccatum, de regu. iur. libr. 6. Et de hac quæſtione itidem hactenus.

3 Quoad poſtremam quæſtionem, † an ſcilicet ſimoniachus realis in beneficio inhabilis ipſo iure ſit ad beneficia, quæ legitime ante ſimoniam adeptus erat. Concludendum & hic breuiter eſt ad ea beneficia, antequam a iudice ipſis priuetur inhabilem ipſum non eſſe, & idcirco retinere ipſa poſſe: Id quod probatur primo hac ratione, ꝙ nullo iure antiquo, nec nouo id cautū habemus: Nam per extrauag. cum deteſtabile de ſimou. ſolum ſimoniachus realis priuatur ipſo iure beneficiis eccleſiaſticis tantum, quæ per ſimoniam obtinuit, non autem iis, quæ antea habebat. In Bulla vero Pii V. inhabilis fit & ad beneficiū ſic acquiſitum, & ad alia acquirenda, ad acquiſita vero ante ſimoniam legitime inhabilis non redditur, nec alio iure, ergo nec nos id dicere debem⁹, arg. l. præcipimus, C. de appella. & l. iubemus, C. de teſtam. præſertim quod ſumus in pœnis, & ob id coarctandæ ſunt, vt dicitur in l. interpretatione, ff. de pen. & c. odia, de regu. iur. lib. 6. Poſtremo confirmatur hoc, quoniam inhabilitas, & irregularitas poſt beneficium acquiſitum interueniens non iuducit uacationem eius ipſo iure, homicidium enim, & irregularitas inde nata non priuant homicidam ſuo beueficio, ſed iudicis ſententia neceſſaria eſt, ut tradidit Inno. in cap. cum noſtris in princip. de conceſſ. præben. quem ſequitur Abb. ibi num. 22. & communiter receptum teſtatur Nauar. conſi. 92. num. 2 de ſimon. lib. 5. & facit l. patre furioſo, ff. de iis, qui ſuut ſui, uel alien. iur. & cap. quemadmodum de iure iuran. ergo idem in caſu noſtro dicēdum eſt, ut beneficiis antea habitis ipſo iure priuatus non ſit, eſto priuari poſſit, atque ſic concluſit Nauar. ibi
4 dem. Verum, † an inhabilis ad dignitates ad inferiora beueficia inhabilis erit? Et è contrario inhabilis ad beneficia, inhabilis erit ad dignitates?

Quoad primum ſentio enim, qui ad dignitates inhabilis eſt ad inferiora beneficia inhabilē non eſſe, tum quod Bulla Pii V. id non dicit, ergo nec nos id dicere debem⁹, arg. l. de pretio, ff. de publ. in rem act. tum quod inhabilis ad maiora, ad inferiora inhabilis non eſt, ut habet in l. relegator, §. fi. & ibi Bar. ff. de interdi. & releg. & facit Gloſ. in l. cui pacto, ff. de ſer. aſpor.

Quo ad ſecundum inhabilem ad beneficia inhabilem quoque ad dignitates eſſe concludo, & hoc ob hanc potiſſimum rationem, ꝙ dignitas præſtantior ipſo beneficio eſt, & maior, at qui ad minora inhabilis eſt, multo magis ad maiora inhabilis erit, vt habetur in l. qui iudignus, ff. de ſenator. & in cit. l. cui pacto, ergo & ad dignitates inhabilis erit, idq; iure merito, cui enim quod minus eſt, non licet, ei quod maius eſt, licere nō debet, arg. c. cum illorum de ſen. excom. & ibi Glo. & in c. cui licet de reg. iur. lib. 6. & facit, quod ꝓ belle dixit Vlpian. in cit. l. relegatorum, §. fin. & alia a me citata in Tracta. de Cenſuris, Tab. 4. ca. 6. §. 6. num. 3. Eſto igitur, qui beneficia per ſimoniam adeptus eſt, inhabilis ad beneficia fiat per cit. Bullā Pii V. inhabilis tamen erit, & ad dignitates, quāuis Bullā id nou dicat, & in ipſis ſimoniā non commiſerit, natura id ſuadente, & iuribus antea allegatis. Sed de inhabilitate ſimoniaci in beneficio, ubi per ſe, per aliumue ſimoniam commiſſit, hactenus, iam quis inhabilitatē illam tollere poſſit, ideſt quisuā cum eo diſpenſare ualeat, cōtemplemur, id quod in ſeq. præſtabimus.

S V M M A.

1 *Diſpenſare cum ſimoniacho, qui per ſimoniam realem beneficium eccleſiaſticum adeptus eſt, vt illud retineat, Romanus Pont. tantum poteſt.*

2 *Diſpenſare cum ſimoniacho, qui beneficium per ſimoniam realem adeptus eſt, vt alia beneficia habeat, Roma. Pont. tantum poteſt.*

§. VII.

SI inhabilem fieri eum probauimus, qui per ſimoniam a ſe commiſſam beneficium eccleſiaſticum adeptus eſt cum ad beueficiū per ſimoniam ipſi collatum, tum ad alia ei couferenda, iam igitur, ut polliciti ſumus, quis cum eo diſpenſare poſſit, ut & beneficium collatū retineat, aliaue ei conferantur, uideamus.

1 Quoad primum igitur † diſpenſare cum eo, q dignitatem, beneficiumque curatum per ſimoniam à ſe, ab alioue commiſſam, ipſo ratam habente, adeptus eſt, ſolus Roma. Pont. poteſt, ut illa retineat. Non enim Epiſcopus, nam, ſi non poteſt, ubi eo ignorante, qui beneficium accepit, ſimonia commiſſa eſt, ut habetur in cap. pen. de

elect.quod eſt minus, multominus poterit, ubi aut ipſe,aut alius eo ratum habente, ſimoniã cõmiſſit,quod eſt plus,arg.c. cum illorum de ſent. excom.& c.cum in cunctis de elect.& not.Gloſſ. in c.cui licet de reg.iur.atque ſic DD.concludũt in c.de ſimoniace de ſimon.

Solus quoque cum eo diſpenſare Rom.Ponti. poteſt,qui itidem ſciens beneficium ſimplex per ſimoniam acquiſiuit, vt beneficiũ illud retineat, arg.c.pen.verſ.Quamuis de elect.argumẽto ſum pto à contrario ſenſu,nam ibi dicitur.Si ignoranter quis beneficium ſimplex per ſimoniam recepit,poſt liberam reſignationem Epiſcopi diſpenſatione tollerari poſſet, ideſt Epiſcopi diſpenſatione beneficium illud retineri poſſe;ergo ſecus, ſi ſciens recipit,ualet enim argumentum à contrario ſenſu,vt habetur in l.1.& ibi communiter not.ff.de off.eius;etenim vt Epiſcopus in ſimplici beneficio diſpenſare poſſit, tria neceſſario requiruntur. Primum,vt ſimonia eo ignorante, & ratum non habente commiſſa ſit.Deinde,vt beneficium ſimplex ſit. Tertio, vt libere illud reſignauerit:ergo ſecus,vbi aut ipſe ſimoniam commiſſit,aut alius eo ſciente,aut ratum habente,atque ſic ſenſit Abb.in eod.cap. peu.de elect. nume.5.& in cit.cap.de ſimoniace,num.7.verſic.Si vero beneficium fuerit ſimplex,ibi,Si uero ſponte non renunciat,& Mar.Socin.Sen.nume.18. & Felin.num.4.uerſic. Quarta concluſio,qui communem hanc opinionem ſentit. Excipitur tamen alia uice,ideſt in alia vacatione, tunc enim Epiſcopus diſpenſabit,ita Abb.ſenſit in eod.ca. de ſimoniace,num.7.uerſ.Vnde hoc caſu concludo,ibi,Ea uice,ergo ſecus alia,& Fel.in uerſ. Alia concluſio.Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad alterum,† ſcilicet quis diſpenſare poſſit cum eo, qui per ſimoniam a ſe commiſſam, uel ab alio eo ſciente, & ratum habente beneficium eccleſiaſticum adeptus eſt, ut alia beneficia licite ei conferantur, breuiter concludendum eſt Romanum Pontificem id tantum poſſe,ubi non ſponte beneficium acquiſitum per ſimoniam dimiſſit, ſed condemnationem expectauit.Id quod probatur primo per ca. nobis de ſimon.ubi dicitur hunc diſpenſationem nullam ab Epiſcopo habere poſſe,ergo neque ad alia beneficia,qui enim omne dicit,nihil excludit,arg. cap.ſi Romanorum,diſt.19.& l.Iulianus,ff.de lega.3.Secundo facit,cap.1.1.q.5. ubi diſpenſatio permittitur cum eo, qui ſponte beneficium dimiſſit, ergo argumento ſumpto a contrario ſenſu,quod ualidiſſimum eſt, arg.l.1.ff.de off.eius, ubi ſponte non dimiſſit,diſpenſari non debet, atque ſic DD.inquiunt in eod.capit.de ſimoniace Abb.nume.6.uerſ.Si ſciens,ibi,Sed non attingit, & Felin.qui opinionem hanc communem ſentit num.3.uerſ.Secunda concluſio,& Mat.Soc. Sen. nume.12.uerſ.Si uero renunciat, etenim mitius agitur cum confeſſo,quam cum cõuicto.Poſtremo,qui de ſimonia damnatus eſt, infamis fit,argum.cap. ſane,15.q.3.& ut ſupra ſuo loco uidimus: ergo, ex quo hic condemnationem expectat,infamis fiet, & Epiſcopus cum infami non diſpenſat, niſi in caſibus expreſſis, & in minoribus,in quorum numero ſimonia non eſt, ut citati auctores iiſdem in locis inquiunt.Iure igitur ſolus Romanus Pontif.cum hoc diſpenſabit.Secus ergo,ſi ſponte beneficium curatum,dignitatemue dimitteret,tunc enim ad alia beneficia, & dignitates Epiſcopus etiam diſpenſare poterit de eorundem ſententia, quos proxime citauimus. Ex his apparet quid faciendum ſit clerico, qui ratione hac beneficium habuit,nam debet petere diſpenſationem a Romano Pontifice; & nouam collationem, ut ſenſit Nauar. in conſil. 71. in fine de ſimon.lib.5. Arqui an aliis pœnis ſimoniachus hic afficietur? Hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Corporis pœna ſimoniachus realis in beneficio affici etiam poteſt, vbi ſæpius ſimoniam commiſiſſe conuincitur.*

2 *Degradari etiam idem poteſt.*

3 *A fidelium conſortio eijci etiam debet.*

4 *Sæpius quando quis ſimoniam commiſiſſe dicatur.*

§. VIII.

§. Quarto ſimoniachus hic tribus aliis pœnis non ipſo iure, ſed per iudicis ſententiam affici debet,ut in citata Bulla Pii Quinti habetur,modo tamen pluries ſimoniã commiſsiſſe conuictus fuerit.

1 Nam † primo corporaliter puniri debet, ut ibi habetur,quæ pœna ad arbitrium iudicis inferetur,ex quo certa præſcripta non eſt,argum.l.1. ff.de iur.delib.& l.1.§.effractores,ff.de effract.& l.ſanctio legum,ff.de pœn.& cap.de cauſis de offic.delega.& ut dixit Viu. in ſua Syl. opini.417. Non tamen pœnam mortis inferendam cenſeo, tum quod magis communiter receptum eſſe, ut id fieri non debeat,niſi ex magna cauſa, & multis concurrentibus teſtatur Clar. in Prax.criminal.libro 5.§.fina.quæſt.83.uerſic. Sed quæro, & id ſenſit quoque Viu.ead. opin.417. tum quod id ab Eccleſia præcipitur, quæ huiuſmodi pœnas non infert,argum.cap.per uenerabilem prope finem qui fil. ſint legitim. uel igitur fuſtibus cedetur,uel fune bis,terue torquebitur,& huiuſmodi.

2 Secundo loco † ab ordinibus eccleſiaſticis degradabitur,ut dicitur in ead.Bulla. Verũ degradationis nomine realis, an uerbalis degradatio, quæ depoſitio etiam dicitur,accipietur? Ego ſentio eo nomine uerbalem depoſitionem accipiendam eſſe.Primum quoniam, ubi lex pœnam imponit,quæ multipliciter imponi poteſt, in mitiorem partem accipi debet,ut ſenſit Gloſſ.communiter recep.in l.1.C.ne chriſtian.mancip. hæret. nam ibi ait ſi lex, uel ſtatutum imponat ſimpliciter pro aliquo delicto pœnam capitalem,quia pœna hæc multipliciter intelligi poteſt, in mitiorem

tiorem

tiorem partem,& ſic de pœna deportationis, nõ
autem mortis accipiendam legẽ inquit:id quod
& Canoniſt.communiter ſequuntur in c.quanto
de iureiur.ergo idem & in caſu noſtro,ex quo de
gradatio & verbalis, & realis degradationis no-
mine ſæpius a DD.accipitur,vt teſtatur Clar.eo-
dem lib.5.§.fin.q.74. pro degradatione verbali,
quæ depoſitio dicitur, & leuior eſt ipſa degrada
tione reali accipiet; etenim vbi in pœnis ſumus,
mitior interpretatio facienda eſt, ut habetur in
c.in pœnis,& ibi Gloſſ.de reg.iur.lib.6.& in l.in
terpretatione,ff.de pœn. Poſtremo, vbi diſpoſi-
tionis pars obſcurior eſt, altera uero dilucidior,
obſcurior a dilucidiore declarat: vna enim pars
legis alteram declarat,arg.l.ſi ſeruus plurium,§.
fi.ff.de leg.1.& l.ſi plures,ff.de uulga. & pupil.at
in ſequenti parte proxima eius Bullæ dum de pę
nis blaſphemantium agit, degradationis pęnam
itidem blaſphemantibus imponẽs de verbali de
gradatione intelligit, dum inquit ibi, Pro tertia
verbaliter degradetur,ergo & ꝓ depoſitione uer
bali in caſu noſtro accipietur,non enim ſimonia
delictum grauius, frequẽtiusue ipſa blaſphemia
eſt. Degradationis nomine igitur depoſitionem
verbalẽ accipiemus. Et de hac ſecũda pœna ſatis.

3 Poſtremo † a fidelium cõſortio eiici debet,vt
dicitur in ead.Bulla uerſ. Si quis autem tale cri-
men. Quibus verbis maiorem excommunicatio
nem ferri cenſeo, qui enim a fidelium conſortio
eiicitur,huic ſacramenta tribuenda non ſunt,nõ
enim ſine conſortio tribui queũt, ut per ſe patet,
& idcirco & Chriſti fidelium, & ſacramentorum
communione priuatur; at,qui hiſce priuatur ma
iori excommunicatione irretitur, ut habetur in
c.pen.de ſent.excom. ergo maiori excommuni-
catione affici hic poterit. Hæ igitur tres pœnæ
ſunt,quibus & ſimoniachus hic in beneficio a iu
dice affici debet.

4 Verum, † quod hæ pœnæ locum habent,ubi ſę
pius quis ſimoniam hanc commiſiſſe conuictus
fuerit,ſic enim ibi dicitur. Si quis autem tale cri
men pluries commiſiſſe conuictus fuerit,pręter
ſupradictas pœnas,etiam corporaliter puniatur,
& ab ordinibus eccleſiaſticis degradatus a fide-
lium conſortio eiiciatur. Hæc ibi. Quando plu-
ries quem ſimoniam cõmiſiſſe dicetur, quo his
pœnis afficietur? Plane ſentio, ex quo dictio illa
Pluries pluralem numerum ſignificat, conuictũ
eſſe debere ſaltem bis ſimoniã commiſiſſe, arg.
l.ubi numerus,ff.de teſtib. Hinc Ange.quem re-
fert,ac ſequitur Alex.in l.ſæpe,nu.4.uerſ. Ex quo
infertur de re iud.ſi teſtis deponat quem pluries
percuſſum fuiſſe,de duobus percuſſionibus intel
ligi ait,& Bar.in l.ſi gemina in fi.ff.arb.furt.ceſſ.
inquit ſi dicatur pluribus, & pluribus percuſſio-
nibus percuſſum quem eſſe, pro quatuor puniri
debere. Saltem igitur bis hunc ſimoniam cõmiſ
ſiſſe conuinci debet,numerus enim hic ſat eſt,ut
ex dictis patet, & ut colligitur ex dictis Alex. in
cit.l.ſæpe.

Quæ diximus autem de beneficiis eccleſiaſti-
cis,eadem & de dignitatibus huiuſmodi hac ra-
tione collatis dicimus,nam de utriſque loquun-
tur,& Bulla Pii V.allegata,& extrauag. cum de-
teſtabile de ſimon & DD. citati, & nos antea in
initio huius capitis;ſed ad alias pęnas trãſeam.

S V M M A.

1 *Simoniachus in beneficio, eſto per triennium pacifi-
ce illud poſſederit,tamen regula De triennali poſſeſ
ſore non adiuuatur,quod dictum, quouſque pateat,
declaratur.*

2 *Regula de triennali poſſeſſore quanam ſit.*

3 *Datum poſt ſpirituale collatum ei,qui ſpirituale con-
tulit,an ſimoniam inducat.*

§. IX.

§. Quinto ſimoniachus in beneficio itidem, id
eſt, qui beneficium per ſimoniam a quocũ
1 que adeptus eſt, † quamuis per triennium
illud pacifice poſſederit,tamen lis ei moueri po-
teſt,nec adiuuatur regula, De triennali poſſeſſo-
re,qua cautum eſt, ut qui adeptus beneficium ꝑ
triennium illud poſſederit,ſuper eo moleſtia de
inceps affici non poſſit,ſic enim dicitur in regu-
2 la. † Item ſtatuit,& ordinauit idem Dominus no
ſter,quòd ſi quis quęcunque eccleſiaſtica benefi
cia,qualiacunque ſint,abſque ſimoniacho ingreſ
ſu,ex Apoſtolica,vel ordinaria collatione,aut ele
ctione, & electionis huiuſmodi confirmatione,
ſeu præſentatione,& inſtitutione illorũ, ad quos
beneficiorum huiuſmodi collatio,prouiſio, ele-
ctio,& præſentatio,ſeu quæuis alia diſpoſitio ꝑ-
tinet,per triẽnium pacifice poſſederit,(dummo
do in beneficiis,ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex ali
qua reſeruatione generali in corpore iuris clauſa
reſeruata fuerint,ſe nõ intruſerit)ſuper eiſdẽ be-
neficiis taliter poſſeſſis moleſtari nequeat. Nec
nõ impetrationes de beneficiis ipſis ſic poſſeſſis
factas, irritas,& inanes cẽſeri debere decreuit,
antiquas lites ſuper illis motas pęnitus extinguẽ
tes. Ecce hinc haberi concluſionem propoſitã,ſ.
non iuuari ea regula eum, qui per ſimoniam be-
neficium adeptus eſt,ex quo.n.ſtatuitur,ut iis ꝓ
ſit poſſeſſoribus,qui abſque ſimoniacho ingreſſu
beneficium ſunt adepti,ergo non iis, qui per ſi-
moniam,arg.ſumpto a contrario ſenſu,quod ua
lidiſſimum eſt,ut habetur in l. 1.& ibi communi
ter not.ff.de offic.eius,atque ſic dixit Gomeſ.in
eius regulæ interpretatione,q.12.

Hoc autem dictum locum habet non ſolũ,ubi
ſimonia realis commiſſa eſt, uerum etiam & ubi
conuentionalis,tum quod regula nõ diſtinguit,
ergo nec nos diſtinguere debemus,arg.l.de pre-
tio,ff.de publ.in rem act.tum quod ſimonia con
uentionalis proprie ſimonia eſt, ſicut realis, at-
que ſic dixit Gomeſ.ibid.uerſ. Cum igitur regu
la. Contrarium tamen dicendum uidebatur. Et
hoc ob eam rationem,quoniam ea regula iis pro
deſt,qui uel coloratum titulum habent,at ſimo
niaci conuentionales tales ſunt,quandoquidem
ipſo iure beneficiis nõ ſunt priuati,ergo titulum
habent. Atqui à propoſita concluſione ob prædi-

cta diſcedendum non eſt. Nec repugnat ratio ꝓxime allata, quæ dubium redidit Gomeſ. ead. q. 12. in fine, quandoquidem, eſto coloratum titulum habeant, alia tamen ratione colloratum titulum habere debent, quam per ſimoniam, ex quo regula excipit ſimoniachum ingreſſum. Præterea, ſi contrarium diceremus, exceptio de regula non eſſet contra communem iuris regulam: nam regulam tradens ibi Romanus Pont. ut proſit iis, qui colloratum titulum habent, excipit ſimoniachum, ergo, uel ipſo iure priuatus beneficio quis non ſit per ſimoniam conuentionalem, iuuari ea regula nō debet. Poſtremo facit, quod qui excipitur ab hac regula, colloratum titulum non habet, vt ait idem Gomeſ. q. 27. uerſ. Tamen aduertendum, ergo hac quoque ratione iuuari regula hac non debet, quandoquidem ſimoniachus exceptus ab hac regula eſt, vt vidimus. Accedit, quod Romanus Pontif. non excipit ſimoniachum ob id, quod titulum non habeat, ſed ob criminis grauitatem; inter crimina enim grauia non vltimum ſimonia obtinet, arg. cap. tanta de ſimon. a propoſita igitur concluſione diſcedendum non eſt.

Verum quid ſi ſimoniachus occultus ſit? Gomeſ. ead. q. in 1. exceptione, ibi, Et cum miniſterio dixi ſcienter, & manifeſte, ſentit ſimoniachum hūc iuuari. Et hoc ob eam rationem, quod colloratum titulum habet. Quid igitur concludendum? repugnant enim huic concluſioni rationes in antecedenti concluſione allatę. Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut loquimur in foro exteriori, & in hoc caſu veram opinionem Gomeſ. cenſeo; non enim Eccleſia de occultis iudicat, vt dicitur in ca. ſicut tuis, & in ca. tua nos de ſimon. etenim par eſt aliquid non eſſe, & eſſe, ſed non apparere, argu. l. in lege, ff. de contrahend. empt. Aut loquimur in foro conſcientiæ, & tunc contrarium concludo, id quod uoluit, & Gomeſ. ibi. nam ait cenſeri hunc ſimoniachum ad reſtitutionem ei, quem exceptione huius regulæ repulit à proſecutione ſui boni iuris. His igitur modis, & aliis amplificatur hæc regula, qui haberi poſſunt ex quæſt. factis ibi à Gomeſ.

Excipitur tamen primo, vbi beneficium cuipiam collatum eſt per ſimoniā ab alio commiſſam, exempli gratia aut a patre, aut fratre, aut ab alio eo inſcio, & ignorante: nam, quandiu hoc ignorat, colloratum titulum habet, vt inquit Abbas in c. niſi, nu. 6. uerſ. Ex his infertur, ibi, Si autem commiſſit ſimoniam, de renunc. & DD. cōmuniter, quos refert, ac ſequitur Gomeſ. ead. q. 12. uerſ. Et iſta, quæ dicta quædam. Hinc ſine licentia ſuperioris dimittere beneficium hic non debet, tum quod titulus ille pro uero habetur, tū quod cum his facile diſpenſare Romanus Pont. ſolet. Proderit igitur huic ſimoniacho, atque ſic dixit Gomeſ. ibid.

3 Item excipitur, † vbi poſt collationem beneficii aliquid datum, promiſſumue eſt: in hoc enim caſu ſimonia in collatione nō committitur, eſto poſtea committatur, ita Gomeſ. ead. q. uerſ. Secūdo principaliter. Quod tamē uerum interpretor, vbi quod datur, antea promiſſum non erat: tunc enim, eſto poſt dationem ſpiritualium quid daretur, tamen ſimonia committeretur, ex quo antea promiſſum erat, arg. c. ueniens, & c. nobis de ſimo. Locum igitur exceptio hæc habet, vbi poſt ſpiritualium collationem datio, promiſſioue interuenit, atque ſic inquit Ioan. And. quem refert ac ſequitur Abb. in c. ueniens, t. num. 5. verſ. Sed quæro de teſtib. & Gomeſ. eod. uerſ. ubi & alios idem ſentientes refert.

Verum quid ſi in cōtinenti poſt ſpiritualium collationem datio, promiſſioue interueniat? Egidius, quem refert Gomeſ. ibid. ſimoniam committi ait. Quam ſententiam non ſequitur Abb. in cit. c. ueniens, nam ibi ait promiſſionem relatam in eo canone ſimoniam non inducere, ſi interceſſiſſet poſt electionem, ſeu præſentationem factā, nec diſtinguit an ſtatim, uel poſt aliquod temporis interuallum promiſsio interuenerit. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut ſumus in foro conſcientiæ, & tunc verbis confitentis ſtabimus, quo animo promiſsio, datione interuenerit. Aut ſumus in foro exteriori, & tunc iudex id arbitrabitur habito reſpectu ad perſonam dantis, accipientisque, nec non ad quantitatem muneris iuxta ca. etſi quæſtiones de ſimon.

Poſtremo excipitur, ubi poſt acquiſitum beneficium per ſimoniam accedit aliquis colloratus titulus, cum quo ꝑ triēnium poſtea pacifice poſſedit, eſto enim titulus ille nullus reddi poſſit, propterea quod mentio facta non erat inhabilitatis contractæ ex ſimonia, tamen excuſatur a perceptione fructuum, ita Gomeſ. eod. uerſ. Secūdo principaliter, ibi, Et quod dictum eſt, ſed de quæſtione hac ſatis, exceptiones enim aliæ, ſi quæ ſunt, colligi facilime poſſunt ex Gomeſ. interpretatione eius regulæ. Et de pœna hac ſatis, ad aliā ueniamus.

S V M M A.

1 *Spoliatus beneficio, quod per ſimoniā adeptus eſt, ad ipſum recuperandum ſpolio agere non poteſt, quæ regula, quouſque pateat, declaratur.*

§. X.

1 Poſtremo † ſi quis beneficio ſpolietur, quod per ſimoniam acquiſiuit, ſpolio agere non poteſt, ita dixit Hoſt. in Sum. de relli. ſpol. §. in caſibus, uerſ. Vel crimen ſimoniæ. Et hoc ꝑ c. accuſatum, & per c. tanta de ſimon. Idem dixit Rot. ut colligitur ex dictis a Gomeſ. in regul. de trien. poſſe. q. 12. uerſ. Et iſta, quæ dicta fuerunt, procedunt in ſciente, id quod ob criminis grauitatem fit. Ac plane, ubi ſimonia realis commiſſa eſt, dubitationem nullam id habet, nam, ex quo ſtatim eſt excommunicatus per extrauag. cum deteſtabile de ſimo. excōmunicatus ſpoliatus nō reſtituitur, ut probauimus in Tract. de Cēſuris Tab. 2. ca. 15. §. 3 atque ſic concluſiſſe uiſſe

teſtatur

teſtatur Caſſador.deciſ. 1,de ſim.in ſimonia reali:nam & intruſus dicitur ſimoniacus,ut ait ibidem Caſſador.in fine,vbi quamplures idem ſentientes refert,immo & fur nominatur,ita Innoc. quem refert ibidem.

Excipitur tamen,vbi ſimoniam ipſe non commiſſit,ſed alius eo ignorante,tūc enim agere ſpolio poteſt,atque ſic concluſit Rot.ut teſtatur Gomes.ibid.habet enim colloratum titulum,quod uerum eſt,vbi per obitum beneficiū adeptus eſt, quia ſcilicet vacabat per mortem alicuius, ſecus autem,ſi per renunciationem, & teſignationem, ſi enim ea ratione ſimonia commiſſa ſit,quod reſignatio non ualet, & apud reſignantem titulus remanet,vt inquiunt Innoc.in cap.cum uniuerſorum,& Abb.num.4.& ſeq.de rer.permut.& ſequtur Rot.deciſ.7.in antiquis de renunciat.& Gomes.in eod.uerſic.quod inquam reſignatio non ualet,& idcirco nullum titulum habet,ob eā rem ſpolio agere,non poteſt:Sed de beneficiis,quę qs per ſimoniam á ſe,ab alioue ipſo ſciente, & ratū habente,acquirit,hactenus,de acquiſitione eorūdem per ſimoniam ab alio nobis ignorantibus,& ratum non habentibus,agamus, id quod in ſequenti præſtabimus.Cum illud primò admonuerimus,quæ dicta ſunt,quoad pęnas locum habere,uel ipſimet ſimoniam commiſſerint, qui ordinem,dignitates,beneficiaue eccleſiaſtica adepti ſunt,vel per alios,vt per procuratores,proxenetaſue,in his enim caſibus omnibus extrauag. 2.de ſimon.locum habet.Item uel cum ipſis collatoribus,vel cum aliis ſimoniam commiſerint,quo.p̄dicta conſequerentur.Eſto igitur Epiſcopo pecunia data non ſit,ſed ſuo familiari,quo curatet prędicta conferenda ipſis collatis ſimonia realis cōmiſſa erit.

De pœnis eorum,qui beneficium eccleſiaſticum per ſimoniam ab alio commiſſam acquirunt,ipſis ignorantibus & ratum non habentibus.

Cap. VII.

S V M M A.

1 *Collatio beneficij eccleſiaſtici, ac dignitatis per ſimoniam ab alio,commiſſam eo,cui confertur, inſcio facta valet.*

EGIMVS de ſimonia commiſſa in dignitate,beneficioq; eccleſiaſtico acquirendo ab eo,cui collatio hæc facta eſt, ab alioue ipſo ſciente,& ratum habente,iam agamus de ſimonia in eiſdem ſpiritualibus commiſſa ab alio,eo,cui confertur,ignorante,& ratū non habente,id eſt de pœnis ipſius.

1 Primum igitur pro certo habendum eſt beneficii collationem per ſimoniam ab alio commiſſam eo,cui collatio facta eſt,ignorante, & ratum id non habente ualere. Id quod probatur primò per cap.pen.de elect.nam ibi dicitur,ſi alicuius electionem propter ſimoniam eo ignorante,ac ratum non habente(ſcilicet,qui electus eſt) commiſſam contigerit reprobari, &c. Ecce hic Romanum Pont.nobis ſignificare electionem p̄ ſimoniam ab alio commiſſam nobis ignorantibus,& ratum non habentibus reprobari,ergo ab initio ualuit,ſi enim non valeret, improbari non poſſet, cum id, quod nullum eſt, improbari nequeat arg c.ad diſſoluendum,& ibi Glo in uer. Accuſare de deſponſ impub. Confirmatur ratio hæc,quod in fine eius canonis dicitur reſignationem eius beneficii requiri, ergo hinc etiam conuincitur electionem ſic factam ualere,ex quo reſignatio poſtulatur,idem habetur in cap.ex inſinuatione de ſimon.Secundo facit,quoniam nullo iure cautum habetur collationem per ſimoniā ab alio commiſſam,nobis ignorātibus, & ratum non habentibus nullam ipſo facto eſſe, ergo nec nos id dicere debemus:nam nullam pœnam ipſo iure inferri dicendum eſt, niſi lege caueatur, ut dixit Gloſſ.in cap.fin.in uerb.Ex ui in fine de iure patron.Pro certo igitur habebimus collationē eccleſiaſtici beneficii,dignitatiſue per ſimoniam huiuſmodi factam ualere,atq; ſic inquiunt DD.S.Thom.2.2.q.100.artic.6.in reſpon.ad tertium,& Couar.in reg.peccatū.p.2.relect.§.8.nu. 7.uerſ.Quod ſi beneficium habuerit,& nume.8. uerſi.Et eadem,& Nauar.conſil.95.de ſimo.lib. 5.ubi quæſtionem hanc diſputauit.

Contra ſententiam hanc tamen duo facere videntur.Primum extrauag.cum deteſtabile de ſimon.nam,vbi in beneficio realis ſimonia cōmiſſa eſt,ipſo iure collatio eſt nulla, ergo idem & hic.Hæc ratio,quę firmiſſima uidetur,nihil facit nam cita.extrauag.cum deteſtabile loquitur de dante,& accipiente,& ob id de ſcientibus, & de committentibus ſimoniam,non autem de iis, q̄ beneficia conſequuntur committentibus aliis ſimoniam ipſis ignorantibus,atque ſic ſenſit Couar.eod.§.8.num.7.uerſic.Quod ſi quis habuerit beneficium.Contra ſententiam hanc etiā facit,quod S.Thom.eod.art.6.& in reſpon. inquit hunc,qui beneficium hac ratione tenet,ante iudicis ſententiam in conſcientiæ foro ad illud reſtituendum obligari,ergo collatio non ualet.nā ſi collatio ualeret,ante iudicis ſententiam ad reſtituendum non obligaretur,ex quo in pęnā ſtatutum eſt,vt reſtituatur,& pęna legis in foro cōſcientiæ ante iudicis ſententiam non debetur,ut dixit Gloſſ.communiter recept.in cap.fraternitas, 12.q.2.Hæc ratio nihil etiam me monet,nam opinio Glo.locum habet,ubi pęna,quę infertur, mera pęna eſt,& ab utraque parte, at reſtitutio beneficii eſt rei alienæ reſtitutio,quam retinet iniuſte,ergo iudicis ſententia expectanda non eſt, arg.cit.c.ſi res aliena,14.q.6.cum ſeq,& c.pecca

tum

tum de reg.iur.lib.6.atque ſic ſenſit Couar.eod. §.8.num.8.uerſicu.Er eadem & S, Thom.eod.A communi ſententia igitur non diſcedemus. An igitur ad reſignationem,quis obligatur? Et quid de fructibus interim perceptis? Hæc in ſequenti abſolnemus.

S V M M A.

1 *Beneficium Eccleſiaſticum per ſimoniam commiſſam ab alio,ignorante eo, cui collatum eſt retineri non poteſt.*

2 *Inhabilis quis eſt ad illud beneficium, quod per ſimoniam ab alio commiſſam ipſi id ignoranti collatum eſt.*

3 *Diſpenſare cum eo ad beneficium, ſeu dignitatem eccleſiaſticam, quæ ipſi per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante, & ratum non habente collata ſunt, quis poſſit.*

§. I.

SEtſi beneficii eccleſiaſtici, & dignitatis collatio per ſimoniam ab alio commiſſam facta valet eo ignorante,& ratum non habente, cui
1 collatio facta eſt,vt proxime probauimus; †retinere tamen illud non poteſt,ſed reſignare ſtatim atque ſimoniam nouit,debet:nam ſic habetur in c.pen.de elect.& in c.ex inſinuatione,quod & ibi Gloſſ.not.in uerb.Reſignaſti,& Abba.num.2.de ſimon.& in cap.ſicut tuis uerſic.Quamuis eodẽ. Idem quoque Inquiunt S.Thom.2.2.q.100.arti.6.in reſpon.ad tertium,& Couar. in Reg. peccatum in 2.p.relect.§.8.num.7.uerſic.Quod ſi quis habuerit beneficium,& communem ſententiam hanc eſſe ſentit,ibi num.8.uerſic.Iuxta hunc ſenſum,ibi Secundum homines,& Nauarr. in Man. cap.25.num.113.uerſic.Secundo peccat,& libro 5.de ſimonia conſil.97.num.1.uerſi. Ad primã, & conſil.95.ubi queſtionem hanc diſputauit: nã ait ibi hunc peccare,ſi ſtatim atque ſimoniam cõmiſſam nouit,beneficiũ non reſignauit,& Quin. Mandos.in Tract.de ſignat.grat. in titu. De diſpenſatione cum ſimoniaco in fine. Idque iure merito:nam ex quo alienam rem inuito domino retinet,reſtituere ipſam omnino debet,arg.ca.ſi res aliena,14.q.6.cum ſeq.

2 An igitur†inhabilis hic eſt ad beneficium per ſimoniam hãc ipſi collatum? Plane inhabilis eſt, id quod hinc probatur,quod,ut illud retineat,diſpenſatione ei opus eſt,arg c.pen.de elect. ibi.n. declaratur,quando Epiſcopus in his caſibus diſpenſare poſſit,ergo diſpenſatio requiritur, ergo inhabilis ad illud,factus eſt,non enim diſpenſatio poſtularetur,ſi communi iure beneficium haberi poſſet,arg.l.1.ff.ad municipal.

3 Verum,†quis in hoc caſu diſpenſandi facultatem habet primũ.Cũ eo,qui dignitatem,beneficiumue curatum,per ſimoniam ignoranter habuit, id eſt alio pecuniam dante, ipſo autem id ignorante,nec ratum habente ſolus Rom. Pont. poteſt,vt eam dignitatem,illudue beneficium ea uacatione habeat. Id quod hinc probatur, quoniam Epiſcopo diſpenſatio in hoc caſu prohibetur in cap.pen.de elect.Si alicuius electionem ꝑpter ſimoniam eo ignorante,ac ratum non habẽte commiſſam cõtigerit reprobari,dicitur enim ibi,cum eo ſuper prælatione,ad quam taliter fuerat electus,illa uice non poteſt Epiſcopus diſpenſare.Hæc ibi:ex quibus manifeſtò patet,ex quo Epiſcopis diſpenſatio prohibita eſt, Romanum Pont.tantum diſpenſare poſſe, minus ergo inferiores Epiſcopis diſpenſare poterunt, arg. auth. multo magis,C.de ſacroſanct.eccl. atque ſic no. & aſſerit Abb.ibi,& in c.de ſimoniace, nume.7. uerſic.Et ideo in hoc membro,& Felin.nume.4. uerſi.Tertia concluſio,& Socin.nu.16.uerſ.Concludit ergo de ſimon.

Id quod locum habet,eſto,qui eam dignitatẽ, beneficiumue accepit,ſponte eam dimittat:nam nihilo magis diſpenſare Epiſcopus poterit,& ꝓbatur per cit.cap.pen.nam in uerſi. Quamuis ꝑmittitur Epiſcopo diſpenſatio,ubi in ſimplici beneficio ſimonia commiſſa eſt ipſo ignorante, & ſponte illud renunciante, ergo ſecus in dignitate,& beneficio curato,arg.l.cum prætor,ff. de iudi.& c.non ne de pręſumpt.etenim uerſic. illud Quamuis aduerſatur ſuperiori,ergo & in iure aduerſari debet,atque ſic tradidit Abb. in eod. ca. de ſimoniace,num.6.in fine, ibi Hęc differentia ſimpliciter,& ſequuntur Felin.atque Socin.in eiſdem locis.

Poſtremò locum etiam id habet, eſto vtilitas euidens Eccleſię eſſet:nã neque in hoc caſu Epiſcopus diſpenſabit ob cit.c.pen. quod ſimpliciter loquitur, eſto nonnulli contrarium, & male ſenſerint.

Excipitur tamen quo ad alias vacantes dignitates: nam tunc cum hoc Epiſcopus diſpenſare poteſt,idque iure merito;tum quod per cit.c.pe. de elect.ſolum in ea dignitate,in qua ſimonia cõmiſſa eſt,diſpenſatio prohibetur,ergo ſecus in aliis,atque ſic aſſerit Abba.ibi in eod. capi.de ſimoniace,& Felin.num.4.uerſicu.Tertia concluſio,ibi Alia autem beneficio, qui & opinionem hanc etiam communem ſentit,tum quod ipſe ſimoniacus non eſt.

Secundò excipitur etiam quoad eam dignitatem,ſed in alia vacatione:nam tunc & epiſcopus diſpenſare poterit,quandoquidem per illud ca. pen. ſolum prohibetur diſpenſatio pro ea uice, id eſt pro ea vacatione,Cum eo,dicitur enim ibi, ſuper prælatione,ad quam taliter fuerat electus, illa vice non poteſt,Epiſcopus diſpenſare. Ecce hic pro illa uice,id eſt in ea vacatione,vt DD.ibi interpretantur,diſpenſatio prohibetur,ſecus igitur in alia vacatione.Idque iure merito, ſi enim in ea vacatione,in qua per ſimoniam dignitatem adeptus quis erat,vel curatum beneficium retineri permitteretur,per ſimoniam iam commiſſam,haberi videretur,nam,quæ ſiunt in continẽti,uidentur ineſſe,argumen.l.lecta,ff. ſi cert.pet. atque ſic Gloſſ.dixit in eodem cap.pen. in uerb. Illa vice,& DD.communiter in eodem capit.de ſimoniace.

Poſtremò

Poſtremò excipitur,vbi in frandem acquirentis beneficium, ſeu dignitatem quidpiam datū eſſet,tunc enim nulla diſpenſatione egebit,ſed retinere ea etiam poterit,vt dicitur in cap.nobis,& in cap.ficut de ſimon.& ibi DD.not.& in eod.c. de ſimoniace.

Poſtremò ſolus Romanus Pont.cum eo diſpēſare poteſt, qui beneficium ſimplex per ſimoniā ab alio commiſſam eo ignorante, nec ratum habente,habuit,ſi de ſimonia certior factus, libere illud non reſignauit, ſed ſententiam expectauit, ibi enim Epiſcopo diſpenſatio permittitur, ſi libere ipſum reſignauit,ergo ſecus ſi non libere,atque ſic concludunt Abba.in eod.c.pen. de elect. num.5.& in cit.c.de ſimoniace,& Mar.Soc. Sen. & Felin.de ſimon.

Ex quibus patet cum eo, qui, cum nec ſimoniam ipſe commiſſerit, nec ab alio commiſſam ratum hebuerit,beneficium ſimplex adeptus eſt, ſi ſtatim atque ſimoniam commiſſam nouit,beneficium illud dimiſit,diſpenſare Epiſcopū poſſe,vt beneficium illud retineat, ita habetur expreſſe in eod.c.pen.in uerſ.Quamuis,quod tamē in dignitatibus,& beneficiis curam animarū habentibus non permittitur,vt ſupra dixi, idq; merito,quandoquidem grauius periculum uerſatur in huiuſmodi beneficiis,quàm in ſimplicibus, & ob id cautius agendum eſt,argumen.c.ubi periculum de elect.lib.6 cum ſimil.cit.à Gloſſ.in eodem c.pen.in uerb.Illa vice,ibi. Sed quare ſecus in beneficio ſimplici. In huiuſmodi igitur caſibus Epiſcopus diſpenſare poteſt,ſed iam de fructibus agamus.

S V M M A.

1 *Fructus percepti ab eo,qui beneficium eccl.per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante nec ratum habente,poſtquam nouit ſimoniam commiſſam, reſtitui debent, qua regula, quouſque pateat, declaratur.*

2 *Oblationes,quæ fiunt in Eccleſia,quam quis per ſimoniam adeptus eſt,ad quos pertineant.*

3 *Diſtributiones,quæ fiunt in eccleſia, quam quis per ſimoniam adeptus eſt, an ad ipſum quoque pertineant.*

4 *Fructus beneficij,quod quis adeptus eſt per ſimoniā ab alio commiſſam eo ignorante,nec ratum habente,ad quem pertineant,antequam ſimoniam commiſſam ſciat.*

5 *Fructus reſtituendi vbi ſunt à ſimoniaco, cui reſtituendi.*

§. II.

Eum, qui beneficium eccleſiaſticum per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante, & ratum non habente,adeptus eſt,ad illud reſignandum obligatum ipſum eſſe vidimus:iam de fructibus quid iuris ſit videamus.

1 S.Thom.2.2.q.100.art.6.in reſpon.ad tertiū inquit hunc ad fructus extantes reſtituendū obligari,ſtatim atque ſimoniam commiſſam nouit, non autem quos bona fide conſumpſit,eum quoque ſequitur Couar.in Reg.Peccatum 2.p.relec. §.8.num.7.uerſic. Quod ſi quis beneficium habuerit per ſimoniam,& Nauar.conſil.95. uerſic. Quod autoritas S.Thom.de ſimon.lib.5.

Caſſador.autem deciſ.6.de præbend.quem refert Nauarr.conſil.90.eod.titu. ſentit hunc, qui bona fide credit ad ſe beneficium pertinere,& illi inſeruit, hunc lucrari diſtributiones quotidianas,& non teneri ad reſtituendum partem fructuum, quæ neceſſario impendenda ei erat, qui beneficio inſeruiſſet.

Quid igitur concludendum? Ego,vt materiā hanc dilucidiorē habeamus præmitto, quatenus ad rem nſām pertinet fructuū ſpecies(ſumpto generatim,ſeu communiter nomine hoc Fructus) plures eſſe; nam quidam ſunt, qui percipiuntur ex fundis eccleſiæ, qui partim naturales, partim induſtriales nominantur, vt tradunt DD. in §. ſi quis à non domino in Inſtit.de rer.diui.& nos ſupra alibi,& hi proprie fructus nominantur, quidam percipiuntur ex locatione ędium, & hi prouentus aliquando nominantur,& hæ duę ſpecies certi fructus dici poſſunt, ſępius enim habentur: Quidam incerti ſunt,& hi partim dicuntur oblationes,& ſunt ea,quę à Chriſti fidelibus uel eccleſiæ offeruntur uariis ex cauſis, de quibus agitur in cap.hanc conſuetudinem,10.q.1.& capi.quia ſacerdotes cum ſequen.eod.uel miniſtris Eccleſiæ,quo diuina aliqua faciant,exempli gratia, uel miſſæ ſacrum,uel alia diuina officia. Partim dicū tur diſtributiones,quę iis tantum dantur,qui diuinis officiis interſunt,ut habetur apud Trid.Synod.ſeſſ.22.cap.3.de reform. Dicuntur autem incerti fructus hi,quoniam non ſemper habētur, vt experientia rerum magiſtra id docet. Hac diuiſione præmiſſa duabus regulis propoſitam materiam explicandam cenſui.

Po regula igitur habebimus eum, qui beneficium eccleſiaſticum per ſimoniam, ab alio commiſſam adeptus eſt eo ignorante, & ratum, non habente poſtquam ſimoniam commiſſam nouit, ad reſtituendum fructus omnes perceptos à die ſcientiæ obligari:nam malæ fidei poſſeſſor eſt factus,at malæ fidei poſſeſſor ad omnes fructus reſtituendos obligatur, ut habetur in le.certum,ff. de rei uind.& tradunt DD.in cit.§. ſi quis à non domino,& de hoc nemo dubitat, vt inquit Nau. conſil.97.num.7.uerſi.Ad quartum de ſimon.li. 5.ergo ad reſtitutionem hic obligatur, alioquin daretur materia permanēdi in peccato, ſi & poſt ſimoniæ notam fructus lucraretur; nam beneficium non reſignaret,quod abſurdum eſt,& contra,l.conuenire.C.de pact.

Hæc autem regula amplificatur,vt ea,quæ tradita ſupra fuit in hac parte cap...

Excipiuntur tamen fructus,qui cōſumpti ſunt & poſiti pro expenſis colligendorum,& reſeruandorum fructuum;nam, vt ſupra diximus eod.ca. fructus dicuntur,qui remanent deductis expenſis,hos enim & malæ fidei poſſeſſor ab initio retinet,vt in re noſtra dixit S.Thom.ead.q. art. 6.in reſp.

reſpon.ad tertium. Quare, ſi clericus, hic ſuis ſum
ptibus fundos colendos curauit, partiarii coloni
partem licite ſibi retinebit,

Secundò excipiuntur, qui in vtilitatem aliquā
eccleſiæ impenſi ſunt, exempli gratia fundum ec
cleſiæ emit ſeu eccleſiæ nomine, uitioſas ædes ec
cleſiæ inſtaurauit, ueſtes ad diuina facienda, cæ-
reoſque ibidem comparauit, atque ſic ſenſit San.
Thom. ibid. Hos ergo non reſtituet. Idque iure
merito, locupletaretur enim eccleſia cū alterius
iactura contra l. nam hoc natura, ff. de cond. inde
bit. Mea igitur ſententia, ſi & capellanum condu
xit cum eccleſia ipſo egeret, & quæ huic tradidit,
ei accepta ferentur, atque ſic ſenſit Caſtador. De-
ciſ. 6. de præben. quem refert, ac ſequitur Nauar,
conſil. 90. eod. tit. ibi enim ait eum, qui bona fi-
de credit beneficium ad ſe pertinere, & ſeruit illi
lucrari quotidianas diſtributiones, & non uideri
obligatum ad reſtituendam partem fructuum, q̄
neceſſario fuiſſet impendenda ei, qui inſeruiſſet
illi beneficio, ergo idem in caſu noſtro, eſto enim
ibi de bonæ fidei poſſeſſore agat, ratio tamen pro
poſita, & in malæ fidei poſſeſſore locum habet. Si
ergo per ſe eccleſiæ inſeruiuit, quod pro ſuis ſum
ptibus impendit, modo neceſſario impendendi
fuiſſent, hoc non reſtituet.

2 Verum, †quid de oblationibus, & quotidianis
diſtributionibus? Ego ſic diſtinguendum cēſeo.
Aut ſunt oblationes, quæ ſimpliciter, ac libere à
Chriſti fidelibus eccleſiæ offeruntur, exempli gra
tia ad altare S. Antonii, S. Apoloniæ, S. Agathę,
Luciæ, & huiuſmodi, & in anniuerſario omnium
defunctorum, & in aliquibus locis ferię Secundæ
cuiuſlibet Hæbdomadæ, & huiuſmodi, & in hoc
caſu oblationes has reſtituendas cenſeo, Et hoc
ob eam rationem, quod habito reſpectu ad eccle
ſiam, & non ad perſonam clerici in primis fiunt,
ergo illi cedere debent, qui eccleſię legitimus do
minus eſt. Aut ſunt oblationes, quæ fiunt à Chri-
ſti fidelibus ipſi ſacerdoti in primis, quo pro ip-
ſis aut miſſę ſacrum, aut diuina alia officia faciat,
& in hoc caſu, quoniam non oblatæ fuerunt re-
ſpectu habito ad ipſam eccleſiam, ſed ad ipſum
clericum, ut pro ipſis diuina faceret, ob eam rem
ad harum reſtitutionem hunc non teneri cenſeo,
argum. cap. requiſiſti cum ibi notat. de teſtamē.
3 †Quare, quòd diſtributiones iis dantur, qui diui
nis officiis interſunt, non autem reſpectu habito
ad eccleſiam, ob eam rem neque ad has reſtituē-
das mea ſententia obligabitur, atque ſic de bonę
fidei poſſeſſore ſenſit Caſſador. quem refert, ac ſe
quitur Nauarr. eod. conſil. 90. In hac igitur quæ-
ſtione ſic diſtinguendum cenſeo. Et de hac pri-
ma regula ſatis.

4 Secundò †pro regula pono eum, qui beneficiū
eccleſiaſticum adeptus eſt, alio ſimoniam com-
mittente, ipſo autem inſcio, & ratum non haben-
te, de fructibus præteritis, habitiſque antequam
ſimoniam nouit. Primum in omnibus caſibus
ad reſtitutionem hunc non teneri, in quibus non
teneatur de habitis poſt notitiam ſimoniæ, ut ſu-
pra diximus, Quare nec diſtributiones non reſti
tuet etiam non conſumptas, vt ſenſit Caſſador. re
lat. à Nauarr. eod. conſil. 90. Secundò nec etiam
ad fructus conſumptos cuiuſcūque generis ſint,
vt citati autores S. Thom. & qui eum ſequuntur,
aſſerunt.

Excipiuntur tamen fructus extantes, & non cō
ſumpti, hi enim omnes reſtitui debent de com-
muni DD. ſententia non expectato iuſſu iudicis,
vt refert Couar. in ead, reg. Peccatum eod. §. 8.
num. 8. nerſicu. Sed iuxta hunc ſenſum. Fructus
5 †autē reſtituendi, ut diximus ſupra cap..,. aut Ca
meræ Apoſtolicæ componendo ſe cum ipſa, uel
ei, qui primo ſucceſſit in beneficium, & cui pri-
mo beneficium collatum eſt reſtituendi, uel in
eius eccleſiæ utilitatem uertendi, ex qua perce-
pti ſunt, atque ſic aſſeruit Nauarr. in conſil. 72.
de ſimon. lib. 5. melius quā in conſil. 82. numero
4. eod. ubi fructus male perceptos in pauperes,
operaue alia pia diſtribuendos cenſuit, quando-
quidem remanſerunt eccleſiæ, & idcirco ſcitur,
cuius ſunt, ergo ei reſtituendi, ita Syl. in uerb. Re
ſtitutio, 4. q. 1. & ipſemet Nauar. in Man. cap. 17.
num. 18. Et de hac materia ſatis. At quid, ſi bene-
ficium eccl. eo prohibente, cui collatio beneficii
facienda eſt, per ſimoniam collatum ſit, an colla-
tio ualebit, & retineri illud ab ipſo poterit? Item
quid ſi eodem ignorante à quopiam eius inimi-
co, quo damnum ipſi inferatur, pecunia tributa
ſit? Hæc in ſeq. explicabimus.

S V M M A.

1 *Beneficij eccl. collatio per ſimoniam ab alio factam eo prohibente, cui beneficium confertur, valet, & retineri beneficium poteſt.*

2 *Beneficij eccl. collatio valet, & retineri poteſt, vbi ſi monia commiſſa eſt ab alio in fraudem, & odiū eius, cui collatio facta eſt.*

§. III.

§. Propoſuimus nobis proxime duo explicāda.
Primum, ſi beneficium eccleſiaſticum eo pro
hibente, cui collatio beneficii facienda eſt, p
ſimoniam collatum ſit, an collatio valeat, & reti-
neri illud ab ipſo poſſit. Alterum, ſi eo itidē igno
rante, idem fiat, quo damnum ipſi inferatur, qd
iuris,

1 Quoad primum igitur, †vbi eo prohibēte, cui
collatio beneficij eccleſiaſtici facienda eſt, ſimo-
nia eſt commiſſa, pro certo habebimus benefi-
cii collationem valere, ac retineri poſſe. Nam ſic
habetur in cap. ſicut tuis de ſimon. ibi enim, ele-
ctus ſi per ſimoniam confirmetur, alio pecuniam
dante, cui confirmandus id prohibuerat, Roma-
nus Pont. inquit nihil debere ipſi confirmato ad
pęnam, & culpam imputari. Ecce hic, vbi nobis
repugnantibus ſimonia commiſſa eſt, pęnam nō
inuri, ergo retineri beneficium ſic acquiſitum po
teſt: alioquin, ſi contrarium diceremus ad pęnā
imputaretur. Confirmatur ſententia hæc ratio-
ne alia, ab eodem iure ſumpta: nam diuerſum
hunc caſum noſtrum eſſe ait ibi Summus Ponti.
ab

ab eo, vbi nobis ignorantibus quidpiam datum eſt, at vbi ignorantibus nobis pecunia in beneficii acquiſitione tributa eſt, retineri beneficium non poteſt, vt dicitur ibidem, & in ca. ex inſinuatione eod. & vt in antecedenti capite concluſimus, ergo, vt hic caſus diuerſus ab eo ſit, concludere debemus beneficium hic retineri poſſe, atque ſic not. Abb. & DD. communiter in cit. capi. ſicut tuis, & S. Thom. 2. 2. queſt. 100. artic. 6. in reſpon. ad tertium in fine, & Nauar. in Man. ca. 25. num. 113. uerſic. Secundò peccat, ibi Dixi in fauorem. Idque merito ſi enim contrarium diceremus, in manu alterius eſſet, an nobis præiudiciũ faceret, quod iniquum eſt, & contra cap. non debet de reg. iur. lib. 6. Licite igitur, & in conſcientiæ foro beneficium in hoc caſu retinebimus. Quare nec vllam aliam pœnam in ſimoniacos illatam patiemur, argu men. cap. qui peccat, 23. q. 4. & l. Gracchus, C. de adult. Et de hoc primo ſatis.

2 Quoad alterum,† ſcilicet vbi ſimonia ab alio commiſſa eſt in beneficio in fraudem, & odium eius, cui beneficii collatio facienda eſt, pro certo eſt concludendum, & in hoc caſu collationem beneficii factam valere, & retineri beneficium poſſe. Nam ſic habetur de electione in cit. c. ſicut tuis de ſimon. Alioquin contingeret, ait enim ibi Summus Pont. de confirmatione eius agens, qui, ne quid daretur, prohibuerat, quod alicuius factum inſidias inimico parantis ei damnoſum exiſteret, cui penitus diſpliceret, & ſic aliquis de ſua fraude commodum reportaret. Hæc ibi, ſi ergo permitti non debet, vt in fraudem alicuius quid tale detur, ergo beneficii collatio valebit, atque ſic not. ibi DD. Idem habetur in cap. nobis eod. nam electionem improbandam ait ibi Romanus Pont. vbi per ſimoniam facta eſt, eſto electus id ignoret. Excipit tamen, vbi in fraudem electi factum id fuiſſet: Quia igitur ſuper hoc nos conſulere uoluiſti, dicitur enim ibi, conſultationi tuæ breuit. reſpon. quod niſi conſtaret illos, qui promiſſum tale fecerunt per fraudem in diſpẽdium illius, qui eligendus, id malitioſe feciſſe, quãuis ipſe promiſſionis conſcius non fuerit, eius tamẽ electio tanquam ſimoniaca prauitate pręſumpta eſt penitus reprobanda. Hæc ibi, ſi ergo, vbi ob dolum ſimonia commiſſa non eſt, improbanda eſt, ſecus ſi ob dolum, ualet, enim argumentum à contrario ſenſu, argum. l. 1. ff. de off. eius, & ſi electio non ualet in illo caſu, ſcilicet in priori, ergo ualebit in poſteriori, & ſic in caſu noſtro, ex quo diuerſum caſum eſſe hunc ſentit Romanus Pon. a priore, atque ſic not. Abba. ibi num. 4. uerſicu. Item not. caſum ſingularem; nam ait ibi ſimoniam in fraudem eius, qui ſperabatur eligi, factã non vitiare electionem. Idem Felin. in uerſi. Not. tex. & Mar. Socin. Sen. numer. 5. & communiter DD. In fraudem autem factum probabitur, ſi iniuria probetur, uel inimicitia inter ipſos, ita DD. ibid. Idem quoque dixit S. Thom. recep. in eod. uerſicu. Ad tertium. In his igitur duobus caſibus ſic concludendum cenſeo. Et non ſolum ubi ſimonia conuentionalis commiſſa eſt, uerumetiã, & ubi realis, quandoquidem rationes allatæ & in hac locum ſibi vindicant, vt per ſe patet, argum. cap. cum dilecta de confirm. util. uel inutil & l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Item locum habent prædicta non ſolum in beneficiis uerumetiam in omnibus alijs ſpiritualibus, uel ordinis, uel iuriſdictionis ſint ob eaſdem itidem rationes: ſed de his hactenus. Verum qd ſi quis pecuniam dedit pro beneficio eccleſiaſtico, quod tamen habiturus fuiſſet, eſto pecuniam ipſe, aliuſue non dediſſet? Hoc in ſequenti explicabimus.

S V M M A.

1 *Beneficium eccleſiaſticum, quod quis adeptus eſt pecunia tributa, an retinere poſſit, eſto ei collatum eſſet, quamuis pecuniam non tribuiſſet.*

2 *Beneficium eccleſiaſticum collatum alicui alio pecuniam dante, an retineri poſſit, ſi collatores illud ipſi contuliſſent, quamuis pecunia data non eſſet.*

§. IIII.

Quæſtio nobis proximè propoſita explicãda hæc eſt, quid iuris, ſi quis pecuniam dediſſet pro beneficio eccleſiaſtico, quod tamen habiturus eſſet ſine pecunia, à ſe, ab alioue tributa. Hanc quæſtionem ut dilucidiorem habeamus, agemus prius, vbi is, cui beneficium collatũ eſt, pecuniam ipſe tribuit: deinde, vbi alius, eo omnino ignorante.

1 Quoad primum igitur,† ego ſic diſtinguendũ cenſeo. Aut pecunia data eſt, & accepta pretii loco, eſto ſine illa collatio, electioue facta eſſet. Et in hoc caſu tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ concludo ſimoniam, & realem eſſe, ac præſumi, & collationem electionemque nullam eſſe, & retineri beneficium non poſſe: nam re uera ſimonia commiſſa eſt, & pręſumitur, ex quo pro ſpirituali conſequendo ſine ſimoniæ uitio nihil dari poteſt, argumen. cap. ad aures de ſimon. & eorum, quæ tradunt DD. in capit. 1. eod. quod hic factum eſt. Accedit, quod ſpiritualia pure, ac ſimpliciter tribui debent, argumen. capi. cum pridem, & cap. fin. de pact. & c. quam pio, 1. quæſtio. 2. Poſtremò facit, quòd nec vbi ius iam acquiſitum, quis habet in beneficio, quicquam ſine ſimoniæ uitio dari poteſt, ut ſuo loco uidebimus. Aut pecunia data eſt, & accepta eleemoſynæ, largitioniſue loco, & in hoc caſu in foro exteriori, quod ſimonia præſumitur, pro nulla iudicabitur, & collatio, & electio, niſi aliter probetur, argum. cap. fin. 1. q. 6. ſecus autem in foro conſcientiæ, vbi res agitur, ut re uera eſt, atque ſic in ſimili cõcluſit Nauarr. in conſi. 86. ubi Abbatem pręſumi ſimoniacum ait, qui recipit pecuniam pro recipiendo quem in monachum ipſi ob id promiſſam, eſto recipiat pro eleemoſyna, & alias fuiſſet recepturus in monachum.

2 Quoad ſecundum,† vbi alius pecuniam dedit inſcio eo prorſus, cui collatores electoreſue bene

ficium

ficium contuliſſent etiam pecunia non data, variæ DD.ſententiæ ſunt: Nam Gloſſ.in cap.nobis de ſimon. ubi quęſtio hæc in primis diſputatur, concludit ſimoniam committi,eſto aliàs electores eſſent eum electuri,hanc eandem opinionem ſequitur Ioann.Andr. Probatur autem hac ratione per Gloſſ. quod in electione nulla promiſſio, pactione interuenire debet,argumen capi.nouit d. 100.& capit.placuit, 1.quęſtio. 1.& pertinent hnc allegata proxime,ſcillicet capi. cum pridem, & capitu.fin.de pact.ergo ſimonia commiſſa eſt, quamuis etiam ſine pecunia electores eum elegiſſent.Poſtremò ait Ioann. Andr. neceſſario ita concludendum eſſe, quoniam probari non poteſt intentio illa eligentis,ſcilicet uoluiſſe ipſum eligere ſine pecunia,niſi per ipſum,cui ſoli,& criminoſo fides adhibenda non eſt, præſertim de ſuo facto deponenti. Idque eo magis dicendum eſt,quod,ſi hoc daretur,excuſatione hac uti collatores,& electores ſemper poſſent,ſcilicet ſe in animo habuiſſe ipſum eligere ante pecuniam datam. Hæ ſunt rationes,quæ pro hac opinione redduntur.

Contrariam tamen ſequitur Gofred.ut ait Abba.in cit.capit nobis,& fuit etiam opinio antecedentis Gloſſ.ibid.ſcilicet collationem hanc ualere ratione hac factam. Et hoc per cap. fin.1.q. 6.nam ibi dicitur,ſi pecunia promiſſa fuerit, uel ſoluta,electo,vel ordinato penitus ignorante,nec eo modo ad electionem, vel ordinationem peruenerint,ei nullatenus obeſſe uideri, nec ad reatum criminis pertinere,cuius conſcientiam non habuit. Ecce hic ordinatum,electumue nec culpæ,nec pœnę reum exiſtimari dicitur,ex quo eo penitus ignorante pecunia data fuit, & loh eam nec ordo collatus,nec electio facta eſt,id quod ſignificatur per ea verba.Eo modo,ſcilicet per pecuniam. Atqui quòd potuiſſet quis dicere, eſtò excuſatur hac culpa,& pœna,electionem tamen non valere,& ordinis executionem non haberi. Ideo volens hoc Gregorius tollere, & oſtendere,vbi pecunia interuenit,ſi ob ipſam nec ordinatio,nec electio facta eſt, nihil electioni, ordinationique obeſſe,& ob id electionem valere, & ordinis executionem dari ſic inquit. Nec ad ordinationis, vel electionis ceſſationem pertinet, ad quam aliàs non per prauam illorum cupiditatē peruenilſſe docetur. Ecce hic quoque pecuniæ eius dationem ad ceſſationem electionis, uel ordinis non pertinere,id eſt non facere, ut electio, & ordinatio ceſſet.Et reddit rationem,quoniam ad ipſam peruentum erat non per prauam illam pecuniæ cupiditatem,ſed alia ratione: id quod ſignificat dictio illa Aliàs. Ex hoc igitur Canone apertiſſime colligitur,vbi in electione, & ordinatione,& ob id tam in iis,quę ordinis, quàm in iis,quæ iuriſdictionis ſunt, pecunia interuenit,ſi ob eam tamen prædicta non præſtentur,ſed ob aliam legitimam rationem,electionem valere,beneficiumque retineri poſſe.

Tertia fuit opinio diſtinguentium, qui has opiniones inter ſe conciliare nitebantur. Et prima fuit opinio Hoſti.qui dicebat proximam hanc ſententiam locum habere, ubi alteri, non autem ordinatori, conſecratori, electoribuſque pecunia data eſſet:illam uero ſententiam locum habere,ubi electoribus, ſeu ordinatoribus pecunia eſſet data. Altera fuit Abba. qui in omnibus uno excepto Hoſti.diuiſionem ſequitur:nam ipſe diſtinguit inter datem an ſit aliis,vel is, qui eligendus eſt.

Quid igitur concludendum? Ego primum pro certo pono,ſi alteri,quàm electoribus pecunia data ſit,ipſo eligendo rei huius inſcio, & electoribus id etiam ignorantibus, electionem, & collationem beneficii valere, & in hoc ſecūdam opinionem locum habere ob ei tat.cap.fin.1.qu. 6.nam,ibi loquitur,ubi eligendus penitus ignorans erat, & vbi ob aliam rationem eſt electus, non autem ob pecuniam datam. Addo nec dantem,nec accipientem ſimoniam hic committere.

Hoc poſito,reſtat ubi electoribus pecunia data eſt,qui tamen aliàs electuri eum erant, & in hoc caſu ſic diſtinguendum cenſeo. Aut data & accepta eſt pecunia loco pretii principaliter, aut loco eleemoſynæ,ac largitionis. In primo caſu tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ ſimoniam committi cenſeo,& collationem,electionemque non ualere:nam re uera ſimonia realis commiſſa eſt,eſto ſine illa eadem feciſſent. In ſecundo caſu autem ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quęritur,an in foro exteriori electio valeat, ſeu ualere exiſtimetur, ac præſumatur. Et in hoc caſu ipſam non ualere præſumi cenſeo cum ob rationes in prima opinione allatas,tum quod in hoc foro ex prǽſumptionibus agitur,& ſecundum allegata, & probata argument.tot.titul. de præſumpt. & l. illicitas,§. ueritas,ff. de off. præſidis. Excipio tamen, vbi ratione quapiam probari poſſet non ob pecuniam, ſed ob aliam cauſam electores electionem feciſſe,eſto enim difficilis probatio ſit,ob ea,quæ dixit Ioann. Andre. probari tamen poterit,quid enim, ſi ante dationem,promiſſionemque pecuniæ collegialiter,ut ita dicam de ipſo eligendo concluſerunt,& huic collegio interfuerant aliqui,qui de collegio non erant,& deinceps pecunia data,promiſſaue fuit? Planc in hoc caſu,quod docebitur, ac probabitur,non per eam pecuniam, ſed ob aliam rationem electio ualebit:nam & in cit.cap.fin. 1.quæſtio.6.quod docturerat, vt ibi habetur, alia ratione, non autem pecuniæ datione factam eſſe electionem,ordinationemue,ob eam rem neque collatio, neque ordinatio ullum detrimentum paſſa ſunt. Hoc igitur canone exceptio hæc facile probari poteſt. Nec repugnat,ſi dicatur mutare electores intentionem interim poſſe: nam, ubi probatum erit de collegii priori uoluntare, mutata non exiſtimabitur,niſi probetur,ut dicitur in cap.eum qui,de regu.iur.lib,6.& facit cit. cap.fin. 1.quæſt.6.ubi ſolum inſpectum eſt, an ob pecuniam electio facta ſit. Aut quæritur in foro conſcientiæ,& in hoc caſu,ſi re uera electores

res non ob pecuniam datam in primis moti eum elegerunt,& ob id datio illa non fuit cauſa beneficii quærendi, ſine dubitatione electio hæc, ſeu collatio ualebit, & retineri beneficium poterit: non enim eo in foro præſumptionibus agitur,ſed veritate,argum.cap.tua de ſponſ. atque ſic concluſit etiam Nauarr.in Man.cap.25.nume.103. uerſicu. Dixi in quo, vel ad quod,& in ſimili in conſil.86.num.3 uerſicu. Sed quid ſi Abbas de ſimon.lib.5.nam,ſi Abbas accipit pecuniam uti donum,& pro eleemoſina,& recipit deinceps in monachum, quem & recepiſſet pecunia minus data,receptaque,ſimoniam non committi ait,ergo idẽ & hic,ita igitur hic ſentio. Et de hac quæſtione ſatis,iam uideamus, ex quo uiſum eſt aliquando quem ad reſignandum beneficium obligari,ubi per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante collatum illud eſt,uideamus in quam, an aliis pœnis hic afficiatur.

S V M M A.

1 *Peccatum non committit,qui beneficium,dignitatem que eccleſiaſticam,ordinemue acquirit per ſimoniã ab alio commiſſam eo ignorante,& ratum non habente.*

2 *Excommunicatione non obligatur, ſeu in excommunicationem non incidit,qui beneficium, ordinemue recipit per ſimoniam realem ab alio commiſſam eo ignorante,nec ratum habente.*

3 *Iura,quæ quis habebat in beneficio,retinet,eſto circa illud ſimonia committatur,modo commiſſa ſit ab alio ipſo ignorante,& ratum non habente.*

§. V.

§. Supra declaratum eſt aliquando quem ad reſignandum beneficium obligari vbi per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante ipſi collatum illud eſt,iam hic declaremus,an alias pęnas hic patiatur,quas ſimoniacos pati antea uidimus,& primo,an peccet.

1 Quoad primum igitur† pro certo habendum eſt hunc non peccare, cuj ordo, beneficiumue collatum eſt per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante,& ratum non habẽte,id quod hinc facile probatur,& quod ipſe ſimoniam non committit, & quod ab alio commiſſam ratum non habet,ergo non peccat, in his enim caſibus peccatum ſimoniæ his modis committitur, argum. capit.cum in eccleſiæ iunct.c.ſicut tuis uerſicu. Quamuis, de ſimon.atque ſic dixit Naua.in conſil 45.num.1.de ſimon.lib.5.

2 Quoad alias pęnas.†Primum in excommunicationem non incidit, eſto ſimonia realis commiſſa ſit.Nam primo extrauag.cum deteſtabile de ſimon.qua excommunicatio in ſimoniacum in ordine,& beneficio infertur, loquitur de iis, qui ſimoniam ſciẽter committunt, committiue ſciunt,ergo locum non habet in caſu noſtro, ex quo caſus diuerſus eſt,& de ignorantibus loquitur,argument.l.Papinianus exuli.ff.de min.& c. ad audientiam de reſcript. Poſtremo, ſi hunc in excommunicationem incidere uellemus, contingeret excommunicari maiori excommunicatione,qui non peccauit, & pro alterius culpa, at hæc abſurda ſunt,non enim excommunicatio inferri debet contra eum, qui non peccauit, & pro aliena culpa,ut habetur in capitu.nemo,& in capitu.nullus 11.quæſtio.3.& in capitu.ſi habes 24.quæſti.3.cum ſimil.cit.à me in Tract.de cenſuris Tab.2.cap.27.num.2.& c.26.num.4. eadẽ Tab.Non igitur in excommunicationem hic incidet.

Non etiam aliis pęnis afficietur,quandoquidem pro regula habetur alterius culpa quem puniri non debere,vt habetur in le.ſancimus.C. de pęn.& facit capit.2.de conſtitu.& cap.quæſiuit de iis,quæ fiunt à maior.part.cap.1.& quæſt. 4.per totam, atque ſic aſſentit Nauarr. eodem conſil.

3 Verum quid†ſi quis eſſet electus legitime,ſed confirmatus per ſimoniam ab alio commiſſam eo ignorante,& ratum non habente? Videtur cõcludendum electionem firmam remanere, argument.capitu. ſi beneficia de præbend.libr. 6. atque ſic ſenſit Nauarr.eod.conſil.nume.3. Atqui de pęnis eorum,qui per ſimoniam realem ordinem,beneficiumue conſequuntur, hactenus,ad pęnas eius tranſeamus,qui proxeneta,ſeu mediator fuit,ut ſimonia committeretur,vel cõſilium, auxilium,fauoremue ad id præſtitit.

De pœnis eius,qui mediator,ſeu proxeneta fuit vt ſimonia realis committeretur vel conſilium, auxilium fauoremue ad id præſtitit. Cap. VIII.

S V M M A.

1 *Proxeneta quid ſit,& vnde dicatur.*

2 *Proxeneta ſimoniam committit,& punitur.*

3 *Proxeneta,qua pœna puniatur.*

4 *Conſilium,auxilium,fauoremue præſtans ad ſimoniã committendam,an ſimoniacus ſit, & qua pœna puniatur.*

DE pęnis egimus, quæ in eos inferuntur, qui per ſimoniam ordinem,beneficiumue eccleſiaſticum, ac dignitatem adepti ſunt, ſeu acceperunt,iam de pœnis eorum agamus, qui ad ſimoniam realem committendam in prædictis proxenetæ,ſeu mediatores fuerunt, uel ad id conſilium, auxilium, fauoremue præſtiterunt. Verum,antequam rem hanc aggrediamur,duo præmittenda ſunt,ſcilicet Proxeneta quid ſit,& an ſimoniam committat.

1 Quoad primum igitur † Proxeneta nil aliud eſt, quàm is, qui interuenit in aliquo contractu, quo contrahentes inter ſe conciliet, & concordes reddat, & ſic ut medius interuenit, quo contractus fiat, vt probatur in capitu. ſi quis Epiſcopus, ibi, Si quis uero mediator, 1. quæſtio. 1. & in capi. ſaluator in uerſicu. Alioqui cur ſancta, ibi Vt interuentores, & in extrauag. cum deteſtabile uerſicu. Statuentes, ibi, Aut quòd illa fiat, mediatores extiterint; nam in citatis iuribus appellatur hic mediator, & interuentor, quoniam, ut medius interuenit. Dicitur autem a uerbo græco προξενεῖν, quod ſignificat concilio unde προξενητής. Qui ergo interponit ſe, ut exempli gratia beneficium per pecuniam conferatur, & operam dat, ut contractus fiat, hic proxeneta dicitur, quamobrem fit, ut pro teſte non recipiatur, niſi de conſenſu partium, ut habetur in §. quoniam uero in authen. de teſtibus, & not. Glo. in eod. c. ſi quis Epiſcopus in uerb. Mediator.

2 Quoad ſecundum † Proxeneta, qui interuenit, vt ſimonia committatur, ut ſimoniacus habetur, ſicuti probatur in extrauag. cum deteſtabile, quã comprobauit Pius V. in Bulla incip. Cum primum lata Romæ 1566. Calend. Aprilis Anno Pontif. ſui Primo. Idem habetur in cita. c. ſi quis Epiſcopus iunct. Gloſſ. Mediator, & in capitu. ſaluator uerſicu. Alioqui cur Sancta Synodus. Idem inquiunt DD. communiter Archiep. Flor. in 2. p. Sum. titu. 1. cap. 4. §. 1. in fine, & Syl. in uerb. Symonia, numero 18. & Nauarr. in Man. cap. 23. nume. 106. uerſ. Ad quintum.

3 His præmiſſis, † quoad quæſtionem propoſitam, ſcilicet qua pęna proxeneta afficiatur Glo. in cap. ſi quis Epiſcopus, 1. quęſtio. 1. in uerb. Mediator, ſentit ipſum infamem eſſe: & Syl. in uerb. Simonia, quæſtio. 18. inquit eiſdem pęnis affici, quibus afficiuntur, qui ſimoniam committunt, & hoc ob eam rationem, quoniam acceſſorium, ſui principalis naturam conſequitur capitul. acceſſorium de regu. iur. libro 6. Verum in cit. cap. ſi quis Epiſcopus, ſi clericus ſit, iubetur deponi, ſi laicus anathematizari. Demum in extrauag. cum deteſtabile do ſimon. proxenetę in excommunicationem ipſo iure incidunt, à qua excepto mortis articulo, abſolui præterquam à Romano Pontif. nequeunt. Quid igitur concludendum? Ego ſic diſtinguendum cenſeo. Aut quæritur de proxeneta in beneficio, & ordine, aut de proxeneta in aliis ſpiritualibus. Quoad primum antiquo iure locum habere cenſeo citat. capitul. ſi quis Epiſcopus, ut ſcilicet, ſi clericus ſit, deponatur, ſi laicus anathematizetur. Nouo iure autem locum habere cit. extrauag. cum deteſtabile, ut ſcilicet ipſo facto excommunicatus ſit, ubi realis ſimonia in beneficio, ordineque commiſſa eſt, de proxeneta enim in ſimonia reali in beneficio, & ordine, agit cit. extrauag. ut DD. cõmuniter interpretantur.

Hęc autem pęna locum habet, eſto ipſe proxeneta nihil habuerit, non enim, cum mediator, quis ſit, requiritur, ut ex dictis patet, & ex allegat. extrauag. cum deteſtabile, vt quidipſe acquirat, atque ſic concluſit Nauarr. in conſil. 98. nume. 1. de ſimon. lib. 5.

Atqui an in alias pęnas proxeneta incidit? Item an ad reſtitutionem fructuum beneficii, quod per ſimoniam conferendum curauit, obligatur? Quoad primum in alias pęnas ipſo iure non incidit. Primum quia ipſo iure in nullam pęnam, quis incidit, niſi ſpeciatim id cautum ſit, ut dixit Gloſſ. communiter recept. in capitu. fin. de iur. patron. & facit Gloſſ. in Clemen. 1. de conſanguit. & affinit. Poſtremo, quoniam, ubi lex ipſum in pęnam incidere noluit, id dixit ut in cita. extrauag. cum deteſtabile atque ſic dixit Nauar. eodem conſil. nume. 2. cum ſequent. Iure ipſo igitur aliis pęnis non afficitur. Per ſententiam iudicis uero pro grauitate criminis affici tamen alia pęna poſſe hunc cenſeo arg. cit. c. ſi quis Epiſcopus, & c. ſaluator.

Quoad alterum, an ad reſtitutionem fructuũ beneficii obligetur; breuiter concludendum eſt, ubi realis ſimonia in beneficio commiſſa eſt per ipſum, ad reſtitutionem eorum fructuum obligari, ad quorum reſtitutionem obligatus eſt, qui beneficium habuit, ſi beneficium habens ipſos non reſtituit; nam ipſe fuit cauſa, ut per hanc ſimoniam iniuſte acquirerentur, quo caſu ad reſtitutionem, quis obligatur, vbi principalis non reſtituit, vt DD. communiter concludunt Sanct. Thom. 2. 2. quæſtio. 62. articu. 7. & ibi Caietan. & Syl. in uerb. Reſtitutio, 3. quæſtio. 6. & Nauarr. in Man. capitu. 17. num. 17. uerſicu. Nono, & facit cap. fin. de iniur. atque ſic reſpondit Nauarr. in conſil. 73. n. 4. & in conſil. 99. nu. 2. & in conſil. 100. de ſim. Fructus autem, qui reſtitui debent, ſunt fructus percepti poſt habitam cognitionem ſimoniæ ab ipſo, qui ſimoniam habet, quandoquidem tunc malam fidem habet, ſicut etiam antea percepti, & extantes. Quare per ſimoniam mentalem, conuentionalemque fructus perceptos beneficii proxeneta non reſtituet, quandoquidem nec, qui beneficium habent, ad reſtitutionem obligantur, ut ſuo loco diximus, & Nauarr. eod. conſil. 73. num. 4. de ſimon. lib. 5. Non etiam ad reſtitutionem fructuum obligatur, quos percepit is, qui beneficium habuit per ſimoniam realem ab ipſo proxeneta commiſſam, eo, qui beneficium habuit, id ignorante: nam eorum dominus eſt, quouſque ignorat beneficium habens ſimoniam commiſſam, ergo ſicut ipſe non tenetur, ita nec proxeneta, eſto eos ipſe met elargitus eſſet. Præterea ualet collatio interim, eſto, ubi ſimoniam nouit, reſignare beneficium debeat, atque ſic tradidit Nauar. in eodem conſil. 73. de ſimon. lib. 5. num. 4. & de proxeneta in beneficio ſatis.

Quoad proxenetam uero in aliis ſpiritualibus, aliiſue annexis ad iudicis arbitrium puniri poſſe cenſeo, cum nulla pœna ſpeciatim præſcripta illi ſit, argumen. cap. de cauſis de off. deleg. & l. 1. ff.

l.1.ff.de iur.delibe.Et de proxeneta ſatis.Si illud addiderimus locum habere prædicta & in procurante eadem ratione beneficia uel ordines per d. extrauag.2.de ſimon.

4 Quoad eos vero,†qui conſilium, auxilium,fauoremue ad ſimoniam committendam præſtāt, manifeſto primum conſtat eos peccare,vt qui delictum ſuadeant,& comprobent,argument. cap. quantæ de ſentent.excommun.& capi.cum quis eodem libro 6.Secundo loco arbitraria pœna puniri poſſe,quandoquidem nec ipſis certa præſcripta eſt . Poſtremò,ſi ad ſimoniam in beneficio committendam præſcripta præſtiterunt,& per ipſos realis ſimonia commiſſa eſt , ad reſtitutionem fructuum etiam obligari in prædictis caſibus,& ob eaſdem cauſas,quas de proxeneta reddidimus,modo ſuo conſilio,auxilio,fauoreue,ut dixi,realis ſimonia commiſſa ſit.Atqui an in excommunicationem incident ? Ego ſentio hos non incidere,quoniam cit. extrauag. id non dicit, ergo neque nos ; nam pœna impoſita contra facientem,locum non habet in conſulente,ut dixit Nauarr.in Comment.de dat. & promiſſ. pro iuſti.uel grat.not.7.Verum quid de eo,qui pecuniam mutuam cuipiam tradit,quo ipſe mutuum accipiens ſibi ea pecunia beneficium paret,an ſimoniam committat? Ego ſentio hunc puniri poſſe , non tamen incidere in pœnas ipſo iure in ſimoniacos illatas.Secus autem ſi ipſe dederit pecuniam alicui , quo beneficium ei conferat . Sed de his hactenus,ad pœnas non patefacientis ſimoniam hanc realem in ordine, beneficioue commiſſam tranſeamus.

De pœna non patefacientis ſimoniam realem in ordine beneficioue commiſſam. Cap. IX.

S V M M A.

1 *Sciens ſimoniam realem in ordine , beneficioue commiſſam eſſe in virtute ſanctæ obedientiæ patefacere eam tenetur ſub pœna mortiferi peccati , à quo abſolui non poteſt,niſi à Romano Pont.*

1 SCIENS denique † ſimoniam realem in ordine,beneficioue commiſſam eſſe patefacere id Romano Pont.debet, eiue , cui ipſe id mandauit,ut habetur in extrauag.cum deteſtabile verſic.Et huiuſmodi de ſimon.Et quoniam in uirtute Sanctæ obedientiæ id iubet,ut ibidem dicitur, ob eam rem peccat mortifere,ſi contra fiat , tum quod iuſſio hac forma facta ad peccatum obligat,ut DD.communiter concludunt, tum quod abſolutionem eius ſibi reſeruat,quod ſi leue peccatum eſſet,non fieret.Hoc tamen mandatum in Curia Roman.morantes tantum obligat, ut inquiunt Syl.in uerb.excommunicatio 7.numero 81.caſ.43.& Nauarr.in Man.cap.27.nume. 106. uerſicu.Declaratio prima,quod non intelligitur, ibi Tertia,quod mandatum , idque iure merito, graue enim eſſet quem in longinquis regionibus morantem obligari ad ueniendum ad urbem,ut hoc patefaceret.In Curia Rom.ergo morantes tantum obligat.

Atqui,an igitur & hodie mandatum illud obligat ? Archiep.Flor.quem citati autores ſequūtur,in eiſdem locis cita.extrauag. cum deteſtabile quoad eam partem receptam non eſſe ait, & ob id non obligare . Id quod ſi eſſet uerum , ipſam receptam in hoc non eſſe , ratione non careret:nam leges firmantur,cum moribus utentium comprobātur,ut dicitur in c.in iſtis,§.leges d.4.

Contrarium tamen dicendum uidetur , quoniam cit.extrauag.cum deteſtabile à Pio V. per Bullam incip. Cum primum Apoſtolatus officium lata anno 1566.Calend.April. Pont.ſui anno Primo,renouata eſt . Quid igitur concludendum ? Conſuetudo Romanæ Curiæ inſpicienda mihi uidetur:nam,ſi conſuetudine ibi recepta eſt,ſine dubitatione obligat,alias contra,argū. cit.§.leges d.4.Sed de effectibus his iam ſatis,ad materiam tranſeamus.

De Materia Simoniæ Realis. Cap. X.

S V M M A.

1 *Simoniæ realis materia quænam ſit.*
2 *Simonia realis quid ſit.*
3 *Simonia realis,quando ex toto,aut ex parte adimpleta ſit,& dicatur.*
4 *Simoniā realem eſſe,vbi ab vtroque aut ex toto, aut ex parte adimpleta ſit,vbi probetur.*

EFFECTVS proprii ſimoniæ realis,quinā eſſent, uidimus, iam eius materiam, quę generis loco habetur, uideamus q̄-nam ſit: nam materiam circa quam,& materiam ex qua,q̄ eas communes hēt cum aliis ſimoniæ

1 ſpeciebus,in Tab.1.poſuimus.† Materia igitur hæc eſt ſimonia conuentionalis : nam propoſita communi opinione,de qua generatim antea egimus,ſcilicet ſimoniam conuentionalem quatenus genus eſt, duas ſpecies ſub ſe habere , quarū altera conuentionalis in ſpecie dicitur,altera realis,neceſſario concludere debemus cōuentionalem ſimoniam generatim ſumptam realis ſimoniæ,genus eſſe,ſic enim etiā adoptio generatim ſumpta adoptionis in ſpecie , & arrogationis genus eſt,ut habetur in l.1.& 2.ff.de adop.& in Inſtit.eod.Ex his,quę hucuſque dicta ſunt,ſimonię realis definitio hæc colligi poteſt.

2 Simonia realis † eſt ſimonia conuentionalis, quæ ab vtroque contrahentium executioni mandata eſt, ſaltem ex parte.

Dixi Simonia conuentionalis, vt ſub quo genere ſit, ſignificetur, quamobrem etiam ſit, vt à mentali ſeparetur, non enim pacto interueniente ſit, vt ſuo loco vidimus, & habetur in capitu. fina. de ſimon.

Dixi quæ ab vtroque contrahentium executioni mandata eſt, quo tanquam differentia ſeparetur à ſimonia conuentionali in ſpecie, quæ tunc committitur, vbi aut neuter, aut alter tantum eã executioni mandauit, vt in antecedenti Tab. uidimus.

Dixi Saltem ex parte, quò ſignificetur non neceſſario requiri, ut ex toto adimpleta ſit, ſed ſat eſſe ex parte vterque aliquid dederit. Hæc igitur breuis ſimoniæ realis definitio eſt, de cuius materia ſatis.

3 Verum, † quod diximus realem ſimoniam tũc committi, ubi ab vtroque impleta eſt aut tota, aut ex parte, quando tota impleta dicetur, & quãdo ex parte? Quoad primum tota adimpleta dicetur, vbi ab utroque factum id totum erit, de quo conuentum erat. Si ergo, exempli gratia conuentum eſt, ut quid præſtetur, ſcilicet pecunia pro beneficii collatione, ſtatim atque collatio beneficii facta erit, pecuniaque promiſſa ſoluta, tota adimpleta dicetur, & ſimonia realis commiſſa, argument. Extrauag. cum deteſtabile, de ſimon. etenim ab utroque perfectum eſt, ac præſtitum, quod promiſſum fuerat. Non ergo mea ſententia, qui pecuniam promiſſit, ex parte ſua adimpleta dicetur, ſi aut inſtrumentum eius promiſſionis, aut pignus, aut fideiuſſorem dederit, hæc enim promiſſionem non adimplent, ſed confirmant. Si itidem pro beneficio fundum promiſſus ſit, ubi hic fundum aſſignauit, ille uero beneficium contulit, realis ſimonia commiſſa erit. Factum etiam, ſi quis promittat, ut uerbi gratia, promitto me renunciaturum meum beneficium in fauorem tui nepotis, ſi tu renunciaueris tuum in fauorem mei fratris, tunc realis ſimonia committetur, ubi vterque ſuum beneficium renunciauerit, ut conuentum eſt, vt in ſimili conſuluit Nauarr. in conſil. 13. de ſimon. libro 5. Non igitur opus erit, vt poſſeſſio prius tradatur, quando quidem ſimpliciter promiſſum erat de renunciatione. Verum quid ſi contingat neutrum eorum conſequi beneficium aſſignatum, uel quia habiles non inueniũtur, (ante collationem enim de ipſorum uita, moribus, ac ſcientia, inquiri debet iuxta canones,) uel quia beneficia nolunt, an ſimonia realis nihilominus commiſſa dicetur? Plane commiſſam eſſe dicemus ex parte reſignãtium, tum quòd ex parte ſua ab utroque adimpleta eſt, ut in facto proponitur, tũ quòd ut realis ſimonia committatur non requiritur, ut actus ualeat, ut habetur in citat. extrauag. cum deteſtabile, ubi, etſi collationes præſentationes, & electiones nullæ ſunt per ſimoniam realem factæ ſimonia tamen realis eſt, & qui eam committunt, ſimoniacorum pœnis puniuntur, id quod dixit quoque Nauarr. in conſil. 33. numero 2. uerſicul. Tum quia, ut ſimonia realis committatur de ſimon. libr. 5. Eſto igitur effectus non habeat eorum conuentio, ſimonia tamen realis commiſſa eſt. Immò uel ipſos reſignãtes pœniteat huius facti, adhuc tamen in penas incidunt, ex quo ſtatim excommunicati ſunt per cita. extrauag. cum deteſtabile. Quæ diximus autem de renunciantibus beneficium eadem dicimus de promittentibus præſentare, eligere, nominareue ad beneficium, ſi hoc, illudue fiat, ſtatim enim atque hic præſentauit, elegit, nominauitue, alter uero fecit promiſſum, realis ſimonia pfecta exiſtimabitur.

Ex parte uero adimpleta ſimonia realis erit, ubi aut uterque aliquid præſtitit ex iis, quæ promiſſit, exempli gratia ſi Titius centum promiſſit Seio, ſi duo beneficia ſimplicia ei renonciaret, & ex illis centum quinquaginta præſtitit, alter uero unum beneficium reſignauit, in hoc caſu ab utraque ex parte ſimonia erit adimpleta. Aut, ubi alter ex parte ſua totam adimpleuit, alter uero ex parte. Si ergo quis conferat beneficium alicui hoc pacto, ut partem fructuum Titio præſtet, &, qui beneficium accepit promiſſionem in primo anno adimpleuit, eſto adhuc non omniũ annorum fructus præſtiterit, ſed unius anni, & idcirco ex parte ſimoniam adimpleuerit, ſimonia tamen realis erit, ut in ſimili ſenſit Nauar. conſi. 4. eod titu. ſicut etiam ſimonia realis committitur ex parte ab uno tantum impleta, ab altero uero tota, ſi quis hac conditione beneficium cuipiam conferat, ut ei per biennium, trienniumue inſeruiat, ſtatim enim atque inſeruire hic cœpit, & ſic ex parte promiſſum præſtitit, ſimonia realis commiſſa eſt, obſequia enim uel unius diei promiſſionis factæ partes ſunt. Si itidem plures patroni plurium eccleſiarum inter ſe conueniãt, ne alium præſentent ad eas eccleſias antequam ipſis perſpectũ ſit de aliqua eccleſia ex illis poſt primam præſentationem ipſorum ab eis factam ſtatim atque alter eorum ſecundo loco præſenta- 4
bitur ab ipſis, realis ſimonia commiſſa erit, eſto ex parte præſentati ex tota adimpleta non ſit, cũ primum tantum ipſe præſentauerit, non autem alios omnes, quibus mutuo promiſſerat ſe præ-
ſentaturum, atque ſic in ſimili conſuluit Nauarr. 5
in conſil. 8. eod. de ſimon. & in conſil. 13. eodem. Idem quoque eſt, ſi quis promittat presbytero ſe iuraturum, ut ei beneficium conferatur, in quo habet penſionem, modo intra biennium penſionem redimat, ſtatim uero centum prebeat, nam ſi eius opera beneficium huic conferatur, beneficium autem adeptus centum ſtatim præſtet, realis ſimonia commiſſa dicitur, eſto nondum penſio redempta ſit, ſed ſolum centum data, & ſic ex parte ab hoc tantum adimpleta, ita reſpõdit Ludouicus Paleſtrelus in libello inſcripto Reſponſiones caſuum conſcientiæ in caſ. 37. uerſic. Tum quia realis ſimonia pag. 16 1. Vel ex parte igitur ab utroque ſimonia adimpleta ſit, ſimonia realis committitur.

Atqui,

4 Atqui, † vbi probatur realem ſimoniam eſſe, vbi ab utroque adimpleta eſt, aut ex toto, aut ex parte? Probatur in extrauag. cum deteſtabile de ſimo. nam canon ille loquitur de ſimonia reali, vt DD. communiter interpretantur, & ſtylus Romanæ Curiæ obſeruat, ſicut alibi hoc ſępe diximus, at ibi agitur, vbi ab utroque eſt datum, & acceptum, punit enim eo in loco Romanus Pon. eos, qui quomodolibet dando, uel recipiendo ſimoniam commiſerunt, & ſic vbi uterque quidpiam dedit, accepitque, ergo ſimonia realis eſt, ubi ab vtroque eſt adimpleta. Confirmatur id etiam ratione; nam ſimoniam conuentionalem in ſpecie nec mentalis dici poteſt, Non mentalis, quoniam conuentionem interueniſſe tacito, aut expreſſe facimus. Non conuentionalem in ſpecie, ex quo neuter in ſimplici conuentione ſtetit, ſed uterque aut ex toto, aut ex parte ſimoniã adimpleuit. Neceſſario igitur cõcludendum eſt, vbi ab vtroque adimpleta eſt, ſimoniam realem eſſe, ualet enim argumentum à partium enumeratione, ut habetur in Inſti. de obli. quæ ex quaſi contract. & ex quaſi delict.

Quod itidem ſatis ſit, vt ab utroque ſaltem ex parte fuerit adimpleta probatur eiſdem rationibus: nam primo in cit. extrauag. cum deteſtabile puniuntur, qui dando, & accipiendo ſimoniam commiſerunt, & ſic non diſtinguit an totum, an partem dederint eius, quod promiſerint, ergo nec nos diſtinguemus, argumen. l. de pretio, ff. de publ. in rem act. Poſtremò, quæcunque portio ab vtroque detur à ſimplici ſimonia conuentionali in ſpecie pro certo diſceditur, neuter enim in ſimplici conuentione remanet, ergo concludere neceſſario debemus vel ex parte ab vtroque adimpleta ſit, realem ſimoniam eſſe, Atqui de materia ſatis, ad formam tranſeamus.

De Forma Simoniæ Realis. Cap. XI.

SVMMA.

1 *Forma Simoniæ Realis quænam ſit.*

2 *Debitum, quod re vera non adeſt, remittens quis epiſcopo hac addiecta conditione, vt Epiſcopus beneficium ipſi conferat, beneficio collato an ſimoniã realem commiſerit.*

3 *Chirographum, quo promiſſio centum aureorum continetur facta hac conditione alicui, ſi beneficium ei renunciet, tradens poſt renunciationem ipſi factam an ſimoniam inducat.*

4 *Pactis etiam ſimonia realis introducitur.*

1 FORMA † denique ſimoniæ realis, ex quo ipſam opinionem cõmunem ſequuti ſpeciem facimus, eſt executio conuentionalis ſimoniæ ab vtroque facta, ipſa enim executio facta tã ab eo, qui ſpirituale promiſit, quam ab eo, qui pretium, ſtatim atque acceſſit, ad conuentionalem ſimoniam realem ipſam reddit, & ut ita dicam, in eſſe deducit, ſic etenim mutuum, depoſitum, pignus, & cõmodatum, ſtatim atque res tradita eſt, efficitur, & non antea conuentione tantum interueniente, ut habetur in Inſtit. Quib. mod. re contrah. oblig. Hinc ſicut contractus illi re fieri dicuntur, quoniam, ut fiant, neceſſario rei traditio requiritur, ita & ſimonia hęc realis tantum dici debet, vbi ab utroque rei traditio quodammodo facta eſt, Si ergo Epiſcopus hac addiecta conditione cuipiam beneficium cõferat, ut uel centum, uel partem fructuum ſibi, alteriue tribuat, ſtatim atque poſt collationem is, cui beneficium collatum eſt, ſummam, partẽue illam fructuum pręſtitit, ſimonia realis commiſſa eſt, ſimonia eſt commiſſa, quandoquidem non pure collatio facta eſt, ut id quoque dixit Abba. in cap. 1, num, 14, not, 13, ut eccl, benefic, ſine dimin. ibi enim ait ſimoniam committi, ſi pactum fiat de danda parte fructuum: Realis vero, quoniam ab utroque eſt adimpleta, atque ſic conſuluit Nauar. conſi, 4. de ſimon. lib, 5.

2 Verum, † quid ſi Epiſcopus exiſtimans ſe debere centum Titio, quę tamen rę uera non debebat, cum eo conueniat, ut illa centum ſibi ab eo remittantur, ipſe uero ei beneficium conferat, an ſimonia commiſſa eſt ob hanc conuentionem, & realis, ex quo uterque pro ſua parte ipſam adimpleuit? Quandoquidem Epiſcopus beneficium ei contulit, & alter debitum remiſſit?

Quoad primam quæſtionem pro certo habendum eſt ſimoniam commiſſam eſſe: id quod hac una potiſſimum ratione probatur, quod re tẽporali ſpirituale alienarę uoluerunt, ideſt uendere, atque emere, quo caſu ſimonia committitur; nã ſimonia eſt uoluntas emendi, uendendique ſpirituale, vel ſpirituali annexum, ut dixit Glo. communiter recept. in Sum, 1. qu, 1. & nos in prima parte huius operis cap. 1. in princ. Nec repugnat effectum rem nõ habuiſſe, ſat enim eſt in hoc uoluntas, ut in ſimili de precibus ſenſit Caietan. in Sum. in uerb. Simonia uerſicu. Quinto not. quòd triplex, ibi, Quia nulla eſt hic ſimonia niſi mẽtalis, atque ſic reſpondit hac de re conſultus Naua. conſi. 5. de ſimon. lib. 5.

Quoad ſecundum, an realis ſimonia commiſſa ſit, Videbatur dicendum commiſſam realem ſimoniam eſſe, quandoquidem uterque pręſtitit, quod promiſſit, & ab utroque eſt adimpleta, quo caſu ſimonia realis eſt. Atqui contrariam opinionem ueriorem cenſeo, ſcilicet ſimoniam realem non interueniſſe. Id quod probatur primo, quoniam conuentio hęc de remiſſione debiti, quod non debetur, quod tamen deberi exiſtimabatur, ſe habet ſicut is, qui ſe inuito domino rem contrectare putat, cum tamen dominus velit, & ſicut is, qui rem ꝓ derelicto habitam occupat animũ eam furandi habens, ut qui exiſtimet pro derelicto non eſſe, non enim diuerſa ratio inter hos caſus, & noſtrum reddi poteſt: hic enim exiſtimatur debitum eſſe, & ibi inuito domino rem habeti, cum omnes tamen fallantur; at in prædictis caſibus

ſibus de accipientibus rem alienam furtum non committitur, quoniam re uera cõtra domini uoluntatem res non accipitur, vt habetur in leg. falſus, & in §. qui alienum, & in l. inter omnes §. Per contrarium quæritur, ff. de furt. ergo neque hic realis ſimonia dici poteſt, ex quo pretium re uera datum non eſt, cum nihil deberetur, eſto deberi exiſtimaretur. Poſtremò facit, quoniam percutiens, quis laicum, quem clericum eſſe credit, in excommunicationem non incidit, ut id pluribus probauit Federic. de Sen. in conſil. 13. & cõmunis opinio etiam eſt, quem ſequitur etiam Mar. Socin. Sen. in cap. peruenit num. 238. uerſi. Vltimo etiam quæritur cum ſeq. de ſent. excom. ergo nec realem ſimoniam hic cõmiſſit, qui exiſtimauit ſe pretium ſoluere pro re ſpirituali, cum re uera illud non ſoluit. Accedit, quoniam, ſi contrarium diceremus hic, qui conatus eſt ſimoniã realem committere, & re uera ipſam non commiſſit, in excommunicationem incideret, immo uterque, vbi enim ſimonia realis in beneficio, ordineue ab aliquo committitur, in excommunicationem incidit, vt habetur, in extrauag. cum detestabile de ſimon. at in pœnas, quę ipſo iure inferuntur, non ſat eſt conatus, niſi ſequatur effectus, quo in pœnas ipſo iure illatas incidat, argũ. cap. cum in cunctis, §. fin. de elect. in antiq. iunct. c. perpetuo eod. lib. 6. & ut not. ibi Gemin. & Ancharan. ac reliqui, & ego abunde in Tract. de cẽſ. Tab. 1. cap. 9. §. 13. Hinc conatus clericum percutere in excommunicationem non incidit, ſi eum non percuſſit, ut ſenſit Gloſſ. in capi. cum in audientia, & in c. ſi uero 2. de ſent. excom. ergo, ne communem hanc regulam offendamus, concludendum eſt realem ſimoniam commiſſam non eſſe. Ab hac igitur ſententia nõ diſcedemus, quã & amplexatus eſt Nauar. aliis etiam rationibus in conſil. 5. de ſimon. libr. 5. non enim contraria ratio repugnat, ut ex dictis patet, ſimonia ergo conuentionalis tantum erit. Et de quæſtione hac ſatis.

3 At quid, † ſi reſignet quis beneficiũ hoc pacto, vt centum ſibi tribuat, an ſimonia realis erit, ſi poſt reſignationem det ei chirographum, quo ꝓmiſſio ea centum continetur? Plane ſentio neque hic ſimoniam realem committi: nam tradere chirographum nõ eſt tradere rem promiſſam, ſed promiſſæ rei probationem. Poſtremò non interuenit pactio de dando chirographo, ſed de dãdis centum, ergo cum ex hac parte ſimonia adimpleta non ſit, neque ex toto, neque ex parte, aſſerendum eſt realem ſimoniam commiſſam nõ eſſe, atque ſic ſenſit Nauar. conſil. 33. num. 3. de ſimon. eod. lib. & in Man. cap. 23. nu. 106. uerſicu. Non tamen arbitror.

Excipitur tamen, ubi chirographus reſtitueretur, quo debitum ipſi, cui beneficium reſignatũ eſt, à reſignato probabatur, tunc enim idem eſt, ac ſi remiſiſſet debitum per traditionem chirographi, quo caſu realis ſimonia committitur, argum. c. ueniens de teſtib. lib. 6. accepiſſe enim dicitur, qui obligatione liberatus eſt, ut dicitur, in l. qui decem ff. de calumniat.

Item excipitur, vbi conuentum eſſet, ut pro reſignatione chirographum promiſſionem eã continẽs traderetur, ſtatim enim atque poſt reſignationem chirographum traditum eſt, realis ſimonia eſt commiſſa, eſto nũquam illa centum darētur, quandoquidem de traditione chirographi conuentum fuerat, atque ſic dixit Nauar. in conſil. 5. num. 5. uerſic. Sed ad dicendum eod. de ſimon.

4 Si quid etiam fieri † pro ſpiritualibus habẽdis promittatur, realis ſimonia erit, vbi promiſſa executioni mandata erunt. Qui ergo beneficiũ reſignat hoc inito prius pacto cũ patrono, ut ad illud quendam præſentet, ſtatim poſt reſignationem, ac poſt pręſentationem factam, realis ſimonia commiſſa eſt: nam ab vtroque executioni eſt mandata. Idem ſi reſignet beneficium cuipiam hoc addiecto pacto, vt poſt decenium illud idem reſignet ſuo nepoti: nam, etſi ſtatim ſimonia conuentionalis tantum eſt, elapſo tamen decenio, & renunciatione facta nepoti, realis ſimonia efficitur, ut ſenſit Nauar. conſil. 32. de ſimon. li 5. Idẽ, ſi quis cum aliquo conueniat, ut beneficium ſibi impetret, & è contrario ipſe promittat penſioni ſe aſſenſurum in fauorem impetrantis: nam impetrato beneficio, & conſenſu præſtito ad penſionem, realis ſimonia commiſſa dicetur, ut conſuluit Nauar. conſil. 57. eod. Sicut etiam ſi duo beneficia permutantes conueniant inter ſe, ut ſi ſuper aliquo eorum beneficiorum apparuerit penſio ab eo præſtetur, qui beneficium illud reſignauit poſt permutationem factam aparente ſimonia, & ſoluta, realis ſimonia commiſſa erit, ut dixit Nauar. in conſil. 5. eod. Ad ſummam, ne ſingula perſequar, ſimonia realis erit, vbi pro ſpirituali facta promittuntur, & executioni mandata erunt, aut ex toto, aut ex parte, & ſpiritualia itidem tradita. Facto igitur aliquo propoſito, conuentioneque aliqua de re ſpũali accurate utriuſque promiſſionem contemplabimur an ex toto, parteue adimpleta ſit, hoc enim diligenter inſpecto, ꝑfacile diiudicabitur, an ſimonia realis necne ſit, an conuentionalis. Et de forma ſimonię huius hactenus. Eſſet hic agendum de accidentib. quæ à propoſitis cauſis emanant, ſed quoniam, & huc pertinebant, generatim ea poſuimus, proprium enim in hoc ſimonia hæc nihil habet, ob eam rem nihil eſt, quod præterea huc addamus. Et de ſimonia Reali itidem hactenus.

F I N I S.

ROMA

Errata, quæ verborum ſententiam non tollunt, prætermiſſa ſunt, quæ verò dubiam eam redderent, ſic corrigenda.

Pro Committi	dic committere	pa. 14. col.2.nu.5.verſ.11.
Pro ſi infans	dic ſi infamis	pag. 115.col.2.num.2.
Pro linea	dic Lintea	pag. 141.col.2.num.2.
Prc infenium	dic Inſenſo	pag. 159.col.2.§.2.in fin.
Pro malis	dic mali	pag. 175.col.2.num.1.
Pro quototus	dic quotus.	pag. 191.col.1.nu.2.
Pro Nam ta ille	dic Nam canon ille	pag. 195.col.1.verſ.1.
Pro forma	dic firma	pag. 224.col.2.verſ.20.
Pro conceſſionem	dic concuſſionem	pag. 233.col.2.num.5.
Pro nec ipſe inficior	dic quod nec ipſe inficior	pag. 222.col.1.verſ.3.
Pro & in e.ſuam	dic vt in e. ſuam	pag. 233.col.2.nu.5.
Pro agendum eſt	dic concludendum eſt	pag. 237.col.2.verſ7.
Pro incipitur	dic incipit ?	pag. 250.col.1.num.2.
Pro C. quis graue	dic C. quam graue	pag. ead.
Pro iuraturum	dic curaturum	pag. 268.col.2.prope finem.

Digitized by Google

L. GOTTSCHER
1971